



BIBLIOTECA NAZIONALE DI TORINO
64
Cavaglià-Cossato



OCTAVII FERRARII ORIGINES LINGVÆ ITALICÆ.



PATAVII, MDCLXXVI.

Typis Petri Mariæ Frambotti Bibliopolæ.

SVPERIORVM PERMISSV.



Epitectus apud Arrianum Lib. 1. Cap. 17.

Καὶ τίς ἐστιν ὁ γεγραφὼς, ὅτι ἀρχὴ παιδεύσεως ἡ τῶν ὀνομάτων ἐπίσκεψις; Σωκράτης δ' οὐ λέγει;

Quis est, qui scripsit, principium eruditionis esse vocabulorum considerationem? Num Socrates non ita dicit?





Amplissimo, ac Præstantissimo
SENATORI
LEONARDO
PISAVRO
D. MARCI PROCVRATORI.

Octavius Ferrarius Felicitatem.



Væ rudi iuventuti, atque humili turbæ literis operantium, ac studiorum otiosis scripta sunt, hoc ipsum, quod tibi inscribimus, tu præstas, Senator spectatissime, ea facilitate, qua non modo tibi flagrantissima omnium studia, ac venerationem conciliasti, sed non grauate ad hæc friuola, & vmbratica descendis, & te familiarius colendum infimo cuique præbes. Nam quoties Patauino secessu publicas curas veluti interiungis, ac breui furto, honestum hoc, celerimè labentis otij secretum rapis, teque nobis in transcursu, promittis magis, quam præstas, nihil tibi antiquius est, quam Musarum sedem, vetus tibi hospitium, vnde talis, ac tantus prodiisti, reuisere, earum sacra recolere, auditoria frequentare, ac velut Gymnasium inhabitare.

Nullum gratius, nullum augustius spectaculum oculis vsurpare lectissima iuventus potest, nullum acrius incitamentum, ad laudem anhelantibus addi; quam in vulgo discentium, priuatum conspici, quem cum eius ataui, longa titulorum serie Venetos Fastos impleant, & scribentium ingenia fatigent, maioribus ire per altum Auspiciis manifesta fides.

Tu si quidem ea gente celsus, in qua per omne æuum Laureatos fasces, ingentia Ducum nomina, & magnarum classium Imperatores, numerare labor sit. Quorum ductu, & auspicijs, toties perfultata victorijs maria, infecti cædibus scopuli, campi hostium strage contecti, mari prædones exacti, Bizantio terror illatus, & Scythica rabies, repensis ex æquo cladibus, vinci docta. Collapsa maritimæ rei disciplina, minime plebeio sanguine sancita. Nec minora pacis ornamenta, ac præsidia: summi honores, incertum innocentius gesti, an generosius recusati, religionis, ac libertatis peruigil custodia; Venetæ maiestatis portio haud exigua.

Sed ab ipsa gentis origine vetustissima, quæ per Palmerios, & Carosios, cum tota fortunæ suæ mole, Pisauro isthuc commigrauit, opes ab eadem inuectæ, rerum fulgori pares, priuatum censum excessuræ, nisi intra ciuilem modestiam

 compo-

compositæ fuissent, animi tamen magnitudine minores, superum cultui, Reipublicæ commodo, & ornamento profusæ, incredibilis magnificentiæ instrumenta; Templis, & Xenodochiis, Cœloque certantibus ædium substructionibus exculta Vrbe, laxitate, artificum ingenio, & peregrini marmoris indicatura, ipsoque ædium paratu Principibus inuidendo.

Clarissimo domus illius exemplo, quam ob amplitudinem, & prope regiam structuram, magno Vrbis Euripo circumfluam, multiplicique contignatione Cœlo se inferentem, atrio, peristiliis, & longa conclauium serie, non vnius familiæ capacem, & ob id, vt credere par est, tunc longe omnium pulcherrimam, ante quadringentos circiter annos, Senatus à vobis emptam, Estensibus Ferrariæ Marchionibus, virtutis, ac fidei auctoramentum largitus est, dignum Principibus diuersorium.

Quæ demum Ducum stirpe intercisa, alieni mancipii facta, non sine Numine divûm, ad te dotali iure postliminio rediit. Quos tu inclytæ gentis penates, quanquam habitatore Principe augustiores redditos, auis generosior, dum hæc proderem, absterso vetustatis squalore, in ampliorem, & amœniorem formam redactos, recentis magnificentiæ inuentis, exotico marmore, præstructa nobilius fronte, decorabas: illusis auro laquearibus, pictisque in certamen, magnorum artificum tabulis, perpetua veluti pinacotheca, totos parietes, à summo ad imum vestientibus.

Nihil tamen in domo, inuidioso opulentiæ cultu radiante, te ipso spectabilius oculos tenet, siue pulcherrimi animi speciosum hospitium, illud os probum, illam virili pallore lætissimam faciem, illum eximiæ frontis honorem, formamque fortunæ tuæ parem, contuemur: siue eiusdem animi magnitudinem, hæc fluxa, & in se ruentia, licet apud se, extra se posita existimantis, ac regiam molem, tanquam pauperis cellam incolentis, illaque tantum sua esse putantis, in quæ temporis, cuncta destruentis edacitati nullum ius est, nullum Fortunæ impotenti.

Nos, sicut illa admiramur, ita, quæ tibi debes, vera æstimatione, sine fine suspicimus: super cetera optimi ciuis, ac præstantis Senatoris honestamenta, literarum cultum haud ambitiosum, quibus ab ineunte ætate, viri doctissimi contubernio, in hac Vrbe non innutritus tantum, sed innatus es, perpetuumque earundem, ac pertinax patrocinium.

In quo magnum patruum plane regenerasti, cui nemo quenquam Principum prætulerit, multo antequam summum locum impleret, sceptro, ac solio, consensu famæ, votisque omnium destinatum. Rerum gestarum gloria, mentis vigore, rerum omnium capacissimo, constantia, munificentia, animique in vtraque fortuna inuicti, sublimitate, difficillimis temporibus, patriæ fastigium, nescio adeptum magis, an meritum. Toties ante summum regimen, studiorum moderatorem beneficentissimum. Qui primus sanctioris Musarum ærarij claustra veluti refregit, ac in nulla re magis, quam fouendis, augendis, ditandisve larga manu ingenijs, haud vitali inter compendia exemplo, Principem ostentauit. Hoc illi votum erat, qui tam multos voti compotes reddidit. Cuius publicæ liberalitatis ego in primis non semel particeps, mentem, & calamum eius memoriæ deuoui, dicturus illum iusto opere, si plures ad curas vitam extendero.

Huius

Huius tu fratris filius, mente propior, cariorque quam si genitus esses, & alterius probatissimi Ducis, Antonij Priuli, progener, vtriusque Principis, ingentium tam facultatum, quam virtutum hereditatem ex asse creuisti: ex quibus duas præcipue adamasti, studiorum tutelam, & magnanimitatem. Illa patruum æquasti: hac non inuitum, teque ipsum superasti. Memoriæ illius, triumphalibus exequiis elati, monumentum, vastissimam templi molem, templi instar occupans simul, & illuminans excitando: cui radiata Cæsarum busta, & æternus Pyramidum labor, ac montes Regum cineribus exstructi, inuideant.

Vbi in simulachra mollius spirantia, nobilioris venæ peregrinæ rupes excisæ, viui de silice vultus, & omnigeni marmoris, internitentium macularum discolore repercussu fulgor, atque ingenua lapidum pictura, & Colosseus statuarum populus, haud perinde miraculo sunt, quam machinatoris solertia, cui ingenium, & audacia, extremos Romanæ magnificentiæ conatus, ac noua artis tentamina vincere, & inexhaustæ generositatis tuæ vires fatigare.

Quod opus, tot miracula, propter quæ Venetiæ visuntur, aut æquans, aut excedens, vel vnum Vrbem nobilitaturum, tanti nominis vmbra minus est. Longe perennius monumentum ille, in animis hominnm, in temporum æternitate, reputatione consiliorum & operum, exegit. Situs est, quacumque Veneti nominis maiestas se porrigit, vltimique Orbis limes, tumuli modus est.

Nos quoque in proroganda tanti Herois memoria, dare famam rebus artifices, tecum simplicius certabimus: in tua vero altius exaggeranda, postquam eius culmen æquaueris, posteri nobiscum. Interim numerosa prole felix: indolis spe felicior, ad auorum decora assurgentis, perge literas, & studia demereri, vt te venturi loquantur, victurum etiam, cum patrui Mausoleo summa dies incumbet, & disiectis Regum tumulis, ipsa mortis argumenta petibunt. Vale.

Patauij III. Cal. Februarij MDCLXXVI.

PRÆ-

PRÆFATIO AD LECTOREM.



Aud inscius sum, non defuturos, qui totum hoc scribendi genus reprehendant, tanquam supervacua discendi, & inutilium literarum studium, ac nihil pro futuræ curiositatis morbum, nugasque difficiles, truci supercilio appellent. Sed nemo otij sui rationem afferre cogitur, & ut aiebat Atilius, satius est, otiosum esse, quam nihil agere. Verè enim hæc otij oblectamenta fuerunt; interdum negotiosi: dum subsecivis horis, & ferme nocturnis, partim mulcendo vigiliarum tormento, quæ maximè senes exercent, & ferreum soporem, aut admovent, aut votum faciunt; partim animi causa per amœna Musarum vireta, Italicæ Linguæ Origines, non sine labore, venamur, & fugientium vocum cæca vestigia, sedula indagatione scrutamur, atque obiter affinium, quoque linguarum cubilia, veluti peregrinantes, lustramus.

Ceterum præterquam quod in verborum originatione multum eruditionis contineri, Rhetorum summus firmavit, viros in tota antiquitate præstantißimos, haud pœnitendi incœpti duces, & auctores habemus. Quando neque Platona puduit, divinum ingenium, ad hoc genus exercitationis demittere: & Stoici, illi penè soli Philosophi, rem supercilij sui pondere non indignam iudicarunt: & ipsi Iurisconsulti, crebro huc descenderunt, ut verborum cunabula, & incrementa consulerent, atque inde Legibus lucem, & auctoritatem fœnerarent. Quid? togatorum doctißimi non semper felix curiositas, in his penè delicias facit, & posteris praludens, ineptiis advocationem commodat.

Primus recentiorum in Latina lingua ab ipsis fontibus repetenda, nugari desijt Iulius Scaliger, sacrum literis omnibus nomen, nisi ingenio nimis indulsisset: eumque secutus Ioannes Gerardus Vossius, altera doctrinæ lux, pari famæ celebritate. Gallicæ, Hispanicæ, & Italicæ linguæ semina, Latinæ parentis venis abstrusa, & profundo vetustatis demersa, eruere plures adlaborarunt. Quorum ut consilium, & conatus laudandus est, ita spem, & expectationem ferme frustrati sunt. Præter illa, quæ & Iosephus Scaligeri filius, Turnebus, Budæus, & Salmasius, harum literarum sine controversia principes, scriptis suis frequenter inspersērunt. Sed ex instituto Italicæ quoque causas idem Iulius Scaliger, quatuor & viginti libris, tanta illi luxuriantis ingenij fertilitas fuit, complexus fuerat: quos inexpiabili literarum detrimento intercidisse, satis deplorare non possumus: alias molesto hoc labore carituri, redordiendi hoc textum, & cum inextricabili operis difficultate luctandi.

Sed scriptorum vulgo, quorum monumenta videre contigit, nomen suum exemerunt, in Gallica Ægidius Menagius, ingens Galliæ ipsius, & aui nostri decus: in Hispanica Sebastianus Coaruvias: in nostra Monosinius. Ita tamen, ut non tam spicilegium, nobis reliquerint, quam messem. Quædam ab his occupata, haud equidem invideo, lætor magis, stratum mihi iter, ad cetera attentius investiganda, quæ illorum curam fefellerunt. Quibus tamen suo loco debitum honoris testimonium, quoties per eos profecerimus, cum mutuo reddemus. Sicut, eorum, qui adhuc supersunt, nomini parcere, cum dißentimus, humanitatis interesse, arbitrati sumus.

Non multa quidem Coaruvias depromit, vir diligens, & eruditus: sed dum subinde hæsitat, nimis multa, ab Hebræis, & Arabibus, anxie arcessit. Cum nulla lingua, ad genetricem Latinam, propius Hispanica accedat, tam sono, quam molliori vocum inflexione, & quodam Romani sermonis fastu. Sic illa manus, sic ora ferebat. Quanquam crebræ Gothorum, & Maurorum irruptiones, plurima barbara, & peregrina ipsi illeverint, ut particula, AL, pluribus vocabulis præposita indicat: quorum tamen, non pauca, à peregrinitate asserta, patrio Cœlo redonabimus.

Mono-

Menosinius vir impensè doctus, sed Græcis ambitiosè addictus, omnia ferè, etiam inuita mordicus inde trahit: quo vitio etiam Ioachimus Perionius in Gallica, vsque ad reprehensionem laborat: tum alij non pauci, quos fama obscura recondit. Durant quidem adhuc multa à Græcis orta, præcipuè Æolica ratione, vt ait Quintilianus, declinata, quæ Latinæ infusa, ab auia ad neptes, veluti genitiuæ notæ, transierunt. Nec pauca à Græcorum colonijs deriuata, queis Italia consita est, non exigua eius parte, magnæ Græciæ titulum adepta. Sed cuncta Graijs ferre accepta, stultus ineptiarum labor est.

Rectum iter institit Menagius, primum Gallicæ, vt diximus, proximum & nostræ solers indagator, pari sagacitate, atque eruditione: vt non semel tamen à scopo deflectat. Parata nobis quoque venia, si, vt homines sumus, & officijs occupati, tam lubrico solo, & vestigia fallente, prolapsi fuerimus. Neque ægre laturum spero, insigni humanitate, ac moderatione præditum, si interdum, non in certamen ingenij, sed veritatis studio, veluti in Senatu, ciuiliter, & amica contentione, in alia omnia ibimus.

Nec me animi fallit, multa esse, quæ nos quoque ob materiæ secretum effugerint, multaque adijci posse: prompto post futuris argumento, in quo ingenium exerceant, & nobiscum contendant, sicut nos cum superioribus fecimus. Ceterum operis difficultatem intendit, & inceptis moram obiecit, vix credibilis in Vrbe literarum matre, bonorum librorum penuria, affluente alioquin voluminum turba, quæ aut lucro famulantur, aut lenocinantur otio. Partim interiorum literarum tædio, & contemptu, partim bellorum lue, intercepto humanitatis commercio. Vt necesse fuerit, quædam aliena fide referre, etsi vt auctores ipsos nanciscerimur, nec labori vnquam, nec sumptibus pepercerimus. Vix etiam fuit, quem in re dubia consulerem, cum quo reperta conferrem, cuiusque monitu redirem in viam. Nullus labanti succurrit, nullus symbolas contulit.

Sed quæ de linguarum origine, & quo primum tempore Latina solum verterit, viri doctissimi disputarunt, verbis inuertere supersedeo. Illud pro indubitato sit, ex Latina magna matre, Gallicam, Hispanicam, & Italicam ortum traxisse. Cum principis terrarum populi sermo, victis gentibus, communicaretur, aut imperaretur, aut assentatione in dominos, subreperet. Subiectique populi, beneficio seruitutis, barbarè loqui desinerent, & sicut in mores, togamque, ita in loquelam regnantium migrarent. Nec alia lingua, Ius populis, ac responsa Principum reddi, publicas tabulas confici, legatorum postulata perferri, Senatum consuli, Iudicia peragi, Romanæ maiestatis interfuit. Hinc à Plutarcho in quæstionibus Platonicis scriptum est, Traiani temporibus, sermone Romanorum vniuersos fere mortales vsos esse. Et Libanius Sophista libro de sua Fortuna, Vereri se scribit, ne quoniam rerum summa penes illos sit, quibus Latina lingua erat vernacula, vsus Græcæ, breui deficiat.

Donec paulatim, linguarum omnium fato, inquilinorum, ac mancipiorum ex omni natione, exundante multitudine, ac turba externa, vulgique cuncta deprauantis licentia, Ita Latialis sermo corruptus, ac vitiatus est, vt mater filias, pingue quiddam, inconditum, & agreste sonantes, veluti alieni sanguinis abdicauerit: natæ, parentis sermonem non intelligant, & vt intelligant, ærumnabili labore, nutricis, an nouercæ linguam diu perdiscere, inter pueritiæ pœnas, ac supplicia numerent. Nec ipsæ sorores hodie interse noscitant, & sicut animis, ita sermone dissidentes, ad linguæ commercium sequestro vti coguntur: ac portenti loco, inter eadem aluo editas, surda verba, muta loquacitas, mentisque interpres oratio, egens interprete. Tantum æui longinqua valet mutare vetustas. Nec illepide quis Latinam Deorum linguam appellauerit, has hominum.

Plura quidem etiam exterorum, qui se prouincijs superfuderunt, irruptionibus mutata esse, & inuersa, fatendum est, per adoptiones vocabulorum, & connubia, verius adulteria: ita tamen, vt etiam ante eam calamitatem, peruerti communis lingua cœperit, nec

magna

magna sermonis mutatio, eam peregrinorum colluviem consecuta sit. Valido in primis argumento, quod Gothi, Hunni, Vandali, Longobardi, & quicunque prouincias diluvio quodam persultarunt, aut Germani fuerunt, aut saltem Germanica lingua vsos, scriptores consentiunt. Cuius linguæ vestigia, etsi diu terris incubuerint, rara admodum noscitantur. Potuerunt illi quidem vulgi sermonem inficere, totum inuertere, & abolere non potuerunt. Sicut & ipsi Germanicæ non pauca Latina intermixta, Lipsius, & alij viri docti obseruarunt, & nos infra indicabimus: per commercia, vt arbitror, Romanarum legionum, Imperij limitibus tendentium.

Sed Latinæ, & Etruscæ sua ætate princeps Bembus, voces quarum origo acumen eius effugerat, Gallis Prouincialibus adscripsit. Cum tamen nemo ignoret, eam Galliæ partem, idest Narbonensem, ideo Prouinciam appellatam, quod prima Imperio Romano subiecta, & in prouinciam redacta, cum Legibus, Quiritium sermonem accepit. Nam verba illa quæ indidem Bembus repetit, & nos Operis vestibulo præfiximus, maximam partem ex Latino corrupta & deflexa esse, in contextu liquido apparebit. Porro degenerantis Latinæ, & in peregrinum sonum, vultumque detortæ, ac deprauatæ specimen infra positum est.

Ex Nithardi nepotis Caroli Magni Historia de dissensionibus filiorum Ludouici Pij. Lib. III. *iuramentum habemus, quo concordiam inter se sanciunt Ludouicus, & Carolus, his verbis.* Ergo XVI Kal. Martij, Lodhuuicus, & Carolus in ciuitate, quæ olim Argentaria vocabatur, nunc autem Strazburg vulgo dicitur, conuenerunt, & sacramento, quæ subter notata sunt Lodhuuicus Romana, Carolus vero Teudisca lingua iurauerunt. Lodhuuicus, quoniam maior natu erat, prior hæc deinde se seruaturum testatus est.

Pro dō amur, & pro Christian poblo, & nostro commun saluament, dist di en auant, in quant dis sauir, & podir me dunat, si saluarat, eo cist, meon fradre Karlo, & in adiudha, & in cadhūna cosa, si cum om per dreit son fradra saluar distino, quid il mi altre si fazet, & abludher nul plaid nunquam prindrai, qui meon vol eist meon fradre Karle in damno sit.

Quod cum Lodhuuicus explesset, Karolus Teudisca lingua sic hæc ead verba testatus &c. &c. Sacramentum autem, quod vtrorumque populus, quique propria lingua testatus est, Romana lingua sic se habet.

Si Lodhuuigs sagrament, que son fradre Karlo iurat, conseruat, & Karlus meos sendra de suo part non los tanit, si io returnar non lint pois, ne io ne neuls cui eo returnar int pois in nulla aiudha contra Lodhuuig nun li iuer. Teudisca autem lingua &c.

Exemplum linguæ in Narbonensi Prouincia ex Latina in vernaculam corruptæ.

Dantes Purgatorij Cantico xxvj.

O Frate, disse, questi, ch'io ti scerno
Col dito (& additò col dito inanzi)
Fù miglior fabro del parlar materno.
Versi d'amor, e prose di romanzi
Souerchiò tutti, & lascia dir li stolti
Che quel di Limosì credon ch'auanzi.
I mi feci al mostrato innanzi vn poco
E dissi ch'al su nome il mi desire
Apparecchiaua gratioso loco.
E cominciò liberamente à dire
Tan m'abbelis votre cortois deman
Chi eu non pous, ne vueil à vous cobrire.
Ieu sui Arnaut, che plor, e vai cantan,
Con si tost vei la spassa du folor,
E vei gian sen le, che sper denan.
Ara vus preu per achella valor
Che vus ghida al som della scalina
Souegna vus à temps de ma dolor.
Poi s'ascose nel foco, che gl'affina.

Hæc omnia haud obscuris vestigijs ex Latino deflexa ipso operis processu, præstabimus.





Erba quæ Petrus Cardinalis Bembus à Prouincialibus Gallis ad Italos manasse existimat.

Poggiare. Obliare. Rimembrare. Assembrare. Badare. Donneare. Riparare, pro hospitari. *Gioire. Calere. Guiderdone. Arnese. Soggiorno. Orgoglio. Aringo. Guisa. Huopo. Chero. Quadrello. Onta. Prodà. Talento. Tenzone. Gaio. Isnello. Guari. Souente. Altresì. Dottare. Dottanza. Aranda, pro* vix. *Bozzo, pro* spurio. *Gaggio. Landa. Miraglio. Smagare. Drudo. Morea. Venghiare. Giuggiare. Approcciare. Inueggbiore. Sconscendere, pro* frangere. *Bieco. Croio. Forsennato. Tracotanza. Oltracotanza. Lassato. Sceurare. Grammare. Ligio. Conquiso.*

Ea maximam partem, Latinæ Originis esse ostendemus.

Verba Dantis, quæ Celsus Cittadinus, nullam originem habere censet.

Arcolaio. Conocchia. Gora. Voga. Rocca. Gota. Folta. Torneamento. Bica. Capriccio. Accismare. Agguattare. Addobbare. Aduggiare. Agrappare. Groppo. Calla. Ambra. Amaccare. Muso. Appagare. Piglio. Arnese. Arnie. Rosta. Albergo. Terso. Azzaro. Tana. Tasca. Tosto.

Eorum, præter pauca admodum, Latialem Originem asseremus.

A B.



BACO. Mensam fuisse apud Græcos, & Latinos notum est. Sed non vnus eius vsus fuit. Nam ἄβαξ, ex cuius Genitiuo Latini Abacum fecerunt, & tabulam in qua Geometræ numeros, lineas, & quasvis figuras ducebant: & mensam, cui vasa in vsum conuiuiorum imponebantur, significat. Quod ad primum attinet: Plut. in Catone Vticensi, narrat eum, cum sibi manus intulisset, moribundum ex lecto prolapsum, Abacum Geometricum, qui iuxta lectum erat deiecisse. Sed generaliter, pro mensa calculatoria, siue in qua supputationes fiebant, quæ & Ἀβάκιον. Arithmetici enim in Abaco, vel mensa puluere conspersa, numerorum notas delineabant. Persius Sat. 1. *Nec qui abaco numeros, & secto in puluere metas, Scit risisse vafer*. Idest qui Arithmeticam, & Geometricam ridet. Vbi in *abaco*, & *secto puluere*, est in abaco puluere consperso, vt Salmas. ad Tertul. pag. 442. & multis lineis Geometricis, ac numerorum notis secto.

Ex quo ars calculatoria, quæ calculis, & æris in eodem abaco, sine puluere fiebat. Calculi, Abaculi dicti. Plin. Lib. xxxvi. 26. *Vitri fragmenta temperata agglutinantur tantum: rursus fundi non queunt, præterquam abrupta sibimet, veluti cum calculi fiunt, quos quidam Abaculos appellant*. Quibus cum ratio putaretur, Rafonati Italis dicuntur. Barbarus ad eum locum. *Calculos, siue abaculos, de quibus mentio fit hoc loco, eos esse intelligo, quibus in dispunctione, supputationeque numerorum vtebantur antiqui, qui mos hodie apud barbaros ferè omnes seruatur. Hinc ortum, vt peritiam supputandi, quam Plato λογιστικὴν, appellat, Abacum vulgaris consuetudo nominauerit*.

Hinc supputandi peritia Italis, *Abaco*, dicitur; *Abachista*, Calculator, & libellus, quo artis huius elementa traduntur, *Abachino*.

Ex *Abaco*, Itali per aphæresim, *Banco* fecerunt, quæ non est vox barbara, vt censet Bouillus, quamuis apud Germanos in vsu sit. *Banc*. Barbarus loco supra laudato. *Sed Abacus è ligno quidem erat parte plurima: verum & è marmore vel structura, factam planitiem ad sessum habilem, Abacum vocabant. Nam & podiorum, & Columnarum abacos, siue quod*

idem est tabilia in Vitruvio quis non legit? Vulgus ipsum hodie, quicquid tale est, in quo multi sedere possint, appellant Abacum, detrita tantum, vt imperita plebis mos est, vocali prima. (Abaco, Banco).

Eadem est opinio Vossij de Vitijs Serm. Lib. II. 3. Nam puto si Barbarum legisset, qui viri candor fuit, indicaturum fuisse, vnde id habuisset. Quod sæpius, inquit, in semi barbaris scriptoribus occurrat, *in abaco sedere*, pro eo quod alii, *in banco*, dixerunt.

Primo igitur scamnum, siue quicquid aptum ad sedendum, *Abacum*, siue, *Bancum* Itali dixerunt, dein etiam mensam, cui sedes adnexa sit, *Banco* pariter appellarunt. Mensas scilicet mercatorum, sed præcipue nummulariorum. Nam vt apud Græcos Trapezitæ, apud Latinos, *Mensarij* à mensa nummaria dicti sunt, ita *Bancarij*, siue *Bancherij*, quasi *Abacarij* apud Italos, ab Abaco, siue mensa nummaria.

De mensarijs, ac mensis, in quibus pecunia exponebatur, numerabatur, appendebatur multa Viri doctissimi attulerunt. Neque tamen assentiri possumus Salmasio de Vsuris Cap. XVI. qui existimat Danistas, siue nummularios, mensæ nummariæ, in foro positæ, non adsedisse, sed insedisse, quod Pollux de Trapezita, ἐπικαθήμενος τραπέζῃ, vertitque *insidens*, non vt vulgo, *adsidens*. Et Procopius in Anecdotis. ἐπὶ τῆς τοῦ χαλκοῦ τραπέζης καθήμενος. *Ærariam mensam insidens*. Sed non video cur hoc modo super mensam sederent Trapezitæ, quod hodie circulatores, & agyrtæ faciunt, *Montinbanchi*. Quomodo enim pecuniam numerare, permutare, appendere commode poterant, quæ in mensa, hoc est ad pedes sedentis prostabat? Adsidebant ergo, non insidebant. Sed quia scamnum, siue sedes, ita mensæ adnexa erat, vt in mercatorum mensis, & scholarum scamnis, item Notariorum videmus, scamnum mensæ altera pars erat, & qui scamno supersedebat, quod inde *Banco* appellatum est, quod abaci pars esset, mensæ, siue abaco supersedere, siue insidere dicebatur, quod idem erat mensæ adsidere. Abacus ex tabula nummaria, & adstituta sede conflatus, atque ita pars vtraque *Banco* appellata.

Hinc decoctores, qui foro cesserunt, *Banca rotta*, hodie appellantur, quod Attici, mensam euertere dicebant, vt notauit Salmas. de modo vsurarum Cap. V. Eadem ratione mensæ Collegiorum, sodalitiorum, Scholarum, quibus adstituta scamna, siue subsellia, *Banchi*, & *Banche* appellantur. Glos. Græco-barb. Abacus, σκαμνί, ἄγμαρι, *Quelli di Banca*, qui mensæ adsident: Prior, siue Præfectus, Syndicus &c. *Chiamar Banca, Banca nuoua*. In foro, siue Palatio, *Banca de Giudici, Banca de Notari*. Ius municipale Patauinum Rubrica I. de Iudicibus. *Possit quilibet eorum sedere pro tribunali ad Bancum, officio suo deputatum*. Et quia Discus pro mensa sumitur Rubr. II. *Ratio fiat in ciuitate Padua, in Palatio Iuris, ad discos deputatos*. In Gymnasijs sedilia auditorum, quæ ita compacta, vt pars altior instar mensæ ad scribendum, inferior, ac demissior, sedendo. Vtrumque *Banco*, siue *Banchi*, & *Banche*. *Legere à i Banchi*, dicuntur professores, qui soli in scholis relinquuntur. Item scamna in Ecclesijs, partim ad sedendum, partim flectendis genibus, etiam ad innixum brachiorum inter orandum, eadem appellatione censentur.

Ex quo factum est, vt scamna, siue sedilia, etiam à mensis separata, *Banche*, & *Planche* dicerentur. Vitruv. Lib. V. Abacum in podijs vocat planitiem, quæ sedilis vicem præbet. Quanquam à *Plancis*, dictæ videri possunt, tabulæ scilicet planæ, à planitie, vt vult Festus, appellatæ. Sed eæ solum tabulæ fuerunt, mensarum, & scamnorum materia. Plin. Lib. VIII. 43. *Nec pontes asini transeunt, per raritatem plancarum translucentibus fluvijs*. Pallad. Lib. I. 21. de equorum stabulis, vult *plancas habere roboreas, suppositas cum stramine*. In vita S. Marcelli Papæ. *Iussit Maxentius in eadem Ecclesia interim plancas extrui, vt ibidem animalia Catabuli congregata starent, & ipsis B. Marcellus deseruiret*: Vbi plancæ sunt septa, siue tabulata coercendis bestijs.

Secunda vocis *Abaci*, significatio, pro mensa, in qua vasa, & pocula in vsum, & ad ornatum cœnarum exponebantur. Quæ & *Delphica*, & *Ministerium* dicebatur, vt viri docti obseruarunt. Glos. *Abacus: delphica*: Μινιστήριον ὡς Ιταλοί. Et ministerium quidem, quod inde ministraretur ad mensam, vnde vox, *seruiggio di tauola*, pro argento, quod in Abaco ponitur: vt Salmas. ad Ius Atticum: quod vulgo, *L' Argenteria* dicitur, quasi Argentarium ministerium.

Licet autem Itali vocem Abaci, pro mensa poculorum non receperint, vasa tamen latiora, & concaua, quæ ferme lauandis manibus, & in ornatum exponebantur, *Abacina*, & per aphæresim *Bacini* dixerunt, & *Bacili*. Non à Germanico Back, quod Vas significat. Nisi ea vox à Latino Abacus defluxit, vt aliæ innumerabiles, vt sit Vas *Abaci* Gregor. Turon. L. IX. 38. *Cum duabus pateris ligneis, quas vulgo Bachinon vocat*.

Hinc vasa tonsorum, *Bacini*, à similitudine dicta,

cta, lauando capiti, & barbæ pilis molliendis. Et eadem figura *Bacinetto*, galea summum caput ad frontem tegens, quod concaua, & marginem paulo reflexam habeat. Quia autem ea vasa, siue ex ære, siue ex argento leuia, fulgore radiant, *abbacinare* pro aciem oculorum perstringere, nemo enim si Soli obuertantur, in conniuis oculis lucida ea tela exceperit.

Etiam pro obcęcare, quod peluibus igne candentibus, inter Tyrannorum supplicia, decisis palpebris, ne conniuerent, homines obcęcarentur. Villanus L. I I. 13. *Abbacinarongli gli occhi, e tagliaronli la lingua.* Et Lib. VIII. 36. *L'Imperatore fece abbacinare il sauio huomo Maestro Pietro dalle Vigne.* Hispani. *Encandilado*, à pelui candente. Quod certum est, non autem ab opaco, *opacino*, quod verbum non ita notum, & minus est opacare, quam obcęcare.

Neque tamen ab hac voce Abbacinare vocem *Baccio*, & Senenses, *Oppagaccio*, pro vmbroso & opaco deduxerunt, vt Adrian. Politus existimat, quis enim non videt, ab opaco, esse *Opacio*, & *Oppagacio*?

A *Bacile* vulgus inuexit Bacilotto, & Bassotto (quanquam & hoc à Batiola esse possit) pro catino, siue vase concauo ferme fictili. Item vas æreum expansum, ac læue, super quod lintea collaria, amylo imbuta extenduntur, suppositis prunis, vt rigorem inde trahant, Insubres *Bacilone* appellant.

Ceterum pro Abaco, siue Delphica, & mensa ministeriali miram vocem Itali induxerunt, nempe *Credenza*, *& far credenza*. Ex vetere ritu, quo procerum cibus, ac potus à delectis in id ministris explorabatur, præcauendis veneni insidijs. Tacitus L. XII. *Inferre epulas & explorare gustu solitus*. Et Lib. XIII. *Quia cibos potusque eius dilectus ex ministris explorabat*. Qui serui *Pragustatores*, & *à potione* in antiquis lapidibus dicuntur, vt ad eum locum Lipsius obseruat. Itali ergo ministros libandis poculis destinatos, cum id agũt, non inepte aiunt, *far credenza*, hoc est periculo suo fidem facere, innoxiam potionem esse. Ex quo Abacum ipsum, apud quem illud experimentum sumitur, *Credentiam*, appellarunt, & architriclinum, *Credentiere*.

Sane olim apud tenuiores in prima ædium parte, & cœnatione, visebantur huiusmodi armaria, ac repositoria, in quibus vasa, & pocula, Lancesque, & vrcei exponebantur, & post epulas recondebantur, quæ *Credenze* etiam si prægustatio non fiat, appellantur: qui mos instruendi Abacum non nisi apud proceres viget, vbi Delphicæ auro, & argento onustæ spectantur: apud humiliores eadem mensa, & fercula sustinet, & pocula, & sibi quisque securè ministrat. Alteram autem vocabuli *Credentia* notationem suo loco reddemus.

Ceterum vt ad Abacum reuertamur, inde etiam, vt opinor altera Italica vox defluxit, *Banchetto*, & *Banchettare*, pro epulo, & Conuiuio, quod scilicet ob discumbentium multitudinem, cum vnus Abacus non sufficeret, plures sternerentur. Idque verisimilius videtur, quàm quod pluribus scamnis, siue banchis discumberent. Nam etiam extra conuiuium scamnis mensæ assidetur, & in conuiuio, non tam scamna quæ plebeiorum sunt, quam sellæ & cathedræ adhibentur. Monosinius à Bacchanalibus deducit.

ABBACARE. Errare, falli. Non à Græco *ἀβακεῖν*, vt censet Victorius, esse videtur, neque ab *Euagare*, sed ab Abaco, vt supputationem significat, vt sit quasi *Disabacare*, male rationem inire, contra Abaci leges peccare: hinc etiam Sbaglio, pro errore in supputando, *far vn sbaglio, e sbagliare.* Quanquam & à varlare esse possit, *svario, sbagio.*

ABBAGLIARE. Contractum ex *Abbarbagliare*: Hoc autem à palpebris, quasi *adpalpebrare*, nimio splendore oculos perstringere, vt palpebræ subinde claudantur, & conniueant. Dant. Parad. XXVI. *Quella medesma voce, che paura Tolta m'hauea del subito abbarbaglio*. Scio quid de *Baluca*, afferatur, & quid ea sit, auri scilicet minutum siue granum: sed quomodo mica auri oculos perstringere posit, nondum intelligo.

ABBAIARE. *Adbaubare*. *Baubare*, latrare. Glos. *Baubans*, *latrans*, *ὑλακτῶν*. A vocis sono. Lucret. V. *Longe alio pacto gannitu vocis adulant*, Et *cum deserti baubantur in adibus*.

ABBANDONARE. Deserere destituere. *Banda* Italicè pro lecti parte, siue *sponda* accipitur, item pro loco seposito. Vnde dicitur *star da banda*, *stare in disparte*: *da vna banda*, ab vno latere *Poner da banda*, est seponere, *Lasciar in banda*, & similia. Ita *abbandonare*, est discedere ab aliquo, separari, solum relinquere, & in diuersam partem abire. Hispani *Apartarse*. *Abbandonarsi*, se ipsum deserere: *mettere le cose in abbandono* pro derelictis habere. Rectius tamen est à *Bando* deriuare, quod vt infra dicemus, vexillum erat, quo expanso milites conuocabantur: vnde *abbandonare*, bandum deserere, & ab exercitu discedere, & simpliciter pro discedere, & aliquem relinquere. Non autem *ab*, *abandoner*, hoc est publico exponere, quod fit in re, cuius

nulla cura est.

ABBARBICARE. Stirpitus adhærescere, vt de hedera. A fibris, sine minutis radicibus, barbarum instar.

ABASSO. Infra, in imo. Isidor. *Abaia, infama domus* & alibi *Abaso infirma domus*: sed ex Papia legendum *Abassum. Infima domus*, siue *inferiora domus*: quod monuit Vulcanius. Hispanicè *Abajo*. Quod vero adiicit Isidorus, *quasi sine base*, ineptum est. Nam vel à *base*, quæ in imo est, vnde Philander in Vitruv. L. III. 3. *Stereobatam* posse vocari ait, ædificii veluti basim, quod *bassamentum* vulgo dicũt: vel à Græco Βάθος, quod & profundum, & imum significat. Scalig. exercit. C. III. *Tum qua sub ea* (columna) *maxime distans, ima Latine, vulgo Bassa, Graca voce, non vt quidam somniarunt. Βάσις enim Gracè, sicuti fundus*. Et in Hist. animal. L. VIII. p. 693. *Sycamina mora, & sunt duplicia, e rubo, & moro arbore. Itaque à celsitudine huius*, Celsi mora *dixere*: *ab humilitate illius*, mora bassi. *Nam bassum, vulgus Italia, Gallia, Hispania, à basi, imum vocat*. Vnde *Abassare*, deprimere: & *Basso*, pro infimo, siue imo. Et in Musicis vox grauior, ac demissior, *Basso* appellatur. Ita & *bassotto*, pro breuis staturæ homine, sed obæso. Isid. Glos. *Bassus, crassus*. Et alibi *Bassus. Pinguis, obesus*.

ABBATE. Hoc titulo paternæ venerationis non solum sacerdotes, & Cœnobiorum præfectos honestatos esse, sed etiam nobiles, ac proceres sacrorum expertes, docuit Ægidius Menagius, nunquam sine laude dicendus, ex Cuiacio Tit. I. Lib. I. Feudorum. Suidegerus in Chronicis. *Abbates in antiquis Historijs non sunt Monachi, sed Barones, magnatesque, quibus Abbatias, vel monasteria Princeps dat ad tempus, vel quoad vixerint*. Qui titulus adhuc durat. Nam Brixiæ Abbates, sunt Decurionum primores, & Mediolani Collegiorum, & sodalitiorum, imo mercatorum, atque opificum præfecti, Abbates vocantur. Hoc sensu Dantes Purg. XXVI. *Nel quale è Christo Abbate del Collegio*. Villan. L. IX. 93. *Nel detto anno i Capitani di Genoua, e l'Abao del popolo, e la Podestà*.

ABBATTERE. V. *Battere*.

ABBOCCARSI. Congredi, quasi ore ad os conuenire. Item prælio accingi. Villan. L. VII. 47. *Si fecero loro incontro al ponte di S. Broccolo, abboccandosi à battaglia, nel qual abbocamento la Caualeria di Bologna non resse*.

ABBONIRE. Abbonire i campi, est solum incultum exercere, & ad culturam reducere: item vallium, & montium deserta exercere. Simplex notatio est, agros, bonos, siue frugibus aptos reddere: Magis recondita quam attulit Menagius, quod apud Scriptores Gromaticos, limites, *Bonna*, appellarentur. Glaber Rodolphus. *Multi ibi limites, quos alij Bonnas vocant, fuerunt recogneuerunt agrorum*. Vt *Abbonire*, sit deserta ad culturam trahendo, agrorum limites extendere.

ABBOZARE. Delineare, ac futurum opus deformare. Vel quasi *Abacare*, quod in Abaco, vt diximus, formæ, lineæ, ac numeri describerentur. Vel quod verisimilius puto, quia pueri olim diagraphicem (*l'arte del disegnare*) in buxo discerent, vt *Abbozzare* sit, quasi *Abuxare*, Hispani *Debuxar*, pro eodem. Plin. L. XXXV. 10. de Pamphilo Macedone Apellis præceptore. *Et huius auctoritate effectum est Sycione primum: deinde, & in tota Gracia, vt pueri ingenui, ante omnia diagraphicem, hoc est picturam in buxo docerentur, reciperetur que ars ea in primum gradum liberalium*. V. *Schizzo*.

ABBRVCCIARE. Vrere, incendere. Quod in antecessum monitum volumus, magna pars verborum apud Italos, e Latinorum frequentatiuis formatur. Ita *Abbrucciare* est amburitare. Vrere, vritare, amburitare, *abbrucciare, brucciare, & brusare*: & duplici frequentatiuo, *Brusatare*; Item *Brostolare*, vstulare, ambustulare. Vide *Brucciare*.

ABBIATICO. Insubres *Biadego*. Nepos, id est filio genitus, non fratris filius, vt vulgo. Ab Auo, est Auiaticus. Vox feudalis.

ABBIGLIARE, *Abbigliamento*. Ornamentum. Bouillus ab habitu. Sed plus significat, idest habitus honestamentum. Alij ab habilis, idest, habilem reddere. Sed est à *bello* quod pulchrum significat. Abellire, *abbigliare*, pulchrum reddere, & decorum. Id etiam Carolo Dato Viro doctissimo placere video, in Appendice Menagii Originum Italicarum.

ABBVRATTARE. Excernere, furfures excutere. *Burattare*. Putare, puritare, farinam à furfuribus purgare. Glos. Arabicæ. *Purito, emundo*. Prudentius. *Propheta sanctè culta, qui purant sacra*. *Buratto*, In cerniculum excussorium, ex lino tenuissimo: pollinarium, quo furfures à polline separantur, & farina puratur.

Galli *Blutteau*, Apludare. Nam *Apluda* antiquis idem quod furfur. Gellius L. XI. 7. *Legerat autem ille, Apludam veteres rusticos frumenti furfurem dixisse*. Plin. L. XVIII. 10. *Milij, & panici, & sesama apludam vocant purgamenta, alij alijs nominibus*. Eadem Festus, & Nonius. Apludarium igitur instrumentum excutiendæ, & purgandæ farinæ, & apludæ deijciendæ, *Blutteau*, non à voluendo,

do,

ėlo, vt aliqui censent. Germani *Bantelet*, & *Bantelet*, ab eodem.

Ab Apluda Itali fecerunt, *Pula*, & *Bula*, & *Frulla* pro re inani, ac vilissima. Næuius apud Festum. *Non hercle Apluda est hodie, quam tu nequior*: vel vt alij legunt, *leuior*. Veneti inanes minas *Bulade* appellant, in irritum, ac veluti in ventos casuras, & *Buli* ferocnlos iactatores, nihil præter verba ausuros.

Idem instrumentum Itali vocant *Frullone*, & *Forlone*: siue ab apluda, *bula*, frulla: siue quod est simplicius à *furfure* quasi furfurariū, *furfurone*, *frullone*.

Alii cribro furfures excernūnt. Idque non vnius generis. Alia enim exsetis equorum, quod Gallorum inuentum ferunt. Plin. Lib. XVIII. II. *Cribrorum genera Galli e setis equorum inuenere. Hispani e lino excussoria: Ægyptus e papyro, atque iunco*. A setis, *setaccio*, & *sedazzo*: *Tamiso* autem quasi *Setamicium*, siue quasi *Staminium*, quod rarum, & plus staminis, quam tramæ habeat. Alia e lino excussoria, & pollinaria, vt diximus, quibus furfures à polline excernuntur. Ab excreto autem *Schietto* depuratum: quod ad alia translatum. Vt pro eo qui fuco caret, & lenocinio, sed mundus, & simpliciter ornatus est. Item *Vino schietto*, pro puro, & meraco.

Porro *Buratto* appellamus genus panni leuidense, & tenuissimum aptum æstiuis caloribus, quod illius instar fit, quo farina puritatur.

ACCASCIARSI. Cadere, subsidere. Dant. Inf. XXIV. *Se col suo graue corpo non s'accascia*. Vbi Laudinus, *Accasciarsi*, explicat, cum quis onere præ grauatus, atque oppressus, corruit. Non ergo à *Cassus*, quod aliud significat. Potest etiam esse à *Coxa* idest in coxam, siue coxim sidere.

ACCASARSI. Vxorem ducere. Siue quod ea domum duceretur: siue quod qui vxorem ducebat domum ædificaret, vt magnus Turnebus docuit Lib. XXI. cap. 17.

ACCATTARE. Lexicon Etruscum non vnam vocis huius significationem ponit: quæ ferme ex eodem fonte dimananr. Pro mutuari, quod ex *acceptare* corruptum censet Voss. L. IV. I. Significat enim captare, petere, & acquirere. Boccat. *E mancando denari accattauano*, mutuam pecuniam capiebant: Etiam aliquid commodato accipere: *cattar in prestito*. Idem. *Hauendo accattato da lei vn mortaio*. Eiusdem originis *Cattare* pro mēdicare, quod non solum est petere, sed accipere, acquirere, acceptare. *Accattare gratia, beneuolentia*, vt apud Latinos, captare cœnam, frigus, plausum, & id genus cetera: vel acquirere, *acquistare, accattare*.

Præterea pro inuenire, capere est inuenire. Terent. Heaut. *Rationem cepi, vt neque tu egeres, neque hac posset perdere. Capere consilium* apud Ciceronem inuenire vt Nonius. Vel cōsequens pro eo, quod antecedit, nam captare est quærere. Captare feras. Horat. *Captat, & apponit*. Siue quod amissum est recipere. Etrusci *Raccattare*, pro reperire, siue recuperare, quod est receptare. *Cattarsi vn padrone, trouar padrone*. Carolus Caluus Tit. XV. cap. 13. *Quod Deus illi cupierit, & ad alium seniorem accaptare potuerit* (vn altro Signore) *pacifice habeat*. Cinus. *Ch'io per me non accatto, come più viuer possa à nessun patto*. Non ergo est vox peregrina. Indidem pro impetrare; qui impetrat, acceptat. Nouel. antiq. 77. 12. *Pregandolo che accattasse parola dal Re*. Alii addūt *Accattare*, pro emere. Villan. VIII. 9. *Troua tolo il detto Rubaldo il pose à trauerso in furun asino, e venia gridando*, Chi accatta Manfredi, chi accatta Manfredi? Sed Lexicon Etruscum id interpretatur, quis repperit Manfredum? Nec alibi *Cattare* pro emere. Quod si esset, indidem duceretur, nam qui emit acceptat.

Ad hæc aliquem in cursu assequi, siue capere, vulgo *Chiappare* vnde *Zaffi*, & *Ciaffi*, lictores qui homines capiunt, & *acciaffare* apud Dantem. Inf. XXI. *Si che se puoi nascosamente acciaffi*, idest, *rapisca, & vncichi*, vt Landinus.

Atqui *Riscattare* est à Recaptiuare, vt reserare, recludere, ex captiuitate redimere, quod & *Recattare*. Chron. Venetum. *E gl' huomini furono recatadi*. Vltimo *Cattare* est poma, uvas, & fructus ex arbore decerpere. Flexa inde voce. Carpere, *carpitare*; *captare*, *cattare*. Quanquam & captare. Ouidius II. de arte. *Ob bene quod frustra captatis arbore pomis*. Illud tamen rectius.

Ceterum Venetijs Magistratus est qui CATAVERI. appellatur. Earum rerum indagator, & explorator, quæ assertorem nullum habent, quasi nullius dominio mancipatæ, (à Græcis ἀδέσποτα dicuntur, idest sine domino) & earum omnino rerum, quæ in fiscum decidunt. Latinis priuata ratio, siue vt Strabo loquens de Ægypto prouincia sub Augusto ἴδιος λόγος. Vbi similis Magistratus erat. Hauere, bona, & facultates, Cataueri qui ea bona in fiscum decidua, conquirunt, & veluti captant, *Accattano*.

ACCENNARE. V. *Cenno*.

ACCERTELLO. Tinuunculus, non ab *Acer*, & aspera voce, sed ab Accipiter, *Accipiterculus*.

ACETTA. Securis. Acieris. Festus. *Acieris securis aerea, qua in sacrificijs vtebantur Sacerdotes.* Glos. *Aceres, ἀξίνη ἱεροφάντου.* Lege Acieris ex Festo, scilicet ab acie. Quintil. L. 1. 4. *Aut à pinna quod est acutum, securis vtrinque habens aciem, bipennis.* Eadem *Manara*, & *Manarino*, securis manualis, nempe breuior, quæ manu gestatur, & inter arma vsum præstat.

At AZZA, securis, Germ. *Ax*, Galli *Ache*, quod ab *Ascia* deducunt. Sed *Ascia* est fabrile instrumentum: scilicet dolabra, qua ligna dolantur, siue læuigantur, & à securi diuersa, tũ forma, tum opere. Maiorem *Assa* vocant, minorem *Pianola*, & *Piola*, à planando, & poliendo. Vel ergo est à Germ. Ax, vel ab altero dolabræ genere, quæ *Picco* & *Piccone* appellatur, instar mallei in acutum nostrum desinentis, vnde nomen.

ACCIA. *Azza*, filum, ab acu. Glos. *Acia Ῥάμμα.* Titinnius apud Nonium. *Phrygio fui primo, beneque id opus sciui, Reliqui acus, aciasque hero, atque hera nostra.* Celsus L. v. 26. *Vtraque optima est ex acia molli non nimis torta, quod mitius corpori insidat.* Insubres non filum solum, sed filorum compaginem, & structuram, *Azza* appellant, hoc est acias in vnũ compactas, vel contractè à *Metaxa*. Iidem filum *Gugiada* dicunt, quasi acutiata: Veneti *Angonara*, quasi *Acunaria*.

Ab Acu etiam, *Aciarium*, ῥαφιδοθήκη dicitur eidem veteri Glossographo: idest theca ad acus reponendas: Βιλόνη, *Acula*, *Acus*, Βελονοθήκη, Aciarium. Scaliger in Catalectis illud Moreti, *Admouet his pronam submissa fronte lacernam, Et producit acu stupas humore carentes*, explicans ait acus nomine, vel aciæ intelligi quicquid ex lino, aut lana, aut stupa carpebatur: quasi rusticus produxerit stupam in acum ad lucubrandum. Sed nunquam acus pro linamento, idest acus pro acia. Rusticus stupam, siue elychnium humore defectum producit acu, idest igni aptat, detersa scilicet amurca, & putribus fungis, & extendit, vt facilius ignem concipiat.

ACCIAIO. *Azzale*. Chalybs. Aciarium. Non ab acu, vt quidam perperam censent, sed ab acie, quæ ob præstantem ferri temperaturam firmissima, vt Scaliger ad Festum. Pap. *Acciare ferrum durissimum.* Glos. *Aciarium σομαται*, lege, vt monuit Vulcanius στόμωμα. Nam Glossæ alio loco. Denticulum Aciarium στομωμάτιον. Lexicon vetus. Στομῶσαι *Ferrumino.* στόμωμα *Ferrumen.* στομωτός. Indurator. Et infra. στόμωμα, *Ferrum durum*. Vt στόμωμα sit ferrum acie chalybea roboratum. Vnde *Acciaio*, & *Azzale*. Plin. Aciem dixit. Vt cum ait Ferrum excoqui ad indurandam aciẽ. Scalig. exercit. cvi. 1. *De Chalybe non est dubitandum. Quippe etiam in Aquitania locis aliquot effoditur, quod ferrum forte vocant: Aciarium autẽ non inepta appellatione. Ex ignauiore namque ferro gladiorum dorsa fabricant, qua lentitia minus illi sunt fragiles: ex chalybe apponunt aciem ad efficaciam casionis.*

Ceterum propter cognationem Aciæ, & Aciei, factum est, vt sicut acies militaris, *fila de Soldati* dicatur ab acia siue filo, ita & acies cultri, aut ensis, *il filo della spada*.

ACCIO'. Ad hoc. *Acciò che*, ad hoc quod. Diuersam apud veteres aspirationis pronunciationem fuisse, vel apud nos periisse, vel ex Catulli epigrammate in Arium apparet. Quãtum coniectura assequi licet, fuit illa gutturalis. Ea nunc restat in paucis vocibus aspiratis. Hoc *ciò*, quasi hioc, *scieeh*, *sciò ciò*; hac, hiac, *scià*, & *ciā*, vt plebs loquitur apud Insubres: *Sciā*, *elà*, hac, illac, quod politiores inepte vertunt in *cià*, & *zà*, vt *Giobia*, in *Zobia*: cum rectior sit vetus pronunciatio. Illud enim *Scià*, est aspiratio gutturalis. Et ita *Ciò* hoc, *Acciò* adhoc.

ACCISMA. Dant. Inf. xxviii. *Vn diauol è qui dietro che m' accisma Si crudelmente al taglio della spada.* Abscindit, mutilat, & vt Landinus exponit, vulnera renouat. Vel ab acie gladii.

ACCOCARE. V. *Cocca*.

ACCOGLIERE. Videri potest, vel à colligere, vel à cogere aliquem ad se. Nam Dantes. *Gl' huomini poi ch' intorno erano sparti, S'accolsero à quel luogo ch' era forte.* Collecti sunt. Hoc tamen sensu Latinis inusitatum est. Ergo est ab Accipere, excipere hospitio, ad se inuitare, & trahere. *Colto* est captus, accolto exceptus, quasi adcaptus. *Colto all'improuiso*, captus, deprehensus, *colto in fragrante*. Dant. Inf. xxx. *Se più auuien che fortuna t' accoglia Oue sian genti in simigliante piato.* Capiat te, deprehendat. Et xxvii. *Ma poscia ch' hebber colto lor viaggio*, postquam viam ceperunt. Et xxiv. *Poi disse più mi duol che tu m' hai colto Nella miseria doue tu mi vedi.* Capere *colto*, *cogliere*, *accogliere* excipere. Quibus ambitiose Græca arrident, ab ἀγκαλίζω, amplector, complector. Sed quod diximus rectius est. Vnde *Accoglienza*.

ACCOMMIATARE. V. *Commiato*.

ACCONCIARE. Concinnare, adconcinnare, aptare, collocare, disponere. Vt Monosinius. Boccat. ii. 8. *Hauendo dunque il Conte il figlio, e la figliola acconci.* *Andare a concio.* Insubres, lente commode, & concinne incedere. Item pro reficere, reparare, instruere.

struere. *Conciare le strade, scarpe*, & similia. *Conciare la testa*. Comere, & capillos concinnare, ac disponere. Non à *Comitiare*.

ACCOPPIARE. V. *Coppia*.

ACCORARE. Dolore afficere, vt ex mœrore cor doleat. Dant. Inf. XIII. *Tanta pietà mi accora*. Purg. V. *Che del desio di se veder m'accora*. Landin. Accendit cor, & stringit cupiditas videndi Deum. Alibi idem *Accora*, ad audendum impellit, cor excitat, & fortes reddit. *Et incora*, eodem sensu.

ACCORCIARE. V. *Corto*.

ACCORDARE. Inconcordiam redigere. Alij à corde, mihi aptius videtur à chordis, siue fidibus Musicis.

ACCORGERSI. *Auuedersi*. Aduertere, animaduertere. Cernere, cretum, adcernere, adcretum, discernere, discretum. Adcretum, *accorto*, & *accorgersi*. Discernere, & secernere, est visu aliud ab alio distinguere. *Scorgere*, *scorta*, *accorto*, qui aduertit, siue animaduertit, *auertisce*. Nam ferme à supinis Italica deriuantur. *Accorgersi*, *auuedersi*. Dant. Parad. X. *Non m'accors' io se non com'huom s'accorge, Anzi il primo pensier del suo venire*. Falluntur, qui à *Corte*, vel *Adcorrigere* factum putant. *Accorgimenti*, *auuertimenti*, astutiæ, fallaciæ. Dant. Inf. XXVII. *Gl' accorgimenti, e le coperte vie Io seppi tutte*. *Accorto*, ingenio sollers, ac prouidus, quem haud facile decipias. *Scorto* pro eodem. Villan. VIII. 10. *Fù cominciatore, e maestro in digrossare i Fiorentini, e farli scorti in bene parlare*: peritos, & attentos ad bene loquendum.

ACCOSCIARSI. Adcoxare, Incoxare, coxim sidere.

ACCOSTARSI. Accedere, accessum, *accessitare*, *accostare*, maxima Italicorum vocabulorum pars à Latinis frequentatiuis deducitur, vt iam dictum est, & in Operis processu apparebit. Alij ad costam accedere, idest ad latus: nimis strictè.

ACCOZZARE. Vnire, in vnum cogere. Vel capita vnire. Caput enim *Cò*.

ACQVISTARE. Adquærere, adquæsitum, adquæsitare, *acquistare*. Galli *Achat*, & *Achet*. Emptio, *Acquisto*.

ADAGIARE. Adaptare, addattare; *Agiare*, *asiare*, aptare, accommodare. *Agio*: *à bel agio*, apte, commode, lente, pro morari. Dant. Inf. III. *Batte col remo qualunque s'adagia*: remo verberat animas tardas, & morantes. Galli *Aise*: non ab *est*, aut ab *otio* vt Bouillus, & alii: sed apium, commodum. Dant. Purg. XXV. *Ma perche dentr' a tu voler t'adage*. Voluntati obsecundes. Non esse autem ab otio indicat Boccat. Nou. XVIII. 9. *Essendo io negl' agi, e negl' ozi, ne quali voi mi vedete*. *Asio* Veneti pro loco, siue lecti parte. *Stare nel suo asio*, & *Agio* pro cubiculo. *Agiamento* pro sella, quam alii vocant *la commodità*.

Contrarium *Disagiare*, incommodare. Dant. Purg. XIX. *Che la tua stanza mi pianger disagia*. Longior mora lachrimis est incommoda. Et *disagio di lume*, pro defectu apud eundem.

ADESSO. Nunc. Ad ipsum, scilicet tempus, negotium. Dant. *Ista*, *issa*, ista, ipsa hora: sicut & *hora*, simpliciter.

ADIETRO. Retro, à retro, deretro, diretro, à deretro. *Arretrare*, pro retro cedere. *A ritroso*, retrorsum, inuersum, præposterum. Dant. Purg. XVII. *Tanto che'l giglio, Non era ad hasta mai posto à ritroso*. Vexillum Florentinorum nunquam ab hostibus captum, cuius insigne lilium, nec vt mos est inuersum, atque humi tractum. Patauini *In dreana*, pro vltimo, quasi in parte deretrana.

ADDITARE. Demonstrare, digitum intendere. Glos. Δακτυλοδεικτῶ. *Digito*, *addito*. Lege. *Addigito*.

ADDOBBARE. Adornare. Ita Landinus explicat illud, *che si gl' addobbi*. Adornas: quod Gallica lingua *addobbare* sit ornare. Fortasse ab opibus, nam *duplex*, & *duplum* nihil ad rem facit. Verisimilius ab *Addogare*, quod pariter ornare significat, nempe *à doghis*, siue fasciis, & institis, quibus vestes ornabantur. Villan. XII. 85. *L'insegna addogata d'oro, e di vermiglio*. Trabeæ instar, auro, & cocco per longos tractus distinctæ. *Addobbare* enim proprie de vestium ornatu. V. *Doga*.

ADOSSO. Super, ad dorsum, super dorsum. *Caualcare à redosso*, nudo dorso, sine stragulis, & ephippiis. Retrodorsum, in equi clunibus.

ADVGGIARE. Vmbra nocere. Dant. Purg. XX. *I fui radice della mala pianta, Che la terra Christiana tutta aduggia*. Et Inf. XV. *El fumo del ruscel di sopra aduggia*. Contrariæ scriptorum opiniones rem perplexam & incertam reddunt. Alii enim ab *vdus*, quod vmbra plantis, ac satis, humiditate noceat. Alii contra ab *adurere*, quod non minus frigus, quam Sol adurat, quæ sententia tolerabilior videtur, licet vmbræ frigus opacum proprie non vrat, sed intensum, & penetrabile. Accarisius *buggia* esse odium ait. M. Vill. IX. 97. *E per tanto era in vggia, e crepore a detti Franceschi, e Nicolò*. Quod ab odium. *Tu mi dai vggia*, odio enecas. Landin. ab *buggia*, idest vmbra. Certe *Vggia* est vmbra. Sen. epist. *Si conuien sebisare il caldo della state per ombra, e per buggia*, Vt sit vmbra opaca. Vnde forte ab opacum, opacia, *vecia*, *vggia*.

Ferme autem huiusmodi vmbra noxia plantarum quarundam. Fr. Sacch. *Fuggi per Dio anchora cotal vegge, Che surgon fuori di maligna pianta*. Meliora ab aliis expectamus.

ADVNQVE: *dunque*; Tunc, *tone*, *donc*, *tonche*, *dunche*, *dunque*. Attunc, *adonque*. Vt Siluius Isagog. p. 46. Ita *hora* pro ergo. Veteres autem *adunche*, & *dunche*, scripsisse obseruat Pergamenus in Memoriali. Quod est Tunc, & Attunc. *Dovunque*, aliunde est. Vbi, *one*, de vbi, *done*, de vbicunque *dovunque*.

ADVENTORE. Qui tabernam vel officinam frequentat, aut opus faciendum locat. Glos. *Aduentor*. ἐργοδότης.

AFFANNO. Angor, anxietas. Expeditam rationem quidam inuenere, cum rem extricare non possunt, ad Hebræos, veluti re fracta cōfugiunt. *Affanno* enim ab Hebræo *Apha* deriuant. Sed iste Affaniæ sunt. Est enim ab anhelare, abanhelare, ab hannare, afannare: Ob animi angorem crebros anhelitus ducere. Dant. Inf. 1. *E come quel, che con lena affannata*. Crebro anhelitu, siue anhelatione altius ducta: qui ob laborem, & defatigationem difficulter respirat. Vnde pro cura, & sollicitudine, quæ crebra suspiria gignunt. *Affannarsi*, pro laborare, nam ex labore anxietas. *Affannato*, pro cupido, & auido, qui aliquid anxie concupiscit. Anhelus, anhelans, à crebro anhelitu: Galli *Ahans*, anhelans. Affans: anhelatus, *affannato*.

AFFATATO. V. *Fate*.

AFFATVRATO. V. *Faturare*.

ALBAGIA. Ambagia: ambitio.

AFFERRARE. Ferro, vel forcipe aliquid apprehendere, & constringere. Item de nauibus, quæ harpagonibus nectuntur, & anchora littori adhærescunt.

AFFINARE. V. *Fino*.

AFFITTO. V. *Fitto*.

AFFOLLARE. Anhelare, ægre spiritum reciprocare. Dant. Purg. xxiv. *Fin che si sfoghi l'affollar del casso*. Landin. Affolare, anhelare, siue difficulter spirare. Quod pulmones instar follium spiritum reciprocent, donec anhelitus recipiatur, & spiritus lenius meet. Simplicius *affolare*, est *abhalare*, quod idem significat. Hinc *Traffellare*, valde anhelare, *Trà* enim Etruscis, multum, valde. Ex nimia defatigatione, crebros anhelitus dare, ac pene deficere. Vitæ S. Patrum. *Dato bere à quel Monacho, che traffellava di sete*, præ siti anhelabat.

AFFRONTARSI. Concurrere: aduersus hostem consistere. *Affrontare*, in os cædere: dedecus inferre: ignominia afficere, pudorem incutere. Frons pudoris sedes. *Affronto*. Vide fortassis *Onta*. Vide.

AGGHIACCIO. Septum ouium. Locus herbidus, vbi greges rete circumdati quietem capiunt, & pabulo reficiuntur. Potius à iacendo, siue adiacendo, quam à *Craticio* ductum videtur. Firenzol. Rime. *Inde aggiacciati su l'herbetta verde, Ne scaccerem da noi l'ingorda fame*. In viridi iacentes gramine.

AGATA. Acia, filum. V. *Gavetta*.

AGGECCHIRSI. Vilem se facere. Abijcere se, atque animum demittere. Alij ab Adiacere.

AGIO. V. *Adagiare*.

AGGIO. Permutatio nummorum, & pretium, quod pro illa dependitur. A Græco Ἀλλαγή, *Allage*, Aggio. Vt Turneb. L. xxi. 15. Plura Salmas. de vsuris. Pollux *Collybum* vocat. Vt *Aggio*, siue ἀλλαγή, sit permutatio pecuniæ, cum accessione, & augmento. Veneti *l'Azo*. Glos. ὀνυματαλλαγή. *Cambitas permutatio*. Non ab adijciendo, quasi adijcium.

AGGRAPPARSI. Adrepere, adreptare, adreptitare, aggrappare, vngues reptando affigere. Vel griphis, idest vncis vnguibus arripere.

AGGRATICCIARE. Adhærescere, vt vites & hederæ. Nihil hic crates, & craticium facit: Tam hoc enim, quam lenius *Aggratigliare* ex eodem fonte cadit, nempe *Grattare*, vt Pergamenus: hoc autem ab atterere, atteritare, de quo infra. *Grattare* est scabere, siue vnguibus scalpere. *Aggraticciare*, adrepere, vngues defigere: *aggratigliare*, leniter scabere, ac permulcere. Boccar. ix. 5. *Tu mi hai aggratigliato il cuore con la tua ribeba*, iocosa translatione.

AGGVAGLIARE. *Ragguagliare*, Veneti *sgualinare*, æquare, æqualare, æqualitare. V. *Ragguaglio*.

AGGROTTARE. Accedere. Non ab *adgruttare*, *adruptare*, quasi ad cryptam accedere: Cur enim potius ad cryptam, quam ad aliud? Sed ab *adgregare* se, & inusitato, *adgregitare*, *aggrottare*. Vnde *aggrottar le ciglia*, pro torvum aspicere, cum supercilia contracta iunguntur. Idem significare aiunt *Agguesfare*, à *Gueffo*, quod est podium, siue mœnianum, quod domui adiungitur. Sed cur à podio, sicut à crypta, & non ab alia re, cui adhærescimus. Dant. Inf. xxiii. *Se l'ira sopra al mal voler s'agguessa*. Ergo ab *Accoppia*, *agguessa*. Nam Landinus explicat. Coniungitur, colligatur. *S'agguessa*, *s'accoppia*, quo verbo paulo ante vsus est. Accarisius, *aquatur*, æqualis fit. Verum aliquid plus significare videtur. V. *Gueffo*.

AGLIATA. Alliatum. Plaut. Mostel. L. 1.

Sine

Sine me alliato fungi fortunas meas. Quod Turn. L. XVI. 17. Moretum interpretatur, cui allium admixtum est, & de cibis omnibus quibus allium intritum. Donatus ad illud. *Tute intristi, tibi est omne exedendum*, notat à rusticis de alliato mortario, vbi mortarium cibum ipsum vocat, ideſt moretum. Noſtrum tamen alliatum è ſolo allio contuſo, quod verisimile intellexiſſe rusticum. Nam moretum ſiue intritum res operoſior, & lautiorum etiam menſis adhibita.

AGGOMITOLARE. Filum in glomi figuram conuoluere; *Glomo*, *Glomicello*, Hiſpani *Ouillo*, à ſimilitudine. Iidem *depanar*, Itali *deuinare il filo*, à pano, panuellio, ideſt *filo*. Nam panus tramæ inuolucrum, vt Nonius, quo panni texuntur. Lucil. L. IX. *Foris ſub tegmini, panus.* Vnde Panucula, & *panocchia.* Vide.

AGONIA. Supremus exituræ animæ conflictus, à Græco Ἀγὼν, certamen. *Agognare*, pro deſiderare, Ἀγωνίᾳν, vt Monoſinio obſeruatum eſt, anxium eſſe ob dubitationem de euentu alicuius rei, non tam ne malum accidat, quam ne bonum ſperatum non eueniat. Ita qui timent ne eo exeidant, quod cupiunt, ideſt ne non aſſequi poſſint, ἀγωνιᾶν dicuntur, *agognare*.

AGOZINO. V. *Alguazil*.

AGGRICCIARSI. Horreſcere, cum capilli arriguntur. V. *Arricciarſi*.

AGRO. Non. *Acre*, *auſterum*, *acerbum*, *aſperum*. *Agreſto*, ſuccus vuæ acerbæ. *Agro di cedro*, Acrimonia citrina. *Agrume*, acerbitas, acredo.

AGVATO. *Inſidia.* Cubare, cubitare, adcubitare, *agguattarſi*, ſubſidere in inſidijs depreſſo humi corpore. Galli, *acconeter*, accubitare. Hiſp. *àgaytar*, & *aſſechar*, aſſidere, ſubſidere, & *agaçaparſe*. Accubitarus, *Aguato*. Sicut Latinè, Inſidiæ, ab inſidendo, deprimere corpus ad latendum. Dant. Inf. XXI. *Lo buon Maeſtro acciò che non ſi paia Che tu ci ſij diſſe giù t'aquatta Dopp' vno cheggio, ch'alcun ſchermo t'haia.* Poſt ſcopulum ſubſideret, quo latêre dæmones poſſet. Et alibi *L'aggnato del Canal*, Equi Troiani. Vbi neſcio quare Landinus mutauerit, *El giunto del Canallo*. *Giunto*, pro dolo. Nam *agnato* hic pro inſidiis ſumitur, etiam ſi equus Durateus non latuerit, ſed in eo Græci latebant, veluti in *aguato*.

Galli *Aguet*, non à *guetter*, ſpeculari, quod à viſito, vt infra (*guet*, vigiliæ, ſpeculatio, excubiæ) ſed ab accubitu, *aguetter*, accubitare *Par aguet*, ex inſidijs, nam qui inſidiantur, ſubſiunt. *Guet à pens*, diſpoſitæ inſidiæ.

Star quatto, *quatto*, ſubſidere, non ſe mouere, nec corpus erigere: cubitare more felium, cum muribus inſidiantur. Dant. Inf. XXI. *El Duca mio à me, ò tu che ſiedi, Tra li ſcheggion del ponte quatto, quatto.* Inſubres *quattarſi* pro ſe operire, & *quattato* coopertus, quod qui cubitant corpus operiunt. Iidem bufonem, ſiue rubetam, appellant *Sciatt:*, quod corpore humi adpreſſo, à cuius ſimilitudine lagenam plani, & depreſſi ventris. Quamquam buſo etiam à cyatho dici potuerit, ob tumorem, de quo infra.

Item Guato, pro aguato. Vil. I. 34. *E ſi riponeſſon in guato tra la Città di Fieſole, e l'oſte de Fieſolani: Far la ſguaita*, latenter obſeruare eum cui parantur inſidiæ: vt felis cum mures captat. Cubile autem canum Veneti *Cuzzo* appellant, à cubando, quaſi *Cubitium*.

AGVCCIA. Acus. Acucula, acucla, accuccia. *Guſella*, acuicula: acicula. Gloſ. *Acucla*, aeicula. ῥαφὶς. *Gugiada*, acia filum ab acu, *Acuciata*, *guggiada*.

AGVGLIA. Obeliſcus, à faſtigio in acutum deſinente: quaſi aculeatum, *agugliato*, *agoglia*.

AGVGLIATO. Stimulus. Guiado. Ruſtici *Zeià*. Hiſp. *agujon*. Etruſci *Pungello*, & *pungetto*, *pungiglione*, quod etiam pro apum aculeo. *Pungitoio*, *e pungolo*.

AGVGNARE. Gannire, adgannire, proprium canum, & vulpium. Dant. Inf. VI. *Qual è quel Cane, ch'abbaiando agugna, E ſi racqueta poi chel paſto morde.* Rangognar, vulgus etiam de homine, qui obgannit, & muſſitat, & muſſando conqueritur, quanquam à *ringi*, dici poſſit.

AGVISA. Vicem, aduicem. Inuicem *inguiſa*, *inuece*. Vice, *viſa*, *guiſa*.

AGVZZARE. Acuere, acutiare: ἀκονᾶν, cote acuere, quæ Græcis ἀκονὴ. Gloſſæ. *Ακονητής*, *Samiarius*, *cotiarius*, *acutiator*. Samiarius à Samia cote, quæ acuta erat, vt ea virilia demeterent. Catullus de Atti. *Deuoluit illa acuta ſibi pondera ſilice.* Veget. Veterin. L. I. 22. de Sanguinis detractione. *Sagittam (lancetta) duri chalybis exiges cotibus bene acutatam*.

AHI. αἶ, αἶ. Hei mihi.

AIO. Nutricius, educator. V. *Bailo*.

AIRONE. *Aerone.* Ardea. Scaliger. Exercit. CCXXXII. Cenſet, quaſi *Aereum* dictum, à volatu arduo, Græca origine, αἴρω δῖον. Rectius Menagius à Latino *Ardea*, *ardeone*, *aerone*.

AIZZARE. *Iſſare*, *vſſare*, canes inſtigare; A vocis ſono. Græci σίζειν. Canes inſtigare, ſiue incitare ſibilo quodam. Heſych. Ἐσσίττειν, quod exponit κυνηγετικῶς παρορμᾶν, inci-

incitare venatorum more. Id Stephanus deducit à voce *Σίττα*, qua pastores vti soliti sunt ad gregem, vt eum ad festinandum incitarent ex Theocrito. Sibilus nempe. *Fiß.* Dant. *Aizzare.* Inf. XXVII. *Dicendo ista ten' va, più non t'aizzo.* Prouoco, irrito. Veneti. *Issare*, & *Vssare.* Alii à *titione*, *adtitiare*, satis dura translatione.

ALABARDA. Germ. *Hallebard.* ex *Hel*, clarus, splendens, flammeus, & *baerd*, bipennis, vt tradit Voss. L. II p. 274. Qui Longobardos, non à longis barbis, sed à longis *bardis*, siue *bartis*, idest bipennibus, quas gestarent, dictos existimat. Cluverius Germ. L. I. 44. Securim Palatinam interpretatur.

ALBA. Diluculum, aurora, cum Coelum inalbescit. Galli *Aube du iour.* *Bailler oubades*, ostium amicæ occentare. *Mattinade.* V. *Madrigale.*

ALBAGIA. Arrogantia, vanitas. Rectius ab *ambitione*, *ambitia*, *albagia*, quam à verbo *Aduago*, vocem deflexam puto.

ALBERGO. Hospitium. Germanicum est. Lipsius Centur. ad Belgas, ex vetere Glossario. *Herberga*, Castra. *Nos latius pro omni diuersorio: sed illud proprie, & primo.* Vossius L. II. p. 223. *Heribergium.* In adnuntiatione D. Caroli in Edicto, Cap. XXXVII. *Volumus, & expresse mandamus, vt sicut nec in nostro palatio, ita nec in isto Heribergo aliquis alius sine nostra iussione manere præsumat.* Atque *Heriberga*, & *Heribergium* proprie, primoque tabernaculum notare, sed latius extensa significatione, pro quouis diuersorio publico. Sic *Heribergare*, pro hospitio excipere. In Capit. Caroli M. L. III. 68. *Nec pro heribergare, nec pro alio banno, heribannum Comes exactare præsumat.*

Inde *Giselberga*, Comitum hospita, & *Gundinberga*, beneuola hospita, apud Grotium, lex. Gothico.

Vsus est hac voce Otho Morena Hist. Laudensi p. 9. *Federicus hospitatus est apud S. Vitum de Castillione. Et ipso die venerunt Theutonici, à prædictis Albergarijs.* Quæ referenda ad illud, *Hospitatus est*: idest, castra metatus. Et infra. *Ipsi socij tentorium eorum* (idest suum) *quod in capite Albergaria versus Papiam fixum fuerat, defixerunt, & in terram deiecerunt.* In Capite Albergariæ, idest Castrorum. Non ergo quælibet hospitia, sed castrensia Morena intelligit.

ALBIO. Alueus. Galli *Auge.* *Albiolo.* Alueolus. *Alberello*, pro vasculo. Aluearíolum. Item alueus porcorum. *Albio.* Hispani *Gaueton.* Lignum cauatum, siue excauatum. Rustici. *Truogo*, & *Truogolo.* Truncus arboris cauatus, & Trunculus. *Auello.* Loculus mortuorum. Patauini. *Niuello*, & *Nifello* Salmas. Solin. 1204.

ALCHYMIA. Siue *Alchemia.* Vox incertæ originis. Alii enim ab articulo Arabico *Al*, & à Græca voce *χυμεία*, fusor. Alii, quasi *ἁλὸς χυμεία*, salis fusio. Alii ab Arabico *Chema*, quod significat occultare. Alii aliunde. Vide Menagium Orig. Gal. p. 35. & 674.

ALCVNOTTA. Quandoque, aliquando. *Otta* Etruscis pro hora. Aliqua vna hora. *Alcun'hora* melius, quam ab *Alcuna volta.*

ALEMBIC. à Græco *ἄμβιξ* apud Dioscoridem, vt Scaliger in Catalecta p. 302. Quid autẽ sit *ἄμβιξ* explicat Casaubonus in Athenæum L. XI. 8. Vas scilicet, quo antiqui ita ferme vtebantur, vt nos hodie eo, quod fermo vernaculus *Alambiccum* vocat. Eius mentio in Græcorum medicorum libris, vt apud Dioscor. L. V. 110.

ALESSARE. Elixare. *Lesse* Veneti castaneas elixas appellant, quas Insubres *Farude* vocant, mira flexione, quod exsucta medulla, cortices, qui despuuntur, domorum sordes, & purgamenta accumulant, quod illi *Rudus*, sine rutum dicunt.

ALFANA. Ab articulo Arabico *Al*, & *fana* conflatum putant: sed *Fana*, ab equa formari posse, nunquam animum inducam, vt credam, multo minus, à *Bucephalo* concinnari. Alii meliora excogitent.

ALFIERE. Aquilifer. Quod postea translatum ad signiferos, & vexilliferos. Cum apud veteres vnus tantum in legione Aquilifer fuerit, decem signiferi, à quo Hispani *Alferez*, quod frustra ab Arabico arcessitur.

ALGVAZIL. Iidem Hispani apparitorem, siue lictorem vocant, ab articulo Arabico *Al* & *Vassallus*, quæ vox pro seruo, ac ministro accipitur. Vnde *Vassallo*, *Sergente*, & *ministro di giustitia.* Vtcas apud Coaruuiam licet aliunde deriuet, fatetur tamen quod Mauri *Gua*, dicunt ab Arabibus *Va* pronunciari, atque ita pro *Alguazil* dicere *Alnasil.* quod opinionem nostram confirmat. Este autem ministrum Iustitiæ omnes consentiunt. Vide *Vassallo.* Vnde fortasse etiam *Agozzino*, remigum compeditorum custos, & tortor originem duxit.

ALOCCO. Vlula. *Vlucus.* Seruius Eclog. VIII. Certent, & cycnis vlulæ. *Aues* inquit *ἀπὸ τοῦ ὀλολύζειν*, *idest à fletu nominata, quas vulgus Vlucos vocant.* Glos. *Νυκτικόραξ Alicus, bubo.* Lege. *Vlucus.* Infra. *Ὀλολυγὼν Vlula.* Scalig. poetica L. I. 50. *ἴλιος quoque, ea est nocturna auis, apud Aristotelem, quam nos Vlulam dicimus.*

Nunc homines stupidos, & stolidos *Alocchi* appellamus,

pellamus, & *Locchi*, Hisp. *Locos*. Turnebus tamen Com. Orat. I. in Rullum. *Haloco, inquit, ab hallucinando, pro Helaco dictum fuerit, idest stupido, & tardo. A quo Aluco, Italicum nomen auis inauspicata fluxisse videtur*. Auis quidem est ab *vlula*, vt dictum est. Ceterum *Locco* pro stupido ab hallucinando dictum, confirmatur auctoritate Gellij Lib. XVI. 12. Cloatius Verus, *Alucinari factum scripsit, ex eo quod dicitur Græcè ἀλύειν, vnde Elucum quoque esse dictum putat, A, littera, in E, versa, tarditatem quandam animi, ac stuporem, qui alucinantibus plerumque vsu venit*. Ceterum eadem auis vulgo *Barbagiano* appellatur. Quasi dicas bubonem, afionem, siue *bubasianum*, quæ auis aurita, nec dissimilis. Plin. L. X. 23. *Otus bubone minor est, noctuis maior, auribus plumeis eminentibus, vnde, & nomen illis: quidam Latini Asionem vocant*.

ALLACCIARE. *Stringere*, nectere, Adlaqueare. Laqueus, *Laccio*. Insubres *Zollare*, contractum à *Collaqueare*. V. *Laccio*.

ALLEGRO. Lætus, hilaris. Alacer, alacris. Virg. *Atque alacres habitare siluas*. Donatus in illud Terentij. *Quid tu es alacris?* scribit *Alacrem*, pro non tristem littera, L, pro, D, posita dior, idest, sine lachrymis Papias. *Alacer, vel alacris, hilaris, velox, argutus, latus, Alacritas, gaudium. Allegrezza*. Alconius Pedianus. *Alacer dicitur is, cui omnis sensus in suo quisque loco degit. Lætus vero, qui sic est affectus, vt vultu indicet adesse non sincerum sensibus suis: Quare cognita illud quoque intelligitur, aliud esse alacrem, aliud latum. Sunt qui alatrem festinantem, ac properum putent, quasi alis actum*. Ferme tamen pro *lato* accipitur. Anastasius Sergio II. *Alacris factus valde lætatus est*. aut cum læto conjungitur. Cicero. *Catilinam interea alacrem, atque lætum*. Seneca Epist. LXXII. *Cuius animus in omni negotio lætus, atque alacer est*. Sic apud Plin. in Panegyr. Apuleium, & alios. Vt videatur *Alacer*, aliquid plus, quam lætum significare; scilicet motu corporis erectum, & gestientem.

ALLENTARE. *Rallentare*. Lentare, quod est laxare, remittere. Cui contrarium, *tendere*, vt in fidibus, aut arcu. Dant. Purg. XV. *Silentio pose à quella dolce lira, E fece quietar le sante chorde, Che la destra del Ciel allenta, e tira*. Hinc ludus puerilis, quod *Tira, molla*, appellatur. Cum funiculus vel linteolum, contrario iussu, modo tenditur, modo lentatur, siue remittitur. V. *Tirare*.

ALLETTARE. Allicere: allectare. Pap. *Allectare frequenter allicere*.

ALLEVARE. *Nutrire, educare*. Olim infantes simul ac nati forent, humi deponebantur. Sueton. Aug. Cap. V. *Cum C. Letlorius adolescens allegaret se esse possessorem, ac velut aditutum soli, quod primum D. Augustus nascens attigisset*. Et Nerone Cap. VI. *Nero natus est XVIIJ. Cal. Ianuarij, exoriente Sole, penè vt radijs prius, quam terra contingeretur*. Plin. L. VII. *Hominem tantum nudum, & in nuda humo natali die abijci aduagitur*. Ergo sic humi positos pater tollebat, siue leuabat. Vnde *tollendi* vocabulum de liberis frequenter vsurpatum. Qui autem non tollebatur, pro abdicato, & proiectitio habebatur. Terent. Heaut. *Meministin' me esse grauidam, & mihi magno. pere interminatum Si puellam parerem nolle tolli? CH. Scio quid feceris, sustulisti*. Idem Andria. *Nam quod peperisset, iussit tolli*. Quod & *suscipere*, dixerunt. Idem. *Puerum autem ne resciscat mihi esse ex illa cautio est: Nam pollicitus sum suscepturum*. Statius, infantem seruum, quem carissimum habuit, & libertate donauit ante mortem, qua decessit acerba, sustulisse se dicit. L. I. Epiced. in filium. *Meus ille meus, tellure cadentem excepi*. Tertul. Apolog. *Dum prima etiam constitutio infantis super terram, statim et Dea Sacrum est*.

Quoniam ergo qui è terra tollebatur, siue leuabatur, educabatur, inde *Leuare*, & *allevare*, pro nutrire, & educare. Augustin. de Ciuit. L. IV. II. *Ipse (Iupiter) Lucina, quæ à parturientibus inuocatur. Ipse opem ferat nascentibus, excipiens eos sinu terræ, & vocetur Opis. Ipse leuet de terra, & vocetur Dea Leuana*.

ALLIANZA. Fœdus. *Liga*. Quod animi societatis vinculo adstringantur. Alligatio. Alligantia. Galli *Alliance*.

ALLHORA. *Allhotta*, ad illam horam.

ALLOGGIARE. Hospitio excipere. Locare, locum præbere, adlocare. Varro de L. L. IV. *Locarium, quod datur in stabulo, & taberna vbi consistant*. Vbi *Stabulum*, est caupona, siue diuersorium. Vt Stabularius apud Apul. L. I. pro caupone, Galli *Logis*. Bocc. II. 3. *Per la villa allogata tutta la sua famiglia*.

ALMVTIA. Epomis pellibus suffulta. Bayfius de re Vest. ab amiciendo, quasi Am cia, quod Galli *Aumusse* amiculum pelliceum. Quem alii sequuntur. Sed fortasse ab armis, siue humeris, quod iis pellibus humeri tegerentur, vt in veteribus picturis, & statuis. Qualis *Armilausa*. V. Interp. Iuven. *Viridem thoraca, armilausam prasinam*, explicat. Glos. Isid. Armilaus, Scapulare Monachorum. Meurs. *Armilausus, vtcumque ab armis*.

ALTIERO. Altum spirans. Dant. Purg. VI. *O ani*-

O anima Lombarda, Come ti stavi altiera, & disdegnosa. Vbi Landin. *Altierò, e disdegnoso*, eum dici ait, qui animo excelso res humiles non curat, nec respicere dignatur. Vt sit contemptus generosus. Nam qui non ex animi magnitudine, sed immoderato fastu contemnit, *superbo*, non *altiero* appellari. Ita qui ex animi tumore rebus omnibus repugnat, ac refragatur *Ritroso*, dici. Petrarcha. *Altiera, e disdegnosa, non superba, ò ritrosa*. Nunc ferme in malam partem accipitur.

ALTROVE. Altero vbi. altero loco. *Altronde*, altero vnde, scilicet loco. Non ab aliter.

ALTRVI. Alterius, sed seruit omnibus casibus. *L'altrui*. Res alterius: res aliena.

ALZARE. In altum tollere, altitare. Glos. ὑψῶ, *Alto, amplo, exalto. Alto, far alto.* Vox militaris, pro gradum sistere à Germ. *halte*, & *halten*, quod est subsistere. Nam quod aliqui inde dictum putant, quia milites, cum gradum sistunt, hastas erigunt, & veluti altas faciunt, non persuadent.

AMMACCARE. Obtundere, Malleare. Boccat. VII. 8. *Tante pugna, e tanti calci le diede, tanto che tutto il viso l'ammacò. Maccatura*, obtusio, suggillatio. *Macciulla*, malleolus, quo linum contunditur.

AMANDOLA. Amygdala. Pap. *Amygdalos Gracè. Latine longa nux. Hac dicitur Nucula, minor nux, vel Amandula.*

AMAZZARE. Occidere. Mactare. Proprie mactare, erat victimam salsa mola (vnde etiam immolare) augere, siue verbo sacrorum, auctare, magis auctare, mactare: vnde & *magmentum* cum extis ara augebatur. Inde pro iugulare, consequens pro eo, quod antecedit. Hisp. *Matar*. Galli *Tuer*, à Græco θύειν sacrificare, vt Stephanus, & alii. Menagius à *tutare*, ex Germanico *Toten*, siue, *tenten*. Sed illud rectius.

AMBASCIA. Angor, anxietas, anhelatio grauior ex labore. Dant. Inf. XXIV. *E però leva su, vinci l'ambascia*. Landinus ait esse vehementem respirationem ex labore in ascensu. Etiam *Ampia*, dicitur. Pap. *Ampius, angustus. Vnde anhelo, idest anxio; inde anhelitus, idest incitatio spiritus, vel flatus: & anhelia, idest agonia.* vt *Ampia*, sit anxietas, *anhelta*, *aupio*, & *ampia*. Sicut *Ambascia* est ab anhelatio, ambatio, *ambasesa*, vehemens respiratio ex mœrore, & anxietate, vt de *Affanno* supra diximus. Inde etiam *Ambascia* pro pœna, & supplicio. Dant. Parad. XXVII. *Pria ch'i scendessi all' infernal ambascia.*

AMBASCIATORE. Salmas. ad Histor. Aug. p. 486 à Latina voce *Ambactus* deducit pro seruo mercenario, qui hac, & illac circumagitur, & circumducitur mercedis causa. Nam *ambagere*, pro circumagere. Glos. *Ambactus*. δοῦλος μισθωτὸς ἐις ἔντιμος. Festus. *Am, præpositio loquelaris significat, Circum, vnde seruus ambactus, idest circumactus dicitur.* Cæsar VI. belli Gal. *Atque eorum, vt quisque est genere, copijsque amplissimis, ita plurimos circum se ambactos, clientesque habet*. Vnde Festus, siue Paulus, Gallicam vocem credidit, cum sit pura Latina.

Eius tamen vocis vestigia durare apud Belgas docet Voss. L. 2. & Lipsius Cent. III. ad Belgas in v. Glossario *Ambachtman*. Ministri. Ambaxus etiam pro eodem dicebatur. Idem Festus. *Ambaxi, qui circumeunt, & catervatim*. Hinc vox *Ambasciatore*, pro Legato, siue Internuncio: quod *ambactus*, siue *ambaxus*, seruus qui vltro, citroque discurrit portandis nuntiis.

Ceterum cum quibusdam displiceat huius dignitatis vocabulum à vilium hominum ministerio deduci, Vossius Lib. II. 2. obseruat vocem, *ambacti* generatim notare ministeriū etiam honestius, vt *Ambasciator* κατ' ἐξοχὴν sit vocatus, quasi minister Regius, vel Reip. Suspicatur etiam esse vocem Gothicam, vel Longobardicam, & significare, qui publico nomine iter facit, ab *Ambascia*, quod iter Legationis causa susceptum notat in Leg. Burgund. *Quicumque asinum alienum extra domini voluntatem præsumpserit, aut per vnum diem, aut duos in ambascia sua*. Sed eodem redimus, nam *Ambascia, ab ambactus*.

AMBIADVRA. Equi incessus gradarius, siue tolutarius. Ambulatura. Boccat. VIII. 3. *Noi haueremo perduto il trotto per l'ambiadara*. Salm. H. Aug. 245. *Graci βαδίζειν de hoc molli delicatoque asturconum gressu dixerunt, vt Latini ambulare, nos amblare*. Veget. L. IV. 6. *Inter colatorios enim, & eos quos guttonarios vulgus appellat, ambulatura media est*. Et alibi. *Non enim circulis, aut ponderibus pragnanant, vt soluti ambulare condiscant*. Plaut. *tolutim badissare*.

AMBRA. ab Arabico *Ambar*. De quo Vide Cardanum de Subtil. L. V. & Scalig. exercit. C. IV. 10.

AMIDO. Amylum. ἄμυλον, quod non molatur. Aliqui *Amolum*. Pap. *Amolum flos farinæ tenuis, dictum quasi a mola egestum*, Ita & Scaurus de Ortographia. Quod reprehendit Voss. de vit. Lib. I. II.

AMIRAGLIO. Thalassiarcha, siue oræ maritimæ præfectus. Turneb. L. XXVIII. 2. vocabuli originem Arabicam putat, Græcosque

Impe-

Imperatores illud à Sarracenis accepisse, & in recentiorum Græcorum Historijs sæpe occurrere, Ἀμηρᾶς. Curopalata pag. 75. Ὁ ἀμηράλιος ὑπὸ τὸν μέγαν δοῦκαν ἱσταται: ἡγεῖται δὲ τοῦ στόλου παντός. Amiralius Magno Duci subest, agit autem vniuersam classem. Vbi Fr. Iunius vocabulum deducit ex Arabico *Amira, vel Amiras, Græca terminatione: idest imperium obtinens, & Græco ἅλιος, Marinus. Cedrenus de tempore Heraclij, qui successit Phocæ.* Decesserat iam tum Mohamedus, constitutis quatuor Ameradis, qui Arabibus Christianam religionem amplectentibus bellum facerent. Hi aduersus Theodorum cubicularium profecti, cum eo prælio congressi sunt. Sed tres Amerades, magnaque multitudo occubuerunt; Exiuit etiam reliquus Ameras, qui gladius Dei appellabatur.

Socero subscribit Voss. L. 11. 2. ab Arabico *Emir* trahens, quod dominum significat, & aliquot scriptorum loca adducit. Ab *Amiras*, factum Amiralium statuens, cuius etymi imperitia ab aliis, *Admiralium, Admiralum, Admiratum* dictum, vt à nostris historicis, *Almiras*, & *Almirarchus*. Mox Iunij sententiam aduersus Gretzeri criminationes tuetur. Cum eadem Vatzio placuerit in Glossario. Sed Perionius, vt reliqua à Græco petit. Ἁλμυρῷ, idest mari, siue salo, & ἄρχος, præfectus. Atqui Meursius in Glossario. Amiralius, inquit, non erat summus maris præfectus, vt hodie, sed subiectus, & Magno Duci, & Magno quoque Drungario classis: sed supra Procomitem, Drungarium, & Comites.

AMISTA. Amicitia, amicitas: præcipue in belli societate. Villan. x. 6. *Il Duca fece caualcare à Prato, quasi tutta sua gente, e l'amistade*. & alibi sæpe.

AMMICCARE. Annuere, nictare. Dant. Purg. xxi. *Io pur sorrisi come l'huom, che ammicca.* Landinus. *Accenna*, nictat, adnictat, *annicca, ammicca*. Nam licet poeta de risu loquatur, in ridendo oculi contrahuntur, & veluti nictant. Non ergo à *micando*. vt Castel-uetrus putabat.

AMOLA. Lagæna, vas aquarium. *Hamula*. Iuuen. xiv. *Dispositis prædiues hamis*. De homine incendium metuente, & vasa aquaria contra incendium parata habente. V. Interp. *Romæ Sparteolorum cohortes in tutelam Vrbis, cum hamis, & cum aqua vigilias curare consueuerunt*. De his Salm. ad H. Aug. p. 337. Plin. Epist. L. x. 42. *Et alioqui nullus vsquam in publico sipho, nulla hama*. Pap. *Ami dicuntur, vigilia, custodia*. Lege. *Amarij*, vel *Hamarij*. Vigiles nocturni ad compescenda incendia. Idē, *Amula, vinarium vas. Et Amulæ, quibus offertur deuotio, siue oblatio, similes vrceolis*. Nihil frequentius apud Anastasium. Gregorio III. *In Oratorio amulas super auratas paria duo*. Vsus & Columella. *Aut Amulam lymphis habilem, Bacchiue lagænam*. Plerique sine aspiratione scribunt, ex Græco ἀμη.

AMMORZARE. Extinguere. *Ammortare*. Dant. Inf. xv. *Come el presente rio, Che sopra sè tutte fiamelle ammorta*. Et *ammortire*. Præcipue de igne, & lumine cum extinguitur. Nam vt Muretus obseruat, viuere, & mori de re inanimata Latinis scriptoribus vsurpatum. Vt Plauto Aulul. *ignis viuere*, dicitur, Lucretio, *nubes ignem trucidare. Lucerna occidentes*, Petronio. *Res occisa*, vel *interfecta*, Plauto, & *virga mori in tergo alicuius*, eidem. *Virginitas interfecta*, Apuleio, & id genus pleraque.

AMMVTINARSI. Seditionem cœptare. Hisp. *Amotinarse*, à motu seditionis. Commotio militum, aut plebis. Sed Budæus ad Pandectas aliunde deducit pag. 259 *Tumultuari, in tumultu esse, & quasi tumultum decernere: id ferme quod lingua vernacula dicimus emouteri, aut etiam mutinari, quod verbum à mutiendo, idest mussando deductum est. Populus enim multa in huiusmodi consternatione, summissim dicere solet, quæ aperte non audet*.

AMPRENTA. Signum, & nota impressa. Imprimo, impressum, & imprentum. Dant. Purg. xix. *Con poco moto seguitò l'amprenta*, idest Aquilæ figuram. Alibi. Imprenta. *Perche non si moue, La sua imprenta, quand' ella sigilla*. Et verbum *Imprenta*, pro imprimit, *impronta*. Parad. x. *Che del valor del Ciel il mondo imprenta*.

ANCA. Coxendix. Ἀγκὼν non solum cubitum significat, sed & quemcumque membrorum flexum. Vnde *Anca* pro coxæ, siue coxendicis flexura: & fortasse, *Gallone*, femur, quasi *Ancalone*. Quanquam & ab *Ischia, Asca*, Anca deduci posse videatur. Ἰσχίον enim coxa, coxendix Hesychio dicitur, superior pars femoris, & cauitas coxæ, in qua acetabulum vertitur. V. *Sciatica*.

ANCONA. Tabularum pictarum in templis coronides, & ornamenta. Philander illud Vitru. L. viii. *Ea habet ancones in capitibus extremis*, ita explicat: *qui propendentes cum adiecta regula normalem angulum faciunt, ceu flexus est cubiti, qui Græcis ἀγκὼν dicitur*. Sed cum *Ancona*, ipsam tabulam pictam etiam significet, simplicius fuerit ab *Icona*, deducere, *Icon*, imago.

ANCHORA. Etiam. Sunt qui ab *hac hora*, vel *in hanc horam*, & *ad hanc horam*, factum putent, sed non minus falluntur, quam Syluius

uius in Isagoge, qui *Coram*, siue, *Incoram*, pro adhuc. Etsi enim ferri possit, cum dicimus, *Non l'hò anchora hauuto*, *etiam*, aliud significat, & plus quid. Est igitur ab *hoc quoque*, *hocque, anche, ancho, anchoe, anchora*. Vel, Adquæ (adhæc, præter hæc) *anche*, *ambo*, *anchora*.

ANCHVO. Vulgus Venetum pro hodie. Insubres. *Inchò*. O strictè pronunciato. *Hodie*, *hozi*, *hoggi*. Isidor. L. xx. 9. *Z, pro, D, sicut solent Itali dicere* Ozie, *pro hodie*. *Anchuo*, est hoc hodie. *Anchoi*. Dant. Purg. xiii. *Non credo che per terra vada anchoi*. Et xx. *Tempo vegg'io non molto doppo anchoi*. Nec quemquam moueat geminatio, cum *Hodie*, sit, *hoc die*, *hoc hodie*, nam & Græci ita loquuntur. τῇ σήμερον ἡμέρα: *hodierno die*. Et Galli. *Au iour d'hui*, hoc diurno die. *Il giorno d'hoggi*.

ANCHIOA. *Anchioda*. Scaliger Hist. Anim. L. v. C 173. putat esse encrasicholum pisciculum, qui in muria conditus è Liguribus ad alias gentes importatur, affertque nominis originem. Et Exercit. ccxxvii. 2. inter halecum genera refert: vt plerique eas *halices* appellant. Menagius à Latino Apua.

ANDARE. Ire, abire. Videtur à Vado, vadere, vadare, andare. Dant. Inf. iv. *Hor vò che sappi inanzi che più andi*. Landin. *Vada*: aitque verbum esse Romanum, non Florentinum. Hos enim non dicere, *Ando, andi, anda*, sed *Vo, vai, va*.

Sed est ab Itare. Anteire, anteitare, *antare*, *andare*. Qui enim proficiscitur anteit eum, à quo discedit. In edicto Censorio apud Sueton. *Maiores nostri, quæ liberos suos discere, & quos in ludos itare vellent, instituerunt*. Vel adire, aditare, andare, nam aditus, *andio*, *andata*. Ita appellamus quam Vitruvius Græco verbo *mesaulam* vocat. Qui verbum Gallicũ. *Aller* hinc trahunt, falluntur: quod esse ab Ambulare, *ambler*, *aller*, iam docti notarunt. Multo minus ab *andruare*, *andaare*, *andare*.

ANDRONA. Veneti pro via angusta. Festus. *Andron locus domicilij appellatur angustiori longitudine, quo viri plurimum morabantur, vt gynecæum à mulieribus*. Vitruv. L. vi. 9. *Inter hæc autem peristylia, & hospitalia itinera sunt, quæ Mesaulæ dicuntur, quod inter duas aulas media sunt interposita. Nostri autem eas Andronas appellant*. Subiicit hoc esse valde mirandum: nec enim Græcè, nec Latinè posse conuenire. *Græci enim ἀνδρῶνας appellant œcos, vbi conuiuia virilia solent esse, quod eò mulieres non accedant*. Supra dixerat, *Andronitides*, dici peristylia, quod in his viri sine interpellationibus mulierum versarentur. Vias igitur inter duo peristylia interiectas, quæ ducerent ad *Andronitides*, abusiue *Andronas*, dixerunt, quæ quod essent angustæ, vox ad arctas semitas in publico translata est. Philander ad illud eiusdem Vitruvij L. i. 6. *In faucibus angiportorum*, ait plateas esse vias latiores: angiportos arctiores: vias autem, quæ exitum non habent, fundulas dici à Varrone de L. L. etiam Angiportos à Terentio, & Horatio. Gloss. *Androna*, ἀνδρών. Pap. *Andra, androna, angiportus*.

ANGARIA. Vocem Persicam esse pridem viri docti adnotarunt. Nam Ἄγγαροι Regum nuntij, siue tabellarii, qui sibi inuicem succedentes literas perferrent. Quod Reges Persarum certis stationibus dispositos haberent tabellarios, quorum alter alteri traderet mãdata, vt celerius perferrentur: sumpta deinde vox pro eo qui aliquid defert, & baiulat. Inde ἀγγαρίυειν: Cogo siue adigo ad ministerium præstandum, aut onera perferenda. Vt in Euang. Math. v. *Quicumque te angariauerit mille passus, vade cum illo alia duo*. Vbi Interp. notat, ἀγγαρίυειν esse cogere ad currendum, vel ferendum aliquid. Quoniam Persarum Angaris fas erat cuiusuis equos, vel naues, vel etiam ipsos homines rapere ad cursum, vt Turcæ hodie faciunt. In Euang. *Angariauerunt ipsum, vt tolleret Crucem eius*. Vnde *Angaria*, officii, siue seruitij præstatio, cum quis ad currendum, vel ad baiulandum adigitur. Gloss. *Angaria*, παραγγαρία, λειτουργία, ἐργασία. Inde etiam pro tributo, & taxatione. Exempla vide apud Meursium Criticæ p. ii. c. 19. & Voss. Lib. iii. qui & *Engariam*, dictam obseruat.

ANGONARA. Veneti filum appellant ad vestes consuendas. Erythræus ad illud *deductum dicere carmen*. Vnde inquit *Angonara* quasi *Acunara*, ab acu appellatione deducta. Insubres *Gugiada* quasi *Acutiata*, quod acui inseritur. Crediderim tamen *Angonara* dictam ab instrumento ligneo instar cubiti, quod Ἀγκὼν, super quo fila ex fuso in metaxam coguntur.

ANGVINAGLIA. Inguen. Inguinalia. anguinaria. Pap. *Inguina partes sunt corporis iuxta pudenda, inde Inghinaria*.

ANGVRIA. Quasi cucumis anguineus: cuius mentio apud Columel. L. ii. 4. Sed Scalig. Exercit. cccvi. negat esse cucumerem, quod in ventrem crescere dixit poeta: quia eum tortum dicat in iv. Georgic. Anguria vero nequaquam torta. Eam igitur esse Bathecam. Verum fortasse cum deesset vox, eam proxime à cucumere anguineo lumpserunt, licet rotunda sit.

ANNAFFIARE. Leuiter aquam inspergere,

gere, irrorare. Quod poeta, *Spargens rore leui*. *Insufflare*, flando aquam rore spargere: quod & proflare, vulgo *Sbrofare*, vt in appendice à Menagio animaduersum. Translatum deinde ad quamlibet leuem aquæ inspersionem, siue irrigationem, quæ ore non fit, vt cum flores, & viridia, æreo nimbo, stillante pluvia humectantur. Quod instrumentum *Brocha*, appellatur, Græca voce *βρόχος*, vel *βρόχος*, *Prochus*, vas aquarium, à fundendo. V. *Brocha*.

ANNEGARE. *Annegarsi* aquis suffocari; *affogarsi*, *Angi*, quod est suffocari. A Græco, *ἄγχω*, & *ἄγχομαι*. Præfocor, strangulor. Glos. *Ancti*, *ἀγχόμενοι*, vel *ἐγχόμενοι*, vt Vulcanius, *annegati*. Et *Ἄγχω Neco*, *adfligo*, *ango*, fortasse, *Adfauco*. *Πνίγω suffoco*, *ango*, *neco*. Glossæ Vaticanæ. *Angis*, *suffocat*, *anctus suffocatus*, *negatus*. Annal. Franc. Pithæi p. 110. *Alios occidit*, *alios necauit in flumine*. Frodoard. Chronic. *Giselbertus Dux Lotharensium trans Rhenum profectus prædatum*, *Saxonibus*, *dum reuertitur se insequentibus in Rhenum fertur desiluisse*, *ibique vi enecatus undarum reperiri non potuit*. Neco, per metathesim ab Ango, *annego*, vel à *πνίγω*, *Nego*.

ANNITRIRE. De equis. Hinnire, adhinnire, hinnitus; hinnitrire. *Rignire*, & *regnire*, ab eodem.

ANNO. Pro ante annum, anno præterito. Lipſ. antiq. lect. L. 1. 3. ex Plauti Amphit. *Etiam histriones anno*, *cum in prosccenio hoc locum inuocarunt*: corrigit Nonium, in *Hornum*. *Hornum ipsius anni*. Lucil. *Vtrum nano an horno te abstulerit à viro*. Legitque *Vtrum anno*. Hornum opponitur anno, *horno*, anno præsenti, *anno* præterito. Rustici *Guagno*. Hisp. *Antaño*.

ANSARE. *Anhelare*: vel ab Asthmo. V. *Affollare*.

ANTE. Pro valuis, siue foribus hodie sumuntur. Sed apud veteres, teste Festo erant latera ostiorum. Ita apud Vitruuium Antes parietum Philander interpretatur lapideas pilas in parietum extremis partibus: & alibi Antepagmenta, aut esse lapides utrumque ostii latus, munientes, qui & Antæ dicuntur, Græcè *παραστάδες*. Sed diuersa esse antepagmenta ab Antis rectè statuit Voss. Etymolog. ex Salmasio in Solinum p. 1216. Quod Antæ sint lapideæ, antepagmenta lignea. Festus. *Antepagmenta valuarum ornamenta*, *quæ Antis adpanguntur*; *idest adfiguntur*. Itali igitur valuas & fores quæ Antis apponuntur, *Antas* appellant; Sicut Veneti lignea fenestrarum munimenta *Scuri*, vocant, quod ijs clausis lux excludatur.

ANTIANO. Qui alios anteit, ætate, aut honore. Senior. *Antiani della Città*: *della Parrochia*. Vil. VI. 46. *Il qual nel popolo era grande Antiano*.

ANZI. Cum *Ante* significat, est ab *Antea*, anzi. Dant. Inf. 11. *Anzi che all alto passo tu m'affidi*. Antequam. VIII. *E disse chi se tu*, *che vien anz' hora?* ante horam, *Inanzi* in ante, & in antea. Propert. L. 1. 2. *Hic dominam exemplo ponas in ante meam*. Vox frequentissima apud deterioris æui scriptores, præcipue Marculfum in formulis. Etiam pro in posterum, vt Galli, *en auant*. Vita Caroli M. p. 38. *Et exercitum suum pleniter inante mitteret*. Flodoard. L. II. 17. *Vt quod perfectum habes inante valeat permanere*. *Dinanzi* de inante.

Cum vero *Anzi* sumitur pro, *imò*, est *etiam*, Quin etiam, imo etiam. Vel & ipsum pariter ab *Ante*, vt sit hoc prius, vel potius.

APPALTARE. *Appalto*. Vectigalia locare, aut conducere certis pactis, & conditionibus. *Adpactare*. Salmas. de fœnore. p. 516. *Pacter*, *vocatur qui mensam publicam à Magistratu conducit*, *idest publicanus*, *vel publici manceps*, *ac redemptor*. *Et quod agit in contrahendo cum Magistratu*, *& mensa publica conducenda*, *pacten*, *quod est conducere*, *ac redimere*. Quæ vocabula ex Latio in Belgium traducta sunt, ex voce Pactum. Inde appaltare, ad pactare, vt Menagius obseruat.

APENA. V. *Pena*.

APPENDICIO. Quod appenditur. Corrollarium. Inferioris æui scriptoribus, pro locorum circumstantiis. Flodoard. Lib. II. 11. *Cum adiacentijs earum*, *domibus scilicet*, *colonijs*, *campis*, *aquarumque decursibus*, *& omnibus appendicijs*. Insubres pro iis quæ ad pensionem adduntur, vt oua, pulli, caro suilla. Veneti nobiliore vocabulo *Regalie*, appellant.

APPIATTARE. Accubare, corpusque inclinare, ac deprimere, subsidere. Plicare, plicitare, adplicitare, *appiattare*. Dant. Inf. XIII. *In quel che s' appiattò miser li denti*. Et XIX. *Per la fissura della pietra piatti*. Quod aliqui haud recte à *platea* trahunt.

APPICCARE. Non ab impingere, aut impangere? Sed ab affigere, affigitare, *appiccare*, *attaccare*. Dant. Inf. XXV. *Le gambe con le cosce seco stesse s'appicar si*. Item pro suspendere, & in furcam agere. *Appiccar per la gola*, & *impiccare*. Quod olim damnati clauis cruci figebantur. Postquam furca substituta est, affigendi vox remansit. Vnde & Iurisconsulti, Furcæ affigere, improprie dixerunt. *Spiccarsi*, refigere. Dant. Inf. XXX. *O diss' io lui*, *se l'altro non ti ficchi Li denti adosso*, *non ti sia fatica A dir chi è pria che di qui si spicchi*. V. *Attaccare*. Inep è qui à palo, palicare quasi palo affigere.

APPOGGIARSI. Inniti. Adpodiare se.

Poggio. Podium, vel Mœnianum in Orchestrâ siue in primo spectaculorum gradu fuit, sic dictum, vt Lipsius de Amphith. quia pedis modo proiectura, quæ podium facit, procedat. Qualia nunc fiunt extra parietem porrecta, instar pulpiti, subiectis murulis è marmore. Vitru. L. v. 6. *Podii altitudo ad libramentum pulpiti, cum corona.* Philander. *Podium Mœnianorum habet speciem, cuius pars, quæ magis prouehitur, pulpitum est, veluti pergula quædam*. Vnde nostra Mœniana, siue proiecturę, *Poggioli*, & *Pergoli*, à *Podiolo*, & *Pergula*. Iuvenal. II. *Omnibus ad podium spectantibus*. Idest nobilissimis, quia hic locus spectaculis proximus, ad ipsam Orchestram, siue primus Orchestrę gradus, vbi & Principes spectabant. Sueton. Nerone. *Toto podio adaperto spectare consueuerat*. Septum autem erat pariete, aut columnis, siue pluteo, cui spectatores innitebantur. Vnde adpodiare, corpore, aut cubitis inniti, *appoggiarsi*. Galli, *Appuyer*. Fridericus de aucupio. L. II. 76. *Falco appodiat se super manu cum cauda sua, & verberat manum cum cauda*. In Chronico Bohemico. *Sedebam quietus Pragæ, appodiatus lapideo parieti*. Item pro admouere, adclinare. Brito. Philip. L. II. *Fossis iam planis parmas ad mœnia miles Adpodiat*. Vnde sellæ siue cathedræ, quæ reclinatorium habent, *Careghe d'appozo* Venetis dicuntur.

Quod autem Podia in altiore ædium parte statuerentur, *Poggio*, pro tumulo, colle, & loco editiore. Dant. Purg. IV. *E diedi il viso mio in contra'l poggio, Ch' in verso il Ciel più alto si dislaga*. Inde *poggiare* per ascendere, siue in altum niti apud eundem.

APRESSO. Proxime, *proxe, prexe, presso* adproxime, *apresso*. Non ab adpressum. *Apressare*, adproximare. V. *Presso*. *Da presso*, de proximo.

A preuo, ad prope.

APPROCCIARE. Adproximare. Dant. Inf. XII. *Che s'approccia La riuera del sangue*. Vbi Land. non rectè, *approda* explicat; aliud est enim *approdare* vt infra dicemus. Ergo adproximat, aqua scilicet rotarum palmulis, siue radiis, quibus mola frumentaria vertitur. Purg. XX. *Dall' altra parte in fuor troppo s'approccia*. Inde.

APPROCCI, in re militari, Approximationes, vineæ scilicet, ac plutei, qui in obsidione tortuosis flexibus paulatim mœnibus admouentur. Neque aptè, qui ab appropriando trahunt, quod verbum Latinum non est, licet *à prope* factum sit, illudque Horatij *Plautus ad exemplum Siculi properare Epicharmi*, inuita Minerua, & veteribus libris, *propiare*, corrigunt.

APPRODARE. Nauem litori adpellere, adplicare, à Prora, quæ ripæ obuertitur. Inde ABBORDO. Cum naues incurrunt, aut harpagonibus, ac manibus ferreis nectuntur. *Venire al bordo*. Galli, *abborder*, approdare. Item cum aliquo congredi, translatè. Idem *le bourd dell' eau*, ripa, litus. Germanis etiam *bord*, & *bort*, ora, litus: item extremitas, margo: vel ab *ora, ort, bors*; vel à *farsura*, quod laciniæ, & extremitas vestium farcirentur. A quibus Galli *Broder*, & *border d'argent, de pierres*, oras vestium, argento, ac gemmis ornare: *Bordeur*, & *Brodeur*, Phrygio, quia limbi ferme acu variantur. *Broderie*, limbus, acu pictus. Quia autem Bord, extremitatem significat, quidam *Bordello* inde duxerunt, quod in extrema Vrbis parte lupanaria statuerentur.

Præter hæc, *Proda*, putei sponda, & crepido, siue Puteal. Galli. *Le bourd d'vn puits*. Dant. Inf. XXXI. *Così la proda, ch'el pozzo circonda*. Et *Proda* pro ripa: quod proræ litori adpelluntur. Dant. Inf. VIII. *Auanti che la proda Ti si lasci veder*, idest ripa paludis vt Landinus ibi. Et pro latere, siue sponda. Inf. XXIV. *Et ecco ad vn ch'era da nostra proda*.

Denique *Approdare*, prodesse. Inf. XXI. *E venne à lui dicendo, che gl' approda*. Et Purg. XIII. *Come à gl' orbi non approda il Sole*. V. *Prode*.

ARALDI. Fęciales. Aldii, *ministri, serui*, vt infra in *Castaldo*. Germ. *Heroldt*. Vols. de vit. Serm. L. II. 9. *Ex Her quatenus dominum significat, & holt, vel hout, idest fidus, siue fidelis; Vt Heraldus sit, minister Principis, fidei nomine domino commendatus: quo internuncio, in bello indicendo, vel agendo de pace, aut induciis vteb utur*.

ARANCIO. *Naranzo*. Malum aureum, qualia fuisse Hesperidum veteres crediderunt. Aurantium. V. Salmasium Solin. 953. Inde colorem *Rancio* Auroræ tribuit Bocattius. Color aureus à Græco vocabulo, quod desitum est vt Scalig. Exercit. CCCXXV. vnde *Aurora*, Compositum remansit, in Θησαυρός. Rancidulum sapiunt, qui à *rancido* deducunt.

ARANDA, aranda. Dant. Inf. XIV. *Quiui fermammo i piedi aranda, aranda*. Ab *harente* factum Casteluetrus monuit. Ita & *Areute*, proxime. Vide.

ARAZZI. Aulæa, siue tapetia belluata. Atrebatica. Ab vrbe Atrebatum, quæ *Arras* nunc dicitur. Maginus in Geographia. Fuit quondam Atrebatum Flandriæ primaria ciuitas, Vulgo *Arras*, à qua denominantur panni variis figuris contexti, qui vulgo dicuntur *Panni d'Arazzo, & Tapezzarie di Fiandra*.

ARBI-

ARBICOCCHI. *Bericocchi*, *Baccocchi*. Mala *Præcoqua*, siue præcocia. Armeniacorum species. Scalig. Exercit. CXLII. 4. Cardanum reprehendit, quod Chrysomela, pro anteperficis, siue Armeniacis, siue Persicis posuerit, cum ex Plinio sint cognomina Cydoniorum. Et Exercit. CLIII. 2. de Præcoquis, ac Nuci persicis agit. Martial. Lib. XIII. 46. *Persica, nucipersica. Vilia maternis fueramus præcoqua ramis, Nunc in adoptiuis Persica cara fumus.* Salmas. in lemmate, *Præcoqua*, legendum censet. Vt scilicet quę antea fuerant Persica præcoqua, per insitionem facta sint *Nucipersica*, vt nunc etiam appellantur, & ideo pretiosiora. Quanquam ipsa Præcoqua non sint vilia, sed ab ipsa præcocitate, vt ceteri fructus tempestiui, in pretio.

Plerique cum Armeniacis confundunt: sed Galenus L. II. de alim. fac. & L. VII. simpl. medic. Armeniaca discernit à præcoquis: hæcque illis multo præstantiora esse testatur. Vere præcoqua Armeniacis maiora sunt, & rariora.

Bericocchi vox extat apud Codinum pag. 29. Τὸ τῆ σκαρρίνη βλάτιον Βερικοκχρόον. Colore mali Armeniaci, siue Præcoqui. Vet. Lex. Βερίκοκκα. *Pruna*.

ARCELLA. Ostreorum testa. Arcula, *arcella*. Festus. *Arca diminutiuum facit Arculam, & Arcellam, vt à porco, porculam, & porcellam.* Item *Arcellula*. Greg. Turon. L. II. 4. *In hanc arcellulam solitus erat pater meus numismata auri congerere.* Anastas. Paschali. *In arcellam vero vbi venerabile caput eiusdem Virginis cōdidit fecit vestem paraam de Ierio.* Imò Vossius in Etymol. putat Acerram thuris dictam, quasi Arcula, arcella, acerra. Quia Festus ait quibusdam Arcerram dici arcellam, siue arculam thurariam.

ARCHIBVGIO. Sclopus. Quasi arcus perforatus. Illud quia in locum Arcus successit, & vt arcus eminus petit, ac iaculatur: hoc propter fistulam, siue tubum, ex quo pila torquetur, quod *buco* foramen significet. Polid. Virgil. de rerum inuent. L. II. 12. Voss. L. III. 21.

ARCHIPENDOLO. Libella. Philand. ad Vitru. L. VII. 3. postquam quid sit regula, & amussis explicauit, adijcit. *Vtuntur etiam libra, qua & libella dicitur ad directiones exigendas, & longitudines. Constat autem gnomone, idest regulis duabus, ita iunctis capitibus duobus, & diuaricatis alteris, vt rectum angulum efficiant, ab angulo pendente è filo, plumbo, quod vbi transuersa compacta tertia regula, descriptam in medio ad perpendiculum lineam tetigerit, indicabit libratam longitudinem. Instrumentum nostri* Niuellum, *Itali partim* Liuellum *partim* Archipendulum, (*à perpendiculo*) *nominant. Sicut quod ad perpendiculum esse dicimus, id esse aiunt factum ad plumbum.* Dant. Inf. XIX. *Montati dello scoglio in quella parte, Che à pnato sovra'l mezzo fosso piomba.* Quæ nempe ad perpendiculum, siue lineam, ex qua plumbum pendet, ad fossæ medium respicit.

ARCIGNO. Vultus adductus, & contractus: quod fit, cum aliquid acre, & acerbum degustatur. Neque ab *arrigendo*, neque à *rixa*, *rixino*, quę nihil ad rem faciunt Sed translatum ab arcu, quod vultus veluti in arcum contrahatur. Gallicum *Rechiner*, aliunde est, *rechinè*, & *rebigne*, nempe vultuosus, irata fronte, quod Itali *Ricagnato*, & *viso cagnazzo*, à canibus cum hirriunt, & ringuntur, idest rictum irati contrahunt. V. *Rifignato*, & *Ricagnato*.

ARCIONE. Sellæ, siue ephipii pars arcuata. Dant. Purg. VI. *E deurest' inforcar li suoi arcioni.* Vbi voce, *inforcar*, rem ipsam expressit, idest ephippii partem bifidam, qua equi armis adhæret. Fridericus de aucupio L. II. 71. *Deinde ponat pedem in Stafa sellæ, accipiens arcum sellæ anteriorem cum manu sua.* Salmas. Hist. Aug pag. 164. Arcionem *Astraban* appellatam obseruat ex Suida, ἀστράβη τὸ ἐπὶ τοῖς ἱππαρίοις ξύλον, ὃ κρατοῦσιν οἱ καθεζόμενοι. Lignum in Ephippiis, quod sessores tenent. Hinc ἐκ τῆς ἀστράβης ἀποσφηνίζειν, apud Nicetam, ex equo deturbare, quod Galli *desarçoner*. Addit à Græcis recentioribus Κουρβία appellari, ligna scilicet sellæ incurua, siue *Arciones*.

ARCOLAIO. V. *Aspo*.

ARDIRE. Audere. *Ardito*, audens. Siluius ab ardeo, à quo *enhardir*, animos addere. Bodinus Method. Hist. p. 512. *HARD. Celticum est, quod Germanis robustū significat: nobis audacē, adiecta vocali, quam è fine dictionum Germani sæpius eximunt. Ita ipsi* hardiment, nos hardiment. *Hinc etiam HARD, ramum vocamus contortum, quo nihil fortius: & pœnam* Hard, *idest laqueum quo veteres pro funibus vtebantur.* Bernard *ex Germ. Bern, & Celtico* Hard *idest Viri potens.* Leonard, *populi robur, vt Græci Leosthenes, & Demosthenes.* Simplicius tamen videtur ab *Audens*.

ARELLE. Florum, & olerum puluini. Areolæ. Columel. Lib. VI. *Areolas facito.* Veteribus porcæ. Barbarus Gloſ. Plin. *Campani hodie porcas vocant puluinos, siue hortulos, in quibus velutì fulcatim, sua cuiusque generis olera seruntur. Id genus, & area dicuntur multis locis, apud Columellam quoque.* Insubres appel-

 lant

lant *Prose*, vel à porcis, vel quod in rectum sulcatim ducantur.

ARENGO. *Rengo*. Halec, vel à Germ. *Haring*. Nam Halec liquaminis genus è piscium intestinis. Voss. de Idololat. L. IV. 27 à ταρίχος, quia sale conditur.

ARENTE. Insubres, Proxime. Hærens, hærente, adhærente, *Arente, Arente à me*, prope me. *Aranda* vt supra dictum est. Prouinciales. *Aderen, aderen. Arent' arente*, proxime.

ARFIARE. *Respirare*. Adflare. Flatum, siue spiritum ducere. Voss. Etym. de permut. literarum. *D. mutatur in R. Veteres pro AD. AR, sæpe adhibebant, vt in Arcesso, arrepo, arrideo, aruorsum pro aduorsum*. Scalig. ad Varron. *Arcerra, pro adcerra, vt aruenire, arcedere*.

ARGANO. Non ab Organum, sed ab Ergatum. Phil. Vitru. x. 4. *Ergata, machina tractoria, vel hoc à sucula differt, quod axe est recto. Nam etiam vectibus sicut sucula versatur, non id quidem brachiorum ductu, sed obnitentibus, & ambientibus vectiarijs, Itali* Arganum *vocant*. Barbarus Glos. in Plin. *Epagon vero, idest Artemo genus est trochlea, quod & Ergata dicitur Vitruuio, idque vernacula simplicitas appellat Arganum*. Baldus. *Si Græcam vocem Latine reddas, non male dixeris operariam machinam. Etenim, & Operarios ipsos ἐργάτας, & poeticè ἐργατῆρας Græci dicunt. Apud nos voce semi Græca, imò si A, in E, mutetur, tota Græca Arganum. Est enim ἔργανον, & ἐργαλεῖον, instrumentum, artificiumue*.

ARGINE. *Arzere*. Agger, à sexto casu, *Aggere, argere, argine*. Pro tumulo, ac terræ lapidumque aggestu, coercendis fluminibus, & pro via publica lapidibus exstructa, vt apud poetam V. *Qualis sæpe via deprensus in aggere serpens*. Seruius. *Agger est media via eminentia, coaggeratis lapidibus strata, vnde via aggere dicit*. Quia vero antiqui A D, etiam AR dicebant, hinc factum vt etiam *Arger*, dixerint. pro *Agger*, vt Priscian. L. I. de liter. permutatione. Amian. L. VIII. *Duarum turmarum equites, ab aggeribus publicis longius discedebant*. Glos. *Agger, strata, via publica*. Isidor. L. XV. *Agger est media strata eminentia, coaggeratis lapidibus strata*. Sulp. Seuer. in Vita S. Martini. *Per aggerem publicum plena militantibus viris fiscalis theda veniebat*.

Patauij vicus est, qui dicitur *Ali Arzere*, & alter suburbanus. *Vico d' Arzere*. ibidem dicitur *la leuata*, vbi viæ eminentioribus lapidibus aggeratæ sunt. Item la *moniada* Vicus item prope Vrbem, à terræ aggestione, & lapidum accumulatione.

ARIA. pro Cœlo. *Bona, e cattiua aria*. Cœli clementia, & grauitas. *Aria sottile* Cœli tenuitas, & cetera in hunc modum.

Aria della canzone. Aira, Æra. Salmas. H. Aug. 352. *Rhytmum in cantione veteres vocarunt, quam nos hodie vulgo* Æram *cantionis dicimus: Rhythmus enim latine numerus dicitur*. Virgil. *Numeros memini si verba tenerem. Canticum diuiditur secundum Plotinum in numeros, & verba*. Idem Virgilius *in numerum ludere dixit*, quod Seruius interpretatur ad numerum saltare, & cantilenæ modum (*secondo l'aria della canzone*) Æra autem idem quod numerus Lucilius. *Hæc est ratio, peruersa æra, subducta summa improbe? An hoc vocas rationem, peruersos calculos (qui æres, & æra dicebantur) & summam improbe subductam? Hinc Æra, æra, pro numero, & numeri nota, vel calculo apud recentiores. Sic æras breuiores*. Sextus Rufus dixit. *Secutus morem calculorum, qui ingentes summas æris breuioribus exprimunt, res gestas signabo, non eloquar. Inde nos Æram cantionis pro numero vel rhythmo cantionis vocamus, & Æras pro cantionibus* (Aria, & aira, *per dialysim*) *eodem plane modo, quo & Latini numeros, pro canticis ipsis, vel carminibus vsurparunt*.

Ceterum quod ad Rhythmum attinet, idem obseruat hodiernam Gallicam poesim totam Rhythmicam esse (vt est Italica, & aliarum gentium) certo syllabarum ad rhythmum copulatarum, libero scribentis arbitrio currens. Nec enim proprie pedum dimensione vti, sed *Rhythmum*, male vocari in nostra poesi, syllabarum ad finem cuiusque versus, in eundem sonum recidentium desinentiam, atque ita finem rhythmi, rhythmum improprie appellari *la Rima*; Inde *terza, & ottaua Rima*. A rhythmo scilicet, siue numero, vel continuo, vel alternatim, vel certis spatijs cadentes similiter syllabas *Rimam* appellamus.

Dantes tamen *Rima*, iuxta veterum sententiam accepit pro carmine, siue metro. Inf. XIII. *Cio ch' ha veduto pur con la mia rima*. Ibi enim loquitur Virgilius. Nullum certe Gallicum, aut Italicum carmen sine numero est, ac syllabarum mensura, quæ loco pedum apud Latinos. Potest tamen esse iste numerus etiam si extremæ syllabæ similiter non desinant, vt improprie Rima dicatur illac syllabarum similis desinentia. Quanquam cum Seruius Rhythmos sonos interpretetur, est quidam sonus in illis syllabis in idem cadentibus.

Talia superiori seculo Latina carmina in easdem syllabas desinentia, adeo in delicijs fuere, vt non dubitauerit, Petrarcha illa sepulchro suo adscribere, quæ nunc modestiores rident. Tales versus Leonini dicti, de quibus Scaliger in poetica. Magna etiam hym-

norum

norum sacrorum pars hac modulatione concinnata, de quibus idem Salmasius p. 350.

ARIA *del viso*. Aspectus, oris lineamenta. *Aria gentile, aria nobile*. Menagius Orig. Gall. pag. 21. suspicatur esse à Germanico *Ardt*, quod eandem rem significat. Sed pag. 753. explicans *Vsaire*, quod antiqua voce apud Gallos significat *Visum*, siue *aspectum*, rectè à *Visarium* deducit, siue *Visorium*. *Visaire*, Inde *Aria* per aphæresim. Potest etiam ab *Æra* deduci, vt paulo ante diximus. Galli. *Air du manere, de geste, & action*. Modus, forma, gestus, ab *æra* numero, symetria.

ARLIE. Insubres vocant superstitionem, & vanam ominum obseruationem. Ab *hariolis*, siue fatidicis, & coniectoribus. Vnde hariolari vana iactare, & falsa. Terent. Eunuch. Act. 4. 5. *Vah hariolare, euenisse ex sententia*. Inde superstitiosus, pro diuino, siue hariolo. Plaut. Curcul. III. 1. *Superstitiosus hic quidem est vera prædicat*. Idem Amph. *Atque haud longe abesse oportet: verum longe hinc abfuit*. SOS. *Illic homo superstitiosus est*. Idest hariolus, qui sciat, me longe hinc abfuisse.

ARMARIO. *Armero*. Armarium locus reponendis armis. Deinde proscrinio, vbi libri, eibaria, & id genus reconduntur. Vopiscus Taeito. *Habet Bibliotheca Vlpia in armario sexto librum Elephantinum*.

ARME, pro Insignibus gentilitijs. Quod scilicet ea in clypeis pingerentur, vel cælarentur. Clypei autem proprie *Arma* dicta. Seruius ad illud Æneid. III. *Ære cauo clypeum magni gestamen Abantis, Postibus aduersis figo, & rem carmine signo, Æneas hæc de Danais victoribus arma*. *Sane*, inquit Seruius, *hic Arma, clypeum solum dicunt, vt At Lausum socij exanimem super arma ferebant*. Vnde Arma Ancilia, & Imagines thorace tenus depictas Latini dixerunt clypeos, Græci ὅπλα. Ita & armorum exercitium in solo clypeo, & gladio constabat, vt Salmas. ad Hist. Aug.

Hæc postea insignia, siue Arma, ad sigilla, siue annulos signatorios translata, & facta familiarum symbola, siue notæ quibus ab aliis distinguerentur, pro cuiusque libito. Sed præcipuè temporum decursu, ex studiis factionum. Nam postquam Italia in partes scissa, diraque Guelforum, & Gibellinorum nomina audita sunt, hique Cæsarem, illi res Pontificias secuti, fermè Aquilæ à Gibellinis, à Guelfis Leones in Insignibus vsurpari cœpta. Colores autem haud dubie, areæque clypeorum, vulgo *Campi*, & tæniarum discursus, à veteribus Circi factionibus tracta; Quæ cum essent quatuor, Veneta, Prasina, idest, cærulea, & viridis, eæque præcipuæ, Albata, & Russea, Ad eas Insignium, atque Armoru colores referendi sunt; Quemadmodum in seruorum vestitu, & versicolore cultu, quæ vulgo *Liuree*, de quibus infra.

ARMELLINI. Mala Armeniaca. *Armognaghe*, Insubres *Magnaghe*. Potest etiam Armellino, esse ab Amerino. Macrob. II. Sat. 15. ex Cloatio. *Sunt autem genera malorum, Amerinum, Cotoneum, Citreum, &c.*

ARMELLINI. Ermellini. Pelles pretiosæ mustellæ Alpinæ, albæ. Belgis *Armelijn*, Anglis, *Hermine*, Hisp. *Harmine*. Scalig. Exerc. CX. 4. *Hermellinus mus Suecicus, quem Philosophus murem album appellat*. Galfridus Monæmuth. L. IX. 13. *Cuius dapifer herminio ornatus, mille vero nobilissimis iuvenibus comitatus est, qui omnes herminio induti, fercula cum ipso ministrabant*. Voss. L. II. 9.

ARNESE, Voss. L. II. 9. *Harnaschs, armatura ex Germanico Arnasch, vel Arnisch*. Subiicit, amicum suum putare esse ex *Æriceus*, ab ære, quia præcipue dicatur de thorace æreo. Verum arma ærea, Græcis quidem teste Homero cognita, Germanis nequaquam. Sed etymi incertus est. Nobis videtur ab *Armitium*. Nec pro thorace tantum sumitur, sed pro armatura etiam crurum, atque ocreis ferreis. Generice autem pro Instrumento. Nam instrumenta *Arma* dicuntur, Virgil. *Cerealiaque arma expediunt*. Seruius. *Fugiens vilia ad generalitatem transijt, quæ ad omnia instrumenta pertinent, idest Arma*. Et ad Ecl. III. Arcum & calamos *Arma* pastorum appellat. Hinc Dantes pro præsidio, atque ornamento accepit. *Siede Peschiera, bello e forte Arnese Da fronteggiar Bresciani, e Bergamaschi*. Purg. XIX. *Di sopra fiammeggiaua il bel Arnese*, pro candelabro. Boccat. II. 5. *Et altri assai belli, e ricchi arnesi vidi*. idest Instrumenta.

ARNIE. Apum alueraria. Apiarium, arniarium, *Arnium*. Vel Aluearium, Arniarium, *Arnio*.

ARPA. Instrumentum musicum. Pap. *Arpa dicta à gente Arporum, qui hoc instrumentum musicum inuenerunt*. Alii ab ἁρπῇ quod in extrema parte incuruetur, sicut harpen gladium falcatum dixerunt. Porro Arpan veterum sambucam fuisse credit Turneb. L. XX. 1. Et Marcel. Donat. in Liuium L. XXXIX. Ex Porphyrio in Ptolomæi Armoniaca, vbi Legit. *Sambuca triangulum instrumentum est, quod ex inæqualibus longitudine, sic dis, & crassitudine neruis efficitur*. Diuersam quidem à lyra tradit Scaliger ad Manilium p. 425. Sed ab ipsa ortam. Ipsum videre est operæ pretium.

ARPE-

ARPEGARE. Occare, glebas contundere ab Erpice. Et picare, *Arpegone, rampicone, arpione*. Harpago, quo veteres vsi in naualibus prœliis, ad naues apprehendendas, quos de scribit Liuius Lib. x. *Rampicone* proprie instrumentum, quo ea quæ in puteum, aut fluvium deciderint, extrahuntur. Cuius inuentor traditur Anacharsis Plinio L. vii. 56. Papias *Lupus ferreus, arpax, qui & canicula, quia si quid in puteum ceciderit rapit*. Insubres *Rampinera*. Ita perticæ, conta vncis, siue in curuo ferro præfixa, *Rampali* dicuntur. Ita *Arpione* indidem. Vel ab *Arpedon*, quod Glossæ Vet. *Pendiculum* interpretantur. Funem pendulum, & vneum ferreum vnde aliquid religatur.

ARRANCARE. Ensem stringere, vel scelopum obuertere, ab arcu, inarcare, *arrancare*, arcum tendere, & ictum minitari.

ARRAPARSI. Reptare, reptitare, adreptitare. *Rampegare, Aggrapparsi*, vnguibus aliquid carpere, siue arripere.

ARRANDELARE. Iaculari. Rotare, rotulare, *randellare*. Lucil. vi. *Rotantque cauis flammam fornacibus intus*. Adrotare, adrotulare, *arrandellare*. Galli. *Arrocher*, adrotare, non à *roche* Sic Hispani *Arrojar*, non à ruina, sed à rotando. Dant. Inf. xxx. *Et rotollo, e percossolo ad vn sasso*. Vel à funda, fundibalum, *frundaulare, randolare, randellare*. V. *Randello*.

ARRECCARE. *Reccare*, afferre, adducere, portare. Per aphæresim à Carricare, carro ferre, adducere, portare. Inde ad alia translatum, quæ manibus, aut humeris afferuntur. *Recare* enim *portare*. Dant. Purg. xxvi. *Perche l mortal, pe l vostro modo reco*. Mortale corpus porto. Inf. xxvii. *Onde mia colpa tutta reco*. Affero. Apte Hispani *Accarrear*. V. *Reccare*.

ARREDO. V. *Corredare*.

ARRESTARE. Comprehendere, manum inijcere. Sistere, aut sisti iubere. Sistere, restitare, arrestare. *Restitit Æneas*. *Arresto*, pro placito, siue decreto Senatus. Ἀρεστὸν, vt Budæus ab ἀρέσκειν, placere, & ita *Arestum* Curiæ placitum: vt simplici *R* scribendum sit. Menag. ab *arrestare* rem stabilem reddere, siue statuere, vt *Arrestum* sit statutum. Verisimilius videtur, cum Arrestare vt diximus, sit vadari, siue hominem, vel rem placito Curiæ, vel Principis sistere, vel detinere, vt & Vos. L. iv. 1. *Arrestum* sit sententia Senatus super eo, qui vadatus est, siue se iudicio sistere coactus. Charta Ducum Normanniæ apud eundem ibi. *Si debitor intra Rhotomagum venerit, ex quo de equo descenderit, castallum, vel hernesium suum poterit arrestari*: idest comprehendi, teneri, sisti.

ARRICCIARSI. Inhorrescere, capillos arrigere. Virg. *Steteruntque comæ* Dant. Inf. xxiv. *Già mi sentia tutt' arricciar li peli Dalla paura* Non ab *Ericio*, vt vult Landinus. Glos. Ὀρθότριχος, *horripilo*. *Aggriccciarsi, accapricciarsi*. Dant Inf. xxii. *Io vidi, & anche il cuor me n' accapriccia*. Vbi Land. *Capriccio* ait significare horrorem, cum pili arriguntur, sed de erycio, fugit eum ratio, est enim ab *arrigere*. *Arrectaque coma*. Item *Raccapricciarsi*. Inf. xiv. *Il cui horror anchor mi raccapriccia*. Idque ex frigore, frigus a pauore.

A Raccapriccio factum est *Riprezzo*. Inf. xvii. *Qual e colui, ch' hà sì presso il riprezzo Della quartana*. Landin *Ribrezzo, Capriccio*, siue rigor quartanæ, cuius rigore pili arriguntur. Ita enim intelligendum, quod sequitur. *E trema pur tutto guardando il rezzo*, Vbi *Rezzo* est frigus, non vmbra, vt vult Landinus. Quanuis proprie *Rezzo* est tenue, & opacum frigus, ab aura, *auritium*. Inf. xxxii. *Poscia vida' io mille visi cagnazzi Fatti per freddo, Onde mi vien riprezzo, E verrà sempre de' gelati guazzi*. Sequitur enim *Io mi gelano nell eterno Rezzo*. V. *Rezzo*.

ARINGO. Vox in cuius notatione eruenda frustra viri doctissimi desudarunt. Amphitheatri caueam, siuè locum in quo Gladiatores, & Bestiarii pugnabant, *Arenam* appellatam fuisse, quod Arena spargeretur, tum, vt plantæ consisterent, tum ne ob cruorem laberentur, nemo ignorat. Ex quo, in Arenam descendere, & collato pede in Arena depugnare. Inde *Arenicum*, & *Arinicum*, & *Aringo* pro ipsa pugna, & certamine etiam cum equites in stadio infestis hastis concurrunt. *Mettersi in' aringo*: & *aringato*, prò ipso pugnæ prócinctu. Vill. Lib. vii. 8. *Il Rè Carlo, veggendo Manfredi, e sua gente venuti al Campo aringati per combattere*. Et cap. 27. *E stanano aringati l'vna schiera appetto all'altra buona pezza*. Postea translata vox ad forum, non solum quia ibi est certamen ingeniorum, sententijsque, & orationibus contenditur: sed quia veteres eadem metaphora vsi sunt. Seneca. *Hoc ita habitum est, scholam quasi ludum esse, forum Arenam*. Nam ludus erat in quo Gladiatores exercebantur, & per ludum simulachra veræ pugnæ in Arena edendæ, batuentes edebant. Sic Plinius in Epis. *Arenam suam* appellat Centumuiros, in quorum iudicio causidici orationibus certabant.

Ita nunc *Rengare*, & *Arengare*, sententijs, orationibus in toto, Comitio, & Senatu contendere. Locuíque ipse, & suggestus, siuè

Pul-

Pulpitum, *Renga*, & *Aringo*, & *Ringhiera* appellatur. Dant. Par. I. *In fin à qui vn giogo di Parnaso Assai mi fu: mà hor con amendue M'è huopo intrar nell'Aringo rimaso*. Landinus notat, *Aringo* lingua Etrusca significare Pulpitum, & locum editiorem, vnde dici *ringhiera*: atque ita per similitudinem, iugum Parnasi appellari *Aringo*. Sed non est ista Poetæ sententia: non enim iugum appellat *Aringo*, ait enim, cum ex bicipiti Parnaso, vnum iugum sibi satis fuerit, nunc vtroque se iturum, & cœptum opus persecuturum. *Mà hor con amendue, &c*. Itaque hic *Aringo* est ipsum opus, siuè cœptum Poema: quasi ingressurus stadium, & Arenam, atque ingenij certamen editurus, ac si diceret, *per finire l'incominciata carriera*. Bocat. G. I I. n. 8. Initio. *Ampissimo campo, è questo per lo qual noi hoggi spatiando andiamo, ne ce n'è alcuno, che, non che vn' Aringo, mà dieci, non ci potesse assai leggermente correre*. A certamine equorum per Circum.

Aringare Oratione contendere Vill. VII. 79. *Gli Antiani li comanderono, che non dicesse, che era pena cento libre, chi aringasse contra al comandamento delli Antiani*. Etiam pro Oratione. Idem Lib. IX. 135. *Rettorico perfetto, tanto in dettare, versificare, come in Aringa parlare*. Et Lib. X Cap. 50. *A ciò che fu proposto, e detto per li Sani del Duca sauiamente, & con belle aringherie fornite di molte auttoritadi*.

Quod autem pulpitum etiam *Ringhiera* appelletur. Historicus Florentinus Lib. II. *Quando il Duca accompagnato da M. Gioan. della Tosa, & tutti i suoi consorti venne in Piazza, & insieme con la Signoria sali sopra la Ringhiera, che così chiamano i Fiorentini quelli gradi, che sono à piè del Palaggio de' Signori, doue lessero al Popolo le conuentioni fatte intrà la Signoria, e lui*. Scilicet illi gradus idem fuere, ac Rostra apud Romanos, ex quibus Magistratus populum alloquebantur. Ita, & in Comitijs, siue magno Concilio Venetijs, pulpitum vocatur *Renga, & andar in Renga* suggestum ascendere.

Præterea *far Rengo*, est sententiam pronunciare damnandis reis. Stat. Pat. Rub. XI. *Quando sunt legenda in publico arengo condemnationes corporales*. Quia autem æris campani sonitu populus ad id conuocatur, *Sonar Rengo*: etiam cum ad supplicium spectandum funesto eodem pulsu Ciues conciuntur: quod apud Romanos Classico fiebat, vt apud Tacitum Lib. III.

Cæterum in omnibus fermè Italiæ Vrbibus fuere Amphitheatra, siue Arenæ, vt Romæ *Colisæum* à Solis Colosso, quasi *Colossæum*. Veronæ restat adhuc integrum vnicum, atque admirabile vetustæ magnificentiæ monumentum. Mediolani fuit vbi nunc est forum Mercatorum. In quo æs campanum, cuius signo olim populus in Comitium conueniebat, siuè in Arenam: vnde *sonar Rengo* nunc quoque ibi dicitur, cum eiusdem tintinabuli sonitu ad sontium supplicia populus conuocatur. Visitur etiam Patauij Amphitheatri Area, ad templum Eremitarum, vasta, atque ouali planitie, quæ vocatur *Arena*, in cuius extimis parietibus adhuc vestigia cernuntur, quibus gradus spectaculorum adstituti erant, item cryptarum, atque portarum. Diruto Amphitheatro, ruinæ cessere lupanari, vt testatur Scardeonius, inde purgato loco à Fuscaris Patricijs Venetis, magnificentissimæ ædes extructæ.

Galli etiam orationes forenses, ac Senatorias, actionesque Patronorum vocant *Harangues*, non tamen a Germanico *Huborung*, vel Anglico *Hearing*, quod significat auscultare, sed ab eadem qua Itali origine. Quia autem pugnaturi in Arena in ordinem, ac seriem disponebantur, iidem Galli *Reng* prò ordine dicunt, & *Rangier* disponere. Et *Rangee* series.

Cum igitur ab Arena fit perperam faciunt qui duplici R. scribunt, licet veterum aliquorum auctoritate nitantur.

ARRIVARE. Adpellere, nauem ripæ, vel litori adplicare. Adripare, ad alia translatum pro peruenire. In Priuilegio Federici I. Imper. Vrbi Laudensi concesso Anno M C. LVIII. *Ne aliquis alius ad naues arriuandas in toto flumine Abdua, ordinetur*. Extat apud Villanouam Hist. Laud. L. II. Hinc *Arriuare*, & *riuare* pro finire, siue ad finem peruenire; Qui enim nauim adpellit ripæ, institutum cursum terminat. *Cum reduces stant litore puppes*. *Riuare*, etiam, & *arriuare*, pro aliquò peruenire, siue pertingere, non rectè Erythræus à riuis deducit, nam est ab eadem origine, pro finire, qui enim aliquò pertinet, & extenditur illic finit, siue finem obtinet.

ARROGERE, adiicere, adiungere. Petr. *E duolmi ch'ogni giorno arroge al danno*, accedat aliquid, augeatur. Vel ab *Adgrego*, vel *addaggero*. Nam *adrogo*, aliud significat. Inde *Arrota* accessio, augmentum. Vil. VIII. 68. *E per arrota della pistolenza, fù l'anno gran fame*. Et Lib. IX. 304. *E per arrota al primo fallo*.

ARROSTIRE. Torrere, attorrere. *Arrosto*, *Rosto*. Attostum, quasi *Attorritum*, *rostum*.

ARROTARE. Ferrum acuere, saxo asperare,

rare, à rota, siue mola instar rotæ, vnde *molare i coltelli*, & *Mola coltelli*; Samiator, Acutiator, vt Vet. Glossæ.

ARROVELLARE. Indignari, excandescere, & veluti rabie corripi. Non à *rebellis*, sed à *rabie*, *arrabiare*, *arrabulare*, *arrouellare*.

ARRVFFARE. V. *Rabuffato*.

ARSENALE. Nauale, armamentarium. Quidam quasi *Arx naualis*. Meursius in Glos. putat Græcos vocem Ἀρσηνάλης ab Italis accepisse. Menagius Orig. Gal. affert Inscriptionem naualis Bizantini ab Theophilo Imperatore. ΤΟΥΤΟΝ ΜΕΓΑΛΟΤΑΤΟΝ ΑΡΣΕΝΑΛΗΝ, quæ cum fermè ante DCCC annos posita sit, verisimilius est, Italos à Græcis, quam hos ab illis accepisse. Coaruvias censet *Darsenna* esse vocem Arabicam, quæ significat Nauale, siue Armamentarium. Quod confirmatur, quia & Itali, locum vbi naues statuuntur *Darsenna*, appellant, vt Genuæ, & Liburni, & Turcæ *Tersibane*, pariter naualia appellant. Optima coniectura videtur, vt sit *Arx naualis*. Vt Venetiis Nauale toto Orbe celeberrimum in Arcis formam constructum est.

ARSO. *Arsura*. Venetis pro paupere. *Aridus*. Martial. *Nec desit cereus aridi clientis*. Pap. *Tenuis, nudus, pauper, aridus*.

ARTICHIOCCO. *Carcioffo*. Cinara. Articactum, articoctum; *Artsciocchi*. Glos. Acactum; ἄκανθα ἐκ Λυκιάκος. Vulcanius perperam positum notat pro Λυκίλιος. Mirum tamen esse, si Acactum dixit Lucilius, pro ἄκανθα. Potius enim dicendum fuisse, Cactus, creberrimus in Sicilia, vt scribit Hermolaus Corollar. 695. in Dioscorid. Vulgo vocari Cardum, notissimum in deliciis mensarum secundarum. Tertul. de pallio. *Eradicato omni aconito hostilitatis, & cacto, & rubo subdola familiaritatis*. Plin. L. XXI. 16. ex Theoph. L. VI. 4. *Cactos quoque in Sicilia tantum nascitur; Cuius in terra serpunt caules à radice emissi, lato folio, & spinoso: caules vocant cactos, nec fastidiunt in cibis, inueteratos quoque*. Athenæus L. II. Ait Cactum esse, quem Romani vocant carduum, Græci κινάραν. Apud eundem Ptolomæus Rex Ægypti Cinaram describit aculeatam, neque aliter edulem, quam demptis aculeis. Ex quo probare nititur Eustathius, aliud esse Cinaram, aliud cactum, quia non sit adeo aculeata Cactus, sed sunt diuersæ cinararum, siue cactorum species: aliæ aculeatæ vt in Gallia Cisalpina, aliæ sine spinis, vt apud Venetos, Galli *Artichaut*. Germ. *Artschoff*. Hen. Steph. in Appendice Thes. postquam multa de Cacto attulit, addit, vulgo dicuntur *artichaulx* quasi ἀρτυτικοὶ καυλοί. Caules conditanei, vt volunt nonnulli. Nam ἀρτυτικὰ pro fructibus Cinaræ apud Trallianum. Artiochiocco, siue artitici caules, id est conditanei, siue conditaneæ cacti. *Articacti, artichiocchi*.

At Carcioffo, est à Carice, quod idem Caricioffo. Glos. Κινάρα, *Cinara, Carduus, Carix*, siue *Carex*. Et *carice pastus acuta*. A Carice, caricetum, cactum, articactum, quod idem ac *Carcioffo*. Hisp. addito articulo Arabico *Alcarchofa*.

ARTIGLIERIA. *Bombarda*. Vos. L. III. 1. dictam censet, quasi *Arcualia*, quod in locum arcuum successerit, vt *Archibugio*. Menagius ab antiqua voce *Artiler*, quod est arte aliquid firmare, ac munire: *Ars*, actus, *Articularia*. Artem autem esse, quod inferius seculum, *Ingenium* appellauit, machinam scilicet, & novum inuentum. Neutram notationem approbare possumus; Credimus vocem formatam, quod iugis boum, aut equorum trahantur. Trahere autem *Tirare*, vt suo loco dicemus. Atque ita Attiraglia; Attiralia penultima producta, demum Artilaria. Ita ab eodem Trahere, dicitur *il Treno dell' Artiglieria*, siue *Traino*. Nam *Trainare* pro trahere, inferiori æuo vsurpatum ostendemus. Si quis meliorem coniecturam afferet, haud leuem gratiam inibit.

ARTIGLIO. Vngues auium præcipuè rapacium. Falces, Articulus. Licet enim nodum, siue membrorum iuncturam significet, sumitur etiam pro digitis. Ouid. Pont. II. *Vtile sollicitis supputat articulis*. Inde ad aues traductum, vt sint articuli digitorum internodia. Hisp. *artejos*, vngues ad vnci. Plinio. Falculæ. Albert. M. de Falconibus cap. 5. *Sit igitur coxa longa, & bene pennata, & crus curtum, & pes bene patulus, & digiti fortes, & præcipue in nodis articulorum; & vngues fortes*. Et cap. 8. *Et pedes habeat nodosos in articulis digitorum*. Inde Articuli, pro digitis & vnguibus auium. Dant. Inf. XIII. *Piè con artigli, e pennuto il gran ventre*. Idem artigliare. Inf. XXII. *Ma l'altro fù ben sparauier grifagno Ad artigliar ben lui*.

ARTIMONE. Velum. Artemo. Dant. Inf. XXI. de Venetorum naualibus. *Altri fà remi, & altri volge sarte, Chi terzeruolo, & artimon rintoppa*. Landinus tria esse velorum genera tradit. Maius, quod Artemo, medium, & tertium, *Terzerolo*. Landino adstipulatur Baysius, quod scilicet Veteri velum maximum ita vocerit. Alciatus velum additicium, quod maiori additur, & assuitur, ab ἀρτάω, quod est assuere, & appendere. Vitruvius L. X. 5. de Machinis tractorijs. In radice autem ma-

chinæ

chinæ collocatur tertia trochlea. Eam autem Græci ἰπάγωγον, nostri Artemonam appellant. Philander ibi varias de Artemone opiniones affert. Nam illud Actuum Apostolorum cap. 27. *Sublato artemone ad auram flatum*, Interpretes velum parvum esse dicunt. Alii velum addititium. Isidor. dirigendæ potius nanis causa, quam celeritatis adhibitum tradit L. XIX. 3.

Duo ergo significat apud veteres, Velum, quodcunque illud fuerit, & trochleam in machina tractoria. Vtrumque vt censet H. Stephanus παρὰ τὸ ἠρτῆσθαι, suspensum esse: fortè posterius παρὰ τὸ ἀρτῆσαι, quoniam eo ingentia pondera tolluntur, vt Alciatus notauit. V. Scheferum de mil. nau. L. II. 5.

ASA. *Asola*. Ansa, ansula. *Vsolière*, ansularium. Hisp. *Asire, prendere, Asido*, captus, *Asidero*: manubrium, ab ansa quæ apprehenditur. Macrob. Sat. L. III. Varro diuinarum L. v. dicit *Aras primum Asas dictas: quod esset necessarium à sacrificantibus eas teneri. Ansis autem teneri vasa quis dubitet?*

ASCELLA. Axilla. Isidorus. *Ascella locus sub brachio dicta, quod ab eis brachia cillentur, idest mouentur*. Sed est vel ab Ala, axilla, ascilla, *ascella*, vel ab Axilla, ala, vt veteres tradunt. Vet. Lex. Μάλη ἀνθρώπου *Subraco, subala*. Lege: *Subrachio*, vel *subrachio*. Hisp. *Sobaco*. Cerda Cap XXXI. 5. notat à Gregorio Turon. appellari *Ascellas* instrumentum ferreum, quod ab vtroque latere Ecclesiarum est. *Ante absidem rotundam habens ab vtroque latere ascellas eleganti constructas opere*. Ait esse instrumenta ferrea in modum alarum posita. Nulla ibi instrumenta ferrea: & quænam ista? Verum templi alæ, siue brachia, ante absidem, vt hodie quoque in crucis formam exporrecta.

ASCIA. *Asia*. Ascia, dolabra. A Græco Ἀξίνη. Glos. Ἀξίνη. *Dolabrum*. Vitr. L. VII. 2. *Sumatur Asceta, & quemadmodum materia (lignum) dolatur, sic calx in lacu macerata, asceietur*. Eadem *Piola* à poliendo, quod eo instrumento asperitas ligni dolatur, ac perpolitur. *Piolare* & *pieliare* pro eodem.

ASCIVGARE. Adsiccare. *Sciugatoio, Sciugamano*, mappa tergendis manibus. Non ab exsugo.

ASCOLTARE. Auscultare, quod apud Latinos obedire: vt illud veteris poetæ apud Varronem. *Audio, haud ausculto*: assensum non præbeo. Apud Italos tantum pro audio, aures intendo. *Io par ascolto, e non odo nouella*. Auribus capto. Veneti *Aldire, Stare in aldia*, attendere.

ASPERTO. Experrectus. Papias ab experior. *Experiens, industrius, laboriosus, vigilans*. Sed est ab *expergiscor*. Male Siluius ab *Aperto*, proceleri.

ASPO. Alabrum. Scaliger Hist. Animal. pag. 599. *At ἄτρακτος non acum significat, vnde Acias dicat Theodorus, sed fusum, non quo deducunt filum colu, sed versatilem illum, cuius figura per initia simplex. Tigillus teres versatilis: e quo postea glomi fierent, atque inde stamen. Postea addidere radios, atque his transtra, Aspum vocant Itali*. Hoc fuit Γνῶιον, vt innuit Pollux, & Suidas. Hæc Scaliger. Glossæ. *Panucula* πηνίον. *Inicilaris* Πηνοθέτης. Lege. *Panicularis*.

Vossius de Vit. Serm. L. II. 1. *Alabrum vulgo vocatur, quod aliter Rhombum dicere solemus, muliebre scilicet instrumentum, quo fila rotando glomerantur. Belgis* Aspel, *vnde Alabrare*, halpelen. *Habet quasi alas quasdam, vt si origine Latinum est, ab ala dici videatur, vt à candela, candelabrum*. Subiicit, hoc esse verisimilius, quam quod apud Isidorum L. XIX. 39. *Alibrum quod in eo librentur fila, idest soluantur*. Non enim vt amitto, ita alibero dicitur. Pap. qui Isidorum exscribit. *Alibrum dictum, quod in eo librantur, idest voluuntur fila*, quod est minus ineptum.

Aspo igitur, & *Naspo*, ac Germ. *Aszpel*, & *aszpeln*, depanare. Dantes *Arcolaio*, quia alas illas instar arcus flexas, & incuruas habet. Alij quod veluti arculam in inferiori parte habet, in qua glomi reponuntur.

Veneti *Corlo*, siue à figura, siue à motu, & currendi rapida vertigine. Morgant. *E si volgeua come vn Arcolaio*. Inde instabiles. *Matti come vn Corlo*. Aliquandò duo in opere sunt, cum fila geminantur. Insubres *Bicocca*, fortasse à bichoare, quod est duplicare, siue *binare*, vnde Veneti *binadora* appellant. Papias. *Bicoatur, duplicatur*. Et quia ex arundine, ac fragili materia construitur, Arx siue castrum, in firmo, ac debili munimento capi facile, vulgo *vna Bicocca* appellatur. Ita obscurus vicus prope Mediolanum Gallorum clade nobilitatus dicitur, vnde quidam inepte huius vocis notationem duxerunt.

Idem *Douanadoro*, & *Deuanadora* Venetis, non à diuidendo, aut diuiduando, sed à depanando, *Depanadoro*. Depanare enim panum, siue licium, in glomum voluere, & à metaxa deducere. V. *Deuinar*. Senenses *Guindolo* à Germanico *Vvinde*, Gal. *Guinde*.

Ab *Aspo* etiam *aspula, spola*, radius. Nam sicut Alabro, metaxa, siue liciorum compages imponitur, ita radio acuto, trama inuoluitur, staminí inferenda, pedibus insilia alternantibus. Hoc tamen *Naspo*, & *Corlo* interest, quod in *Naspo* fila e fuso in metaxam compinguntur,

guntur, *in Corlo* autem metaxa depanatur, sicue in glomos conuoluitur.

ASSAGGIARE. V. *Saggio*.

ASSAI. Satis, adsatis. Sat, *assai*, *asà*. Galli, *Assez*, *assé*.

ASSALIRE. Adsilire, *assaltare*, adsultare, aggredi, oppugnare. *Assalto*, adsultus. Inferius ævum Adsallire. Marculf. Form. L. xxi. *Adsaliss etis, & grauiter liuorassetis*. Et *adsalitura*.

ASSANNARE. V. *Sanna*.

ASSASSINO. Latro. Mirum est vocem latinæ originis à Turcis scriptores consensu traxisse. Qua nempe sicarij notantur, qui interficiendis mortalibus operas locant, & humana capita licitantur. Et ab Arsacidis dictos esse contendunt. Quorum princeps *Il vecchio delle Montagne*, qui Antiochiæ, & Damasci proximos montes insederat, & valida arce firmauerat: atque ibi collecta perditorum manu, in omne nefas, & latrocinationem instituebat, & ad interficiendos Principes, leui mercede commodabat. Cum inde conducti, incredibili mortis contemptione, ipsos etiam Reges obtruncarent. De quibus Nicetas, Gillius, Vossius, Menagius, & auctor tertiæ partis Thesauri Politici.

Quæ vt vera sint, *Assassini* nomen inde ductum, & ab Arsacidis formatum non ego crediderim. Dant. Inf. xix. *Io staua come il Frate, che confessa Il perfido Assessin: che poich' è fitto, Richiama lui perche la morte cessa*. Vbi recte Landinus docet, *Assassino* esse eum, qui mercede conducitur ad interficiendos homines: & à verbo Latino *Assideo*, appellatum esse. Quod nempe assideant, siue insideant loca, seque in insidijs collocent, qua ille transiturus est, cui necem machinantur. Festus. *Insessores, Latrones, qui circa viam insidiantur, sedentes*. Vnde *insidia*.

Ergo ab assidendo, *Assassini* dicuntur: qui itinera obsident, & in viatores grassantur, atque impetum faciunt. Nam *assidere*, pro, *obsidere* etiam Itali dixerunt. Dant. Inf. xiv. *Dicendo quel fu l vn de sette Regi, Ch' assiser Thebe*. Assessores, siue insessores. viarum, & ex insidijs latrocinantes. Rectius *Subsessores*. Seruius ad illud. *Extremus, galeaque ima subsedit Acestes. Aut remansit*, inquit, *aut delituit* (lege delituit) *vnde & subsessores vocantur, qui occisuri aliquem delitescunt*. Et, *Deuicta Asia subsedit adulter*. *Vnde*, inquit idem, *subsessores dicuntur, qui in insidijs tauros intersmunt*. Lege *Viros*. Vbi paulo obscurior Seruius est. Ait poeta Agamemnonem fraterni adulterij vindicem, deuicta Asia reducem ab Ægistho, per insidias necatum, quod intelligitur, illis verbis *subsedit adulter*, insidians Agamemnoni. Subiicit Seruius, *& hostium dolos, subsessas*, vocamus, voce eius seculi, occurrit enim apud Vegetium, sed locus ad manus non est. Val. Max. L. ii. i. *Nulli enim tunc subsessores alienorum matrimoniorum oculi metuebantur*.

ASSE. Tabulæ. Axes, siue Asses. Vitruvius L. iv. 2. *In contignationibus, tigna, & asses*. Philand. *Asses, siue axes, vnde Coaxatio, & coassatio, sunt sectiles tabulæ: Asseres autem sunt trientales, id est lati ferme quatuor pollices, sed crassiores, dicti ab assidendo parietibus, atque tignis, auctore Festo*. Cuius verba sunt. *Axis, tabula sectilis appellatur*. Veget. veter. L. iii. i. *Roboreas asses constringis*. Hermolaus. *Axes, vnde coaxatio, id est contabulatio*. *Nam asseres Vitruvio tabula non sunt, sed crassior, & angusta in modum trabis materia*. Inde *Asseres*, ligna, quæ ferendæ lecticæ inserebantur. Sueton. Caio. *Lecticary cum asseribus accurrerunt*. Iuven. *Ferit assere duro*. Glossæ. *Asseres*, Κοντοὶ, Δοχεὶ σρωτῆρες, quibus sellæ, & lecticæ portantur. Quid autem sit *Coaxatio*, docet Plin. L. xxxvi. 25. de pauimentis fistucatis, subdialibus (*le Terazze*.) *Necessarium binas per diuersum coassationes substerni*. *Vn tauolato doppio*. Budæus Pand. ex L. Fundi. *Coaxatio, qua & coassatio tabulis id genus conserta est, quibus cuppa & lacus conficiuntur. Asses enim, qua & axes tabula sunt sectiles, non absimiles scandulis, quibus tecta tegularum vice quibusdam locis teguntur*.

ASSE. *Asso*. Punctum, siue vnio in tesseris. Salmas. ad Hist. Aug. pag. 216. *Assem etiam veteres τὴν μονάδα, vocarunt. Hinc apud calculones, Adiecto asse, idem erat, quod adiecta vnitate*. Hyginus, de lateribus polygonorum. *Omnis trigonus, ductus octies, accepto asse facis quadratum: id est, octies accepta vnitate*. Et pag. 472. *Quam Græci ὄινω, in tesseris appellant, nos Assem dicimus, hoc est, vnionem. Assem quoque pro vno, vel vnitate dixerunt Latini veteres. Adiecto asse, apud Vitruv. Et accepto asse apud Hyginum. Eam vocem à Siculis, vel Tarentinis Romani sumpsere*. Eἷς, *quod est vnus, Siculi* αἶς, *Tarentini*, ἄς. *Inde As, pro vno Latinis*. Plura idem de modo vsur. & ad Solinum.

ASSEMBRARE. Similare, adsimilare, non *adsimulare*. *Semblare*, & *rassembrare*. Dant. Par. xxviii. *Ciò ch' i vedena, mi sembiana vn riso Dell' vniuerso*.

Interdum à *Simul*, vt simul esse, simul conuenire. Vnde Galli *Assemblee*, Conuentus, Cœtus: à simul esse. V. *Sembrare*.

ASSENTARSI. & *Assettarsi*. Adsidere, adse-

adsessitare. Dant. Inf. XVII. *Im'assetta in su quelle spalacce*. Alibi. *Asseggia*. Assideam. V. *Sentarsi*. *Assentado* militiæ adscriptus, inter milites collocatus.

ASSEPA. Interponit: obstat. Ductum à sepe. Dant. Inf. XXX. *Chel ventre inanzi gl'ecchi si t'assepa*.

ASSETTARE. Et sitim excitare significat, sicut *dissettare*, sitim leuare: & Aptare, Adaptare. Dant. Inf. XVII. *E come là tra li Tedeschi Lurchi Lo Beuero s'assetta à far sua guerra*. Fiber aptat se ad capturam piscium. *Mettere in assetto*, aptare, in ordinem redigere. Boccat. II. 8. *Commandò che incontinente il Conte di vestimenta, di famiglia, e di caualli, & arnesi, rimesso fusse in assetto*. Etiam pro assidere. V. *Assentarsi*.

ASSIDRARSI. Barbarus Glos. in Plin. *Sideratio, quam Græci vocant ἀστροβόλησιν, & σφάκελον, quandoque arborum quidem morbus afflatarum sidere, sed per similitudinem ad homines translatus, arescente corpore*. Hinc *assidrato di freddo*, membris frigore adustis. Et pro torpido. Boccat. II. 2. *Et quasi assiderato veggendolo*. Vide Budæum in Pandectas ex lege *Conducti* p. 310. Propriè autem sideratio apud veteres *paralysis*, vt Rodius ad Scribonium notauit. Martial. *Sidere percussa est subito tibi Zoile lingua*. Neque tamen Insubres, vt subiicit, hoc *Percossiam* vocant, quæ vox Veneta est, ex *apoplexia*, facta: illi apoplexiam, *Goccia*, siue *Sgozza* appellant.

ASSOMMARE. Ad summum, siue ad finem perducere.

ASSONARE. Colligere, adunare. Veneti. *Sonnar*, in vnum contrahere, adunare, *adonare*, assonnare. Et

ASSONNARE, somnum conciliare, in soporem dare. *Dissonare* expergisci, e somno excitari.

ASTIO. Odium, inuidia. Lex Longob. tit. de homicid. Liber. 13. *Asto animo*, idest doloso. Grot. Lex. Goth. *Astalinis deceptio, à Latino astus, vnde Asto animo apud Plautum*. Dant. Purg. VI. *Vedi Cont'Orso, & l'anima diuisa, Dal corpo suo per astio, e per inueggia*. Fermè pro odio, vt à fastidio contractum sit. Villan. III. 3. *Sempre adastiauano per continua guerra, L'vno contra l'altro*. Et Lib. X. 136. *S'adastiauano, e voleuansi male insieme*. Vel igitur *à fastidio*, vel à Germ. *Hasz*. Et pro inuidia. Vil. Lib. XI. *Che i viui hebbono astio de i morti, per le soperchie tribulationi*. Mortuis inuiderent. Neque enim assentior Vossio, qui fastidium à *fastu* deducit, nam à *tædio* sine faciendo tædio, ductum videtur: licet enim contemptum etiam significet, fermè tamen accipitur, pro noxa, siue noxia, odio, fenio. Hisp. *Enojo*, à noxia. Vnde *Annoiare*, fastidire, tædio afficere. Fastidium, *fastium*, *Astio*.

ASTORRE. Accipiter ex Asturia. Frideric. Imp. L. II. 11. *Sunt, & de auibus rapacibus Austures, Speruerij, & ista comprehenduntur sub accipitre*. Paulo post. *Et quamuis hoc nomen accipitris plures attribuant soli Austuri: nos tamen dicimus, ipsum esse genus omnium auium rapacium, quæ capiendo, & non feriendo, vt falco, venantur*. Hinc *Stocciere*, ab Asturcarius, penes quem accipitrum, & Asturum cura.

ASTRACO. *Astrico*. Pauimentum latercullatum. Insubres etiam lacunar, *lastrico* appellant, quod à *laqueari* duci potest; Prima tamen origo, quod superiores ædium partes, apertæ, ac subdiuales, congesta terra, aut laterculis sternebantur. Vnde *Lateratum*. Glos. Πλινθάν. *Lateratum*. Et laterculatum, *Lastricatum*. *Astraco*. *Astrico*. Atque ita inferioris cubiculi contignatio, & lacunar, etiam *Astraco* dictum est. V. *Terrazze*, & *Lastra*.

ATTACCARE. Affigere, affigitare, *attaccare*, & *appiccare*. Vos. de vit. serm. L. II. 22. *Attacchiare, per lictores apprehendere, a Gallico Attacher, quod frequens in leg. Burg.* Et apud Math. Parisium. *Si tales inueniantur in terra nostra, in principio Vuerræ, attachientur*. Eum sequitur Menag. Orig. Gal. *Ab attachiare, quod est attexere, apprehendere*. Sed neque attexere, est apprehendere, & Gallicum attacher, corruptum puto ab *acciappare*, quod est à capere, siue *captare, adcaptare*. Idem in Orig. Ital. ab *aptare, adaptare*. Sed minus est aptare, quam affigere. Ergo ab affigitare, *attaccare*, & *appiccare*, vt supra diximus. Dant. Inf. XXVIII. *Mentre che tutto in lui veder m'attacco*. Landin. *M'appico, m'affisso*, oculos affigo. Villan. Lib. IX. 317. *V' addusero infermità, e mortalità grande, la quale s'appiccò a Cittadini*, s'attaccò.

Attaccare il fuoco, & *appiccare*, siue *appizzare*, est ignem admouere, qui materiam ita apprehendit, vt veluti illi affigatur. *Impizzare*, *impiare*. Nam vt diximus *Attaccare*, & *appiccare*, idem. Dant. Inf. XXV. *Poi s'appiccar, come di calda cera, Fossero stati*: s'attaccarono.

Hinc *Taccone*, corii frustum, & segmentum, quod calceis affigitur, & *tacconare*, panni frusta vestibus adsuere, ac veluti acu adfigere. Et *Tacchi* calceorum, qui ad calcem altiores struuntur, Galli *Hauts*, quibus calcei retro attolluntur, siue altantur, altiores fiunt, &c. *Taccone* etiam pro *Auaro*, & *sordido*. Hoc a tenax, *tenacone*, *taccone*. Vt *Taccagno*, obstinatus, & sententiæ tenax, Galli, *Taquin*, quem

C à Tar-

à Tarquinio, quasi superbum, & ceruicosum; ridicule deducit Siluius Isagoge, p. 90. quanuis tenacem significare indicet.

ATAR. Hisp. Ligare. *Aptare*. Nonius. *Aptum, connexum, & colligatum significat*. Virg. Geor. III. *Ipsis è torquibus aptos, iunge pares*. Cic. de nat. III. *Tam status Astrorum ordines, tamque inter se omnia connexa, & apta*. Tusc. v. *Fulgentem gladium, e lacunari, seta equina aptum demitti iussit*. Frustra à Græco, aut Hebræo originem Coaruvias arcessit.

ATTI. *Modi, gesti*. Festus. Actus significat motum corporis, vt histrionum, & saltatorum; qui etiam ex hoc ipso, actuosi dicuntur. *Atteggiare*, gesticulari, modos facere. *Brutti atti*, motus peruersi, & similia.

ATTILATO. Comptus, ornatus, cui vestis corpori adpressa, nullis rugis, aut plicis deformis. *Tirare* extendere. Hisp. *Estirade, tirade*. Etrusci. *Tirato*, distentus, sine rugis. Ita pro ornato, & munditiæ elegantis viro. Galli *Attifer*, Veneti, *Tirare in squerro*, translatum a navibus, quæ reficiuntur, & poliuntur. Erythræus tamen in *Tilia*, putat ab his, *Tilado*, pro eleganti dictum. Quod non est verisimile, sicut neque ab *Apte*.

ATTIMO. *In vn attimo*. Momento. *In atomo*, puncto temporis. Victor. Var. L. XVI. 16. *Cum significare volumus aliquid celeriter, summaque festinatione factum esse, dicimus* in vn attimo, ἐν ἀτόμῳ: *ipso momento temporis, quod diuidi, secarique non potest*.

ATTIZZARE. Ignem excitare, *stizzare*, à titionibus. Inde pro *Instigare*. Quanquam hoc à canibus, cum irritantur. V. *Aizzare*, *Vssare*.

A TORNO. V. *Tornare*.

ATTRATTO. Membris attractis, & distortis. Dant. Inf. XVI. *Ch'in su si stende, e da i pie si rattrappa*. De eo qui ab vndis emergit. Hoc est pedes retrahit, ac reducit, vt in natando.

ATTVFFARE. Mergere, & mergi. Vel à suffocare, *stuffare, attuffare*. Vel ab antiquo futare. Nonius. *Abenum trua futat*, adfutare, & per Metathesim *tuffare, attuffare*: & *attutare*, extinguere, de igne. Veneti *stuare il foco, il lume*, præcipue cum Elychnium oleo immergitur. Cittadinus à sonitu, quem à quaedit, cum aliquid immergitur. Ita & *toffe*, dicimus sonitum ictus, & pulsationis, & *dar delle toffe* verberare. Alii a Germ. *Tauffen* baptizare, siue attutare, à *Todten*, occidere, vnde putant Gallicum *Tuer* factum. Sed plerique hoc à Θύειν, sacrificare. Rectius videtur, à suffocare, stuffare, tuffare. Cum Itali carnem patinariam suffocatam, *stuffate* appellent. V. *stuffare*.

AVALLARE. Descendere, imminui à Valle. Dant. Purg. VIII. *Hora auualliamo homai tra le grand' ombre*. Mox. *Solo tre passi credo ch'io scendesse, E fui di sotto*. Inf. XX. *E non restò di ruinar à valle, fine à Mines*: vsque ad Inferos. Pro demittere, *abassare*. Purg. XIII. *E l'vno el capo sopra l'altro aualla*. Alibi. *Ma ficca gl' occhi à valle*, deorsum. Et *diualare*. In chartis Ducum Norman. apud Vos. L. 10. I. *Nullus mercator cum mercatura sua poterit transire Rhotomagum per Sequanam, ascendendo, vel auallando, nisi per ciues Rhotomagi*.

Inde *Sballare* Venetis, Imminui, declinare. *Sbalare il dolore, sbalare la febre*. remitti. Insubres, *balcare, e balcate il dolore*, vallare, valicare, *balcare*.

Galli *Aual* deorsum, *Aualer*, demittere. Item sorbere, & cibos deglutire, in ventriculum demittere. Item *Raualer*, dimminui. *Le blè rauallè*. Frumenti pretium imminuitur. Itali *Cala*. *Raualler*, de fastigio detrahere, & in ordinem cogere.

AVANTI. Ab ante, abantea. *Auanzi*, reliquiæ mensarum, quæ ante conuiuas remanent, nec consumuntur. Et *auanzare*, pro superesse, restare, remanere, vnde etiam *Rimasugli*.

Auantaggiare, superare, anteire, anteitare. Dant. Inf. XXV. *Perche in mal far, lo seme tuo auanzi*. anteis, superas.

Auanzare, lucrum facere. Dant. Purg. III. *Che qui per quei di la molto s'auanza*. acquiritur, lucrum fit. *Auanzo, ciuanzo*, lucrum, quod ante, idest supra mercimonium est; vel ab augendo, non autem capiendo, quod ex sorte redundat.

Quia autem *Auantaggiare*, est superare, siue superiorem esse. *Auantaggio*, id quo hoste quis superior est. *Auantaggio d'arme, di luoge*. Salm. de fen. trap. p. 169. Vbi explicat quid sit πλεονεκτεῖν, & πλεονεξία, eum qui opportuniore loco, quam hostis Castrametatus sit, qui commeatibus abundat, & reliquis omnibus hoste superior est, proprie dici πλεονεκτεῖν, obseruat. Gallicè *auantages* hæc omnia dici; quæcumque faciunt, vt superiores hostibus videamur. *Lieux, e postes auantageux*.

D'auantaggio; Satis, superque.

Ab Auanzare Acharisius, **AVACCIARE** factum putat. Villan. VII. 93. *Per far auaccsar il suo Nauilio*. Quod est, accelerare, festinare: vt & Bembus sentit. Qui enim accelerat, præcedere, siue anteire festinat. Quid si *Auaccio*, est ab Ocyus, Adocyus; Auaccio, Auacciare?

AVELLO. V. *Albio*.

AVESE. Insubres, pro abysso. *Andare al Auese*, pro re quæ profunditur. Cicero de Offic. ait largitionem fundum non habere, quod, vt interpretatur Turnebus, vsurpare solemus, abyssum quandam esse. Nam Abyssus inde dicta, quod fundo careat.

AVVEZZARSI. Assuescere, assuescitare, *auuezzarsi*, vel *Avsarsi*; *auuezzarsi*.

AVGELLO. Auis, auicula, *auicello*, *augello*, *vccello*. Glossæ. *Auxilites*. Ὄρνιθες, Οἰωνοί. Vulcanius ex Scaligero ad Festum: *Axilites*, idest, alites. Sed legendum *Aucilites*, *vccelletti*. Inde Venetis. *Celega* pro *passere*: quasi *vcellica*. Eædem Glossæ, *Aucellus*; Στρουθίον, Passerculus.

AVILVPPARE. Implicare. Non à voluendo. Sed à *Villis*, siue, tricis. *Viluppo*, quo aliquid intricatur, implectitur, & irretitur. Villus enim multorum villorum collectio.

AVINCHIARE. Nectere, ligare. Auimine, siue vitilibus *Vincire*. Nam *Vimen* quasi *Vincimen* dictum volunt. *Viminicio*, *vinchio*, Omne scilicet virgultum lentum, & flexile, ad ligandum aptum; vnde & Vinculum. Dant. Par. xxix. *Cosi veloci seguono i suoi vimi*. Vincula, ligamina. Infra. *Nel mezzo strinse potentia con atto, Tal vime, che giamai non si dinima*: vinculum, quod nunquam dissoluitur. Hinc *Auinchiare*.

A vimine *Vincastro*. *Vincea*, & *venceia*, fasces viminum. Et *Vischia* pro virga. Ita & *Vitile* quicquid ita lentum est, vt flecti possit. Nam viere, vnde Vimen, est alligare, vt Festus: seu vincire, & inflectere, vt Nonius. Varro de r. r. L. 1. 23. *Sic & alia alio loco secunda, vt habeas vimina, vnde viendo quid facias, vt scirpeas, vallos, crates*.

AVIRONS. Galli Remos vocant. Alberones, quod è longis arboribus fiant: solent enim L, supprimere.

AVISARE. Monere, aduertere. Tacitus, *Decem Aquilæ Germanicum aduertere*. Idest in se verterunt. Plin. Lib. 1. Ep. x. *Multa in Euphrate sic eminent, & relucent, vt mediocriter quoque doctos aduertant, & afficiant*. Aduertere est animum intendere. Qui monet, iubet aduertere, siue animaduertere. Ita *Auisare*, vel ab Aduersum, vel à videndo: monet, videat, quid agat, siue vt intelligat, curam adhibeat; & animaduertat. Item certiorem facere. Inde *Auiso* pro Nuntio, & relatione. Voss. L. 11. 22. notat *Aduisare* esse deliberare, à Gallico *Aduiser*: sed nemo deliberat, nisi prius aduideat, siue animaduertat. Atqui Italis *Auisare*, est monere, vt aduertat, *Auisarsi*, rem animaduertere. *Per mio auiso*, vt mihi visum est. Dant. Inf. xxvii. *La v'el tacer mi fu auiso il peggio*. Peius visum est. xxvi. *Ma già m'era auiso Che cosi fosse*. *Auueduto*, accorto. Nam *auisare* pro videre. Idem Par. xxiii. *Tutto mi ristrinse L'animo ad auisar lo maggior foco*.

AVORIO. Ebur, Eboreum. Charisius. *Eboreum, & Eboratum, & Eburnum, placuit distingui, vt eboreum sit ex solido ebore confectum*, &c.

AVVENTARE. Iactare, iaculari. Ventilare, idest scutum, & arma in sublime iactare, atque eadem recipere. Martial. L. v. *Cornibus hic pendet summis, vagus ille per armos Currit, & in toto ventilat arma boue*. Genus exercitationis militaris, & gladiatorum præludium. Seneca Ep. cxviii. *Quam stultum est, cum pugna signum experis, ventilare*. Turneb. L. xxx. 3. *Ventilare gladiatores dicuntur cum ante pugnam, suos mouent gladios, & inforijs ictibus aerem ferientes, præludunt certamini*. Sed proprium est, vt dicebamus, hastam, aut scutum in sublime, siue in ventos iactare, eademque cum quadam venustate, antequam cadant recipere. Alij ab *Amentare*, quod est diuersæ significationis, non enim est iaculari, sed hastam, ad iaculandum, amento aptare.

AVVERTIRE. V. *Auisare*.

AZZA. V. *Accetta*.

AZIMINA. *Agemina*. Ferri temperatura, de qua Cardanus de subtilitate, & eius Antagonista Exercit. cvii. *Lauorato a'la gemina*.

AZZVRO. Cæruleus. Philander ad Vitr. L. vii. 11. *Cæruleum Græci cyanon, etiam si in recentiorum commentarijs Lazurium inueniatur. Arabes lapidem lazuli vocant. Eius meminerunt* Dioscorid. L. v. 97. & Gal. Lib. Medic. Simpl. ix. Plinio, & Vitruuio est arena. Scalig. cx. cccxxv. 15. *Huius coloris (cærulei) modi, siue gradus, speciesue, Persus, Turchinus, Azurus; Maura vox hæc, & Arabica, Lazuli, à gleba siue lapidem, quem κύανον Græci, nos cæruleum priuato vocabulo*.

B A.



BABBO. Pappas. Dant. Inf. xxxii. *Ne da lingua che chiami mamma, o babbo*. Vox infantium, patrem, aut pappam, siue pulticulam, vocantium.

BABIO. Buso, *baso, babio*. Ita Italice appellari tradit Scaliger exercit. cxxiii. *Babio* etiam, & *Babione* appellant iidem hominem pleniori faeie, a bufonis malis inflatis, ac turgentibus.

BABVINO, *Balbuino*, Cercopithecus, à crebro menti, ac labiorum motu, vt solent balbi, siue balbutientes.

BACCANO, Strepitus, ac tumultus, Bacchanal. Pap. *Baccania, furor, bacchanalia, bacchattones, furores*.

BACCHETTA. Virga, à baculo, *baclo, bachetta*.

BACCELLI, & *Bagiane*. Fabæ, & siliqua fabacea. Celsus Cittadinus obseruat in ea voce à Florentinis *B* tenuius pronunciari, à Senensibus strictius. Sicque statuit, si ab Etrusco *Bacca*, fiat *baccello*, rectiorem esse pronunciationem Senensium, si vero à Latino *Bacelus* apud Suetonium, rectius proferri à Florentinis. Quem nuperi sequuntur.

Sed *Bacca* Latinum est, & *Bacelus* Græcum, Βάκηλος. Neque à Bacillo, vt idem censet, deriuari potest: neque a βάγαον, quod crassum, siue magnum significat, vt Monosinius.

Ergo *Bagiana* est vagina, siue folliculus fabarum, & *Bacelo*, vaginula. Vtrumque enim proprie significat siliquam, idest, fabæ tunicam, siue concham, valvulum, operimentum, quæ Græcis θύκη, λέπος, λόβος: & pro ipsa faba. Vt ergo vagina frumenti apud Varronem, & apud Ciceronem de Senect. ita *Bagiana*, vagina leguminis Pythagoræ inuisi: & *Bacelo*, vaginula, qua voce vtitur Plinius L. xviii. 2. Ita *Bagiano*, & *Baccellone*, pro insulso, & fatuo, quale est id genus edulii, non à *baculo*. Item *Bagiane* nugæ, fabulæ, logi: quæ & *Panzane*. Varchius. Erculano. *Dar panzane, ouer baggiane, e ficcar carotte*. Insubres, fabulosas narrationes, *Panzaneghe* appellant: item *Baie*, nugæ.

Alii tamen *Bagiano*, & *baccellone* prout fatuum, & insulsum significat, malunt à Βάκηλος deducere, qui Hesychio, & Suidæ, ὁ μέγας μὲν ἀνόητος δὲ καὶ γυναικώδης, qui magnæ quidem staturæ est, sed stultus, & mulierosus: illudque Suetonij de Augusto afferunt, *Ponit assidue, & pro stulto baceolum, & pro pullo pulleiaceum*. Quam vocem extare in nonnullis libris testatur Casaubonus, & à Βάκηλος fictam, Verum ipse præfert *Bateolum*: quod in ore infantium frequens vocula est, *ba*, vel, *bat*, vel, *bad*: Inde multas voces fictas per onomatopeiam, partim ad exprimendam infantiam, partim ad alia vitia denotanda pueritiæ affinia. Subiicit esse in lingua Gallica fictas similiter voces *Badin*, *babouin*, *baueur*, & *bauard*. Sed duæ postremæ sunt à *baua*, idest fluente saliua infantium. *Badino* autem, Vide *Badare*. Scalig. etiam poeticæ L. i. 41. *Omne genus baceolorum, & banciarum, & batalorum, quos Galli Badinos Itali Balullos vocant*. Sed Itali, præcipue Insubres *Badinos*, & *Badanos* id genus hominum appellant, *Ballullos* nunquam audiui, nisi voluerit scribere, *Balordi*.

BACCELLIERE. *Bacilieri*, *Bacalare*. Hodie pro dignitate scholastica, quæ Magistri, siue Doctoris titulum proxime antecedit, accipitur: olim pro ordine, ac dignitate militari. Villan. Lib. vi. 91. *Richiese tutti i baccellieri d'arme di Francia, e di Proenza, che fossono alla sua bandiera, e à farla Reina*. Et L. vii. 85. *La maggior parte Franceschi, e Proenzali, & alcun altro baccelier d'arme nominato*. Et L. viii. 55. *Dou'era il fiore della Baronia, e baccelleria di Francia*.

Menagius diuersas Scriptorum sententias recenset, super huius vocabuli originatione. Cuiacius, quasi *Buccellarios*, qui posteriori ætate erant milites corporis custodes, siue protectores. Altaserra quasi *bacularios*, quod olim scutis, & baculis militiæ tyrocinium ponerent, & singulari certamine pugnarent. Ludou. Viues quasi *bacca laureatum*, idest lauri fronde baccis onusta coronatum, vt olim poetæ, & nunc qui Doctores renunciantur. Vossius, quasi *Battualium*, vt sit à battuendo, vnde *Battaglia*, is qui cum aduersario batuerit, idest publice disputauerit, atque ita peritiæ specimen dederit. Rhenanus ad Tertul. Eos qui Petri Lombardi sententiam publice interpretarentur Doctores dictos, sed antequam profitendi ius haberent, traditum illis bacillum, insigne dignitatis, vnde nomen. Quem sequitur non solum Spelmannus, sed Pancirolus de claris legum Interp. L. iii. 2. loquens de Gratiano. *Itaque qui eius opus ita edidicisset, vt alijs prælegere posse videretur, baculo veluti arra doctrina, more*

Lon-

Longobardorum accepto, Doctoris titulo honestabatur, & à Bacillo vulgo Bacillarius *vocabatur*.

Si tantum de scholastica dignitate sermo esset, sententiam Viuis præferrem, quasi *Baccalaureus*, siue lauro coronatus. Sed cum vox ad militiam translata sit. Altaserræ opinio verisimilior videtur, quod olim singularia certamina, baculo, siue fuste, & clypeo tantum inita satis constet, quodque veteres libri, *Bacularius*, *Bachilarius*, & *Baccalarius* præferant. Boccat. *Il qual mostrava di dover essere un gran Baccalare*. Vt ille *Baccilsere* diceretur, qui singulari certamine pugnasset, aut vicisset, idque illi ad altiores militiæ gradus tyrocinium esset: & inde vox pro iunioribus sumitur apud Gallos, & Hispanos. Inde vocem translatam ad certamina ingeniorum, ac disputationes, in quibus victores *Baccilieri* sint appellati, proxime Doctoris insignibus ornandi. Dantes *Baccialier* appellat.

BACINO. V. *Abaco*.

BACO. Vermiculus. Bombix, *Bombice*, *Bombaco*, *Baco*, vt Menagius: inde etiam pro lumbricis. *Oglio de bachi*. *Bacarozzo*, & *Bacherozzolo*. V. *Bigato*.

BACOCA. *Bacoco*. V. *Arbicocco*.

BADARE. Morari, cunctari, distinere, item attente contemplari. Neque à *Vadari*, neque à *Badare*. Illud enim ineptum est, hoc minime latinum. Isidori locus in Glossario corruptus. *Hippitare*, *ascitare*, *badare*. Pro *abbalare*, *sbagliare*. Voluit enim Glossator explicare, quid esset oscitare, ita legendum *abbalare*, nec vsquam *Badare*, reperitur.

Est igitur à *Vacare*. Dant. Parad. VIII. *Ne ricourar poteasi, se tu badi Ben sottilmente per alcuna via*. Qui alicui rei vacat, moram trahit. Io. Villan. VII. 12. *Per far badare i Romani alla Città*. Et Math. Vil. VIII. 95. *In fral tempo che la compagnia badava in Romagna*. Otiabatur, vacua erat. *Star à bada*, & *tener à bada*, aliquem demorari, & distinere. Item intentum esse, operam dare. Dant. Purg. IV. *Se lo' ntelletto tuo ben chiaro bada*. Landin. *Badare*, est latinorum, vacare. Et Inf. XXXI. *Tal parve Anteo à me, che stava à bada, Di vederlo chinare*.

Badalucco, pro velitatione, siue leui certamine, quo hostis distinetur, & totius dimicationis mora trahitur, vox Villano per familiaris. L. VII. 6. *I ragazzi de Franceschi si misero à badaluccare*. Et cap. 12. *Vscita fuori ad un badalucco*. L. VIII. 55. *Terrengli in badalucchi, e schermagi gran parte del die*. Velitatione hostem distinebimus, demorabimur. Item *Baloccare*, spectaculo vacare, oblectari; Morgant. IX. *Mentre che in piazza si fà torniamenta, El popol tutto stava à baloccare*.

Inde *Badano*, e *Badino* pro homine fatuo, operis vacuo, & nullius pretij. V. *Baccel*.

BADILE. Batillum. Pap. *Batillum: thuribulum: pala: ferrum, qua colliguntur carbones*. Glos. *Vatilum*. πυραμιν. Lege. Vatillum πυράμιν. Glos. Cyrilli. πυραμὶ Vacillum. Vulcan. Batillum, πυράμιν. Sed recte est *Vatillum*. Trebellius in Claudio. *Coctilium batilla quatuor*. Vbi Salmas. legendum censet; *Vatilla*, quod Interpres Horatij *Vatillum* dimminutivum dicat esse a Vase, quasi Vas parvum, in quo odores incendebantur (vnde Papias, thuribulum). Caper. *Vatillum hoc*. Addit Græcis Ἄμλιν, res duas significare, instrumentum fossorium, simile illi, quod ad ignem paratum est, *Badile*, siue *Pala*; & vas aquarium. Sed vt distinguerent Ἄμλιν, quæ igni inseruit, ab ea qua humus foditur, fossorium ἄμλιν dixerunt, foci autem instrumentum πυράμλιν, ideſt ἄμλιν πυρὸς. Varro pro instrumento quo stercus colligitur de r.r. L. III. 6. *Vtrumque locum purum esse volunt hæ volucres. Itaque pastorem earum cum vatillo circumire oportet, ac stercus tollere*.

BAGA. Vterculus vini. Bulga, *boga*, & *baga*. *Bagare*, & *bagone*, intemperanter bibere, & se vino proluere. Nisi à Baccho dictum putamus.

BAGAGLIO. Suppellex, sarcinæ, & impedimenta militaria. Non à *baccis*, vt vniones, siue margaritas, significant: sed à Vasarium, Vasaticum, *Vasaglio*, *Bagaglio*. Vas, pro omni instrumento accipitur, etiam venatorio. Gratius. *Nec sibi turbam Contraxit comites, nec vasa tenentia late*. Liuio L. I. suppellex, *Vasa, comitesque meos*. Turneb. L. x. 26. Seneca de benef. Lib. I. *Sed nomina facturi diligenter in patrimonium, & vasa debitoris inquirimus*. Instrumentum, vt ait Lipsius, & suppellectilem. Inde vasarium pecunia, quæ præsidibus ad domesticum instrumentum. Græci σκεῦος. Hinc pro instrumento generationis, in carmine obscœno, *Grandia Dulichij vasa tulisse viri*. *Et benevasati*, pro peculiatis apud Capitolinum. *Et per tractato vasculo tam rudi*, apud Petronium: & alia doctis pridem obseruata.

Ita pro militari instrumento, & suppellectile. *Vasa conclamare*, *vasa colligere*. Glos. Σκεύη στρατιωτικά. *Sarcina*. Et Σκευοφόρος, *vasifer*, *sarcinator*. Aristophan. Pace. τὰ λοιπὰ τηρωσκευάρια τα τῶν θεῶν. *Vt reliqua seruem cælitum vasaria. Ollas, tabellas, friuola amphorsalia*. *Il bagaglio delli Dei*.

Ita & Vasarium *Bagaglio* dicebatur, omnis

illa suppellex, omneque instrumentum quo magistratus in prouinciam proficiscens instruebatur, vt muli, equi, vasa, & reliqua, quæ omne instrumentum implerent, vt Budæus de asse L. III. & Turneb. L. XXI. cap. XV. Qui inde *Vasallos*, nobilium clientes dictos putat, tanquam in vasario eorum sint, & vasa eorum censeantur. Sed de hoc alias.

Hinc etiam militum serui, lixæ, & calones, portandis vasis, & sarcinis, & militari suppellectili custodiendæ, *Bagaij*, appellantur, & *Bagaioni*, qui quod ferme pueri, *Bagaio* simpliciter, pro puero, præcipue Brixiæ, & Bergomi.

Præterea scorta militaria, inter impedimenta exercitus, *Bagasete* appellatę, quæ vox etiam ad alias meretrices, & diobolares lupas transijt. Math. Vil. L. VIII. 81. *Il crudelissimo e bestiale Re, hauendo palesamente ritolta la sua concubina, ò più volgarmente dicendo Bagascia.* E *Bagascione*. Boccat. Laber. *Che poter cento bagascioni, al suo piacer adoperare*. Ita & Gallicum *Bague*, pro pellice, non à Germanico *Balg*, neque *à vagando*, sed ab eadem origine.

Postremo etiam *Bagatelle*, pro rebus friuolis, & nugatorijs. Nam licet Salmas. ad Solinum pag. 1124. à *Baccis* deducat: quod scilicet Galli, mundum muliebrem *Bagas*, appellent, à baccis. quæ sunt margaritæ, vt *monile baccatum*, verisimilius tamen videtur, *Bagatelle*, non à baccis, & mundi muliebris pretio (vtcunque à seuerioribus pro nugis accipiantur) sed à vasculis, & vili suppellectile appellatas. Vt *Bagatelle*, sint vascula, siue vascilla. Glos. Σκευάρια ὠτελῆ πάνυ. *Friuola*. Res vilissimæ. Iuv. *Iam friuola transfert Vcalegon*, Vascicula, & vilem suppellectilem, quam ibi describit poeta. Et Σκευάριον, *Vascellum*, siue *Vascillum*.

Vnde & *Bazziche*, pro eadem re, Vascicula, *vascicla*, & *bazzicare*, res eas tractare, & fortasse ludus aleæ non magni pretij, *Bazzica*; in quo minimus numerus præualet. Nam *sbazzigare*, pro delirare Veneti dicunt, vel ab his nugis, & ineptijs, vel à mentis vacillatione. Item *Visighetti*, *Visincle*, recula, vtensilium friuola. *Bazzecole*, Vascicula: *bazzicare*, &*visigare*, tricas eas versare, & miscere, item apud aliquem frequenter versari. Boc. IX. 5. *Che è il miglior luogo, che ci sia, percioche non vi bazica mai persona*.

Porro à *Bagatelle*, *Bagatelliere*, præstigiator, qui acetabulis, & nugis oculos ludit, Hisp. *Inego de man*. Vnde Gallicum *Basteleur* factum puto, à vasculis, siue acetabulis, quibus præstigias facit, potius quam à *Batalator*, qui mirificos armorum gestus in publico edit; quod Salmasio visum ad Hist. Aug. p. 38.

Proprie autem *Bagatelliere*, & *Bagatelli*, siue *Magatelli* circumforanei ludicri genus, quo ioculator, intra siparium latens stomatia, oscilla, ac parua virorum, mulierumque simulachra micantibus digitis imposita, velut in scena producit, stridula, & dentibus intercepta voce, colloquia effingit, & certamina, variosque discursus miscet. Ipsæ imagunculæ, *Bagatelle*, & *magatelli* dictæ. V. *Magatelli*.

Est & alia vox plebi vsurpata, pro friuolis, ac minuta suppellectile. *Barauaij*, idest varia vasa, siue vascula. *Tatare* & *barauaij*, alterius vocis origine adhuc mihi ignota.

Sed satis friuolis lusimus, & fortasse plus satis nugati sumus.

BAGATINO. Videri potest *à bigato* deductum. Sed cum ille nummus argenteus esset, à bigis impressis dictus, sicut Quadrigatus à quadrigis, hic autem æreus vilissimus octauam assis partem apud Venetos significans, amplius quærendum censeo. Nisi etiam nummus æreus, eadem bigarum nota percussus fuerit.

BAGOLE. Baccæ, bacculæ. Quarum similitudine fimus pecorum *Bagole* appellantur: & vulgo *Bagolare*, timere, consternari, ac præ nimio metu, alvum subsidere. Veneti *Barambagole*, arida confecti cibi reliquiarum strigmenta, vocant. Plinius, sordes caudarum in pilulas concretas, Græci Σκύβαλα.

BAGNARE. Madefacere. Quidam à *Vagna*, siue Cupa vase aquario, siue alueo dictum putant. Sed haud dubie est à balneis, balneare, *bagnare*. Frider. de accip. L. I. 2. *Terrestrium vero alia manent semper in terris, neque vadunt vnquam ad aquam, nisi causa, sui potus, aut balneationis.* Et L. II. 69. *Cum itaque Falcones sint sicciores natura, & calidioris, assuescunt balneare se, quibus si non balnearent se, acciderent plures morbi*.

BAGORDO. Nisi sit à bacchanalibus, aliàs non liquet, Galli *Bohurt*, equestre certamen, vulgo torneamentum.

BAIE. Nugæ, logi, ineptiæ, fabulæ. Vel à *bagiana*, *baia* contractum, vt supra diximus: vel à badare, quod est vacare, otiari. *Tenere à bada, e dare delle baie*, nugis tempus terere. Nam *bado*, & *baio* dixeruut pro *bada*. Vita Nicol. Laurentij. *E la benne alla frontera Fabio lo saputo, con granne hoste, e scunclo à baio*, (Annibale) *anni tre*. Quod videtur illud Petrarchæ expressisse. *Che con arte Annibal a bada tenne.* Quid si à bacculis olearum, & huiusmodi quisquilijs? (non enim crediderim, baccas idest margaritas etiam apud seueriores,

hac

hac vilitate notatas). A baccis inquam oleatrum. Arnob. L. 1. *Olearum à bacculis cruor teter exprimitur.* Et L. 11. *Aut ex ramis agrestibus baccula.* Res scilicet friuolæ, & nullius pretii. Qui à *Verbagio* deducunt, nobis verba dant.

BAIARE. Latrare, *baubare*. Nonius. *Baubare, latrare, à canum voce.* Lucret. L. v. *Et cum deserti baubantur in adibus.* Glos. *Baubantur.* λακτῦσι.

BAIETTA. Panni genus minutis floccis villosum, quod ferme in luctu adhibetur. A Germanico *Bay*.

BAILA. *Balia*, *Balio*, Nutrix, & nutricius; Baiula, Baiulus, à baiulandis, siue gestandis infantibus. Pap. *Baiulus, portitor, gerulus, nutritor.* Aliis *Bela*, vt Vicentinis. Scalig. poetic. L. 1. 50. *Quod vulgus nostras belas, alijs locis Italia, nutrices* Nenas *dicunt.* Hisp. *Ama*, & *Amo*. Alma, & Almus, ab alendo.

Item *Balio*, pro nutricio. Magnus Baiulus inter officia aulæ Bizantinæ. Codinus. *Similiter etiam ignotus fuit, τῦ μεγάλυ Βαϊύλυ, magni Baiuli locus.* Vbi Iunius. *Baiulos Graci recentiores vocant, παιδοκόμυς, qui puerorum curam gerunt. Baiulus itaque magnus est, qui Imperatorem infantem gestauit vlnis, educauit, quē & instituit, inde à pueritia ipsius: synecdochicè sumpta appellatione à prima illa cura, qua ad infantes adhiberi solet.* Casaub. ad Sueton. Aug. *Soliti etiam adesse educatores, siue τροφεῖς, quos cum padagogis; Iulianus in Casaribus, & Iustinianus in Instit. coniungunt: Graci etiam Βαϊύλυς vocant.*

Ex quo Itali *AIO* fecerunt: custos scilicet pueritiæ, morumque monstrator, qualis apud Virgilium Ascanij Æpytides. Vita Ludouici Pii. *Rex Carolus, cum filijs, & exercitu pacifice Franciam repetijt, filiumque suum Ludouicum Regem, regnaturum in Aquitaniam misit (is tunc infans, cunarum adhuc vtens gestatorio) praponens illi* Baiulum *Arnoldum, aliosque ministros, ordinabiliter, decenterque constituens tutela pueriliti congruos.* Villan. L. VII. 4. *Misser Giglio il bruno Connestabole di Francia, Maestro, e balio del detto Ruberto*; idest *Aio*.

Galli *Baillif*, Bailivus, Prætor, Iudex, Officialis, Minister, ab eodem, vt docet Menagius, nempe *Baiulo*, nutricio, infantis gerulo. Vocem deinde translatam ad Prætores Diœcesis, & Iudices, qui *Bailifs* appellati, *e Seneschalli*. Villan. L. VII. 85. *Sotto la guardia del Balio, ouer Siniscalco del Rè d'Inghilterra.* Inde pro tutoribus vocem vsurpatam, & *Baillage*, pro tutela. Auctor Anonym. de Inuest. Episcop. Regni Teuton. *In testamento relictus* *subbaila, sententia Vrbani IV. & Manfredi Principis Tarentinensis: sed ipse Papa, & Princeps dictam* Bailam, *seu tutelam minus fideliter gessere.*

Quod igitur tutela, & potestas, sine dominium eadem res sit, inde *Baila*, siue *Balia* pro potestate, vt idem Menagius censet, non à baiulandis oneribus, vt Bouillus.

Sed cur Iudices, & locorum Præfecti, ac Prætores ita appellati sint, ex eo factum existimo, quod cum sub Imperio Bizantino, ex domo Augusta Legati, atque exercituum, & Classis Præfecti mitterentur, vt Seneschalli, Comites Stabuli, ita & Baiuli, iidemque Prouinciis præficerentur, successu temporum Legatos, & minores præfectos, ac iudicentes, à *Balia* siue *Baila*, idest potestate, *Bailos*, & *Bailinos* appellatos. Heremperti Chron. ad annum DCCCLXXII. *Hoc audientes, quicumque Barij residebant Gregorium Baiulum Imperialem Gracorum, qui tunc Hydrunti degebant, cum multis exercitibus, asciuerunt.* Paulo infra. *Gregorium Augustorum Baiulum.* Protospata, anno DCCLXXV. Et Gregorius *Stratigo, qui & Baiulus dicebatur*, vbi *Stratigo*, siue Strategus est exercitus Dux, siue Imperatoris Legatus.

Baila igitur, siue *Balia*, pro administratione, ac delegata potestate, interdum pro Imperio sumi cœpit. Falcandus Hist. Sicil. p. 107. *Reginam autem pracepit, totius Regni curam, & administrationem, qua vulgo* Balium *appellatur tandiu gerere, dum puer eius prudentia esset, qua negotijs prouide disponendis sufficere putaretur.* Quod vocabulum, quam late patuerit docet Vossius L. 1. 3. Eo argumento, quod etiam officium in Cœnobiis notauerit; vt in Lege Forestæ: *Monachus bailiuam suam; si quam habes amittat.*

Itali *Balia* pro Imperio, potestate, cura, & administratione acceperunt. Dant. Purg. 1. *Che purgan se sotto la tuo balia.* Loquitur de Catone. Math. Vil. 11. 37. *Diedero à gli Ambasciatori piena autorità, e balia.* Pro Præfectura. Villan. L. 1. 39. *Il qual hauea passato il decreto fatto, che nullo douesse stare in nulla balia, più di cinque anni.* Item *Balio*. Præfectus, Gubernator. Idem L. XVII. *Per esser Signore, e Balio del Regno.* Et infra. *Era Pipino sourano Balio, e gouernatore di tutto il Regno di Francia. Baliato.* M. Vil. VI. 33. *Facea senza contrasto l'vfficio del suo Baliato.* *Balia*, potestas, & facultas aliquid agendi. Vil. VIII. 39. *E lui riposato in Firenze, chiese al Commune balia di pacificare insieme i Fiorentini.*

Ex dictis apparet Legatum Venetum ad Turcarum Regem, inde *Bailo* appellatum.

Eius

Eius meminit Codinus pag. 152. Loquens de Michaele Palæologo. *De Venetis autem cum dictus Imperator, paulo post vellet bellum gerere, ideo non statuit cum eis amicitiam integram, sed treuam ad breue aliquod tempus, eoque non descripsit accurate eorum mores, vt etiam fecerat Genuensium. Cum ergo venit Lypailus, quo primum die salutaturus est, genua solum flectit ipse, & comites eius, sed minime osculatur Imperatoris pedem.* In Græco est Αὐσαΐλος: alii, Λιβαΐλος. Gregoras etiam L. IV. *Magistratus vero, qui certis temporibus in Galatiam mittuntur, ex Venetia* Αὐσαΐλος, *Pisanorum Consul, Genuensium Potestas, appellatur.* Vbi apparet olim fuisse Magistratum siue Præfectum, & Curatorem, qui mercatoribus suæ gentis ius diceret, post etiam Legati munere functum esse, siue Legatis ordinarijs eam curam demandatam. *Bailum* autem siue corrupte *Lypailum* ob eam causam dictum, quam supra attulimus.

BAIO. *Color baio. Cauallo Baio.* Badius. Nonius. *Badius.* Varro ὄνος λύρας. *Equi colore dispares ita nati: hic Badius, iste giluus, ille murinus.* Palladius L. IV. 13. de equis. *Colores hi præcipui: badius, aureus, albineus, russeus. Sequentis meriti varius cum pulchritudine, nigro, vel albineo, vel badio mistus.* Isidor. Lib. XII. 1. *Badium autem antiqui vadium dicebant. Ipse est & Spadix, à colore palmæ, quam Siculi spadicam vocant. Badium* ἀπὸ τῶν Βαΐων, hoc est à ramis palmarum, qui colorem spadicem referunt dictum Vulcanius docet, eumque colorem ab Hispanis *Vayo* vocari, vt *Vayo* equum spadicei coloris. Vnde equus *Baiardo*, Italis poetis decantatus. Ita & Barbarus Glos. in Plinium. Et Scaliger. exerc. CCCXXV. 13. *Græci in equis meliorem colorem Balium. Vnde* Valus *equus Belisarij. In quo si fulgeat nitor spadiceus ab eo quasi ardere, Baiardum vulgus nominat, sicut à Gallica audacia Galliardus nuncupatur is, qui fortiter adit pericula. Spadix vero ille est in equis commendatus pene sanguineus fulgor à colore palmacei surculi, qui dicti ita fuit ab antiquis. Probus Siculam vocem dicit.* Iordan. Rufus. *De lo pillo del Cauallo no à mestero dire molte chosse, perche à diuersi plaxe diuersi pills. Secondo lo me plaxer ampoe* (amplius) *dico che lo baio, e lo mezzo blanco oscuro supera tutti li altri.*

BAIOCCO. Assis apud Romanos: eius originem solertiores indagent. Nam *baluca* nihil ad rem facit.

BALANZA. *Bilanza.* Bilanx. Veneti Mercatores dicunt. *Fare il bilancio, e tirare i bilanzoni* pro anni exacti rationem putare, siue rationes accepti & expensi æquare, atque inde lucrum expendere. Inde etiam *Bilicare* librare. Landinus ad illud. *Fan cosi cigolar le lor bilance. Imperoche come quando alcuna cosa ponderosa e tirata in alto, ò posta in bilico, fa cigolare le carrucole. Stare in bilico,* cum res, aut pondus neutro inclinat, aut propendet, scilicet æquilibritas, siue æquilibrium. Germani *Billich*, æquum, æquale.

Galli *Balancines* appellant funes, quibus malus nauis in æquilibrio regitur. Italis *Balancini* equi in quadriga anteriores, transuersis lignis nexi, quæ hinc inde à capite temonis instar bilancis dependent. Et hasta, siue teres lignum, quo funambuli, in flexu, & conuersione pensile corpus librant, eandem appellationem sortitum est.

BALAVSTRI. Cancelli lignei, vel marmorea septa, quibus Podia, ac mœniana, & sacella in templis muniuntur. Parastatæ. Glos. παραστὰς θύρας. Philand. ad Vitruv. Lib. III. 2. *Cum in porticibus raræ, & plurimum distantes statuuntur columnæ, ob internallorum laxitudinem, crassiores depressioresque collocandæ sunt. Nam quod plerique omnes ad columnarum formam retulerunt, quas Balustrias, quasi balustias vocant, credo ad similitudinem floris mali Punici, non satis vidisse existimo.* Galli etiam *Balustre.* Vel ergo à *Parastata*, vel à *Balustio*, quod florem Punici mali siluestris significat, quæ vox à Crescentio de Agricultura non semel vsurpatur. *Balaustro.* Rectius tamen à *Parastata* videtur. Nam hæc septa ex columellis, aut pilis constant: vel *Pilastratum*, à Parastata: vnde & pro cancellis ligneis.

BALCONE. *Fenestra.* Sed proprie significat fenestrarum proiecturam, siue podiolum, & pergulam, quæ fenestris adiiciuntur. Sic dictum, quod initio è tabulis conficerentur, subiectis, & suffixis ad fulciendum palis. Vnde *Palici, Palicones, Balcones:* proiecturæ scilicet, siue meniana extra fenestras palis suffixa. Salmas. H. Aug. p. 155. *Prophora illa, & mæniana, quæ ædibus adijci solebant, ex prouolantibus, & proiectis tabulatis composita.* Balcone, *nisi fallor hodie vocant Itali.*

Hinc factum vt etiam fenestræ, quæ huiusmodi mœnianis carerent, *Balconi*, præcipue Venetis dicerentur, & ipsa Mœniana, licet è marmore, nec palis sustinerentur.

Fuisse autem hunc morem vetustum, pergulas, & tabulata fenestris adiiciendi, floribusque & hortorum imagine ornandi, docet Plinius L. XIX. 4. *Iam in fenestris suis plebs vrbana imagine hortorum quotidiana oculis rura præbebant: antequam præfigi prospectus omnes coegit multitudinis innumeræ sæua latrocinatio. Hæc nempe coegit fenestras clathris*

fer-

ferreis munire, crepto podiorum vsu.

Balconi igitur à Palis. Et *Verroni* à *Prophorum*, idest, vt idem Salmasius, Proiectum, vel prouolans, & mœnianum. Prophorum, *proferone, Verone.* Etiam *Sporto* dictum, quod extra porrigatur, & *Spaldo*, quasi *sparto*, exporrectum. Dant. Inf. IX. *Passamo trà Martyri, e gl'alti Spaldi.* Landinus, vocem non ita tritam & vulgo notam tradit. Vnde aliis *spaldi*, esse mœnia, aliis spatium siue pauimentum. Rectius Acharisius, qui censet sepulchra illa ac monumenta, mœnium summitati adstituta, atque inde instar mœnianorum exporrecta, & pendentia; vt nunc in templorum fastigio pensiles arcæ spectantur. Vel simpliciter mœnia quæ in summitate murulos & proiecturas habent. Nam de mœnibus poetam loqui, sequentis Cantici verba declarant. *Hora sen' và per vn secreto calle, Tra 'l muro della terra, e li martiri Lo mi maestro, & io doppò le spalle.* *Spaldi* igitur pro *Sporti*, metri necessitate. Villan. XII. 45. *E merlossi con beccatelli isportati il Palaggio antico.* *Beccatelli*, sunt pinnæ siue muruli (*merli*) in acutum bifidum surgentes, sic ab apice (*becca*) dicti: *isportati*, exporrecti, siue proiecti.

Sed vt illo redeamus à *Palis*, *Balconi*. Eadem ratione Domata, & Mœniana, ædium fastigio tectisque imposita, *Baltresche*, & *Bertesche*, quasi *Palistriche*, Hisp. *Petrechos*. *Bertesche* vox Villano familiaris, pro ligneis turribus, ac tabulatis, muniendis, aut oppugnandis Vrbibus. L. VII. 51. *E à quello haueano fatti ponti, steccati, o bertesche.* L. IX. 114. *Perche il porto era tutto impalizzato, e incatenato, e di sopra di grosso legname imbertescato.* Boccat. *Non altrimenti che sopra l'alte mura si mostrano le torri imbertescate.* Non igitur à Germanico *Bret*, & *Bert*.

Inde etiam factum est, vt superior pars ædium, & contignatio, *Palco*, & *Balco*. Italis dicatur. Et ædes duarum, & trium tabulatorum, siue solariorum, *di due, e tre palchi.* Boccat. IX. 2. *Parue à Pretto sentire alcun dimenamento di palco della Casa: Et mandato il compagno suo con esso lei nel palco.* Crescent. *E farne à modo di palchi, e di solai.* Nam solarium superior ædium pars antiquis aperta, & subdiualis. Insubres *soler*, & *sorè*.

Præterea pegma, catasta, siue feralis suggestus, in quo de reis supplicium sumitur *Palco* dicitur: ita & Comœdorum pulpitum, & altius subuectum quodcumque tabulatum *Palco* appellatur. Scalig. poet. L. I. 21. *A palis palcos Itali claustra, & pegmata, nunc Catafalcos addita aspiratione, sicut sinum maris Golfo pro κόλπῳ.* Ita etiam in Theatro ligneæ spectatorum cellæ, ac podia, *Palchi*, & *Palchetti* dicuntur. *Catafalco* lignea catasta, siue tabulatum altius substructum, cui cadauer, dum iusta peraguntur, imponitur, interdum & cenotaphium, siue tumulus temporarius, quasi *Catapalicum*.

Postremo ex eadem radice est *Parco*, siue *Barco*, Viuaria scilicet, & septa ferarum, Principum venationibus destinata. Quod initio palis, ac sudibus, vallisque ac stipitibus munirentur, coercendis feris. Villan. Lib. VI. I. *Fece il Parco delle vccellagioni, e fece il parco della caccia presso à Grauina.* Non à Germanico *Phirch*, vel à Belgico *Parckk* (quod est à palis) vt censet Vos. de vit. serm. Lib. II. 15. apud quem Lex Ripuar. tit. LXXXII. 2. *Si quis peculium alienum, in messe apprehensum ad parcum minare non permiserit. XV solid. culp. iud.* Lex Anglorum Tit. VII. I. *Qui gregem equarum in parco furatus fuerit, in triplum componat.* Lex Boioruum Tit. IX. 2. *De illo granario, quod* Parch *appellant tribus solidis componat.* Vbi pro quolibet septo accipitur. Veneti, Curtes, siue caulas rusticas muris clausas *Barchesse*, appellant. Et Galli Fori Iudicialis conseptum, compactum tabulis, & pluteis munitum *Parchetum* vocant, vt Salmas. H. Aug. p. 483. *Nam Parcum*, inquit, περίβολον, *hoc est septum nominamus.* Atque ita ferarum viuarium vt diximus. Tale Parcum Ticinense Regium Mediolani Ducum opus, in quo Franciscus I. Galliarum Rex ab Hispanis victus, captusque est: vt narrat cultissimus Iouius, qui *Parcum* à parcendo feris dictum falsò credidit. Sed in viam redeamus.

BALDACHINO. Vmbella, aulæum, siue velarium, quod super altaria, ac Principum capita suspenditur. A Babylonicum quidam deducunt. Plinius. *Colores diuersos pictura intexere Babylon maxime celebrauit, & nomen imposuit.* Quia autem *Baldacco*, pro Babylone hodie dicitur, *Baldachino*, appellatum. Nihil sanius nunc succurrit. Neque tamen omnes vmbellæ è textura Babylonica fiunt. Si licet ariolari, fortasse, quasi *Faldachino*. Nam *Faldistoro*, infra dicemus, esse Episcoporum sedem, vocisque originem scrutabimur; Cum autem etiam super hæc solia, vmbella suspendatur, à *falda*, & *faldis* trahere nomen potuit.

BALDO. Audax, confidens. Grotius Lex. Goth. *Balthi familia Gothica nomen. Audaces recte interpretatur Iornandes, & Otto Frisingensis.* Iornandis verba sunt cap. XXIX. *Gothi ordinant super se Regem Alaricum, cui erat post Amalos secunda nobilitas, Balthárumque ex genere origo mirifica, qui dudum ob audaciam virtutis Baltha, idest Audax, nomen inter suos acce-*

acceperat. Et Hildibaldus, Hild-bald, eximie audax.

Simplicius tamen est à *Valido*, quod & Menagio visum. Nam qui fortis, & validus, idem audax, & confidens. Inde *baldanza*, *baldezza*, & *baldanzoso*. Dant. Par. xv. *La voce tua sicura, balda, e lieta.* *Baldoria* pro festis ignibus, & publica lætitia.

BALDONE. *Boldone*. Farciminis genus sanguine distenti. Botulus, botellus. Galli *Boudin* deprauata voce, vt ait Salmas. de fœnore pag. 449, ex latina *Botulus*, quasi *Bodilos*. Tertul. Apolog. *Denique inter tentamenta Christianorum botulos cruore distentos admouetis.* Vnde & *Sanguinaccio*, appellatur, Ἀιματία. Insubres *Busecca piena*, Isicia sanguine farta. Germani *Wurst*; quod est fartum, siue afractum; idem enim significat. Verius tamen puto *Baldone* esse à fartum, *faltone*, & *baldone*: vt à Botulus, *Birildo*, Birotulus. Idem Salmas. pag. 452. affert locum Bedæ, de remediis peccatorum: *Si quis fraudatum comedat, pro suffocatum*, legit, *si quis Afratum*, idest lucanici genus ex sanguine, cuius apud Isidorum mentio, vt apud Alex. Trallianum, ἀφράτυ.

Hispani ex sanguine, & botulo; *Sanburchio*, & *sanbuccio*, & *sancedo*, & *Butafaro*, Botulus fartus. Iidem *Morçilla*, à frustis, siue grumis sanguinis, & pinguedinis, nam morsus, est frustulum, vnde *Morsello*, buccea panis.

BALENO. Fulgur, corruscatio. Φαλλός; Phalos, splendidus, albus, παρὰ τὸ φάω; luceo, teste etymologico. Nam fulgur à fulgendo. Dant. Inf. III. *E balenò una luce vermiglia, La qual mi vinse ciascun sentimento.* Et Parad. xv. *Vedendo in quel albor balenar Christo.* Inde *in vn baleno*, pro re velocissima. Idem Inf. xxxII. *E nascondeua in men chi non balena.*

BALESTRA. Ballista: Ballistra, qua voce inferioris seculi scriptores vsi sunt. Glossæ. *Ballistra* σφενδόνη, μάγγανον πολεμικόν. *Ballistrarij* σφενδονῆται. Dant. Inf. xIII. *Ma la doue la fortuna la balestra*: translate, pro impellit, iaculatur. Item *Balestro*.

BALLA: *palla*, pila, Græcè πάλλα, Germ. *ball*. Item farcina, siue inuolucrum mercium, à rotunditate. *Pallotta*, & *ballotta*, pro parua pila, *pallottola*, siue globulis, qui ballistis excutiuntur: item pro suffragiis, & calculis, siue sorte, cum in vrnam coniiciuntur. Vnde *Ballottare* Venetis, suffragium ferre, & *balle* siue *ballotte*, pro calculis, & suffragijs. *Cauar balla d'oro, andare à capello.* Vrnam enim in Comitio, latioribus labris, ac margine patulam, instar petasi *Capello* iidem appellant, vnde sortitio fit.

Ceterum à ludo pilæ, pallitare, *balleggiare*, siue proludere. *Balzo*, & *sbalzo*, cum pila resilit, siue pila resultans. *Dar di sbalzo*, resilientem pilam remittere. Item *Rimbalzo*. Dant. Inf. xxxIx. *All' hor si ruppe lo commun rincalzo, E tremando ciascun à me si volse, Con altri che l'udiron di rimbalzo.* Vbi Landinus à ludo pilæ vocem translatam obseruat, quando à lusore pila, non rectè, & per inane retorquetur, sed postquam solo illisa resilit. Vox igitur, non rectè ad illorum aures peruenerat, sed ab aliis, veluti repercussa, ac resultans illapsa erat.

Inde *Rimbalzare*, retorqueri, recidere, retroagi, atque repelli. Math. Villan. vII. 67. *Temendo che l'auenimento della campagna, non rimbalzasse in lor dannaggio*: recideret. *Rimbalzo*, resultatio. Villan. v. 19. *E per l'vna nobilità ne risarse di rimbalzo l'altra.* Item *di rimbalzo*, non rectè; sed oblique. Passauantius p. 328. *La vanagloria non è contraria, se non fosse già di rimbalzo, ò per indiretto.* Quia pila quæ resilit non rectè mittitur.

A *Balla*, *Ballone*, pro magna pila, siue folle, qui vento distenditur. Quanquam apud veteres, follis, non tanti ponderis, ac magnitudinis esset, vt hodie in vsu est, & ideo Martialis de folle. *Ite procul iuuenes, mitis mihi conuenit ætas, Folle decet pueros ludere, folle senes.*

Item *Ballocche*, globi ex niue, quasi pallula, pallucula, *ballocha*, vel Βῶλοι. Boli, Insubres, *bolgette* Boli glebæ, vt *glebula niuis deuoratæ* apud Scribonium. Rectius à *Balla*.

BALLARE. Saltare, choreas ducere à Græco Βαλλίζειν. Athenæus L. Ix. *Omnes per ciuitatem in honorem Deæ* Βαλλίζουσι. Deinde ostendit eam vocem pro saltare, & tripudiare, frequenter scriptoribus vsurpatam: sicut & Βαλλισμὸν, pro saltatione. Turneb. L. xvIII. 17. *Cum scribitur in Vopisco.* Adeo vt etiam ballistia pueri, & saltatiunculas in Aurelianum tales componerent: *ballistia, cantica, quæ saltabantur, intelligo. Nam* Βαλλίζειν *hoc significat, & Ballismos tripudium est apud Athenæum quod nomen hodie Gallica lingua retinet.* Ita & Scaliger poeticæ L. I. 5.

Salmasius ad Hist. Aug. p. 349. *Ballistium est, quod vulgo vocatur Ballet: nam* Βαλλίζειν, *idem plane significat, quod* Βάλλειν, *iacere, vel iactare, scilicet manus, quod saltantes faciunt.* Propert. *Nanus & ipse suos breuiter contractus in artus Iactabat truncas ad caua buxa manus.* Ouidius, *Et faciles iactant ad sua verba manus.*

A Βάλλειν igitur, *ballare*, & *ballematia*, saltationes, & ballistia, *balletti*. Isidor. Glos. *Choreis, ballationibus. Ballate*, apud Petrarcham, &

& alios, cantiunculæ quæ desaltabantur, & *Ballonchio* Etruscis, pro choreola.

BALOARDO. Munimentum, propugnaculum. Turneb. com. Orat. in Rullum. *Vulgo moles virides appellare solemus aggeres, quibus Vrbes muniuntur, vno tantum elemento mutato*, boles enim virides *appellamus*, *Boluerde*. Salmas. H. Aug. p. 140. *Boleuer à* Βόλωρος, *pro* Βώλωρος, *pro muro cespititio, apud Nicetam*. Alii à Germanico *Boluverk*, vel *Boluverd*, vel *Boluvertz*, opus scilicet e trabibus confectum. Turnebo assentior, non tamen vt sit à moles, sed à *bolus*, bolus enim est gleba, cespes, terra cum gramine, siue herba, vna cum terra avulsa, nam propugnacula castrensia e cespite, quemadmodum & ducum tribunalia.

BALORDO. Stupidus, attonitus. Bardus, bardulus, & per metathesim, *balordo*. Festus. *Bardus stupidus à tarditate ingenij appellatur*. Cæcilius. *Nimis audacem, nimisque bardum; barbarum*. Nonius. *Bardum est vi propria, & ingenio tardum. Nam Græci* Βραδεῖς, *tardos dicebant*, vt Hom. Iliad. XXIII. Plautus Persa. *Nimis tandem pro barda, & pro rustica rear habitam esse abste*. Glos. *Bardus* ἀναίσθητος, Βραδύς, ἄφρων. Arnob. L. III. *Hic in sermone facundus est; bardi enim sunt aliqui, nec possunt aliquid scitum, si oratio facienda est, eloqui*. Quod autem aliqui à Peloride, concha fatua, atque inscita deriuant, quæ apud Pelorum promontorium capitur, parum sciti sunt.

BALZANA. *Pedana*. Instita, & limbus, siue fascia, quæ extremæ vestis oræ adsuitur, vel subsuitur. Glossæ. Πέζα ἢ κυκλάς: limbus. *Pezana*, quasi pedulis, ad pedes fluens. Hoc enim πέζα. *Pedana, peditana, pezana, balzana*. Vnde *cavallo balzano*, cuius pes colore à ceteris pedibus distinguitur. Quia instiræ limbi, & laciniæ vestimentorum varii coloris erant. Villan. L. VIII. 86. *Ben erano al suo tempo otto Confaloni, che n'era vn balzano in San Pietro, che si lasciò*. Vel *balzano*, quasi pede albicans, *albitiano*, *balzano*.

Ceterum *Balzano*, diuersum esse à colore *Balio*, siue *Baio* supra ostendimus; nec pluribus opus est. Neque vnquam *Baio* pro albo, siue albineo dictus est; neque huiusmodi equi ceteris ferociores: neque demum ab his *Cervello balzano*, sed à male sano, *malsano*, *balzano*.

BALZE. Rupes, confraga montium. Vel à saltu, inde enim non gradatim, sed saltuatim descenditur: Nam *balzo* est saltus, vt supra docuimus, in *Balla*. Dant. Inf. XX. *El balzo via là oltre si dismonta*. Et XIX. *El Duca disse fon vn, che discende Con questo vino giù dal balzo, in balzo*. Vel quod rectius puto, ab *Alpibus*, scilicet ab Alpium præruptis, & confragosis. Grot. Lex. Goth. *Albos, albisch, Alpisch, montanus*.

BAMBAGIO. Gossypium. Scalig. exerc. CLVIII. 8. *Habes apud Theophrastum arbores Eriophoros: Gossypium Græci, Syri Cot, Itali Bambagio: quæ vox à Latinis fluxit: Bambycem enim interna vocant nucula illius*. Ita Salmas. ad Solin. pag. 296. *Bambacem*, & *Bombacem*, ex bombyce, & bombycino deflexum putat. Nam de gossyppio Plin. L. XIV. 1. *Ex interiore bombyce lanugonetur*. Ceterum à Syro *Cot*, *Cotone*, Hisp. *Algodon*, non autem à lanugine malorum cotoneorum. *Cotonare* est floccos, e panno extrahere instar gosyppii. Ex quo pannus confectus *Fustagno* appellatur. Nam *Bombax*, etiam *Xilon* dicitur, ea vox lignum, siue fustem significat. Vnde *Fustagno*, lana ex ligno, siue fuste. Qua voce vsus est Andreas Abbas in vita Othonis Episc. Bamberg. L. 3. 45. *Quidquid ex priuata pecunia fustans, & purpura coemere poteris*.

BAMBO. *Bambino*, *Bamboccio*. Infans. Monagius originem vocis Gallicæ *Babiller*, indagans, ab Italico *Bambino*, & *Bambo* deducit: hoc autem à Græco Βάβιον fluxisse, putat, sed Syriacæ originis, qua voce infantem, & puerum significari: & ex Bocharto L. 1. 35. Arabes hodie infantem appellant *Babus*.

Sed frustra Arabica, & Syriaca quæras, vbi Latina origo haud obscura est. *Bambo* enim est balbus, & *bamboccio*, balbutiens; vt Latini *Infantem*, à non fando dixerunt. Ita & Lexicon Etruscum ex Monosinio, à βαμβαίνειν, balbutire. Victorius Var. XVII. 14. quærit de cognomine soceri M. Antonii, qui *Bambalio* vocatur apud Ciceronem Phil. III. *Tua coniugis, bona fœmina locupletis quidem certe. Bambalio quidam pater, homo nullo numero, nihil illo contemptius, qui propter hæsitantiam linguæ, stuporemque cordis, cognomen ex contumelia traxerit*. Ex Adamantio, ait Victorius *Bambalio*, est ψελλιστής, Græci autem ψελλιστὰς vocant balbos & qui lingua hæsitant, nam ψελλίζειν est ἀσαφῶς λαλεῖν. Item βαμβαλίζειν tremere corpore propter frigus, atque horrere.

Eadem ferme habet Turn. L. XVII. 19. βαμβάλειν esse, tremere, & dentibus crepitare, & labiis balbutire, quod & algentibus vsu venit, & balbutientibus, atque ore tumultuantibus, in loquendo, colluctantibus, atque hæsitantibus. Præsertim tamen commissione labiorum balbum elidentibus sonum, quod & βαμβαλίζειν, & παμφαλίζειν per onomatopœiam. Ex quo quid sit apud Codinum *Monobambylon* explicat Iunius p. 254, quem operæ est videre.

Ales

Aristot. Hist. anim. L. iv. p. 287. *Infantes autem quemadmodum cæterorum membrorum impotes sunt, ita lingua quoque per initia: imperfecta enim his est, atque serius soluitur.* ὥστε ψελλίζουσι, καὶ τραυλίζονται τὰ πολλά. *Itaque blæsi, balbique sunt semper.* Ibi Scaliger. ψελλοὶ *dixere intorsum: Itaque blæsum voce Græca Latini dixerunt.* Τραυλὸν *autem balbum, factitia voce infantium: Græcè non factitia: aspera enim est: sed* παρὰ τὸ ῥῆμα τῶ αὐλῶ. *Videntur enim aliqui per fistulam sessam loqui.*

Neque tamen absurdum fuerit *Bambo* deducere, à Pupus; & *bambolo* pupulus, Germanis *Bub*, imo Arabes *Babus*, vt supra diximus & Anglis *Babe*. Ita *Bamboccei* etiam sigilla appellamus Pupulas, siue imagunculas, infantium crepundia, & oblectamina. Et *Bambole* sunt Pupæ, pupulæ, & *Bambola*, speculi vitrum Etruscis: non quod effigies, quæ in eo apparet, aliquam similitudinem habeat cum pupis infantium, & puellarum, sed quia imago in speculo, est quod pupilla in oculo: pupula, *bambola*.

Gallis *Babioles* pro pupis, siue pupulis, & *Bimbelotiers*, qui pupas, & sigillaria vendunt. A Bambo, *bamboccio*, *bozzo*, & *bozzetto*. Insubres pro puerulo, ac pusione vsurpant. Quia autem infantes simplices, & fatui, Boccatius. *Vna giouane donna, bamba, e sciocca. Bamboleggiare*, & *Bambolotadi*, ineptiæ puerilcs. *Imbambolare*, plorare, pupillas lachrimis roramibus suffundere. Morgant. *L' Abbate, quando vidde lagrimare Orlando, e diventar le ciglia rosse, e per pietà le luci imbambolare.* *Rimbambire* repuerascere.

BANCO. V. *Abaco*.

BANDA. Pro parte, siue loco separato, & disiuncto. A lecti *sponda*, cuius altera interior, parieti propinqua, qui & plutens dictus: altera exterior, quæ simpliciter: Sponda. *Stare nella sua banda* suam lecti partem occupare, vel vt Veneti *el suo Aso*. Exteriorē iidē appellant *Sponda*, interiorem, *Calesella*, siue angustum tramitem, qui lectum à pariete disterminat, quasi paruum callem, ac semitulam, Insubres *la stretta*, ab eiusdem angustia. Hinc *Banda*, pro parte diuersa. *Andare in banda*, discedere, alio secedere, & *abbandonare*, deserere, in aliam partem concedere. Vide *Abbandonare*.

BANDO. *Banda. Bandiera.* Pithæus subsecinarum L. 11. C. xx. obseruat in legibus Longob. *Bannum*, & *Bannire* eadem significatione, qua à Gallis vsurpatur, accipi, item in aliorum populorum legibus, quibus *Banniti* dicuntur, qui ad bellum à Principe vocantur, & *heribannum*, mulcta, quæ ab ijs exigebatur, qui ad bellum vocati, parere edicto contempserant. Postea comuni, & generica voce, *bannum*, & *Bannitos* prò exilio, & proscriptione vsurpatum. Censet autem *Bannum* à *Bando* dictum. Hoc autem fuisse signū, siuè vexillum Ducis, aut Imperatoris. Nam Procopius Hist. Vandal. L. 11. Signum *Bandum* appellat. *Belisarius equites omnes protectoresque, & signum, quod Bandum Romani vocant Io: Armeno commendat.* Et infra. *Aigar in satellitio Belisarij pugnare solitus, alter, vt animi vir ingentis, Ducis Signum ferre solitus, quod munus obeuntem, Romani Bandoferon vocant.* Et Paulus de gestis Longo. Lib. 1. Cap. xx. *Tato Rodulphi vexillum, quod Bandum appellant, eiusque galeam abstulit.* Et Suidas. Βάνδον καλοῦσι Ῥωμαῖοι τὸ σημεῖον τῶ ἐν πολέμῳ. Reijcit vero Stephani interpretationem, qui tradit Bandum à Romanis victoriam dici. Plura etiam scriptorum loca de Bando, siuè signo congessit Rigaltius voce Βάνδον.

De *Heribanno* autem affert locum Gregorij Hist. Franc. Lib. v. 26. *Chilpericus Rex de pauperibus, & iunioribus Ecclesiæ, vel Basilicæ bannos iussit exigi, prò eo quod in exercitum non ambulassent. Non enim erat consuetudo vt ij exsoluerent vllam publicam functionem.* Cuiacius in Præfatione de Feudis. *Vasallorum conditio hæc est, vt cum delectus edicitur, in militiam eant, vel certum censum Domini ærario inferant, quod hersbannum, siue herisbannum dicitur, à Germanorum antiqua voce here, qua significatur exercitus, quo sensu, & herisliz dixerunt. Theodulphus in Chronicis D. Pipinum Regem in exercitu derelinquens, & id quod Teodisca lingua Harisliz dicitur, Bannum est generale nomen quo significatur edictum siue citatio: heribannum speciale, citatio nempe ad delectum. Vtroque nomine significatur etiam pœna, edicto non obtemperantis. Igitur heribannum non tantum edictio delectus est, sed etiam pœna non respondentis ad delectum.* Grotius in Glos. Gothico. *Heribannum her. ban. Castrense edictum, quo ad exercitum homines vocantur, & inde mulcta in emansores.* Idem *forbannuus, forbanet extra territorium positus. Foruscito.* Quę vox frequens in Iure Municip. Patauino. *Forbanniatur*; & *Bannum* pro multa. fol. 2. *Et habeat medietatem Banni*, & Rub. xx. *Qui contrafecerit soluat pro Banno solidos* 100.

Rectè igitur Pithæus *Bannum*, à *Bando* factum putat, hoc est signo, siue vexillo exercitus. Itaque initio *Banniti* dicti, qui erecto Banno, siue vexillo, quod signum erat militaris procinctus, siue expeditionis vocaban-

tur

tur ad exercitum: *heribannum* autem mulcta imposita ijs, qui vexillum sequi recusarent, cum pro pœna, non solum pecunia, sed etiam exilium esset, factum est, vt *Bandire*, & *Banditi* pro in exilium agi, & exulem esse, diceretur. Initio *forbanniti* quasi foras, extra exercitum, siue Prouinciam missi, postea, & *Banniti*.

Frustra ergo Alciatus Parergon Lib. I I. C. I I, quasi ab Anatio, quod qui homicidium non sponte commisisset, Patria per annum exularet, vel à tuba, quam barbaro sermone *Bannum* dici constat, vnde *Bannophorum* signiferum à Procopio dici: sed Procop. signū, non tubam appellat.

Vos. de vit. serm. Lib. I I. 3. à Germ. *Ban* dictum putat, vt proscriptionem significat. Sed verisimile est à *Bando Ban* contractum esse, quæ vox Germanis vinculum significat, vt idem ait. Hunc sequitur Grot. in Lex. Goth. *Bandum* vexillum, *abinden* vincire. Quia vt ait Vos. qui sub eodem bando militarent, arcto nexu inter se ligarentur: siue quod fascia quædam de bando, seu vexilli pertica dependeret. Nam fascia bandum dicitur.

Sed bandum non à ligando verum à pandendo dictum est. Quod vexillum in procinctu, & expeditione panderetur, siue expanderetur. *Expansum, pandum, bandum* (ab extendendo, *stendardo*) Salm. ad Tertul. p. 78. *Pandum*, Τὸ παραπέτασμα, *à pando, quod postea dictum est* Bandum. Glos. *Bandum* λάγνον. L. cum Vulc. Σίγνον. Et in Solin. 1130. *Persa Bandum dicunt fasciam, id ex Græco* Βάνδον, *postremi Imperij, quod e Latino factum est* Pandum. Anastas. Sergio. *Qui sic abdite venit, vt nec signa, nec banda, cum militia Romani exercitus occurrerint.* Idem Adriano. *Vbi eum cum bandora exceperunt.* Hodie etiam, *far bandora*, exultare, & triumphare.

Quoniam autem voce præconis exules proscribebantur, aut mulcta irrogabatur, inde *Bando* pro ipso præconio, & *bandire*. Fulbertus Carnot. Ep. XIV. *Quod nostris hominibus nouam angariam induxerit, banniendo scilicet, vt irent ad molendinas Audoeni. Bando*, edictum, præconium, proclamatio, quam *Cridam*, ab altiore præconis voce appellant. Dant. Purg XX. I. *L'altro preconio, che grida l'arcano, Di quì là giù sonr ad ogn'altro bādo.* Et XXX. *Qual io la lascio à maggior bando Che quel della mia tuba*, idest præconium, quod ad tubæ sonitum. Purg. XXX. *Quals i beati al nouissimo bando, Surgeran presto ogn' vn de sua cauerna.* Vbi Landin. *Bando*, edictum exponit, & quidquid publicatur ad tubæ sonitum. Hinc *Bandire vn Torneamento, Giostra, Crociata, Nozze, Conuito*, est indicere, siue edicto publicare: & *imbandire*, ipsum conuiuium instruere. Indicere funus. Vil. IX. 317. *E tutto quell'anno hebbe nella Città gran mortalità di gente, si fatta, che s'ordinò, che banditore, non bandisse per morti, acciò che la gente inferma non isbigotisse.*

Porro à *bando*, siue vexillo, turmæ & agmina equitum, *Bande* dictæ sunt, *vna banda di Caualli*. Leo apud Rigaltium Lex. Græc. Barb. Ἐκ-τάγματα, ἤγουν τὰ λέγομενα βάνδα, διάφορα.

Item *Banda* pro fascia variorum colorum, qua veluti tessera milites ab hostibus distinguuntur. Villan. IX 47. *Chiamaronsi i Caualieri della Banda: portando tutti vn' Insegna, il campo verde, con vna banda rossa.* Et milites *delle bande nere*. Item pixidulæ pulueris tormentarij, & pilarum moduli, collo suspensi, *banda*, & *bandolera*. Quod potius à pendendo.

A bando *Bandiera*, & *banderola*: *à bandiere spiegate*, & *banderaro*, vexillifer. Verum *Bende*, & *Bindello*, pro vittis, fasciolis, atque institis, pariter à pendendo, Germ. *bandt*, & *bendel*. Quod est simplicius quam à *Prandeum*, licet idem significet. Landulph. Sagax in Iustiniano, loquens de Auaribus. *Habebant enim retrorsum comas prolixas valde, vinctas prandeis.* Monachus Sangal. de Carolo Magno. *Tenuissimas illas pelliculas, vel tenuiores brandeas extrahere ceperunt.* Hodie *sbrendello*, pro fascia, siue laceramento. Romani *bindello, fettuccia*, appellant, à vitta quasi *vittuccia*. Veneti *Cordelle*, quod loco funiculorum sunt. Item *Bandinelle* à similitudine dicuntur, ferreæ fasciolæ angustæ, quibus ianuæ fores cardinibus iunguntur. Item mantile oblongum, & angustum tergendis manibus: præterea conopei, tum Rhedarum, & lecticarum vela, & plagulæ, *bandinelle* appellantur, omnia à pendendo.

BARA. Feretrum. Vel à Græco φορεῖον, quod proprie lecticam, & gestamen significat, German. *Baar*. Galli. *Biere*. Villan. XII. III. *In vna bara caualareccia, nobilmente il mandò ad Auersa*; à ferendo, siue gestando, ferme enim pro capulo, & sandapila. Dant. Par. XII. de S. Francisco. *Et al suo corpo non volse altra bara*, funus, & exequias deprecatus est. Vel à *Vara*, idest pertica, & longurio. Fit enim *bara*, cum duabus varis transuersa tabula imponitur, vt aliquid gestetur. Vnde *Barella* crates qua rustici fimum, & terram exportant, eadem forma, & gestandi modo, vt *Bara*.

Inde *Barile* doliolum, non quod ex pluri-

tibus varis conflatum sit. Nam cum vari, siue valli nihil aliud fuerint, quam pali, quomodo ex ijs doliola confici potuerint haud scio. Nec me mouet auctoritas Turnebi qui Comment. in Orationem Ciceronis in Rullum. *Vernaculum*, inquit *nostrum* Barra, & Barro, *genus vasis vinarij*, barrunculus, *fluxit* à Varis. Ergo sicut doliola maiora, & magis ponderosa, *carratelli* à carro, quo vehuntur, sunt dicta, ita & *Barile*, à bara, siue *barula*, *barella*. Vt cum sit leuius, non plaustro, & carro, sed φορείῳ, siue barula portetur. *Barridus* in Capitularibus Caroli Magni appellatur. *Volumus, vt bonos barridos ferro ligatos, quos in hostem* (ad exercitum) *& ad palatium mittere possint, Iudices singuli praeparatos semper habeant, & vtres ex corijs, non faciant*. Galli *Barril*, & *Barrique*, vnde Hispani, *Barriga* ventrem appellant, scilicet à tumore, vt ita dicam doliari; non ab Arabico aut Hebraeo, gossypio fartum, & veluti vmbone protuberantem, vt corpus habitius videatur *Barriga* vocant. Eodem errore putat Coaruvias *Barril* esse à *bariga*, quod ventriosum vas sit, cum contra ab hoc venter appellatus sit.

BARACANO. Panni genus ex pilis hircinis. Scalig. exerc. CIX. 4. *Zarzacan* appellat. *Hirci, inquit, in Anatolia, qua est Phrygia, siue Asia minor, quadricornes, pilo admodum prolixo, aequante candorem niuis. Quem vellunt ad textrinam, non autem tondent: propterea quod attonsione pilum aiunt crassescere. Ex molliore villo pretiosos contexunt pannos*. Zarzacan *vocant*. *E crassiore*, Moiacar, (nunc Mocoiaro) *ex mediocri id quod* Zambellot, *alij* Camelot (hoc nunc pretiosus est.) *Turca* Hac, *sicut Hircum ipsum* Halc. *Vox ergo barbara, aut Turcica*.

BARATTARE. *Permutare*. Non à variare, sed à paritare, siue paria facere. Vt enim res permutentur, quantum fieri potest, aequari, ac pariari debent. Villan. VI. 2. *Li Pisani non v' acconsentirono, dando cagione, che la mercantia era barattata*. Germani *Paaren*. Paritare, frequentativum a pariare, idest paria facere in rationibus. Iurisconsultus. *Proinde etsi ei nummos prorogauit emptor, cum ei partauerit, poterit ad libertatem peruenire*.

Quod verbum egregie restituit Salmas. ad Lamprid. in Alexandro. *Ego non patiar mercatores potestatum: quos si patiar damnare non possum*. Legit, & distinguit. *Necesse est, qui emit, vendat. Ego non patiar mercatores potestatum: quos, si poriant, damnare non possim. Erubesco enim punire eum hominem, qui emit, & vendit*. Alexander hanc rationem se habuisse refert, quare non venderet honores, & potestates, quod omnino qui emit aliquid, id necesse habet, vt vendat. Quomodo, inquiebat, potero damnare, quibus potestatem aliquam vendidero, si pariet, hoc est si paria faciat, idest, si itidem vendiderit, quod emit?

Et quoniam in permutandis mercibus ferme fraudes fiebant, *barattare*, & *barare*: pro decipere. Quae vox Gallis, & Hispanis familiaris. Dant. Inf. XI. *Falsità, ladroneccio, e simonia, Roffian, baratti, e simile lordura. Baratteria*. Vendere Iudicia, ac Iustitiam, item honores, res sacras, & prophanas pretio permutare. *Barattiere* & *Baro*. Dant. Parad. XVI. *Del Villan d'Aguglion, di quel da Signa, Che già per barattar hà l'occhio aguzzo*. Landin. *Quali faceano molte baratterie, & vendendo le gratie, & beneficij*. Inf. XXII. *Quici mi misi à far barotteria, Di che i rendo ragion in questo caldo*. Villan. L. VII. 147. *E per alcuno si disse, per baratteria de Castellani, che non vi tenevano la gente, onde erano pagati*. Stipendia inter vertebant. Et alibi. *Hauendo fatte molte baratterie, e guadagnerie*.

Barattiere, & *riuendiere*, pro scrutario, & vilissimarum mercium institore, & *Baro* deceptor, & sycophanta, praecipue qui in alea, & chartis lusorijs eas permutando praestigias facit. Nam pariare, siue paritare, vt diximus, est chartulam permutare, & alteram alteri subijcere. Hispani *Barajar* chartas lusorias miscendo permutare. *Baro di carte, e dadi*, & *Barone*, nobilissimum nomen, huiusmodi planis, atque impostoribus inditum. *Barone di piazza*.

Eadem notatione, *Baratta*, & *Baruffa*, pro pugna, & contentione. Dant. Inf. XXI. *Non temer tù, ch'i hò le cose conte, Perche altra volta fui à tal baratta*. Idest praelio, vt Landinus interpretatur. Nempe quod ibi ictus permutentur, cedantque pugnantes, & cedantur. Latini hoc sensu, *Vices* dixerunt. Virgil. II. *Iliaci cineres, & flamma extrema meorum Testor in occasu vestro, nec tela, nec vllas Vitauisse vices Danaum*. idest, pugnas, & pericula. Vita Nicol. Laurentij. *Non era occorrente alcuno comenzare la varatta con Romani. Acotiante*, audente.

Barratare autem, siue *sbarattare*, pro hostes fundere, & profligare, Vide *Barra*.

BARBA. Patruus. Leg. Longob. Lib. II. tit. 56. *Si quis ex parentibus, idest barbanus, quod est patruus*. Grot. Gothic. *Barbanus, patruus manet in longobardico sermone: in MSS. Barbas*. Insubres. *Barba*, vt & Dant. Parad. XIX. Veneti *Barbano*, apud quos *Barba* est titulus pauperum honestiorum, & seniorum. *Barba Piero*.

Piero. Barabio, Barba Bartolomio. Baralse, Barba Aluise. Patrui autem ita fortasse vocati, quod ferme cælibes, seueri, atque horridi, barbam pascerent. Vt apud veteres, patrui, pro rigidis, & disciplinæ exactoribus. Persius. *Cum sapimus patruos.* Et Horat. *Neque dulci mala vino lauere, aut ex- Animari metuentes patruæ verbera linguæ.*

BARBE. Fibræ radices. *Abbarbicare*, stirpium fibris, & capillamentis stringendo adhærescere. *Dibarbare, sbarbare*, radicitus euellere. Dant. Purg. XXXI. *Con men di resistenza si dò barba Robasto cerro*, stirpitus auellitur. Hispani. *Embarbascar*, impedire, implicare: ductum ab aratro, quod in stirpium fibras, siue barbas implicatur. Itali. *Imbarbaiare.*

BARBACANE. Vocem ex Arabico profectam docet Vos. Lib. II. de vit. Serm. & ab iis Hispanos accepisse: quod barbari Fortalitium, appellant, nempe Castellum, vel propugnaculum, ex cadis terra repletis. Nostri tamen *Barbacane* appellant, Anteridem, quæ ruituro parieti fulcimentum adstituitur: quod à similitudine etiam *Sperone*, dixerunt. Hispani *Barnacan*, fortassis, quasi *Perna Canis*, eam enim speciem refert.

BARBARIA. Tonstrinum. Glos. *Barbatoria πωγωνοκουρία*. Barbator, siue Barbarius. Barbiere. Tonsor.

BARBAGIANO. Bubo. V. *Alocco.*

BARBARO. *Caval Barbaro.* Equus ex Mauritania, quæ hodie, *Barbaria* dicitur. Quibus equis palma velocitatis tribuitur. Eorumque vsus in Hippodromo, siue certamine cursus. *Far correre i Barbari.*

BARBOIARE. Galli *Barbouiller*: quod non à barbulare, aut barbula, sed à balbutire corruptum est. Ita *Barbozzo* Venetis est balbutiens. Scaliger in Arist. Hist. de animal. *ψελλὸς, καὶ τραυλὸς Græci vocant vitia duo: Latini blæsum, & balbum certis nominibus: Cicero voce communi hæsitare. Sunt, qui quasdam literas non plane enunciant, vt* R, *&* S. *Alii vero mutant, qualis fuisse Alcibiades ab Aristophane describitur*, R *enim ægre pronunciabat, quemadmodum & Demosthenes. Mutabat Alcibiades in* L, *Demosthenes deprauabat. Erat ille ψελλὸς, hic τραυλὸς. Veneti faceti sunt*, Balbi *à Romanis dicuntur, qui* L *nimium frequenter arcessebant, ipsi autem* (Veneti) L *in* R *mutant.* Barbossos, *appellarunt.* Iocus Scaligeri in eo est, Romanis Balbos dictos, qui *L* pro *R*, pronunciant: contra Venetos *R*, loco liquidæ vsurpare, cum pro balbis, *barbozzi*, dicant. Et quia in balbutie, & traulismo est literarum confusio, *barboiare* pro confuse loqui, & *imbarbotare*, verba implicare. Alio sensu *Barbozzo*, mentum significat, à barba, barbitium *barbozzo*, Veneti *Barbizolo*.

Ceterum etiam *Bettegare* pro eodem, abalbutire, *balbuzzare, balbettare, balbetticare, bettieare*, Galli *Beguer*, & *begue*, blæsus. Sicuti ab hoc, *partar leso* Græci *βαυβαίνειν*. Glos. Titubo *Γλῶσσῃ βαμβαίνω*. Item *Tartagliare*, quod vel est à *ψαυλίζειν*, vel quod in loquendo verba veluti intersecantur, & conciduntur.

Sed *Barbottare*, pro murmurare, & compressis labiis loqui, est à crepitu aquæ bullientis, *bullitare*; *sub bullitare*, vnde vocis incondite erumpentis sonitus, & confusum murmur.

Dantes Latinam vocem *Balba* retinuit. Purg. XIX. *Mi venne in sogno vna femina balba, Con gl'occhi guerci, e sopra i pie distorta, Con le man monche, e di colore scialba.* Balbutiens, oculis, ac pedibus distortis, manca, sedique coloris, ideft pallidi, siue exalbi.

Demum à balbutio factum puto *Besc*io, quo nomine contumeliæ causa Senenses à Florentinis vocatos tradit Politus, cum hi ab illis, cœci appellarentur: & *bessagine*. Bocc. VIII. 10. *Et appresso la bessagine de Sanesi hanno tanta forza*. Balbutiens, *balbetto, bettio*, & *bescio*. Nisi ab obliquo, bieco, *bescio*, vt vtrimque oculorum vitium notetur, Senenses lusci; Florentini, cœci.

BARBONE. Mullus piscis, olim Romanorum nepotatu nobilissimus nunc inglorius, & fere de plebe maritimi gregis. Scalig. Histor. Anim. L. II. *Mullus ventre longe est castigatiore, & mœnarum potius figura. Barbulas habent: quapropter ab Istris*, (& Venetis) *Barbi dicuntur: Ligures* Triglias, *dicunt, vetere Græca appellatione*, Τρίγλη, *quod nomen aiunt inde ortum, quia ter gignat singulis annis.* Idem repetit Lib. VI.

BARCA. Nauigium: Cymba. Cuius vocabuli notationes, quæ à viris doctissimis afferuntur, operosæ mihi magis videntur, quam veræ. Et vocem quidem pro minuto nauigio ab inferioris æui scriptoribus vsurpatam, notum est, quorum loca attulit Vos. de vit. Serm. L. II. 3. vt Abbonis de Obsid. Lut. *Quam plures numero naues numerante carentes, extat eas moris vulgo* Barcas *nominare.*

Alii ergo quasi *Barsa*, à *Βάρις*: nauis, nauigium, vox Ionum propria. Scalig. exerc. L. I. *Namque ea nauigia, quæ corrupta Græca voce* Barcas, *ab oneribus gerendis vocant nostri.* A *Βάρος*, pondus, onus.

Salmasius in confut. animadu. Kercoetij p. 32. quasi *Barica*, ex Vitruuio Lib. III. 3. *Et ipsarum ædium species sunt baricæ, vt baris*, seu

seu phala, humiles, lata. *Quod*, inquit Salmas. *Phala, vel fala sunt turres. Hinc barica, qua in modum barium extructa sunt, vt barica ædes. Nam genus nauigij rotundi etiam significat*, Baris. *Inde & Baricæ naues, & rates, in formam barium ædificata, quas postea* barcas, *pro baricis recentiores scriptores appellarunt.*

Difficiles argutiæ, nec naues rotundæ, in speciem barium, siue turrium extructæ. Verior, & simplicior notatio, à Vado fluminis, quod Itali flexerunt in *Varco*, Vadica, *varica*, *varca*, *& barca*. In soluta oratione *Valicare*, poetæ *Varcare*, quod est flumen traiicere, & vadum transmittere. Inde etiam pro transitu quolibet, etiam extra flumen. Dant. Purg. XIX. *Quand io vdì, venite, qui si varca.* Et XI. *Mostrate da qual mano in ver la scala, Si và più corto, e se c'è più d'vn varco*: infra, passum appellat. Inf. XII. *Che sarebbe alle Capre duro varco.* Purg. X. *Perche i' varcai Virgilio, e fenmi presso.* Virgilium transgressus sum. Glos. *Varicat.* Τανρβαίνει. *Transuaricat* Τανρβαίνει. Non quidem à varis siue cruribus, vt aliqui existimant, sed à vado fluminis, translata voce, ad quemlibet transitum. Pap. *Varitat, ambulat, transit, quasi vaditat.* Varro L. IV. de L. Lat. *Vallum, quod ea varicare nemo posset*: idest vt Turneb. L. XXII. 9. nemo posset transire, & transcendere.

A *Vado* igitur *Barca* dicta est, *Vadica*, *Varica*, *Barca*: cuius primus vsus ad flumina vadanda, siue traiicienda: & ideo inter actuaria, & minora nauigia. Veneti *Barca da traghetto*, & simpliciter *Barca* pro cymba, siue *Gondola*. Dant. Inf. VIII. *Lo Duca mio discese nella barca.* Qualis illa esset paulo ante describitur. *Come i' vidi vna naue piccioletta, Venir per l'acqua verso no' in quella.*

Nam *Barcam* exiguum nauigium fuisse, hoc est scapham, indicat Isidorus L. XIX. 1. *Barca est, quæ cuncta nauis commercia ad litus portat. Hanc nauis in pelago propter nimias vndas suo suscipit gremio.* Quæ nihil aliud fuit quam scapha; subiicit enim Isidorus. *Vbi autem appropinquauerit portui, reddit vicem barca naui, quam accepit in pelago.* Idest eius onera exponit, à quo seruata fuit.

Brodæus ad Lib. I. Anthologiæ. *Scapham quoque, quæ in maius nauigium inueheretur vulgo* Βάρκας, *&* Κοντελάδα *nominarunt*, teste Harmenopulo L. II. Hinc Venetis *Barca*, & *Gondola* pro eodem. Ex quo apparet *Gondolam* Venetam, esse Κοντελάδα; scilicet de genere nauigiorum, quæ Græci κοντωτὰ πλοῖα appellant, idest contis instructa, quæque contis impelluntur non remis, vt sunt minora, & actuaria. Licet Venetæ cymbæ remis agantur; in angustis tamen riuis, ac vadosis, remus conti vicem præstat. Olim *Gondolas*, quasi cymbulas dictas credidi, sed à *Contelade* verior notatio, ob crebras Græcas voces Veneto sermoni immixtas. V. *Gondola*. Ceterum vox *Barca* postea etiam pro majoribus nauigiis, & genericè accepta.

BARDA. Equorum integumentum ex crudo corio, aut laminis ferreis. Et *Bardato*, equus cataphractus. Vel ex cataphracto corruptum, vt *barda* φράκτον, vel simplicius à coopertum, coopertatum, *copertato*, *bardato*, & inde *barda* operimentum. Villan. L. VI. 73. *Ma infra questi v'hebbe ben sette mila à grandi caualli couertati di maglia di ferro.* Et Lib. X. 86. *Vestendosi tutta la sua gente à nero, e con dieci caualli couertati à drappi di seta.* Hist. Pistor. *Lo cauallo di M. Zarino ch'era sellato, e couertato.* Idem Villanus Lib. VIII. II. *I grandi per se à Caualli couerti.* Et Lib. X. 38. *E mutò arme a Castruccio, lasciando la sua propria della Casa delli Interminelli, col cane di sopra, e fecelo armare à cauallo couertato, sicome l'arme propria al tutto, con detti scacchi del Ducato di Bauiera.* Adhuc in Insignibus Ducis Bauariæ equus cataphractus cernitur. Vita Nicol. Laurentij. pag. 55. *Ciascheo caualieri haueа destrieri, e ronzino, e caualli copertati, idest* bardati. Hispani. *Encubertar los cauallos.*

Inde *Bardella* copertula, *copertella*. Villan. L. VIII. 31. *E sono con sottils briglie senza freno, e ponera sella d'vna bardella.* Item pro clitella: non enim totum equum, sed dorsum tantum cooperit. Quæ igitur de bardocucullo afferuntur, omnino præter rem esse videntur.

BARDASCIA. Impudicus: qui muliebria patitur. Monosinus à Græco Βαδάς, quod ex Amerio poeta Hesychius cinædum interpretatur. Fortasse puer militaris à *bardis* equorum, minister ad eas equis imponendas, vt agasones, *garzoni*, in sensu obscœno, & *bagascie*, scorta militaria, inter impedimenta, & *bagaio*, pro puero. *Bardascia* puer ab equis insternendis, siue cooperiendis, vt ita dicam *Bardator*, idemque militi pro culcita.

BARDOTTO. Lexicon Etruscum notat dici iumentum, quod mulio, siue qui vecturam facit, siue veterinarius, in vsum suum lepponit, nec vt cetera iumenta dossuaria sarcinis, ac mercibus onerat. Cum autem pro eius cibariis nihil stabulario persoluat, hinc factum esse, vt *Passare per bardotto*, de eo dicatur, qui in conuiuio, vel symbola, nihil confert, & à sumptu immunis est. Quod vel à *bardo*, vel *burdone* dictum putant. Sed *Bardotto* idem est, ac Bardatus. Nam cum cetera iumenta

sar-

sarcinis, ac mercibus onusta sint, solum hic equus clitellas, aut ephippium habet, idest *bardam*, siue *bardellam*, cui iumentarius insidet, a qua ille *bardato*, & *bardotto*. Cetera præter notationem conueniunt.

BARIGELLO. *Bargello*. Lictorum præfectus. Barigildus, vt notat Sirmondus ad Capitul. Caroli M. pag. 330. *Comes sic mallum suum teneat, vt Bargildi eius, & aduocati, qui in alijs Comitatibus rationes habent, ad suum mallum occurrere possint*. Vbi Sirmondus. *Barigildi, apparitores, nunc etiam apud Italos Barigelli vocantur, principes apparitorum*. Villan. VIII, 83. *Andandoli cercando, & uccidendo con loro Bargello, deputato per lo popolo.*

BARLVME. Parum luminis. Galli *Barlue*, *barlusco*, per luscus, vel parum luscus. Vide *Berlusco*.

BARILE. V. *Bara*.

BARONE. Dynasta. Reiectis, quæ de Varrone, aut Barone apud veteres, quæ vox bardum, ac stolidum significat viri docti disputant, neque ad rem faciunt. Vos. Lib. II. de vit. serm. c. 3. Germanis *Baronem* virum esse tradit, vt in Glos. *Baro* ἀνὴρ. Particulatim tamen sic dici *Viros Regis*, hoc est, qui Regi in bello inseruirent mercede, vt Isidorus notat, & κατ' ἐξοχὴν, qui vere Viri, hoc est virilis animi, & fortis, quosque Rex ob res fortiter gestas, terris, ac iurisdictione auxisset, quique ob dignitatem acceptam essent Regi obstricti, atque homagium deberent. Vt duo in Baronibus concurrant, & honos, quo præcellunt aliis, & homagium, siue clientela, quam ob beneficium debent Regi suo.

Ita Bouillus. *Baro, maritus, à Viro pendet. Belgarum mulieres, maritos suos vocant* Barons, *meus Vir*, mon Baron. Nisi a *Mare* esse dicamus, siue masculo, quo sensu Hispani *Baron*, & *Varon* vsurpant. Sed *Baronem*, vt virum fortem significat, à *Viro* formatum Vossio assentimur. Nam in legibus Saliorum, Longobardorum, Ripuariorum, Alemannorum Baronis nomen passim pro Viro positum Pithæus obseruat: & viros fortes à Gregorio vocatos, cum ait, Clodoaldum auxilio virorum fortium esse liberatum, eos qui propriè *Viri* dicerentur notat Menagius ex Valesio Hist. Franc. pag. 389.

In ea autem dignatione *Baronis* titulus erat, vt illum Sanctis impertirent. Boccat. *Del Baron Messer Sant' Antonio*, vt Galli *Monsignore S. Pietro*.

De *Barone*, autem siue *Baro*, idest plano, & sycophanta, turpi superioris vocis dehonestamento, vide *Barattare*.

BAROZZA. Birotum, birotium, currus duarum rotarum, quod & *Cisium*. Nonius. *Cisium, vehiculi biroti genus*. Casaub. ad Sueton. obseruat Rhedam quatuor rotas habuisse, Cisium duas, vt auctor Isidorus, Græcosque Rhedam τετράκυκλον appellare, castigatque Dionis Interpretem, quod quadrigas vertit. Addit hoc apud veteres Aeoles *Petoritum* dictum: quia vt Scaliger ad Catalecta tradit: *Cisium* proprium fuit Galliæ Cisalpinæ, *Petoritum* Oscorum, ita autem dictum, quod πέτορα, pro τέσσαρα, Tarentini dicebant: vt *Petoritum* sit currus quatuor rotarum. Gellius tamen L. XV. 30. negat Græcam vocem esse, sed Gallicam statuit ex Varrone. Quidquid sit, Biroti mentio in Codice Theodos. de cursu publico. *Statuimus Rheda mille pondo tantummodo superponi, birota ducenta, veredo triginta*. Pap. *Pretorium est quatuor rotarum vehiculum, quo matrona vtebantur*. Nemo non videt legendum esse *Petoritum*. Horat. *atque caballi pascendi, ducenda Petorita*. Et alibi. *Essida festinant, pilenta, petorita, naues*.

Ceterum Modiolani duæ familiæ vetustæ sunt. *Barozzi*, & *Scaccabarozzi*. Vltima vox significat, furem biroti, sermone Longobardico, de quo in *Scacchi*.

Est igitur birotum, siue Cisium, quod hodie, *Selle volantes*, non ineptè dicuntur, quibus temporis momento, cum hæc scriberemus Vrbes repletæ sunt, incertum, maiore commodo, an pernicie. Illud certum est, Magnum Principem, & sedulo indagasse, & præmium haud leue posuisse illi, qui latinam vocem huic vehiculo aptaret. Tantum illi in summæ rei regimine aut otii fuit, aut in magna eruditionis ostentatione, peritia antiquitatis defuit.

BARRA. *Sbarra*. Repagulum, à Varis. Turneb. ad Ciceronem in Rullum. *Nam Varronum nomen à Varris defluxit, vnde & vernaculum nostrum nomen* Barra *manauit*. Latini tamen *Varam*, non *Varram* dixerunt. Ipse Varro (si inde nomen habet, vt credit Turnebus) de L. Lat. L. IV. *Vallum, vel quod ea varicare nemo possit, vel quod singula ibi extrema bacilla furcillata, habent figuram literæ V*. Quicquid sit de figura literæ *V*. Varæ propriè bacilla, siue pali furcillati, quibus defixis alia ligna transuersa imponebantur, repagula, trabes, asseres, vt septum, & vallum fieret. A quibus varis, duplicata litera canina, *Barra*, & *Sbarra* dictæ sunt, & *Baracche* tentoria, tabernacula. Non enim opus est à Caldæis & Syris rem operose arcessere.

Salmasius ad Hist. Aug. 484. *In summis Galliæ tribunalibus huiusmodi cancellum, vulgo* Barullum *vocitamus, nam* Barra *in idio-*

mate nostro sunt repagula. Itali, *le sbarre degl' Auuocati*; septa, quibus turba à tribunali submouetur: siue cancelli, de quibus idem ibi, qui & furcas, & furcillas dictas ait, nempe ab iis varis, idest furcillis, quibus transuersa repagula sustinebantur.

Item *Sbarre*. Villan. L. VI. 34. *Auuenne che le dette battaglie più tempo durarono, combattendosi à serragli, ouero sbarre, da vna vicinanza, all'altra*. Et alibi. *Facendo serragli, e sbarre nelle rughe della terra*.

Hinc *Barruffa* prælium, quod ad *Barras*, siue septa committitur, Hispani *Baraja*, in quo frustra laborat Coaruvias: & pedestris pugnæ simulachrum à septis, siue barris, *Barriera*, dicta. Item *Barricate*, quæ transuersis trabibus, septa ad viarum capita, dolijs, & id genus impedimentis statuuntur.

Licet autem *Sbarrare* sit septis, & repagulis iter claudere, quod veteres *Abbarrare* dixerunt: vnde Hispani *Embaraçar*, obstare, impedire, & *Sbarro*, repagulum, siue obstaculum, vt Dant. Purg. XXXIII. *Sicure d'ogni intoppo, e d'ogni sbarro*. Idem tamen, *Sbarrare* pro aperire posuit, quasi *exsbarrare*, siue barras frangere. Inf. VIII. *Perche i' auanti intento l'occhio Sbarro*. Idest, vt Landinus interpretatur, oculos aperio, & vndique circumspicio. Vulgo, *Sberlar*, & *sberlefare gl' occhi*: oculos vehementer pandere, eoque gestu, conuertere, & contorquere. *Far de sberlesi*, est os, atque oculos distorquere ad illudendum, & subsannandum. V. *Stralunare*.

Sbarrare etiam Itali dicunt sclopum exonerare, siue pilam contorquere, vulgo, explodere: quod concepto igne pila obstantia, quibus tubus constipatur aperiat, frangat, & disiiciat. Etiam de arcu. Morgant. XV. *Haueua e lunga, e candida la mano Da potere sbarrar ben l'arco à caccia*.

Et frequentativum *Sbarattare*, vi, atque impetu aperire. *Sbarattare la porta*, quod & *spalancare*, idest palos, siue vallos frangere. Et *sbaragliare*, hostilem aciem aperire, auertere, ordines turbare, ac fundere, & in fugam conijcere. *Mettere in sbaraglio*. Villan. VII. 27. *E vedendo la sua gente così sbarattare*. Et alibi. *In poco d'hora, hebbero barratata, & sconfitta la schiera de Prouenzali*. Et infra. *E così detta armata per mala condotta, tutta si sbarattò, e venne à niente*. Exercitus dispersus, ac dissipatus fuit.

Ex quo fortasse tabulam aleatoriam, siue ludum tesserarum, & calculorum *Sbaraglino* appellant. Quod totius ludi vis, ac finis sit aduersarij calculos solitarios capere, siue de sede, ac domo deturbare, ac dissipare, & eorum capsos siue, mandrias, idest septa frangere, euertere, *Sbaragliare*. Quod intelligunt, qui latrunculorum, siue scaccorum ludum callent, neque ignorant, quæ de hoc ludi genere, idest imagine prælii, aciei, & ordinibus, peditum, atque equitum statione, motu, atque incessu, viri doctissimi commentati sunt. Nisi quis dicat, ita appellatum esse, quia cum duo calculi in sua sede iuncti sunt, veluti septi, & sbarrati, loco deijci non possunt. Meurs. Glos. *Baradium*, siue *baradia*. *Parada*, Alueare ipsum, *Sbarraglino*, à Barris, siue vallis calculorum. Et *Barangi*, stationarii milites, qui obseruabant fores conclauis Imperatoris, & triclinii, à *Barris*.

BARRVFFOLO, Strophiolum, siue inuolucrum, ex panni, telæque laceramentis, ac frustis, item stuppa, & alia materia conuolutum, & implicatum, ad abstergendum. Non à *Vallus*, vt palum significat, quod ferme hæc strophia ligno affiguntur. Sed ab *Arruffare*, quod Etruscis est conuoluere, implicare, præcipue de capillis impexis, & implexis. Vnde autem hoc vide *Rabbuffare*. Ab *arruffare*, *arruffolo*, & *Barruffolo*. At Gallicum *Balay* pro scopis, videtur à verrere deductum. Vericulum, verraculum.

BASSO. V. *Abasso*. *Bassetto*, crassus. Glos. Παχύς. *Bassus, grossus, crassus*. Παχὺς λιπαρὸς σιτώδης, *Bassulus*. Παχύτης, *Bassitas*.

BASTAGGIO. *Bastaso*. Baiulus à Βαστάζειν, quod est onus humeris portare. Glos. Βαστάζω, *baiulo, porto, veho, vecto, gesto*. Meurs. Glos. Βαστάγιον, *Theca siue repositorium, in quo reconditæ arma sua portabant milites*. Bastagia, *erat onus portandarum rerum per iumenta*. Rigalt. Lex. Græcobarb. Βαστάγια interpretatur lora, quibus appensa arma facilius feruntur.

Quæ vox Venetijs durat. *Bastasi* enim, & societas bastagiorum. Baiuli, geruli, *facchini*. Codicis L. XI. tit. *De Murilegulis, & bastagarijs*: *Quintum animal bastagarijs pro reparatione præbeatur*. Vbi Accursius solens vaticinatur. *Sunt inquit bastagarij, qui cogunt rusticos ad hoc, vel sunt becharij de domo Principis*.

Hinc *Basta*, pro sufficit, satis est. Non à *vacare*, aut *bene stare*, sed quod baiuli, vbi tantum oneris impositum est, quantum illi ferendo sufficiant, dicunt, *basta*, iustum onus est, satis ponderis. A *bastanza*, & *basteuole*. *Basto*, quantum vires meæ ferunt. Petrar. *Pot stendendo la vita quanto io basto*.

Inde *Basta* appellant geruli, quod oneri subiicitur, ne humeros, & ceruicem lædat. Saccum enim aut quid simile, conuolutum

&

& complicatum, vt onus mollius incubet, veteres, *Cisticillum* appellarunt.

Ita & *Basto* clitellæ iumentorum, quibus portandum onus superimponitur. Insubres. *Bagiaro*, siue *Bastiaro* appellant lignum quod humero transuersum imponitur, atque hinc inde situlas, aut aliud onus, libramento, veluti in lance sustinet, corruptè à *bastagio*, vel *bastagiaro*. V. *Bigôlo*.

BASTARDO. Nothus. Germ. *Bastart*. Cujacius ad Nouel. XVIII. à Germanico pariter *Boessart* deducit, idest degeneris ingenii. Vulgo *Mulus* appellatur Dant. Inf. XXIII. *Vita bestial mi piacque, e non humana, Si come à mul ch'i fui*.

BASTONE, Fustis. à βάστος, Bastus, fustis scilicet, quo onera portantur: vt Salmas. ad H. Aug. p. 120. & 189. Glos. *Baculum*. Βάκτρον Βακτηρία.

Bastione, & *bastiglia*, vallum, munitio, à vallis, palis, & fustibus. *Bastimento*, fulcimentum. *Bastia*, *bastita* à bastis. Villan. L. VIII. 78. *Li Melanesi fecero vna terra in Lombardia, quasi per vna Bastita ò Batifolle incontro alla Città di Pauia*. Lib. I. 35. *E chiusesi di fossi, e di steccati, à modo di batifolle, ouer bastita*. Ea voce *Batifolle* nihil frequentius apud eundem, pro munitione, siue castello, cuius originem diu quæsiui. Nunc venit in mentem esse à *Batipalo*, idest lignea subitaria munitio, siue depalatio, cum arcendis hostibus pali fistuca pangebantur. Vitr. Lib. X. 3. *Pali resupinati defodiantur, & circum fistucatione solidentur*. *Fistucare*, ait Philand. *Est fistuca adigere, figere; Est autem fistuca ansatum, & capitibus ferratum instrumentum, quo pali sublicaque in terram panguntur: quæ & ipsa inde Batipalo, dicitur*. Quia igitur pali fistuca desiguntur, & in figendo percutiuntur, (*si battono*) & fistucantur *Battipalo*. Quod & *Batifredo* dictum est; Ordericus L. 11. *Berfredum* appellat.

Ceterum à *bastis*, *bastire*, pro ædificare, & *bastimenta* etiam apud Gallos, pro ædificio. Et translate, *imbastire*, vestimentum deformare, & componere antequam consuatur.

Bastone etiam pro sceptro, siue scipione. *Bastone del commando*. Indidem etiam esse videtur *Batello*, scapha, quasi *bastello*, ab oneribus maioris nauigii portandis, vt de *barca* dictum est. Non quod e fustibus, & perticis id genus nauiculæ compositum sit, sed à Βαστάζειν, à portando. Neque Galli *fusteréau* à fustibus dicunt; Sed quia fustis est lignum, quod initio ex solido ligno nauiculæ excauarentur, quæ lintres, & monoxyla, inde pro aliis nauigiis, *legni*, e *fuste* Italis dicta. Isidor. Lib. XIX. I. à phaselo deducere videtur. *Phaselus est nauigium, quod nos corruptè* Baselum, *dicimus*, pro, *batelum*, si tamen hoc intellexit. Qui Græca solum sectantur, à ἀνελκειν, trahere possunt, Glos. *Lemunculus*. Lege *Lenunculus*. ἐφόλκιον, σκαφίδιον, *scaphula*. Sed rectius à *basto*, portandis oneribus. Vel quia nauicula est ad transuectionem, ab *Epibatesi*. Illud tamen verisimilius.

BATTAGLIA. Prælium. *Battualia*: ab antiquo, *batuere*, quæ vox gladiatorum, cum proluderent pugnæ, & rudibus certarent. Victor. L. XI. var. 8. ad illud Ciceronis ad Pætum. *Batuis impudenter*. *Obsoletum*, inquit, *nunc est, rarumque inuentu. Reperi autem, quid senserit de eo vetus Grammaticus Adamantius*. Bat, *inquit*, in vno tantummodo reperi nomine, genere neutro pluraliter enunciato, idest, *battualia*; exercitationem autem militum, vel gladiatorum significat, vnde batuatores, τοὺς βατουάτους dici puto. Cur autem Cicero inter χαλκώματα, *Batuere*, posuerit, rationem affert Scalig. ad Varron. p. 64. quia Syracusanè *Batiuum* dicebatur, cum muliere rem habere, ex Theocrito. Quod Boccac. dixit, *battere la lana*, & Veneti, *farsi sbattere*.

Eundem Adamantii locum attulit Salmas. Hist. Aug. p. 59. & pro *Batuatores* legit; assertque in Legibus Boiariorum, *arma batalare*, pro arma tractare, ac mouere. Etruscis *Battagliere*, pugnax, quod est Batalarius, Batalator.

Batuere igitur gladiatores dicebantur, cum rudibus pugnarent, siue simulacra pugnæ ederent, & lusoriis armis decretorio certamini præluderent. Sueton. Caio. cap. 54. *Batuebat pugnatorijs armis*: idest veris, & decretorijs, non autem, vt mos erat, rudibus: siue illi erant baculi, aut enses lignei, siue ferrei, obtusa acie, vt nunc *spade di scherma*.

Batuere autem, à βατός, quod fustem, siue baculum, vt supra diximus, significat; nam illis exercebantur, & proludebant. Imò per initia, in certamine singulari, siue *Duello*, baculis, & clauis ligneis pugnatum satis constat apud auctores, qui de eo scripserunt.

Hinc *Battersi*, singulari pugna decertare, & postea *Battaglia*, pro iusto prælio. *Combattere*, *Abbattersi*, in aliquem incidere, obuium habere, concurrere.

Quoniam autem qui rudibus batuebant, se iis percutiebant, & pulsabant, *Battere*, percutere, pulsare. Pap. *Batuit*, *contidit*, *percutit*. *Batocchio*, malleus æris Campani, *Batinello*, Ianuæ. *Abbattere*, deijcere, *sbattere*, concutere; *dibattere*, discutere.

Eodem

Eodem sensu *Batuere* pro percutere, veteres dixerunt. Plaut. Casina II. 8. St. *Soleas.* CN. *Quî quæso, potius, quam sculponeas, quibus batuatur tibi os, senex nequissime.* Vbi, vt notauit Victorius loco laudato, lusit Comicus in ancipiti voce: nam & pisces sunt soleæ (*sfogli*) & calcei rustici, quibus os senis amatoris, servus cædi oportere putabat.

Battere igitur à *batuere*. Ita apud Voss. L. IV. 2. *Battere lignum* in Constitut. Caroli M. tundere, percutere: Vt Marcel. Empir. Cap. 26. *Tandiu batues, donec sit subactissimum.* Glos. *Batuit*, καταχόπτει, & *Battutum* τυφθηθὲν. Κοπαιστήριον, *Battuarium*. Κόπανον, *Baculum*.

Battere il grano, il lino, pro excutere. Sirmond. Capitul. Caroli Calui. De his quæ die Dominico facere non licet. Lib. I. 32. *Nec lanam carpere, nec linum battere. Battere, tundere percutere, tundendo purgare. Ita de messe, quam coloni battendo, & flagellando purgant.*

Simpliciter pro percutere. Leg. Long. Lib. I. tit. 8. Leg. 30. *Si aldium, aut aldiam, servum, aut ancillam, battiderit, & per ipsam battituram ponderosi facti sunt. Battere moneta*, cudere nummos.

Battuto: *argento battuto*, in laminas mallei ictu subactum. Anastas. pag. 12. *Constantinus M. Fecit argenteum fastigium battutile*, idest in laminas ductum. Item: *Altaria septem ex argento battutili. Battiloro* Bractearij, sicuti, *Battilana*, lanarij.

Battuto etiam Itali appellant pauimentum, ex cementis, testisque contusis, quod pauiatur, & fistucetur. Aliter *Terrazzo*, ferme in Mœnianis subdialibus. Boccat. *A poco à poco lenò quella scala, che saliua in sul battuto:* Et VIII. 7. *La donna postosi boccone sopra il battuto.*

Postremo *Battuta*, appellant signum, quod dat Mesochorus, siue præcentor, cum elata, ac depressa manu, velut percutiendo, vocum spatia metitur, quod veteres pedis pulsu faciebant. *Far la battuda*, manu siue pede modos distinguere.

A batuendo, *botta*, ictus. *In vn batter d'occhi*. Oculi ictu, siue momento.

BATELLO. V. *Bastone*.

BAVA. Saliua, spuma oris fluens. Forte, halare, *abbalare, abauare*, quod halando saliua ore defluat. Nec aliud aptius in mentem venit. Hisp. *Baho*: vapor ab halando, siue exhalando. Vel à Germanico *Beiffer*. Et *Babbare* Venetis, præ dulcedine os fluente saliua repleri.

Inde *Babaiola, bauarolo*, & *bauaglio*, linteum, siue focale, quod collo infantium appenditur, ne fluente saliua fœdentur. Item mappula quæ procerum pectori ad mensam prætenditur. Item à similitudine *Bauaro*, & *Bàuero*, pars pallij ad collum reflexa, quæ aliàs, cum pallium ad ceruicem necteretur, ad pectus recurrebat, ac ferme pellibus pretiosis fulciebatur. Corius Hist. Mediol. *Fù il Duca vestito del manto bauarato, e beretta Ducale.* Et p. 619. *Vscì all'incontro tutto il Clero, e Collegio de Giureconsulti, e Fisici, vestiti di porpora, capuzzi fodrati di varro, e parimente i bauari.* Eo cultu in antiquis statuis, & picturis Doctores videmus, hodieque in supplicationibus ipsas pelles exoticas, humeris, & pectori obtendunt.

Inde etiam fasciæ mento sacrarum Virginum subiectæ, *Bauari, Bende*, & *Guindalini*, appellantur. Quibus quoniam magna oris pars obtegitur: *Imbauarare*, caput velare, atque obnubere. Eleganter Maphæus Venerius. *Come tra due camini, s'imbauara la Luna*: occultat os. *Imbauagliare, Imbacuccare, incapuzzare.*

BAVORALE. Veneti fenestram in summo tecto ad horreum illuminandum appellant. Horreum enim *Granaro*, & à messe, vulgo, *biada, biaua*. *Biauorale*, & *Bauorale*, Granarii fenestra. Alii ab admissa luce, *Luminare*, quidam *Lucerio, Lusello*, quasi *Lucerium* indidem. Barb. Glos. Plin. in Zeta. *Quando & Heliocaminus in ipsa Zeta ponitur, hoc est vaporarium quoddam Solare, non ad ignis vsum, sed Solis: veluti id quod vulgo* Luminare *dicitur, & in Padana Gallia* Lucerio.

BAZARO. Mercatus, Nundinæ. Vox Turcica. Frequens in nauigationibus Rhamnusii. Iosaphat Barbarus. *Allogiato, che è il Signore, subito li bazari si mettono giù, e lassano le strade larghe.* Et alibi sæpissime. *Baza*, & *bona baza*, pro re vilis pretij. *Bazariotto*, institor propola, & *Bazarare*, permutare.

BAZZOFFIA. V. *Pacchione*.

BAZZIGARE. Vacillare, nutare. Translatum ad senes deliros, quibus mens hebet, & vacillat. *Bazzigare* pro versari frequenter cum aliquo. Vide *Bagaglio*.

BECCA. Olim capitis tegmen Sacerdotum, Magistratuum, & Doctorum, in acutum desinens, quales veterum cuculli, nunc sinistro humero imponitur ad ornamentum, præcipue Mediolani à Curionibus, siue Parochis. Apex, apice, apica, *apeca, beca*. Tale Venetorum orarium, siue *Stola*, quæ olim velando capiti adhibita, vulgo *Capuccio*, vt suo loco ostendemus, postea inductis pileolis læuó humero gestatur.

Id ergo palliolum, siue cucullus acuminatus, qualis Apex veterum Sacerdotum, & Flami-

Flaminum, *Apica*, *beca*. Dantes *Becchetto*. Parad. XXIX. *Hora si và con motti, e con iscede A predicar, e pur che ben si rida, Gonfia il capuccio, e più non si richiede, Ma tal vccl nel becchetto s'annida*. Quamuis diuerfus nunc monachorum cucullus, (hoc eft non ita acuminatus, exceptis iis qui arctius difciplinæ genus profeffi à *Caputio*, ideft vero cucullo, indigetantur.

Olim autem huiufmodi Apices ad oram pretiofis pellibus fulciebantur, vt in antiquis picturis videmus. V. *Capuccio*.

Hoc etiam capitis tegmine velatas fœminas, ac virgines credimus, quæ extra cœnobia caftimoniam, & fanctiorem vitam colunt: & inde *Beghine*, & *Beghuine* appellantur, vt fcilicet eo cultu à ceteris mulieribus difcernerentur. Gallis *Beguin* vitta puerilis, & *Beguiner* vittas induere. Quanquam aliqui à *Begga* S. Gertrudis forore, quæ earum cœtum inftituit, vel à *Lamberto Begue* appellationem inditam exiftiment. Eas etiam quæ intra fepta Monafterij degunt ita appellatas tradit Vofs. de vit. Serm. L. II. 3. & *Beghinaggium* ipfum cœnobium. Eædem *Beghe*, & *Beghesse*, ferme in contumeliam vocantur: quodque illis varia negotia, & fexus, ac difciplinæ vitio, alieni euratio eft, *Beghe* pro tricis, curifque & implicationibus, dicuntur, vulgato apud Infubres prouerbio. *Hauer più beghe, che la Gulielmina*, quod mulieris propudium, quemadmodum diu religionis fpecie, & magnarum rerum tractatione, inductis nocturnis Bacchanalibus, Vrbi illuferit, non fine turpis fabulæ rubore, gentis Annales memorant.

Gallis *Bigot*, fuperftitiofus, hypocrita, hoc velamento religionem ementitus: *Apientus*, *apicot*, *bigot*. Vnde & *Bacchettone* pro hypocrita, rectius, quam à *baculo*, fiue *burdone*: & vetulæ apud Infubres *Bagute*, quod ferme capite tecto. Hinc etiam *Bacucco*, capitis inuolucrum, quo reo non folum afpectus, fed ferme vox includitur: *Imbacuccare*, *imbauagliare*, caput obnubere, & obuelare: & *Bauta*, capitis tegmen, quo præter oculos cuncta operiuntur, non autem à bardocucullo.

A Becca etiam *Bechinos* vefpillones dictos verifimile eft, quod eo capitis integumento exfequias fequerentur. Talis apex erat monachis, quos Iefuatos appellant qui ferme olim funeribus adhibebantur. Cuius tegminis cum eos veluti puderet, ab Vrbano VIII. cuculli rotundi vfum breui duraturo beneficio impetrarunt, nam cum hæc proderemus, vniuerfus ordo Clementis X. decreto antiquatus eft.

Becca etiam partem corporis fignificat, quam honefte dicere non poffumus, fcilicet partis eius *apicem*, & renudatam glandem, quæ & *Capullo*, & *Capocchio*, & id quod dicere nolo, vt infra notabimus, appellatur. Cujus vocis ambiguo fenfu, honefto capitis apici, & facro titulo inuidia conflata eft.

BECCO. Duo fignificat, animal, & auium roftrum. Prima notatio à Veruex, veruece, *berbece*, *berbeco*, *becco*, *Berbecino*, *becino*, agnus. Ita & Gallicum *Bouc*, & *buccus*, quæ vox in lege Salica durat, imo, & Germanicum *Bock* inde deriuati: & *bicques* pro capris. Item *Berger*, *Berquier*, Opilio, *Berbicarius*, & *Bergerie*, res pecuaria, non à *Berg*, ideft monte vt Bodinus in methodo. Glof. *Berbix* προβατον, Gal. *Brebi*, quod inepte Perionius à προβατον torquet, cum fit Veruex, *bebrix*. Eaque vox fcriptoribus frequens, quos laudat Menagius, qui tamen in eo fallitur, quod *Boucher*, fiue *Beccaro* à bucca deducit, fecutus Turnebū L. XXVI. 15. *Sic nos laniontbus à bucca nomen impofuimus, & buccarios vocauimus*, quod fcilicet, inquit Menagius, lanii carnes fruftillatim fecent. (*à bocconi*). Sed à veruecibus dicti funt, propterea quod ferme caro veruecina, atque agnina in macello proftaret, à qua lanij denominati, quamuis & bubula, & vitulina, fed parcius cæderetur, vt agrorum culturæ confuleretur. Hifpanis lanius *Carnicero* dicitur: nam aries illis eft *Carnero*, quod ea ferme caro in macello vęniret. Villan. III. 2. *E poi Borgo con la Insegna del Becco, perche in quella contrada stauano tutti i beccai della Città*. Et Lib. VII. 13. *I beccari il campo giallo, el becco nero*. Nifi *bouc* & *Bock*, à buccula, vel bucero armento factum dicamus, vnde *buccaro*, & *beccaro*, Villan. L. IV. 3. loquens de Vgo Capeta Galliæ Rege, quem lanij filium etiam Dantes credidit. *Mà per li più si dice ch'l padre fue vno grande, e ricco borgese di Parigi, stratto di natione di buccieri, ouero mercatante di bestie*, ideft boum, fiue bucerij armenti.

Sed BECCO Itali atroci contumelia eum appellant, cuius vxor mœchatur. Cur autem hircum potius quam taurum, canem, equum, aut aliud, quibus natura promifcui concubitus funt, ac nulla vxorum cura? Nam quod aliqui eo fieri putant, quod hircus, fi videat fœmellam ab alio iniri gaudeat, & exultet, id vero ineptum eft, & repugnat illis, quæ de huius animantis æmulatione traduntur. Seruius ad illud. *Transuersa tuentibus hirquis*. *Hircos ideft, capros libidinofa conftat effe animalia, quod Plinius fecundus dicit. Hirci fi cafu aliquos coeuntes videant, adeo indignantur, vt in eos pene impetum faciant*. Id ergo factum putamus. Quod *vervex*, pro hebete,

bete, ac stolido sumatur, ad arguendum eius stuporem, qui talia aut non videt, aut patitur. Vt hodie *Beccone*, pro bardo stupido & væcorde accipitur. Et ideo talis *Arga* in legibus Longob. vocatur, idest vt Spelmannus ex Papia explicat, *cucurbita*, & *stupidus*. Apuleius. *Nos cucurbita caput non habemus*. Et Claudij Apocholochyntosis.

Quidquid sit, eundem *Cornutum* appellant, atque ignominiosa sanna, duobus digitis instar corniculorum erectis denotant. Quod contumeliæ genus antiquum esse docuit Salmasius ad Tertul. pallium p. 301. ex Artemidoro L. II. 12. *Fuit quispiam somniorum interpres, qui cuidam, qui sibi visus fuit desidere super ariete, & ex ipso antrorsum cecidisse, erat autem procus, puellamque sibi desponsatam habens, in illis ipsis diebus, nuptias celebrare statuerat. Hoc somnium sic exposuit. Vxor tua scortabitur*, καὶ τὸ λεγόμενον, κέρατα αὐτῷ ποιήσει. *Et quod dici solet, cornua tibi faciet*. Extat etiam Lucillii Epigramma εἰς κερασφόρον Γραμματικὸν. *In Grammaticum cornutum*.

Addit Menagius ex Niceta in Vita Andronici Comneni. *Andronicus Ceruorum, quos venatu cepisset cornua in porticibus fori suspendebat in speciem, artis venatoriæ commendandæ causa, sed re vera in ludibrium infelicium maritorum, quorum thoros adulterio fœdabat*. Quod magis mirum est, etiam apud Romanos hirci, siue capri dicti videntur, qui hoc opprobrio notarentur. Vetus Interpres Virgilii, incertum qui, nam Seruium citat, ad illud, *Non ego te vidi Damonis pessime caprum excipere insidijs? Sane*, inquit, *vt Seruius dicit super hoc loco, superfluam esse volunt allegoriam, dicentes, rem nusquam lectam esse de Virgilio. Aiunt enim hoc*. Varus Tragœdiarum scriptor habuit vxorem literatissimam, cum qua Virgilius solebat adulterium committere: cui etiam dedit scriptam Tragœdiam: quam illa marito dedit tanquam à se scriptam. Hanc recitauit pro sua Varus: quam rem Virgilius dicit per allegoriam: nam Tragœdiæ præmium caper fuerat. Carmine qui tragico vilem certauit ob hircum. Vel ergo furtum poeta intellexit, vel Varum caprum notauit. Hispani *Cabron* pro eodem.

Ceterum Galli id genus hominum *Coucù*, siue *Cocù* appellant, vt Menagius censet ab aue *Cuculo*, quod oua alienis nidis inferat, siue vt ait Plinius, quod semper parit in alienis nidis. Verum hoc de alieni thori subsessore aptius diceretur, quam de eo cui fit iniuria. Nam quod Plinius subiicit, *Educat ergo subditum adulterato feta nido*, vel vt in Veteri est, *nixu*, recte Dalechampius de Curruca accipiendum censet. Quomodo enim subdititium educeat, quæ semper in alienis parit? Quanquam vetus Horatij Scholiastes tradat cuculum hoc vitio laborare, vt oua vbi posuerit oblita, sæpe aliena calefaciat. De Currucea, inquam, in cuius nido sæpe Cuculus oua parit. Iuuenal. VI. *Tu credis amorem, Tu tibi nunc Curruca places*. Quod hæc Cuculi oua pro suis fouet, & excludit. Nec audiendus Salmas. ad Tertul. de pallio, qui *Vrica*, quam alii Erucam ab vrendo dicunt, legit. Quicquid Vetus Interp. stupidi mythologi nomen esse dicat.

Sicut ergo Itali *Becco*, siue veruecem à stupiditate, vxoris adulterio famosum nominant: ita Galli *Cuculum*, vetere conuicio in fatuos, ac stolidos, per vindemiæ licentiam. Horat. Sat. VII. *Tum Prænestinus salso, multumque fluenti expressa arbusto regerit conuicia, durus Vindemiator, & inuictus, cui sæpe viator Cessisset, magna compellans voce Cuculum*. Quod vinitores, frondatores, ac vindemiatores, inter reliqua conuicia quibus se inuicem incessebant, ac viatores impetebant, *Cuculum* crebro ingeminarent. Quæ lasciuia, per messem, ac vindemiam adhuc durat. *Coccò, Cucù, gaza*, se mutuo stuporis & fatuitatis, arguentes.

Idque antiquissimis Græcorum vsurpatum. Aristophanes Auibus. *Ægypti autem & Phœniceis omnis Cuculus Rex erat, Et quando ὁ κόκκυξ εἴποι Κόκκυ, Cuculus dicebat* Cucu, *tunc Phœnices omnes frumenta, & hordea in campis metebant*.

Ita sæpe apud Plautum *Cuculus*, pro fatuo, & stolido. Mercatore. *Huic vero, vt mero cuculo, Id certum est mentiri ampliter*. Pseudolo. *Quid fles Cucule? Viues*. Et alibi. *At etiam cubat cuculus*.

Præcipue autem in desides, atque ignauos vinitores id conuicium expetisse, qui serius vitem putarent, docet Plinius L. XVIII. 36. *In hoc temporis interuallo, quindecim diebus primis, agricolæ rapienda sunt ea, quibus peragendis ante Æquinoctium non suffecerit. Dum sciat inde natam exprobrationem fœdam putantium vites, per imitationem cantus alitis temporarij quem Cuculum vocant. Dedecus enim habetur, opprobriumque meritum, falcem ab illa volucre in vite deprehendi, vt ob id petulantia sales etiam cum primo vere ludantur*. Imitatio cantus alitis, est *Cocò*, siue *Cucù*, quod in eos torquebatur, qui vites putabant post auis illius aduentum: frustraque eam lectionem sollicitat Dalechampius. Petulantiæ autem sales erant, qui per vindemiam iactabantur: sed etiam vere ob vinitorum ignauiam

reno-

renouabantur siue ludebantur, non vt Turnebus, laudabantur. Ausonius in Mosella. *Inde viator Riparum subiecta terens, hinc nauita labens, Probra canunt seris cultoribus*. Probra, *Cucù*.

Ceterum ad eosdem amaros sales pertinet, quod thalami ignominia notaros Itali, ferre in galea conum, siue *portare il Cimiero*, dicunt. Cuius opprobrij ea causa est; quod olim, vt viri eruditi adnotarunt cornua galeis, inter reliqua ornamenta adderentur. Liu. L. xxvii. de Philippo Macedone. *In arborem illatus impetu equi, alterum cornu galea ad eminentem ramum perfregit*. Plutarchus de Pyrrho. *Agnitus tunc est insigni crista, & hircinis cornibus*. More scilicet iam inde ab Alexandro M. qui se Ammonis filium eo insigni ostentabat, eiusque Præfectis, & Ægypti Regibus deducto, qui etiam, ob hoc arietina cornua diademati adfixa gestabant, vt veteres nummi testantur; & Ammian L. xix. *Sapori Persarum Regi aureum capitis arietini figmentum interstinctum lapillis, pro diadomate fuisse* tradit.

Inde militaribus viris institutum, vt eo terrore galeas armarent, atque ita etiam gentilitiis Insignibus, (quæ *Arma* dicuntur peculiari à scuto appellatione) galea imponeretur, non tam cristis, plumisque comantibus, aut leonis, draconisque & alterius animantis effigie horrens, quam reflexis cornibus minans, quales galeas exhibuit Lipsius de militia, & Choulius de Castrametatione Romanorum. Cum igitur galeæ conus à summitate *Cimiero*, appellerur, nam *Cima*, summa pars est, inde factum, vt mariti, vxoris probri patientia infames, aut inscitia excusandi, *portare il Cimiero*, non infacete dicantur.

Nicolaus Erythræus ad illud, *Transuersa tuentibus hirquis*. *Hircis*, inquit, *an hirquis rectius videndus Pontanus de aspiratione L. 1. Nos quamobrem hircum animal, vulgo*, Becco, *vocemus, vnde* Beccari, & Beccarie, *& vox illa infamis ab historia eiusdem animantis deducta, qua populus Venetus vicissim se, vsque ad fabulam impetere solet, pluribus sane* in Stoico, *docuimus, qua non parum etiam ad hunc locum facere videntur, & quemuis maxime ingeniosum oblectare possint*. Verum præclari illius Operis nobis modo triste desiderium relictum est: quanquam solicitissima indagatione, ab eius agnatis, & gentilibus, quæsiuerimus. Ex quo, & plura discere, & nostra comprobare potuissemus.

Diximus supra BECCO duo significare, Hircum, siue veruecem, & Rostrum auiū. Huius diuersa notatio est. Suetonius de morte Vitellij. *Periit cum fratre, & filio anno vita LVII: nec fefellit coniecturam eorum, qui augurio, quod factum ei Vienna ostendimus*. (Nam pro tribunali iura reddenti Vitellio, gallinaceus supra humerum, ae deinde in capite adstitit), *non aliud portendi prædixerant, quam venturum in alicuius Gallicani hominis potestatem. Si quidem ab Antonio Primo aduersarum partium duce oppressus est: cui Tolosæ nato, cognomen in pueritia* Becco *fuerat, id valet gallinacei rostrum*. Vox quidem vetus Gallica, sed vt censet Salmasius ad Tertul. de pallio pag. 70, Gallorum Massiliensium, qui à Græcis accepêre, nam & Græcè loquebantur. Hesychio Μῆκα, sunt κέρατα, id est cornua: quæ dicebantur & Bῆκα, *Beca*, rostra autem sunt cornea. Tibul. L. iv. *Senexue coruus, impigerue gracculus, sacrum feriret, ore corneo caput*. Vnde, *Becco*, pro rostro. Hispani. *Pico de aue*.

Ita a similitudine pars prominula in acutum desinens, vasculorum, vnde liquor defluit, lucernarum, cui elychnium imponitur, *il becco*, & *becchetto*, & *becchignolo* dicitur, qua voce etiam *clytoridem* vulgus appellat. Item rostrum nauium, & mallei pars acuta, quæ rostrum Plinio dicitur, *becco*, & *picco*. Vnde *Picchiare*, percuttere, & pulsare. Dant. Inf. xviii. *E si medesma con le palme picchia*. Non à *Spicare*, vt censet Turneb. L. xxi. 15. Neque à Germanico *Piken*, pungere, pungitare, vt alii, qui & à *Pico* aue, quæ perpetuo arbores rostro tundit, deducunt.

Præterea dolabra, *Picco*, & *Piccone*, à rostri acumine, quam *Vpupam* quod sit acuta, & eius auis caput cum rostro referat, Latinis veteribus dictam obseruat Salmasius Hist. Aug. p. 337. Gallice, *un Pic*: Etrusci, *Beccastrino*, proprius originem appellant.

Eadem ratione *Beccare*, *beccicare*, & *pizzicare*, pro rostro pungere, siue leuiter perstringere. Item *Pizzicare*, extremam cutem, vellere, & pressando infestare, & *Pizzicone*, quod & à *vellicare* esse potest. Prop. L. 11. *Nec mihi tam duris insultet morbus, & te Vellicet*.

Ita *Beccare* escam rostro appetere, & frustillatim concerpere, vt accipitres, & aliæ carniuoræ aues solent. Vnde rei accipitrariæ magistri modum præscribunt, quo aues istæ pascere debeant, siue *beccare*. Fridericus Imp. L. 11. *Quando dabatur sibi pastus, per huiusmodi scilicet mordicationes, siue vt ita dicam abbeccationes, sæpe sæpius iteratas*. Imò esca, quæ obiicitur, carnis scilicet frustulum, *beccatella* dicitur; & Galli escam, quæ hamo imponitur, *Abbet* dicunt. Vnde *dar di becco*, quod Dantes audacter, pro comedere posuit. Purg. xxiii. *La gente, che perdè Gerusalemme*

Quando

Quando Maria nel figlio diè di becco. De Maria muliere, quæ Hierosolymitana obsidione fame percita, mactato infanti cruentos rictus admouit. Idem poeta *Rimbeccare*, pro opponi dixit, & ex aduerso stare. Purg. XXI. *E sappi, che la colpa, che rimbecca Per dritta opposition alcun peccato, Con esso insieme qui suo verde secca*. Vbi culpa est crimen, siue vitium, quod ex opposito, aliud contrarium repellit, vt auaritia prodigentiam, ac profusionem. Landinus, *Rimbeccare* esse ait, pilam iactam remittere: verum translatio ab auibus ducta est, cum infestis rostris concurrunt: & *rimbeccare*, est rostro rostrum excipere. Villan. XII. 66. *Comincierno à saettare verettoni: Ma furono ben tosto rimbeccati*: contraria verberatione repulsi. Vulgo, *Ribbeccarsi* repugnare, ictumque repellere.

Beccare etiam pro auferre, & rapere. *Beccamorti*, vespillones. Iidem & *Becchini*, siue vt supra notauimus, quod in funere, atro capitis integumento, in acutum desinente, & vt ita dicam *Apicato*, velati: siue quod cadauera putrescentia, vel in bello, præcipue in pestilentia, impacto ve[illegible] traherent, & raptarent.

Sed vt sit modus ineptiarum, *Beccafico* ficedula, quod ficus carpat: & *Beccaccia* à rostri magnitudine appellatur, quam Belgæ *Sneppe* (Insubres *Sgneppa*) appellant, vt Vulcanius ad illud Glossarij. *Accia*, & *Accla* ἀσκαλάφη, legit *Accia*, & eandem cum Martialis, rustica perdice, siue Rusticula facit, atque à Nemesiano, non ἀσκαλάφην, sed *Scalopaca* vocari docet. Veneti *Gallinazza*.

BEFANA. *Befagna*, *befana*. Politus ait esse laruale simulacrum, quod die Epiphaniæ pueris terriculamentum suspenditur, vnde nomen inuenit. Nam *Befania*, Epiphania. Villan. VII. 94. *Il seguente giorno doppò la Befania*. Ex quo mulieres deformes, *Befane* dicuntur, larua illa turpiores. Galli *Tiphaine*, quod à Theophania ortum.

BEFFA. V. *Buffa*.

BELLETTA. Limus, siue cœnum mollius, quod à flumine exundante, & ob pluuias turbide fluente inuehitur, ac deponitur. A limo, Galli *lie*, Veneti *lea*, leda. *Leta*, *belletta*. Menag. Sic flectit, limus, limellus, limellettus, *belletus*. Alterutrum lector eligat, aut neutrum.

BELLICO. Vmbilicus. Gal. *Nombril*. Insubres, *Bombolino*, vmbilinus, nam vmbilicus paruus vmbo. Veneti *Bonigolo*, vulgo *Bigolo*. Vnde lagana minutatim in longum concisa, quæ intestinorum speciem referunt, *Bigoli* iisdem dicuntur, quasi vmbiliculi: subuliora autem à similitudine, *vermicelli*: à talea, siue sectione, *Tagliadini*: alii à fidium siue chordarum forma, *fideli*, *fidelini*, Hispanis *Fideos*.

BELITRONE. *Belitre*. Turn. L. III. 10. *Balatrones Gallicum pepercere vocabulum*. Et Lib. XI. 23. De vocis latinæ origine ambigit, siue à baratro, siue à blateis deducta sit. Certe *Belitrones*, esse homines non bonæ frugi, & nihili, ac nequam. Varro de r. r. Lib. II. 5. *Videbo vos iam balathrones: & huc afferam meum corium, & flagella*. Vbi Scaliger pariter à balatrone, *belitro*, deducit. Casaubonus in Laertium, à voce Βλίξ, siue Βλίτυρι, quæ nihil significat. Menagius à Germ. *Betler*, quod mendicum denotat. Mihi origo incerta videtur. Aliud enim quid apud veteres *Balatro* significabat. Horatius, & Vopiscus cum mimis coniungunt. Pap. *Balatrones, qui bona sua in barathrum mittunt: vel derisores in loquendo à balando*. Hodie Insubres Belitrones appellant pueros grandiores, tardioris indolis, ac sensus hebetioris.

BELLO. *Andare bel bello*, lente, ac decenter incedere. Galli *Tout beau*. Insubres. *Acconcio*, concinne, decore: itam *andar piano*, vt qui in plano ambulat, contra qui per confragosa, & de alto præceps fertur.

BELLORA. Mustela. Galli. *Belete*. Bellula. Quod mansuefactæ in delicijs matronarum sint, blando hoc vocabulo donatæ sunt: vt *Donnole* dicuntur, quasi *domnula*, dominarum ludus, & solatium. Hispanis pari blanditie *Comadreja*, quasi Commatereula. Menagius tamen à melis, *melurus*, *bellorus*: Sed meles à mustela diuersa est, quanquam non multum absimilis.

BENEDIRE, pro donare. Bignon. ad Marculf. p. 584. Vnde Insubres. *Benisi* appellant scitamenta ex saccharo, & bellaria, quæ caussa nuptiarum donantur. Item *benedire* pro donare.

BERETTA. Capitis integumentum, à Byrrho. Nam vt Salmas. ad Hist. Aug. p. 391. & ad Tertul. de pallio pag. 268. Et nos de re Vestiaria parte secunda Lib. I. 26. Lacerna, à colore rubro, qui ferme in vsu erat, πυῤῥός, siue Byrrhus, dicta est. Quæ cum esset cucullata, vt ibi ostendimus, factum est, vt solus cucullus, & quodlibet capitis tegmen, byrrhus etiam diceretur. Ita Vetus Iuuenalis Interpres, *Tempora Santonico velas adoperta cucullo*, cucullum, *byrrhum* Gallicum exponit. Fulgentius L. III. aduersus Monimum. *Itaque cum Arianus quidam aliquando in Africa cum Catholico, de his verbis Ioannis disputaret, accepto de capite Catholici pileo, & manu tenens interrogabat. Hic Byrrhus, sic enim appellabat:*

pellabat: est ne in me, an apud te? A byrrho igitur, *Birretum*, & *beriola*, Birrion, birriolum. Villan. L. x. 66. *Il Banaro mise all' Antipapa la berriuola dello scarlato in capo*.

Ceterum in illo Tertulliani loco, vt in plerisque, quanta licentia Salmasius versatus sit, non abs re fuerit breuiter indicare. Verba sunt de Cleomacho, qui ex pugile emasculatus, muliebris patientiæ legem induerat. *Vtique sicut vestigia cestuum viria occupauit*. Pro *Viria*, *Birus*, siue *Birrus* induxit Salmasius, & ibi, & ad Hist. Aug. p. 391. Satis futili coniectura, quod vestigia cestuum sint cicatrices, eæ autem ferme in capite, non brachiis: & ita nullus viriis, siue armillis locus: sed birrho, quo caput tegebatur.

Quis autem non videt ibi vestigia cestuum, esse notas, ac vibices, siue maculas, à cestuum arctioribus vinculis brachio impressas? Vt hodie euenit in ligneo brachiali, quo pila maior, siue follis iactatur, & pellitur. Sed demus vestigia cestuum, fuisse cicatrices vulnerum in capite ab hostili cestu illatorum, cur byrrhum, siue cucullum cinædorum gestamen facit? Quod si verum est, cum omnes, eodem teste lacernæ essent cucullatæ, & ab honestis quibusque gestarentur, omnes tunc lacernati Cleomachi fuissent, inter cutem, & vltra cæsi.

Nunquam cucullus, & byrrhus effœminatorum fuit, sed tantùm palliolum, quo vno argumento constat, hoc à cucullo diuersum fuisse. Itaque non est ausus Tertulliani contextum tam audaci correctione inuertere nisi quod *virys*, pro *viria* reposuit. Neque eo opus erat, nam viria, idest armilla brachijs inducta est, cestuum vicem. Sed hæc non sunt huius loci.

A Byrrho igitur *birretum*, & *berretino* quod capitis tegmen, & colorem significat, qui inde profluxit. Fallitur enim Scaliger exercit. cxxv, 15, qui vocem Gothicam existimat, est enim Latina. Quanuis autem hodie *berrettino*, pro cineritio, siue *Griso* accipiatur, eo factum est, quod olim lacernæ Romanæ plebis fermè fuscæ erant, vt testatur Martialis, cum rufus color proprius Gallorum esset, idemque Romæ militibus, ac pueris magis placeret, vt idem ait: secutis temporibus, cum lacernæ, siue byrrhi à vilioribus gestarentur, præcipue ab iis qui seuerius vitæ genus sectabantur, vt Monachi, & asceteæ, is ferme color, ob animi demissionem frequentari cœpit, & ideò à byrrho cineritij, fulcique coloris, color ipse, *berettino* dici: non à varo, *vareto*, *varetino*, vt aliqui putabant, quod postea ab illis emendatum est.

Quia autem, & *Birrhum*, & *Burrum* dixerunt, vnde *Burra* pro lacerna, inde etiam *Burretum*, pro *Berettino*. Menagius affert verba Chronici Andegauensis. *Goffridus Consul indutus panno, quem Franci Grisetum vocant, nos Andegauenses* Buretum, qui tamen non est rufus, sed vt diximus cinericius. Vide *Griggio*.

BERGAMO. Quod ea Vrbs in edito sita sit: nam Germanis *Berg*, pro alto dicitur: vt & veteribus Gallis. Plin. L. 111. *Vnde Bergomates Cato dicit ortos, etiam nomine prodentes, se altius, quam felicius sitos*. Quod confirmat Becanus Lib. 1. rerum Scoticarum.

BERGAMOTTI. Pyrorum species lautiorum mensis expetita. Pisanellus de alimentorum facultatibus, vocem Turcicam esse tradit. *Berg* enim significare dominum, *mot* pyrum. Quod inter pyra principatum teneat: siue quod procerum mensis inferatur. Menagius vero *Beq* esse dominum, *Armout* py. um, & pro *Bergamout*, *Bergamot*, factum.

BERGOLO. Leuis, inconstans, credulus. A *Vergolo* factum videtur, pro leui vano, & facile mutabili. Translatum à virga, siue ramusculis, quæ vento agitantur, & leui aura mouentur. Vnde *Frasca*, & *Frascone* pro eodem. Insubres *Virisello*, quod à *Vergolo* ductum. Postea apud Menagium eandem coniecturam repperi esse cuiusdam Subasiani. Verisimilius nunc credo, à paruulo, *pargolo*, *bergolo*, non autem à vario: tales pueri; Vnde, & Cymbæ angustiores, *bergole* iisdem dicuntur, quæ ob leuitatem nutant, fluitant, & facile euertuntur.

BERLINA. *Mettere in Berlina*. Græcis Κύφων, pro Numella, & collari, quo vinciebantur nocentes, & in foro exponebantur. Aristoteles Politic. v. δεδέσθαι ἐν ἀγορᾷ ἐν τῷ κύφωνι. Quod supplicij genus ignominiosissimum, scilicet ad omnium ludibria, & contumelias expositis. *Verrone* Itali appellant Podiolum, siue mœnianum & pergulam, quæ fenestris ad prospectum adstituuntur. A Græco φόρφορον: & contractè *phorum*, *verrone*. Proiectum scilicet, vel prouolans mœnianum. Sicut, & *Balcone*, quod olim huiusmodi podiola, palis suffixa, & suffulta essent: *palicon*, *palicone*, & *balcone*, vt supra docuimus. Vnde *Verrone*, & *Balcone* de fenestris dici cœpit, cum tamen illæ tantum sic appellarentur, quibus mœnianum adiectum. Veneti Puteal, siue puteorum ambitum, & septum inde, *la Vera del pozzo*, appellant, quod instar podioli, siue verronis sit. A *Vera* igitur *Verula*, *Verla*, *Verulina*, *Berlina*. Suggestus nempe ligneus, in quo ignominiose traducendi statuuntur, quo magis conspicui, & ludibrio obnoxii sint,

Isque suggestus instar podioli, aut pergulę est. *Mettere in berlina*, est sontem in eo destituere. Statut. Patauin. appellat *Quadrum*. *Ponatur, & stet in catenis in plateis ad Quadrum per vnam diem*. Tabulatum quadratum, catasta, *palchetto*, suggestus eminens.

Galli. *Pilorier*, & *Pilori*. Fortasse à pila siue columna ad quam alligantur sontes, vel cui imponuntur: vel quod non solum sibilis, ac palmarum intentu, sed pilis, globisque ex luto, pomis putridis, brassicarum thyrsis, & id genus telis, quadam innoxia lapidatione, incessantur.

BERLINGACCIO, Etrusci appellant diem Iouis adipalem, extremæ hebdomadæ Bacchanalium. Quod potius à *lingendo*, siue *perlingendo* ductum videtur, quam à *linguando*. Quoniam ea die ganea triumphat, & catillones patinas lingunt. Et quia saturi, ac bene poti loquaces sunt, *Berlingare* pro blaterare, & inania effutire,

BERLVSCO. Strabus. *Lusco* dicitur, qui altero oculo captus est. Glos. *Luscus*, μονόφθαλμος, ἑτερόφθαλμος. At *Berlusco*, Strabo, qui obliquis, ac distortis oculis est. Belgæ. *Vuarlouque*, putatq; Bouillus conflatum ex *Vuart*, id est videt, aspicit, & *louque*, à lusco, qui sinistrè, & oblique videt. Sed simplicius à *perluscus*. Vide *Barlume*.

BERSAGLIO. Scopus versatilis. Præcipue in ludo *Quintana*, de quo infra. Vbi in oppositum lignei simulacri clypeum, veluti in scopum infestis hastis incurritur, isq; scopus versatilis est, & dum ictu petitur rapida vertigine voluitur. Vnde & scopus, ad quem sagittis, & sclopettis collimatur, *Bersaglio* dicitur, quasi *Versaculum*. Alii quod circa scopum, sagittæ versantur. Etrusci *Imberciare*, scopum ferire, *Imberciatore*, qui collimat,

BERNACCIO. Insubres vocant batillum, siue palam focariam, gestandis prunis, vnde nomen inuenit, quasi *Prunatium*. Extat libellus inscriptus *Varro Mediolanensis*, cuius auctor fertur Ignatius Albanus, qui licet in eadem hæresi sit, in qua & Perionius, & tot alii fuerunt, vt omnia à Græco, non minus ambitiose, quam infeliciter torquenda, crediderit, & ideo easdem fere ineptias obtruserit, pauca tamen habet non spernenda, inter quæ hanc *Prunatij*, siue *Bernatij* notationem. Menagius in Gallicis, vbi *Bernage*, quod Gallicè viri principis vasarium, sarcinas, atque impedimenta significat, originem inquirit, addit apud Delphinates, *Bernage*, palam focariam significare,

BERNIA. Vestis domestica, vel pellendo frigori *Hyberna*; vel quod ex Hybernia id genus vestis allatum est, vt Coaruvias.

BERROVIERE. V. *Birro*.

BERTA. Insubres picam appellant, à balbutiendo, quoties humanos sonos edere conatur. Balbutire, *balbettare*, *bettegare*, *bertegare*, & *bertegoio*, balbutiens. Quoniam autem sannæ, atque irrisionis species est, aliena verba imitando repetere, inde *Berta*, pro ludo, ac derisione accipitur, & *fare vna berta*, pro illudere, & decipere.

Quia autem Simiæ, gestus hominum imitando, veluti subsannando illudunt, & irrident, fortasse inde *Bertuccie* dicuntur. Nam *Bertuccio* hominis nomen, ex *Alberto*, *Albertuccio*, contractum est. Sed etiam simiæ crebro menti motu, veluti balbutire videntur, vnde *Bertuccie*: & *Babouinos*, earum species, dictos supra ostendimus.

BERTESCA. V. *Balcone*.

BERTEVELLO. Genus retis, vel à verrendo, *Verriculum*, vel à vertendo, verticellum, *bertevello*.

BERZA. Tibia, pars cruris à genu ad pedem. Dant. Inf. XVIII. *Ai come facean lor leuar le berze Alle prime percosse, e già nessuno Le seconde aspettaua, ne le terze*. Landinus crura interpretatur, forsitan à varice, *varze*, *verze*, *berze*. Vel à *varis* vnde *diuaricare*, crura distorquere. Acharisius obseruat ab aliis legi *Lerze*, & putat à loro, quod corium, siue scuticam, & tauream significat. Erit autem *Lerza*, à loritium vt sit vibex, ac tumor, ex ictu flagellorum. Nam factam vocem à viridis, *viridia*, *verza*, vt caulem, siue thyrsum brassicæ significat, haud facile crediderim.

BESCIO, & *Besso* pro fatuo, & stulto. Quidam *abestio*, pro bestia factum arbitrantur, quam recte, iudicandum relinquo. Puto sicut ab obliquo factum est *bieco*, ita & *Bescio*, & *Besso*, Qui scilicet oculis distortis, ac depravatis est. Politus in Lexico ait hoc conuicium in Senenses iaci, *Bescios* enim appellari. Quod Senenses ita regerant, vt Florentinos cœcos appellent; *Nos* aiunt *strabones*, *vos cœci*, Quia autem qui oculis non bonis sunt, ferme non ita cerebro valent (vnde à Venetis *strambi* appellantur) hinc *Bescio* pro stulto, ac fatuo accipi, *Bescio* etiam à balbutie duci posse supra indicauimus, vt alter populus balbutiem, alter cœcitatem inuicem obiectaret, quæ notatio fatuo aptari non potest.

BETTOLA. Germani *Betteln*, mendicare, & *Betteler*, pauper, mendicus, forte à petendo. Vnde *Bettola* pauperum taberna vinaria, siue viliorum caupona, & *Bettolino*.

BEVERAGGIO. Venetis stipes dicitur, quæ operarum mercedi constitutæ gratis superad-

pe radditur, emendi potus causa, quasi *Beneratticum:* vnde aliquando etiam pro mercede. Et *Benerone* medicata potio, quæ equis, & bubus præbetur.

BIACCA. Cerussa, ab albedine, Albica, *albiaca, biacca*. Hispani *Albayalde*. Galli, *du blanc de spagne*. V. *Bianco*.

BIADA. *Biaua*: seges. Inferiori latinitatis sæculo, *Bladum*, & *Blada*. Quam vocem Vossius de Vit. Serm. L II. 3. à Saxonibus deriuat, ac semen designari, sæpe etiam fructum arborum, ac vitium, præcipue frumentum, & quicquid in area teritur, vnde *imbladare*, pro seminare. Et Cap. 24. ait *bladum* notare germen, & videri posse deductum à Βλάστον.

Ita & Grot. in Glos. Goth. *Bladum*, & *Blade*, nunc ferme folium, sed olim fruges significasse tradit, ex libris Saxonicis & sermone Francorum.

Sed *Biada*, & *biaua*, & *blaua*, nihil aliud est; quam *flaua* seges, siue *flaua* Ceres, iam matura, & proxime secanda. Primo *flaua seges*, inde simpliciter *flaua*, *biaua*, & flauida, *biada*. Columel. Lib. II. 21. *Sed qualiter flauentibus iam satis, antequam ex toto grana indurescant, cum rubicundum colorem traxerunt, messis facienda est.* Id etiam ab Erythræo animaduersum repperi, ad illud, *Grauidam late segetem*. *Biaua*, *quasi* flaua, *quæ tunc secari postulat*.

Inde pro frumento etiam condito, omnique genere frugum, atque annona. Flaua, *biada*, & *blada*. Chron. Venet. *Esser necessario di blaua*. Otho Morena Hist. Laud. *Intrantes equis bladum, atque vinum abstulere*. Codex MS. Bibliothecæ Ambrosianæ. *Equos, blauam, atque vinum*. Dant. Inf. XXIV. de Phœnice. *Herba ne biado in sua vita non pasce.*

At *colore sbiauato*, exflavus dilutior, quod de omni colore euanido dicitur. Galli: *Blaffard*, subflavus, ex flavus.

BIANCO. Albus. Perion, pag. 64. à Græco λευκὸν: *bleucum*, *blanco*. Scalig. exer. cxxv. II, à Græco Βλάξ, quod languidum significat. Nam vmbratilem colorem à militibus (scilicet Sole coloratis) exprobatum esse: & Theophrastum in secundo de causis, alba omnia imbecilliora putare. Guietus apud Menagium, ab *albicans*. Quæ vox Latinis recepta. Nonius. *Albicatur, candidatur, exalbescit*. Varro, *Caue canem*. *Vbi riuus præcipitatur in nemore, deorsum rapitur, atque offensus aliquo à scopulo lapidoso albicatur*. Alii a Germanico *Blanck*. Propior, & verior notatio apud Glossarium. Λευκόχρως, *Albianus*, Albianus, *albianicus*, *bianco*. Nam ab albo, albius, vt Varro in V. de L. Lat. *Albius, albiacus, albianicus, bianco*.

BIASSARE. Insubres, mandere, lente cibum dentibus comminuere. Masticare, *miasticare, biasticare, biassare*.

BIASIMARE. Vituperare, *blasphemare*. Glos. Βλασφημῶ, *Iurgo, maledico*. Βλάσφημος *maledicus*. Ex eodem *Biastemare*, quod est peierare, & superis conuicia facere.

BICA. Dant. Inf. IX. *Come le rane inanzi alla nimica Biscia, per l'acque si dileguan tutte, Fin ch'alla terra ciascuna s'abbica*. Landinus, *s'accumula*. Qua forma messor spicarum manipulos construit. Idem Inf. XIX. *Ch'era à veder per quella oscura valle, Languir li spiriti per diuerse biche, Qual sovra il ventre, e qual sovra alle spalle L'un dell'altro giacea*. Est ab Apex, *apica*, *bica*, cumulus in acutum, siue in apicem surgens. V. *Beca*.

BICCHIERE. Poculum. Videri potest a Græco Βῖκος: Bicos. Quod Athenæo poculum significat Lib. V. *Ferebantur lacus argentei duo, super quibus fuere*, Βῖκοι *viginti quatuor*. Vbi Dalechampius Βῖκοι, Italorum vulgo *Bicchieri*. Sed id veteribus Criticis, est vas, aut vrna ansata, siue doliolum ferme testaceum, quamuis & pro vrceo siue laguncula accipiatur.

Alii à *beker* Germanico. Lipsius Epis. XLIV. ad Belgas, à latino *Becario* (genus poculi est) deducit. Nisi hoc etiam à Βῖκος defluxit. Barbar. Glos. in Plin. *Gaster pro vase: id & Gasterium vocatur, seruatque adhuc nomen vulgo (nempe* Inghiltara*) sicut &* bicos, bicarium. *& à cornu Homerico Ceraphium* (Caraffa) *& baucarium de quo Pollux*. Si à Βῖκος, cornu, siue poculum corneum significat, nam βῦκα, & Βῦκα, cornua: quod antiquissimi cornibus potarent, vnde κεράσασθαι, bibere, ac miscere.

Mihi simplicius videtur, à pocillo deductum esse, *bocellium*, *bichilium*, *bichiere*, vel poculariun, *biclarium*, *bicchiere*. Sicut & *boccale*, non aliunde, quam à *poculario* dictum credimus; quanquam id inter poculum, & bocale est, quod inter calicem, & lagænam. V. *Boccale*.

BIDELLO. Gymnasij apparitor, & Professorum minister. Vol. de vit. Serm. Lib. II. 3, putat *bedellum*, siue *pedellum*, à pedo, siue baculo quem gestat, dictum, & L. III. 2. quod sit alteri à pedibus; quasi pedarius. Forte rectius à Germanico *Butel*, apparitor, accensus.

BIECO. Quid sit explicat Dantes Inf. VII. *Gli diritti occhi torse all'hor in bieche*: id est vt Landinus, *obliqui*. Obliquus, *blicus*, *bieco*. Galli, *bigle*. Idem Parad. VI. *Biece parole*, appellat sermonem iniquum, & falsum. Alibi *opere biece*, & Par. V. *State fedeli, & acciò far*

non bicci. Glos. *Oblitium*, λοξόν, πλάγιον. Lege. *Obliquum*. German, *Blisk*, ictus oculi, obliquatur enim in nictando: & *Blicken*, nictare.

At Insubres *sbieffo* ab eodem secerunt, pro obliquo, non recto, vt *tagliare in sbieffo*, est telam, siue vestimenta non in rectum secare.

BIFOLCO, Bubulcus.

BIGATO. Bombyx, vermis serici confector. A bombyx, *bombicatus*, *bicatus*, *bigato*, & contractius, *baco* pro quouis verme, vt etiam Menagio obseruatum est, Bombix, *bombacus*, *bacus*.

BIGHERAI, Moriones, scurræ, quod variis vestium coloribus induti, Nam Galli *bigarrer* est variare. V. *Bizarro*.

BIGIO. Landinus ad illud Inf. VII. *L'acqua era bigia molto più che persa, E noi in compagnia dell'onde bige Entrammo giù per vna via diuersa. Vna palude fà che hà nome Stige Questo tristo ruscel, quand'e disceso Al piè delle maligne piagge grige*. Bigio, & grigio, pro eodem accipit. *Sceso giù le piagge dette, le quali pone che siano* grige, *cioè bige*.

Grigio contractum esse, infra dicemus, à cinericio, *critio*, & *grigio*, & *griso*. Et color *bigio*, non plane niger est, sed leucophæus, ex albo ad nigredinem vergens, & subobscurus. Vulgo *panno bigio* appellamus, pannum crassiorem, vt veteres *felocem* dixerunt, qualem Iuvenalis, *crassum, durumque cucullum, & male percussum textoris pectine Galli*: ex quo fere me Franciscani vestes conficiunt.

Vnde existimo; *bigium* dici, quasi *bilicium* hoc est duplici licio, crassiore textura confectum, vt *trilicium*, *tarliso*. Glos. *Bilex*, δίμιτος, lege. *Bilix*. Et quia is color, non adscititius, sed natiuus lanæ est, nempe fuscus, siue vt loquitur Plinius, *pulliginis suæ*, ex qua lana seruitiorum tunicæ, & viliorum penulæ texebantur, fuscus inquam, & adnigredinem vergens, licet alius alio dilutior, inde factum verisimile est, vt *bigio* pro obscuro colore caperetur. Et, *& pan biso*, pro atro, & secundario. Et *bisone* pro lacerna, aut tunica crassiore, ac viliore. *Bigio* proprie ex licio nigro, & albo. Græci διβολίον. Codinus. Τὰ δὲ ὑποδήματα αὐτοῦ διβολία; calcei bilices. Iunius. *Ornati bicolore licio: sicut enim Latini bilicium à laciendo licio, sic Græci παρὰ τὸ βάλλειν dixerunt διβολίον, quod ex licio duorum colorum contextum*.

Dantes Purg. XX. *Figliuol fui d'vn beccaio di Parigi, Quando li Rege antichi venner meno Tutti, fuor ch'vn renduto in panni bigi*. Landinus ait non fuisse ex familia D. Francisci; quæ nondum instituta, sed Monachum in veste *bigia*, idest atra, vel obscura. Purg. XXVI. *Per quel che i' odo in me è tanto chiaro, Che Lethe nol può torre, ne far bigio*, idest, obscurare. Petrarcha pro cinericio accipit, & à pullo distinguit. p. 1. Cant. 6. *E i neri fraticelli, e i bigi, e i bianchi*. Fridericus de Accipitr. Lib. 1. 46. *Vt Ayrones bisi, quibus tempore coitus florescunt suæ plumæ, & pennæ quodam flore pulverosо, & biso*. Quę vox explicat, quid sit pulverosum, nempe cinereum.

Inde *Bisocco*, & *Bizocco*, pro crassiore, & soloci panno. Vita Nicol. Laurentii p. 111. *Per ti Tribuno fora più conuenceuole, che portassi vestimenta honeste di bizuoco, non queste pompose*. Vnde *Pizzochere & Pinzochere*, quæ huiusmodi vestitu vtuntur, nempe cinericii, & crassi coloris. Ita mulieres appellantur, quæ domi, ac priuatim D. Francisci instituta colunt, eodemque vestitu sacræ illius familiæ incedunt, & Tertii Ordinis dicuntur. Boccat. III. 4. *Essendo tutto dato allo spirito si fece Pinzocaro di quelli di S. Francesco*. In veteri Codice esse *Bizocco* docti obleruarunt, quod idem est. Et fabula VII. *E così costoro con le fimbrie amplissime, auilgendosi molte pinzochere, molte vedoue, molte altre sciocche femine, & homini di auilupparui sotto s'ingegnano*.

BIGLIETTO, A Græco Polyptycha, Salmas. ad H. Aug. p. 16. & 447. notat, cum in tabulis ceratis scriberetur, quæ Πτυχία, Græci dicunt duplices tabulas, *diptycha* dicta fuisse, triplices; *triptycha*, plurium paginarum *Polyptyca*. Ex vetere chronico, *Adrianus tributa Vrbium plurimarum relaxauit: poleptycis publicis incensis, plurimos à tributis liberas fecit. Polepticis*, pro polyptycis. Veget. Lib. 11. 19. *Matore prope diligentia, quam res annonaria, vel ciuilis polyptychis adnotatur*.

A Polyptyca, *Polettico*, *boletta*, *boletto*, *bigglietto*, & *viglietto*. Gallice *Billet*. Non a Germ. *Bille*, aut Anglico *Bile*, neque à Græco Βίλλος, quod à Βίβλος corruptum sit, sed à polyptico, *polittichetto*, *billet*. Ex quo etiam *Polizza*, præcipue pro Apocha, siue chirographo securitatis, ac solutionis ab exactoribus tributorum facto. Quia vt Alciatus L. 11 Parerg. 26. ea charta multas haberet πτύχας, idest plicationes: vt & *Diplomata*, idest complicatæ, consignatæque literæ. Bignonus ad Marculfum pag. 493.

BIGONCIA, *Bigonza*, Vini mensura. Apparet facile ex *Bicongium* factum esse. Congius liquidi mensura tres sextarios capiebat: hic vndeuiginti vncias, vt Budæus, vt alii quatuor & viginti. *Bicongius*, alterum tantum; Triplum *tricongius*. Vnde Nouellus ille Torquatus Mediolanensis, *Tricongius* appellatus, quod tres congios, idest nouem sex-

tarios

tarios vno spiritu hausisset.

Sed Venetijs *Bigonzo*, maiorem vini mensuram significat. Et alibi ligneum vas, in superiore parte apertum, quo per vindemiam uva ad prælum portatur.

BIGOLO. Veneti appellant lignum molliter in curvum, & flexile, quo alteri humerorum impositio, onera vtrimque pendentia, atque vrnę aquariæ gestantur. Suidas ἀμφικοιλον appellat, quasi vtrimque cavum, & ἀνάφορον. Galli *vne courge*, à curuitate. Potest ergo ab Amphichilo *ambigolo*, *bigolo*: Sed simplicius est à *Bilico* per metathesim, quod scilicet onera veluti in bilance, quodam libramento gestentur. Nam *Bilico*, vt supra diximus, est libramentum. Insubres rustica voce *Bagiaro* appellant: quod *abastagio* corruptum, hoc autem à ferendo onere dictum supra monuimus.

BIONDO. Flavus. Quidam ex albo factum putant, albus, albidus, *blaidus*, *blaundus*, *blondus*. Verum color hic non albus, sed flavus, licet alius alio dilutior. Vel ergo a flauo flauens, *flauente*, *blavundo*, *biondo*, vt à flaua, *biaua*, & *biada*: vel à Germanico *Bluend*, florens. Hispanis *Rubio*, ad rubrum enim vergit flavus pressior: rubicondus, *rubiondus*, *biondo*.

Barbarus Glos. in Plin. ex *blato*, siue *blatteo*. Verum ille color purpureus est, siue coccinus, à blattis, quæ non sunt bullæ sanguinis concreti, vt falso putat Salmasius, sed vermiculi, siue blattę, ex quibus color *vermiglio*.

Rectius tamen puto *blundum* esse à vetere voce *Apluda*, quæ licet purgamentum milij, & panici significet, etiam pro palea sumitur, cuius color flavus, Apluda, aplunda, *blunda*, & *bionda*. Glossarium Vaticanum. *Ablunda pani, paleam*. Alterum Glossarium. *Ablunda pani, & milij folliculus*. Lege, *panici*. Et infra. *Apluda panciuli, & mely*, (lege panici, & milij) scilicet folliculus.

BIOTTO. Nudus. Voss. de vit. serm. L. II, 15. *Plus lato Germanicum ex* blotz, *nudum, &* leib, *corpus: vt in Leg. Long. de spolys corporis, quod armis, vestibusque exuitur ac nudum relinquitur*. Et Cap. 25. *Blutare ex Germanico, & Belgico* bloten, blooten. *Glos.* Blutauerit, *euacuauerit. Leg. Long. Si casam cuiuscumque* blutauerit. Grotius Glos. Gothico. *Blutare, blooten, spoliare, inanire*.

Id ego Latinum existimo ex *Apludare*, *blutare*, per translationem. *Apluda* enim vt paulo ante diximus milij, & panici integumentum est, vt *apludare*, sit apludam idest corticem excutere, granaque veluti exuere, & spoliare, vnde veteres apud Gellium *Apludam* furfures vocarunt.

Inde Gallicum *Bluter*, farinam succernere, siue furfures excutere, & *bluteau* cribrum pollinarium. Ita & Germani *Beutelen*, non à volutando, sed ab *apludare*, *blutare*, apludam siue furfures excernere. V. *Burattare*.

Insubres *biotto*, pro nudo: Veneti pro solo ac mero accipiunt. Si Græca magis arrident, *Biotto* erit γυμνήτης βίοτος, nuda vita: siue sola vita.

BIRRA. Ceruisia, siue Zythus, à Germanico *Bier*. De qua multa Scaliger exercit. LXXXVII, qui à zytho diuersam tradit. Item Lindebrogius ad Marcellinum pag. 165. Et Vossius de vit. serm. L. I. 4. qui vocem à militibus Romanis acceptam putat, *Da bibere*, ex quo per apocopen, *bier*. Cluverius Germ. L. I. 19. ab Hebræo *Bar* quod frugem, siue frumentum significat, vnde conficitur.

BIRRO. Lictor, satelles. Ex *Apparitor*, contractum est. Apparitores fuisse ministros Magistratuum, qui eorum iussa exequerentur, quod iis apparerent, idest obsequium, atque officium exhiberent, pervulgatum est.

Eosdem etiam lictores fuisse docuit Marcellus Donatus ad Ammianum. Cicero pro Cluentio. *Quid sibi autem illi scribæ, quid lictores, & ceteri, quos apparere video?* Liuius etiam eosdem cum lictoribus facit, Lib. I. vbi Romulum sibi duodecim lictores sumpsisse ait: mox numeri duodeni rationem reddens, eosdem apparitores vocat, & post rursum lictores nominat. Idem de Seruio Tullo regnum inuadente, *Seruius cum trabea, & lictoribus prodit*: Post de Tarquinio regnum occupante. *Fit fuga apparitorum, atque comitum*.

Apparitor, apparitorius, *barodorius*, *barodrius*, *barouirius*, *birrus*. Statut. Patauin. folio primo. *Sed teneantur, quandocumque fuerint requisiti, dare barodorios, qui vadant cum præconibus ad domum habitationis rei*. Et Rubrica x. 33. *Comestabilis baroderiorum*.

Barrouiero, & *berrouiero*. Villan. VII. 75. *Fù ordinato a detti Priori sei Berrouieri, con sei messi, per richiedere i Cittadini*. Crescent. L. I. 20. *Se alcuna volta corrono quelle parti berrouieri, malandrini, ouer deboli nemici*.

A *Berrouieri* contractum, *Berì*, e *birri*, *sbirri*. Nam qui a byrrho siue lacerna deducunt, næ illi inuitiam uesti faciunt, quam fuisse uulgarem, & promiscuam etiam honestiorum, nemo ignorat. Sicut carnificem Gallicę *Bourreau*, indidem dictum tradunt, cuius uocis origo mihi ignota.

BISACCIA. *Bisaccia*. Bisaccium. Petron. *Ceterum in promulsidari erat Asellus Corinthius cum bisaccio positus*. Pap. *Bisaccia*, *sarcina*, *mantica*. Insubres, *bejacese*, pro sarcinis,

& impedimentis, ac vili suppellectile; & *befacciene*, hominem in vestitu incomptum, & suffarcinatum vocant.

BISBIGLIO. Susurrus, murmur, mussitatio. A sono ipso suppressæ vocis, siue sibilo submisse loquentium, præcipuè quoties preces à mulierculis tacite funduntur, *Bis, Bis*, vel *Pis, Pis*, vt notat Celsus pag. 79. Nam Dantes *Pispiglio* dicit. Purg. v. *Che ti fà ciò, che quiui si pispiglia?* Et xii. *Et hor à pena in Siena sen' pispiglia*. Hispani *Morello*, murmurillum.

BISCIA. Anguis, serpens Hanc quoque vocem Landinus per onomatopeiam effictam censet, nempe à sonitu illo quem edit, cum corpus trahens, velociter labitur. Verisimilius est, ab ipso oris *sibilo*, vnde *sibila colla* poeta vocauit, quasi bisila, per metathesim *bissa*, vel à *fischio, fischia, fiscia, biscia*.

Inde *Beseto*, venenum ex eius morsu, & linguæ aculeus, rustici *Besgio*, quo nomine etiam apum aculeum indigetant. Nisi quis velit ab anguicula *anguiscia, ambiscia, biscia*. Alii à *bestia*, nimis generice.

BISCOLARE. Veneti appellant genus ludi, quo suspenso funi insidens vltro citroque iactatur. Isque ludus Græcis αἰώρα, Latinis oscillatio, & oscillare, ex quo *biscolare*, Insubres, *Scoccare* fecerunt. Originem tradit Seruius ad illud. *Oscilla ex alta suspendunt mollia pinu*. Quod cum Icarius Atheniensis acceptum à Libero patre vinum indicasset, & à rusticis, qui inebriati, venenum se accepisse putabant, interfectus esset, Erigone eius filia ex mœrore laqueo finiuit. Ex eo morbum Atheniensibus talem immissum, vt eorum virgines compellerētur ad laqueum. Respōsum ab Oraculo, non aliter sedari posse pestilentiam illam, quam si cadauera Icarij, & Erigones requirerentur. Quæ cum diu quæsita frustra essent, Athenienses vt ea, etiam se in alieno elemento quærere ostenderent, suspendisse de arbore funem, ad quem se tenentes homines hac, atque illac agitabantur. Sed cum inde plerique caderent, inuentum esse, vt formas ad oris sui similitudinem facerent, & eas pro se suspensas mouerent. Vnde *Oscilla* dicta esse, siue ab ore, osculum, oscillum, siue quod in his cillerentur, siue mouerentur ora.

Hinc igitur *oscillum*, & *oscillatio*, & *oscillare*; Tertul. de pallio. *Machinam, qua muros frangere militat* (arietem) *nemini adhuc vnquam libratam, dicitur Carthago prima omnium armasse in oscillum penduli ictus*, Quod dum aries incuteretur, repetitis ictibus vltro, citroque impellebatur. Ita in re turpissima apud Petronium, inter mercenarium, amicamque positus senex, velut oscillatione ludebat.

Idem ludus paulo diuersa ratione, cum trabs arbori, aut rei eminentiori transuersa imponitur, ad cuius capita pueri insidentes se alternatim attollunt, aut deprimunt. Quod ludi genus feriis Latinis celebrabatur, quadam rerum humanarum imagine, cum altissima in infimum deiiciuntur, infima efferuntur in altum, de quo Turn. L. vii. 10. Vnde *biscolare* Veneti dicunt etiam de mensa, scamno, aut alia re, quæ inæqualibus fulcris imposita nutat, & trepidat.

Donius in Bibliothecæ parte secunda p. 80. ex Pulcii fabella, varias huius ludi appellationes attulit. *E in tanto fece fare le bisciacole à due suoi citoletti, Quello che noi chiamiamo à Firenze l'alta lena, e à Pisa Anciscocolo, à Colle il Pendoio, à Roma la Prendifendola, à Genoua lo Balsico, à Napoli la Salipendola, & à Milano la Doca* (dicere voluit *la scocca*, ita enim ibi appellatur) Quæ omnia, vel ab oscillo, vel à pendendo deriuata. *Balsico* autem à *sbalzare*, de quo vide in Balla, Hispani: *Colympio* vocant à κολυμβᾶσθαι, natare, quod qui oscillatione ludunt, veluti in aere natant.

Ceterum oscillationis species fuerunt lecti pensiles crebro in vsu apud veteres, de quibus locum Corn. Celsi afferam, vt meliorem faciam. Nam Lib. II. 15, vbi de gestatione disputat, aliamque leuissimam, aliam vehementiorem statuit. *Atque hae*, inquit, *ipsa & intendi, & leniri possunt. Si nihil horum est, suspendi lectus debet, & moueri: si ne id quidem est, at certe vni pedi lecti funiculus subjiciendus est, atque ita lectus, huc & illuc, manu impellendus*. Quomodo enim lectus minime pensilis funiculo impelli potuit? Vetus Codex Florentinus habet. *Vni pedi fulcimentum subijciendum est*: vt nos monuit Cl. Rodius, cuius in hunc latinissimum scriptorem, commentarios immatura mors inuidit. Lecti pensiles fune quatiebantur, & per inane impellebantur, vt in oscillatione. Si hoc deerat, fulcimentum, incurvum scilicet, & inæquale vni pedi subiiciebatur, vt in cunis videmus, atque ita lectus non fune, sed manu, huc atque illuc impellebatur, vt incunabula motitantur. Ita a Iosepho Scaligero ad libri sui oram emendatum, & à Paulo Aycardo Pinelli Codicem restitutum, narrabat mihi Rodius.

BISCOTTO. Panis nauticus. Casaub. ad Sueton. Aug. *Panes in quadras, quadras in bucceas secabant, vnde buccellatus panis, qui antea nauticus vocabatur: vulgo* bis coctus: *Græci interpretantur* ξηροὶ ἄρτοι. *Et videntur eo vsi Christiani in suis Xerophagijs, etsi scio*, *non*

non inde tantum dictas Xerophagias. Biscottini à similitudine, & *biscotelli* appellamus panem dulciarium in oblongam bucceam, qualis est nauticus formatum, ouis & saccaro conditum, ac spongiosum, exquisiti saporis, ac nutrimenti.

BISI. Pisa, legumina. Glos. Πισὸς. *Pisus*, & *Pisello*, vnde Veneti à similitudine Ciceres, *pezzoli* appellant. *Pezzoli neri*, *pezzoli infranti*: ciceres fresi. Insubres Pisa *Erbioni* vocant, quod à Græco ἐρέβινθος, *Erebinthus*: siue ὀροβαῖον, *Orobiaum*, alterum scilicet Erebinthi genus, cum alterum arietinum appelletur. Vnde & Germani pisa *Erbsen* appellant.

BISOGNO. Opus, vsus, necessitas. Huius quoque vocis origo hactenus latuit. *Bisogno*, est opus, *hauer bisogno*, opus habere, est mihi opus hac re, *bisogna fare*, oportet facere. Atqui apud Latinos idem est Vsus, atque opus. Virgil. *Arma acri facienda viro, nunc viribus vsus, nunc manibus.* Plaut. Asin. *Viginti iam vsus est filio argenti minis.* Et Pseudolo. *Ad eam rem vsus est hominem astutum, doctum*, idest opus homine astuto. Terent. Ecyra. *Non vsus facto est mihi*, & alibi, *Non vsus veniet, spero, non sarà bisogno.*

Iisdem pro vsu, est *vsio*, quæ vox apud Catonem de r. r. Varronem, Gellium, Iurisconsultos. Varro apud Nonium. *Diogenem literas scisse, dum vsioni quod satis esset.* Sexto casu, à quo magnam partem Italicarum vocum conflari certum est, *Vsione bisogno*, & *bisogne* factum est, quasi *Vsionium*, vel *ob vsionem*, *bisogno*. Villan. VI. 76. *Non vdiua la torricchiesta, per molte bisogne, c'haueua à fare.*

Inde Galli *besongner*, laborare, opus facere, & *esser en besogne*, cui aliqua re opus, atque vsio est. Dant. Purg. XIII. *Così li ciechi, à cui la robba falla, Stanno à perdoni, à chieder lor bisogna.* Id quo opus habent, cuius ipsis vsio est.

Nam qui *bisogno à bis senium* deducunt, fenio sunt, & diuidiæ.

BISTICCIO. *Bischizzo*. Paronomasia, siue alliteratio, quæ fit mutatis, aut additis, aut detractis elementis. Scalig. poetica L. III. 55. *Bis quæsitum vulgus Italicum corrupta voce dixit*, Belchizzo. *Sic enim pronunciant, quod Galli scriberent, Bisquæsitio, propterea quod, quasi idem repetitur.* Fortasse mollius fuerit, cum τοιχεῖον *stichium*, Græce sit elementum, siue litera, *bistichio*, sit quasi *distichium*, literæ repetitio, Latinis, Alliteratio, vnde & *bischizzo* factum. Vel *à bis dictum*: bis enim dictio ponitur diuerso sensu, Idem postea repperi apud Menagium in Appendice placere V. C. Carolo Dato, à quo dissentire religio sit.

Ceterum in hoc artificio hodie homines inepti delicias faciunt, capiturq; vulgus, cum ista audit, virique etiam graues tum se mirifice putant esse locutos, cum literulis facete luserint, præcipue in Elogijs, & Inscriptionibus, in quibus frigidissima alliteratio, totius sententiæ fundus, ac fundamentum est, cum nulla res grauior, & simplicior esse debeat: sitque illud certum, quod Seneca pater statuit Suasoria VI, cuius verba sunt. *Dixit enim sententiam Cacozelia genere humillimo, & sordidissimo, quod detractu, aut adiectione syllabæ facit sensum. Proh facinus indignum! Peribit ergo quod Cicero scripsit, manebit quod Antonius proscripsit?* Eam puerilem similium vocum captationem Græci, ac Latini Rhetores obiurgant, & μειρακιώδεις appellant.

Atqui huiusmodi Paronomasiæ non semel in Oratorum, ac poetarum scriptis occurrunt: verum illi in eas incidebant, quæ hodie ad nauseam inculcantur, nec vtramque modo paginam, sed vtrumque versum faciunt, vt non desit qui hanc difficilium nugarum artem doceant.

BIZARRO. Cerebrosus, ferox, & irritabilis. Galli *bigarrer* variare, variegare, vt ex Salmasio docet Menagius. Vnde *bizaria*, varius vestitum ornatus, ac multiplex color, quod à variegare factum est. Alii *à bisuario*. Sed cur bisuarius, qui enim varius, & instabilis est, non semel, aut bis, sed semper talis manet. Rectius *à diuariare*, quod à vestitu ad mentem translatum est, de eo qui variis cogitationibus hac illac impellitur, & subinde sententiam mutat, & inde *bizaro*, & *fantastico* dicitur hoc est cerebrosus, imaginosus, vndo & ferox, & facile irritabilis, *Fantastico*. Quintilianus L. XII. *Concipiendis visionibus, quas phantasias vocant.*

BIZOCCO. V. *Bigio*.

BLOCCARE. Vrbem circumsidere, circumcludere, omnesque aditus, atque exitus occupare. A Germanico *Plocieren*; Galli *Bloquer*.

BOCCALE. Bacar, vel baucalion. Festus *Bacar uas uinarium simile bacrioni.* Paulo post. *Bacrionem dicebant genus vasis longioris manubrij.* Ita hodie *boccali* ansam, siue manubrium habent.

Lipsius Cent. III. Ep. 44. Germanicum, *Bocael*, ex *boccala*, siue poculo deducit. Nam Glos. *Boccala* εἶδος ἀγγείου, Vulcanius *Baucalis* legit.

Dicebatur & *Gillo*, siue *Gello*. Cassianus L. IV. 16. *Si quis igitur Gellonem fictilem, quem baucalem nuncupant, casu aliquo fregerit, aut perdi-*

perdiderit. Vbi Ciacconius *Cangilon* Hispanice dici notat. Quod videtur à Κοῖλος, concavus, quia vas rotundum, & ventricosum, quale hodie habetur. Glos. Ποδόνιπτον. *Aquabegelle*. Lege. *Aquale, Gillo*. Menagius affert locum Philostorgij L. I. Hist. Eccles. Cap. 4. ubi mentionem facit Sacerdotis Alexandrini, cui *Baucalis* cognomentum inditum, quod enormi ventris adipe id vas referret, quale Alexandrini *Baucalin* appellant. Ita & Nicarchus in Anthol Lib. II. 35. vas æreum, siue miliarium Βαυκάλιν vocat.

At Salmasius ad Histor. Aug. pag. 333. à *Bauca* deducit, quæ & *Cauca*, cuius frequens mentio apud Anastasium. A *bauca*, *baucar*, vel *baucal*, vas vinarium. Sed Itali *Bauca*, siue *Boccia* appellant vas quidem vinarium, sed à baucali, materia, & forma diuersum, scilicet vitreum, oblongum, sine ansa: *Boccale* fictile, & ansatum. Ita *Caucum* veteres non tam pro lagena, quam poculo, siue cyatho acceperunt. D. Hieron. L. II. in Iouin. de Diogene. *Quodam tempore habens caucum ligneum ad potandum, vidit puerum manu concaua bibere*.

BOCCIA, *bozza* ut paulo supra diximus vas vinarium vitreum, lagena. Glos. Βαυκάς. *Viniferum*. Pap. *Bauca*, *Armilla*. Lege. *Armile*, siue *Armilum*, quod teste Festo vas vinarium. Apul. Met. VI. *Anus ad armile*: Et infra. *Anus ad armillum redit, & ad familiares feminarum artes accenditur*. Chron. Cassin. cap. 26. *Phialis quoque & amulis, & boccibus*, idest baucis.

Ceterum *Boccio* Itali vocant vermium sericorum integumentum, siue folliculum bombycum, quod est quasi bombycium, *boccio*, *bozzo*, nisi à folliculo, follicium, boccium, & *buccia*, sicuti florum, præcipuè rosarum, *boccolo* folliculo.

Quoniam autem *boccio* inanis siliqua, inane folliculum, *Bozzacchi*, & *Bozzacchioni* vocant poma, & fructus vietos, atque humore turgentes. Dant. Parad. XXVII. *Ben fiorisce negli huomini il volere, Mà la pioggia continua converte In bozzachioni le susine vere*. Aut à bulga inani, & sacculo follicante. Vnde Insubres, *Bolgioni* uocant Rapa elixa, humore distenta.

Cum igitur *Bozze*, & *Bozacchi*, sint fructus putridi, & degeneres, translatè *Bozzo* pro notho, atque inhonesta matre procreato. Dant. Parad. XIX. *E parrano à ciascun l'opere sozze, Del barba, e del fratel, che tanto egregia Nazione, e due corone han fatto bozze*. Landinus. *Familiam, duoque Regna, Aragoniæ, & Maioricæ dehonestarunt: vt illius opprobrium est, cuius vxor mœchatur*. Vere uxor dicebatur *far bozze al marito*, cum thori fidem uiolaret. Sed utrumq; translatum à fructibus, qui degenerant, & ita uxor mœchando corrumpitur, seque ac uirum dehonestat.

BOCCONE. *Boccone di pane*. Bucca. Martial. Lib. X. 5. *Interque raucos vltimus rogatores, Ores caninas panis improbi buccas*. Et *Buccea*. Suet. Aug. LXXVI. ex eiusdem epistola ad Tiberium. *Duas bucceas manducaui, priusquam vngui inciperem*. Vbi notat Casaub. panem in quadras, quadras in bucceas secari solitum, vnde *bucellatus* panis nauticus. Nos etiam *Fette di pane* appellamus, à findendo. A buccea autem Græcos Βουκίζειν dixisse, & pro ientaculo vsurpasse. Glossæ. Βουκισμὸς *Iantaculum*. Et *Iantare* Βουκίσαι. Et *Iantaculum*, Ἀκράτισμα, βούκισμα, corrigit, Γεῦσμα, *Gustatio*. Eædem Glossæ. *Gustarium* Βούκισμα.

Nos *mangiare vn boccone*. Nempe qui ientabant, panem siccum (*pan sutto*, *pan solo*, quem pueri auersantur) panem inquam siccum comedebant, vt docuit Salmas. ad illud Capitolini de Antonino. *Panem siccum comedit ad sustentandas vires*, vt scilicet ad cœnæ tempus perdurare posset. Et Vopiscus de Tacito *Panem nisi siccum*, *nunquam comedit*, idest in ientaculo, scilicet, sine vllo obsonio, ac pulmentario. Hinc ἄρτοσιτεῖν panem comedere, pro ientare apud Lucianum. Quod aliquos etiam fecisse in prandio, quod leue, instar ientaculi quibusdam erat, testatur Seneca Epist. LXXXIII. *Panis deinde siccus, & sine mensa prandium, post quod non sunt lauanda manus*. Et ep. LXXXVII. *De prandio nihil detrahi potuit. Paratum fuit, non magis hora: nusquam sine caricis, nusquam sine pugillaribus. Illa, si panem habeo, pro pulmentario sunt: si non, pro pane*.

Buccea igitur panis, & alius rei frustum, vnde, *abbocconare*, *e fare in bocconi*, membratim, ac frustillatim discerpere. Villan. XII. *Fù tutto tagliato à bocconi*. Et infra, *Tutto abbocconato dal popolo*, in frusta sectus, ac laniatus, quasi morsicatim depastus. Item *bucceo*, panis morsus, ex quo *morsello*, & *morsellata*. Isidor. Glos. *Immorsus*, *ieiunus*, *qui non sentanis*. Græcis Ψωμὸς, frustum. Glos. Ψωμοί, *bucellum bocconcino*. Ψωμίζω, *Focio*, *adesco*. Vbi Focio, est faucio, siue frustum & escam in fauces indo.

A *buccea* panis, & *bucella*, idem Salm. p. 419. Bucellarios dictos docet, qui aliena buccea, idest quadra viuerent; scilicet parasitos. Iuven. *Curtius, & Matho bucca*. Item, *notaque per oppida bucca*. Sed hoc non de parasitis, verum de præconibus intelligendũ est,

Vossius

Vossius etiam de vit. serm. L. i i. 2. Buccellarium pariter pro eo qui aliena buccea viuit, interpretatur, Isid. Glos. *Scurra, parasitus, buccellarius*. Addit eam vocem accomodatam Vasallis, qui de aliena mensa viuerent. pag. 816. ex Lege i x Basilicon, tit. x i i i. *Buccellarij dicuntur Stationarij milites*. Glos. *Ex nomine autem Bucca, quod est panis, vocantur Buccellarij, panem alicuius edentes, in hoc, vt mereantur apud eum*. Vide & Salmas. p. 238.

Cadere boccone Itali dicunt, cadere pronū, in os, siue buccam. Glos. ἐπὶ στόμα. *Pronus*. Vita Nic. Laurentij pag. 173. *Fò aperta la foia sepoltura, fò iettato sì, che cadde immoccони, e così immocato remase: ne foie richezze valsero, che vno vile homo se fatigasse à despennere quello euorpo secunno debitam figuram*, supino.

BOFFARE. *Buffare*, subflare, *sbuffare*. Hispani *boffes* vocant pulmones, spiramenta animæ. Dant. Inf. x v i i i. *Quinci sentimmo gente, che si nicchia Nell' altra bolgia, e che col muso sbuffa, E se medesma con le palme picchia*, Landinus *Sbuffare*, sufflare, itaut spiritus impetu emittatur. Vnde iratus, quique stomachatur, & conuicia facit dicitur *sbuffare*. Horat. Sat. i. *Quid causa est merito, quin illis Iupiter ambas Iratus buccas inflet? Che non sbuffi per colera?* Glos. *Sufflat φυσᾷ*. Genas inflat. *Fare vn rebuffo*, iratè aliquem obiurgare. V. *Buffone*,

BOIA. Carnifex. Hieron. Mariafiotus Franciscanus in Chronico Calabriæ L. i v. 15. p. 258. A Boiis populis vocem fluxisse, audaci mendacio comminiscitur, & gentem immeritam turpi nota dehonestat. Quod scilicet tradat Liuius Lib. i. belli Pun. ex castris Romanorum quæ Placentiæ erant, Gallos auxiliares ad duo millia peditum, & ducentos equites, vigilibus ad portas trucidatis, ad Annibalem transfugisse, eosque à Pœno benigne exceptos, in ciuitatem quemque suam ad sollicitandum popularium animos, dimissos. Quare subdit. *Boij ipsi pulso Italia Annibale, à L. Valerio Cos. fusi sunt, ac grauiter à Romanis mulctati fuerunt: nam lorarij, & lictoris, carnificisque officijs attributi sunt*. Et ideo hodie Carnificem *Boiam* appellari.

Facinus illiberale. Nam postrema verba nusquam in Liuio apparent, & veluti pannus purpuræ mala manu adsutus est. Quid est enim lorarii, lictoris, carnificisque officijs attribui? Præter historiæ inscitiam. Nam pulso Annibale sæpius Boii arma mouerunt; & licet cladibus affecti, nunquam tamen à L. Valerio victi fuerunt, neque ad opus carnificis damnati.

Nimirum Orosius, Volaterranus, & alii Brutiis, siue Bretiis, quod primi ad Annibalem defecissent: hanc à populo Rom. inustam ignominiam tradunt, ut ad illud infame ministerium damnarentur. Id opprobrium melior ciuis, quam Historicus à popularibus suis in immerentes Boios exonerat. Sed de his hactenus.

Vnde autem carnifex *Boia* appelletur, non ita liquet. Olim putabam à *Boia*, quod erat vinculum ferreum, aut ligneum, torques, & collare damnatorum. *Boga*, & *botua*. Quod carnifices non solum supremo supplicio afficerent, sed etiam reos torquerent, & neruis, pedicis, numellis vincirent, boiasque, ne se mouerent, collo imponerent.

Nunc rectius videtur, dictum esse quasi *Bouarium*, idest lanium, qui à mactandis bobus, *bouarius*, sicut à veruecibus, *beccaro* vulgo dicitur, quanquam *Boiarij* vox in usu non sit. Sicut ergo lanii, carnifices etiam dicti, quod ex viuente carnem faciant; ita contra, artificii societate carnifices, lanii, & vulgari voce à mactandis bobus *Boiarij*, & *Boie* dicti, Quod autem lanii carnifices dicerentur. Decretal. cap. 69. de appellationibus. *Alibi, quam in stallis suis carnifices, carnes vendere non debere*. Adalberonus Episcopus Laudunensis. *Non sunt carnifices, caupones, nec subules*. Imò Hispani Carnificem *Bochin*, appellant quod idem ac Italorum *Beccaro*, *Becco*, & *Buc*, quod Coaruvias à *Boia* deducit, atque lanios consueuisse membris hominis multare, & supplicium etiam exigere,

BOLGIA. Bulga. Festus. *Bulgas Galli sacculos scortees appellant*. Inde *bolgetta*, & *baligia*, *valige*, nisi sit à *Pasceolus*, Nonius, *Bulga est folliculus omnis, quam & erumenam veteres appellarunt. Est est sacculus ad brachium pendens*. Insubres *Bolgettas* appellant globos ex niue compactos, Veneti *Ballochi*, quod est à pila, *palla*, *ballocca*, *ballochetta*, *bolcietta*.

BOLLA. Bulla. Tumor excrescens in aqua pluuia, & cum ebullit: unde vox ipsa. A cujus similitudine inferius seculum ceram diplomatum, impresso signo rotundam, ac protuberantem, *Bullam* appellant, & *bullare* signo munire, quod Veneti retinent; & *Bollo*, tam pro signo, quam pro annulo signatorio, & *bollini* quibus signum imprimitur. Vnde Bullæ Pontificum, & Bullarium,

Bollare vn ladro, est notam ferro candenti inurere, sicut mercibus signum imprimere. Ab eadem similitudine *Bollo* tumor ab ictu. Insubres *Gibollare*, & faciem plagis contusam, liuidisque maculis suffusam *Gibollatam* dicunt, quod est à *Suggillare*. Plin. x i i i. 9. *Ex ictu suffusis*

suffusis cruore oculis, suggillatisque cum myrrha pari pondere. Proprie enim id erat suggillare, quod Græci ὑπωπιάζειν. Glos. *Suggillatio, ὑπωπιασμός*. Maculæ ex ictu ori, præcipuè sub oculis illato. Translate pro infamiæ nota. Idem Plin. Lib. VII. de Augusto. *Iuxta hac Variana clades, & maiestatis eius fœda suggillatio*.

BOLZO. *Bolso*. Equus suspiriosus, tussiens, anhelus, & quod veteres dixerunt, ilia trahens. Lucanus L. IV. *Pectora rauca gerunt, qua creber anhelitus vrget, Et defecta grauis longe trahit ilia pulsus*. Plin. L. XXVI. 6. de verbasco. *Tanta huic vis est, vt iumentis etiam non tussientibus modo, sed ilia quoque trahentibus auxilietur potu*. Virg. III. Georg. *Imaq; longo ilia singultu trahunt*. Stat. VI Thebaidos. *longi suspendunt ilia flatus*. Quæ adnotata Turnebo L. XVII. 5.

Ergo *Bolzo*, quasi pulsiuus. Hoc autem à pulsu quo ilia quatiuntur. Vegetius veterin. L. III. 65. *Si spissis pulsibus ilia duxerit*: Infra, *Faciunt tussicos, vnde vulsi appellantur*. Albert. de Falconibus cap. 19. *Si autem ostenderit se bulsum, siue infirmatum in pulmone*. Etiam Iordanus Calaber cap. XIII. *Del rhauallo pulsiuo*.

Pulsiuo, *polsiuo*, *pulso*, & *bolso*. Meursius tamen in Lexico Græcobarb. quasi *vulsus*, conuulsus: ruptura inueterata pulmonis.

BOLZONE. Iaculum, sagitta. Germani *Boltz*, quod à Græco Βέλος, sagitta, & Βολίς. A Βέλος, siue bolus, bolitium, *bolzone*, vt Menagius. Vnde trabes acutæ, perforandis mœnibus, *Bolcioni*. Villan. X. *Con bolcioni dentro, e di fora pertugiare il muro*. Chron. Venetum. *E con bolzoni d'antenna i rompè i muri*.

BOMBARDA. Vossius Instit. Orat. L. IV. 13. Sequitur communem opinionem, inde nomen impositum, quod cum sonitu, & flamma globos ferreos emittat, à *bombo*, & *ardeo*, Ita enim Valla. Et Platina in Vita Vrbani VI. *Hac etiam ætate Barbadicus vsus est inuentatum primum à quodam Theutonico bombarda, quæ sunt à sono, & tonitru sic dicta*. Volateranus L. XXX. Com. *Loco vero onagri simul, & arietis, arcas machinas, quas ex sonitu Bombardas vocant, ingentis ponderis saxa, igne impulsa euomentes habemus*.

At Lipsius *Lombardam* vocatam superiorum temporum annalibus tradit; atque ita à Græcis λαμβάρδα, vel λομπάρδα vocari Meursius in Glossario notat. Menagius à Germanico *Bomberden*, idque à *bomber*, ballista. In vetere Chronico. *Bomberstenen*, pro lapidibus, quo ᵛ machina murales iaculantur, Quod verisimilius videtur; inuentum scilicet Germanicum patria voce donatum.

BOMBO. Strepitus. Bombus. Primo pro murmure apum, & susurro, quæ Græcis dicuntur Βομβεῖν: Latinis bombilare. Lucretius pro tubæ sonitu L. IV. *Cum tuba depresso grauiter submurmure mugit, Et reboat raucum retro cita barbara bombum*. Vt correxit Gifanius. Ita & Persius. *Torua Mimallonesis implerunt cornua bombis*. Ex quo Italis, *bombo* pro magno strepitu, & *rimbombare*, resonare, strepere.

Bombo etiam vox infantium potionem poscentium, quod est à *bibo*. *Bombettare*, & *bombezare*, subbibere, pitissare, & frequenter potare,

Sed *imbombare* est ab imbuere. Veneti *far vn brombo*, cum dolia ne diffluant, antequam impleantur, aqua vel vino bulliente imbuuntur. Etiam *Brondo* à sonitu liquoris intra vas bullientis.

BONACCIA. Maris tranquillitas. Latini aptiore vocabulo *Malaciam* dixerunt. Festus. *Flustra dicuntur, cum in mari fluctus non mouentur, quam Græci μαλακίαν vocant*. At *Bonaccia*, cum mare bonum est, & fauentes venti, siue vt loquitur Tertullianus, de tranquillo probum.

BONDONE. Dolii obturaculum, à Germanico *Pondte*, Galli *Pondon*.

BORBOGLIARE. *Borbottare*, susurrare, murmurare, mussare. Vel à bombo, siue strepitu apum, vt diximus, *bombilare*, vel aut Festus bombitare. Vnde poculum oris angusti, & oblongi colli *Bombylium* appellarunt à sono, quem liquor, per fistulæ arctum expressus edit. Latinis *bilbire*, vel *bilbere*. Næuius. *Bilbit amphora*. Glos. *Bilbit βομβύζει*. Vel à murmurare, *mormogliare*, *borbogliare*. Nam *borboglio* pro murmure, & rumore. Villan. IX. 10. *Nel borboglio d'Alessandria*. Et Math. Vil. XI. 18. *Di che gran borboglio si sparse per il parlamento*.

At *Brontolare*, & *borbottare*, mussitare, submissa voce, & intra dentes, vt aiunt, conqueri, translatum videtur à sono aquæ bullientis siue bullitantis.

BORDELLO. Lupanar. Menagius existimat factum ex *Bord*, siue *Borde*, quod Saxonicè significat hospitiolum, vel domunculam, vt veteres Latini *Cellam*. Fortasse à Prostibulo, *Pordello*, *bordello*, Nam licet Prostibulæ ipsæ meretrices dicerentur, quæ ante stabula, idest cauponas sedebant, vt ait Festus verbo *Alicaria*. Prostibulum tamen pro lupanari etiam, inferiori seculo acceptum. Pap. *Prostibulum idem & Theatrum, ideo dictum, quod propter Ludes exactas meretrices ibi prostarent, idem & lupanar*. Lege: *post ludos exactos*.

Inepte

Inepte tamen, quasi *post ludum.* Sicut lupanar pro meretrice. Catullus. *Non assis facis, oblitum lupanar.* Vt scelus pro selesto. Ita Scaliger ad Varronem pag. 135.

An ex eo quod *Bord* Germanicè ripam & extremitatem significat, *Bordello* pro extrema Vrbis parte dicitur, in quam scorta, & summænianæ vxores ablegabantur? Nam & hodie in plerisque Vrbibus longe à cœtu submouentur. *Bord* autem non ab ora, sed à prora *proda*. Vnde *approdare* est proram ripæ, siue litori applicare, ex quo ripa ipsa *proda*, *borda, & bordo*. Et *venire all'abbordo*, proras iungere, & committere. Quia autem *Bord*, oram, siue limbum significat, Gallis *Bordeur* Phrygio, qui lacinias acu pingit, *Bordure*, & *Broaerse*, limbus acu pictus.

BORDENALE. Vulgo Patauinis dicitur trabs, siue lignum, cui tectum incumbit, quod ideo Atlantem veteres dixerunt. Vitruvius cardinatum tignum. Vel ergo a cardinato, *bordenale*, quod etiam de homine inepto ac stupido, siue caudice, ac stipite vsurpatur: vel quod rectius puto à *Portenalio*, trabe scilicet, quæ ad ianuarum latera sustinendis foribus statuitur, quæ ex lapide, antes, & parastatæ dicuntur.

BORDONE. Diuersas vocis huius significationes viri docti adnotarunt. Primo enim significare grandiorem muscam, siue insectũ: secundo ipsum sonum, ac murmur insectorum: tertio fistulæ, siue tibiæ bombum: vnde *falso bordone*: quarto baculum peregrinantium. Priores tres per onomatopeiam ductas censent. Sed rectius à *bombo* factæ videntur, de quo supra dictum est. Nempe proprie pro apum strepitu, vnde *bombilare*, siue *bombitare*, & pro tubæ, & cornuum sonitu. A *bombo* igitur *bordone*, vel à murmure, *mormor*, *mordone, bordone*. Imò & ipsæ muscæ grandiores, ac vespæ, *bordoni* à sono appellantur: & Bombylius crabro, apis genus obstreperum, à bombo quem edit, dictum, sed ad mellificium ineptum. Et insecta quædam etiam sine alis *Bordocchi*. Vulgus Insubrum *Bordolo*, & *Bordò* laruam, puerorum terriculamentum vocat, quod bombum quendam raucum, & terrificum ac grauius murmur, manu ad os opposita, effingunt.

Calami quoque, & fistulæ rauci depressioris soni, vt de tuba supra diximus à bombo, *bordoni* vocantur. Math. Parisius in vitis Abbatum apud Vois. de vit. Serm. Lib. III. 4. *Pulsato classico pulsantibus chalamis, quos burdones appellamus.* Dant. Purg. XXVIII. *Mà con piena letitia l'hore prime, Cantando riceuemo intra le foglie; Che tenevan bordon alle rime.* Idest aura frondibus adspirans, veluti grauiore bombo auicularum cantum temperabat.

Sed notationem *Bordone*, vt baculum viatorium significat, nequaquam iidem viri Clarissimi assecuti sunt. Aiunt enim esse à latino *burdo*, quod mulum significat, quoniam baculus viantibus pro mulo sit, & ideo nunc etiam *Mulettam* appellari: & *bourdes* grallas, siue lignea adminicula, quibus claudi, ac debiles innituntur.

Sed *Bordone* est à Latino *Verutum*, *Verutone*, *vordone*, *bordone*. Nam licet verutum latinè sit telum breue, & acutum, teste Nonio, quod & *Veruinam* dixerunt, *Veruta* tamen etiam dolones appellarunt, nempe contos, aut gladios intra lignum, siue baculum conclusos, vnde à fallendo dolonis nomen inuenerunt, propterea quod intus ferrum habentes, baculi speciem præferant. Virgilius, *Sæuosque gerunt in bella dolones*. Seruius flagellum explicat, intra cuius virgam lateat pugio. Isidor. Glos. *Dolumen Velubrum*, Lege. *Dolon*, Verutum. Verutum autem à veru, *Spiedo*, & ita dolones nunc appellantur, *Spiedi, e Spiedi desnodati*. Clare Papias, *Verubus*, *virgis ferreis*, *burdonibus*. Ferme autem peregrinantes huiusmodi dolonibus instructi ad sui tutelam, quod hodie obtinet.

Ita Turneb. L. XXX. 23. illud Virgilii explicat. *Suetumque malo Ligurem, Volscosque verutos*, quod veru armati essent. Vt enim telum quoddam & ferramentum, Verutum dicitur, quod veru habeat, sic & homo veru armatus Verutus, vt cinctutus, cinctu vestitus. Dant. Purg. XXIII. *Che te nel porti dentro à te per quello, Che si reca il bordon di palma cinto.* Quod peregrinantes, qui è Christi sepulchro redibant verutum palma circundarent. Petrus in Hist. Albigensium. *Baculos, quos lingua communi Burdones vocamus*: & *Burdonarij* inde dicti, & *Burdonare* rusticorum more fustibus decertare apud Vossium II. 22. Stat. Patau. de armis vetitis Rub. 61. *Pro baculo fraudulento, idest dolone, siue burdone.*

BORGO. Nunc suburbium, olim Castrum, siue Castellum, & propugnaculum per limites prouinciarum. Et quidem à *Pyrgos*, prout turrim significat, vt pridem viri docti consensu tradiderunt. Scaliger in Ausonium L. II. 9. *Quod oppidum quia in modum castrorum horreis publicis, & turribus postea amplificatum fuit à Pontio Leontio* Burgus *appellatum fuit. Ita enim eo tempore opportuna bello, & munita annona copia castra vocarunt, quod cognoscimus ex Historia Burgundionum.*

Et

Et tamen in Germania *Burg* pro vrbe, & *Burgers* pro ciue accipitur. Vt *Asciburg* idest *Filisburg*: *Friburg*. Ita *burgensem* pro ciue passim à scriptoribus vsurpari idem docet: & interdum tamē *burgensem* ciui opponi. Quod burgenses in burgo habitarent, ciues in oppido. Hunc nodum ita soluit. Ferme enim ita factum esse, vt prope castrum, siue munimentum quod *Burgum* dicebant extruerent domicilia, quo tutiores forent: postea & mœnia accessisse, factumque oppidum remanente vetere vocabulo Burgi, ita & Burgensium, qui & *Burgani* (*Borghesani*) vocabantur.

Ex his credibile est eas vrbes, quæ apud Germanos in *Burg* desinunt, prius fuisse castra, deinde incolarum accessione, oppida atque Vrbes ex Burgis factas. Illud quoque verisimile, ex eadem causa à Gallis Vrbes *Villas* dici (*la Ville de Paris*,) quod cum villas turribus munitas castra, & Burgos dicerent, postquam Vrbes factæ sunt, Burgi nomen retentum, ita & Villæ appellationem durasse etiam postquam ex burgis & villis in Vrbem coaluerunt. Vel quod vrbes ex pluribus pagis, siue villis conflantur.

Hodie *Borghi* pro suburbiis tantum accipiuntur, hoc est pro ædificiis oppido adiectis etiam postquam eadem, amplificatis Vrbibus intra oppidum recepta sunt. Villan. L. IV. 9. *Si fecero le seconde mura, acciò che le borgora, & accrescimenti di fuora, per le guerre non potessero esser presi, ne guasti*. Ita Patauij postquam Vrbs nouis mœnibus septa est, plures vici *Borghi* adhuc appellantur: vt credibile sit, non à Pyrgos, turri, sed à suburbio, *Subborgo*, & *Borgo* deriuatum esse.

BORIA. Inanis gloria, fastus. Vnde *Borioso*. Fortasse ab *Adorea*, adoriosus. Festus. *Adoream laudem, siue gloriam dicebant, quia gloriosum eum putabant, qui farris copia abundaret*. Glossæ. *Adoriosus*: ἔνδοξος. Αστοσπνὸς αρμονιχας πομπιος. Egregie corrigit Scaliger ad Festum. Adoriosus, ἔνδοξος ὡς Πομπήϊος. *Ador* νίκη ὡς Πομπήϊος. Ador enim victoria, vt Pompeius. Festum enim Pompeium intelligit. Adoriosus tamen in bonam partem sumitur. Ita amplius quærendum.

BORINO. Insubres appellant papillam, siue mammæ capitulum: Ab vbere, *vberinum*, *borino*. Veneti *Cauedello*, Capitulo, capitello, *cauedello*, vt à Capitale, *Cauedale*.

BORRA. Ventus. Borreas. Glos. Βοῤῥᾶς. *Aquilo*. Vnde *Borrasca* pro tempestate. Nisi quis velit ab æstu, siue bullitione maris, quasi *Boiasca*. Chron. Venet. *Fortuna in mar, e boianza al mare*.

BORRA. Etiam dicitur lana, quæ è sagis tondetur, siue tomentum, quo culcitæ, clitellæ, & ephippia farciuntur, à Germanico *Bourre*, idque à burro colore, siue rufo. Festus. *Burrum dicebant antiqui, quod nunc dicimus rufum*. Scilicet à πυῤῥὸς, qualis ferme tomenti huius color.

Hinc *aborrare*, & *aborracciare* tomento infercire: translate autem pro confusè, atque inconcinne aliquid facere. Dant. Infer. XXV. *E quì mi scusi La nouità s'è fior la lingua aborra*. Landin. *Se lo stile, ò modo di parlare, aborra, cioè aboraccia, & acconcia male, quello che discriue*. Quia apud Florentinos *Aboracciare* significat, aliquod perperam, & inconcinne facere.

BORRACCHIO. Hispani ebrium dicunt. Festus. *Burrum dicebant antiqui, quod nunc dicimus rufum. Vnde rustici burram appellant bucculam, qua rostrum habet rufum. Pari modo rubens cibo, ac potione ex prandio burrus appellatur*. Scaliger ibi. *Quod verbum in eodem sensu retinet Hispanica lingua*. Buracceos *enim vocat ebriosos, & vas vinarium* Boracceam. Vna boracchia. Ita & Vulcanius notis ad Glossas p. 18. *Burrus etiam est rubellus. Vnde putarim Hispanos fecisse suum* Borracho, *quo ebriosum significant*. Et infra. *Hodie ijdem Burram vocant asellam, qua colore accedit ad* Τὸ πυῤῥόν.

Inde etiam *Borrico* equum Hispani vocant. Isidor. Glos. *Mannulus, caballus, buricus*. Et infra. *Manius burceus*. Legendum. *Mannus, buricus*. Horat. epod. *Et Appiam mannis terit*. Paulinus epist. X. *Longe dispare cultu, macro illum, & asellis viliore burico sedentem*. D. Hieron. ad Pamach. *Vbi feruentes buricos mannos, comatulos pueros*. Neque id ex glossemate, vt credit Vossius Lib. II. 3. Nam est adpositum manni: *mannus buricus*: à colore burro, siue rufo, vt supradictum est: quasi Pyrricus. Glos. *Mannis* Βουρίχοις. Pap. *Burridus, animalia, mixti*. Lege *Burrici*. Hodie tamen Hispani ferme pro asello accipiunt, vt paulo ante ex Vulcanio diximus. Quia pro paruo Equo siue manno hæc vox sumitur. Veget. Veterin. L. IV. 2. de mensuris equorum. *Ceterum non dubitatur in buricis minora ista, & in prima forma equis esse maiora*.

BORZACHINO. Genus calceamenti, quod totum fere crus tegit. A Germanico *Hose*, vt Vos. de vit. Serm. Lib. II. 3. Vnde & Græci ὀυσίον formarunt. Paul. Diacon. Lib. II. 23. *Calces eis erant ad summum pollicē penè aperti, & alternatim laqueis corrigiarum retenti: Postea vero cœperunt* Hosis *uti, super quas equitantes Tubragos birreos mittebant*. Notcherus de gestis Caroli M. L. II. *Cumque ad obsequium*

Domini

Domini cuncti hossas *suas vellent extrahere, ille prohibuit.* Quid autem essent Tubruci, sic Tubraghi explicat idem Vos. L. II. 18.

Hose, & *hosatti*. Villan. L. VI. 71. *Con berette in capo, e tutti con vsatti in piè.* Et *Musacchini*. Vita Nicol. Laurentij p. 269. *Se ien to con li Musacchini inaurati, con le caize de biada, à muodo de barone. Hose, vsatti, vsechini, musacchini, bossachini, & borzachini.*

BOSCINA. Rustici vitulam, siue iuvencam appellant. *Bucula, bucina, boscina & buscina.* Glos. *Bucula* Βοΐδιον, ζυγολιον, *Bucerum pecus.*

BOSCO. Nemus, silua. *Pascuum*, à Græco βοσκεῖν, pascere, quod ibi pecudes pascantur. Pascuum, *Pascho*. Dant. Inf. XX. *E fessi fiume giù per verds paschi*. Et *Pasciolo*. Insubres *Pasquerio*, & *Pasquè*, aream & latiorem campum templis adiectum appellant, locum herbidũ; & pascuum quasi *Pascuarium*, quod in pagis ferme tribulium sepulchro, siue Polyandrio deseruit. Galli. *Pasquis. Pasquè.*

Porro *à bosco* Siluius, ac Perionius Gallicum *Bois* pro ligno factum notant & *busca*, ligni fragmentum: & *Bois* pro lancea Equestri. Et *boiter* claudicare, & *Boiteux* claudus, quod claudi ligneo, aut crure, aut fulcro vtantur.

BOSIMA. Boum excrementa, siue vt Latini dixerunt, boum editus. Insubres *Boazza*. *Imbosmare*, vt in aliquibus locis mos est, uvas ea fece adspergere, vt à viatorum auiditate defendant. Et *Bosimo* Veneti appellant, mixturam ex furfuribus, & seuo, quo textores telam imbuunt: à similitudine.

BOSSO. Buxus. *Bossolo*. Pyxis, pyxidula. Sicut Latini per catachresim, vascula ex quauis materia *Pyxides* appellarunt. Sic Itali *Bussolo*, & *Bussola* pro vasculo ex qualibet materia. Scribonius Composit. LXXIV. *Seruandum autem pyxide buxea.* Satis fuerat, *pyxide*, nam pyxis è buxo, sed quia pro vasculo ex quauis materia accipiebatur adiecit, *buxea*.

Præcipue pro pyxide, in quam stipes, ex piorum erogationibus coniiciuntur. Item pro vrna suffragiorum. Inde *Imbussolare* Veneti. Et quia huiusmodi vrnæ, siue pyxides bifidæ sunt, & duplici fundo, bicolores, eum in viridem aduersa suffragia mittantur, *dar nel verde* est abrogare, siue petitionem antiquare. Pyxis item magnetica, *il bossolo della Calamita* & Pharmacopolarum pyxides: *bussols del speciale*. Germanis *Buchsz*, Galli *boëte, boite, & boette:* quod ferme ex ligno, *Boëtte de pauvres*, pyxis mendicantium.

BOTARGA. Oua piscium Sale condita. A Græco ὠὰ τάριχα. *Oua taricha*. salita. Scalig. ex. CCCIII. 3. *Nam Cantarum an sit ὠὰ ταρίχα, vt nonnullis existimant valde facit alia vox Græco sono propinquior. Oua item ipsa sunt, nec sine sale, sed mugilum membranis inclusa, qua* Botarga *nominantur*. Et in Hist. animal. pag. 226. *Sunt enim ὠὰ τάριχα, quas proxima voce nominant* Botargas, *ex ouis piscium compositas, ac membrana obductas, præsertim vt aiunt ex mugilum ouis.*

BOTEGA. Apotheca. Proprie cella vinaria vbi vinum & seruatur, & venditur: vnde *Botegone*, Hisp. *Bodegon* pro caupona hodie etiã dicitur. Vox inde translata ad mercatorum atque institorum tabernas. Sed Salmas in Solin. p. 1274. à *Zotheca* factum putat, sicq; vocari pergulas, ac tabernas in publicum apertas, in quibus operantur sellularij opifices & mercimonia sua habent exposita. Quod *apotheca* significet horreum, & cellam interiorem in penita ædium parte repostam. Sed eum ἀποθήκη dicatur, vbicumq; aliquid reponitur, cur non & tabernæ licet publicum spectantes, vbi merces reponuntur apothecæ dici non possunt?

Medici Apothecam pro pharmacopolio, & apothecarium pro pharmacopola dicunt, Hisp. *Apothicario*.

BOTTE. Dolium. Buttis. Glos. *Doga*, Βύτιος & Βύτιον *Cupella*. Βύτις *Cupa*. Nam Cupa dolium. Cuiac. L. IX. obseru. 26. *Basilica ferias interpretantur* Βύτις, *nouo vocabulo, quo etiam Etrusci hodie vtuntur. Nicetas dixit* Βύτζια, *& interpretatur* οἴνου δοχεῖα. *Cupas autem* Βύτας μεγάλας *exponunt Veteres Glossæ, easdemque vocari à quibusdam Gaulos. Idem buttarum, & butticellarum nomen in veteri Instrumento apocha legi in Bibliotheca Regis.*

Fallitur ergo Cittadinus cap. I. qui *Botte*, à veges; *vegete* factum putat. Non *botte* sed *Vettina* à vegete profluxit. Nec minus Cerda Adu. CXX. 29. cum ex Rigaltii Glossario adnotasset, milites in locis aridis, & siccis aquam adseruasse in buttiis, siue cupellis, addit à *buttis* bucellatum panem dictum esse, quod Mauritius in Tacticis dicat, debere die belli quemque militem, aquam & bucellatum in sellis secum ferre. Vnde ille colligit, ferebant aquam in buttis, & bucellatum, ergo à buttis bucellatus dictus est.

Quia autem hæc vasa rotunda & protuberantia, hinc putamus *bottoni* appellari globulos quibus vestimenta adstringuntur: & *bottone de la spada*, in ludo armorum. Scaliger. Animadu. in Titium L. V. II. docet Campi doctores, & exercitatores, qui iuventutem gladiis depugnare docebant, pila buxea, aut eburnea, & plurimum alutacea, mucrones gladiorum munire solitos, ne læderent, vt hodie quoque fit. Easque pilas in Italia, & in

F Gallia

Gallia *bottones* appellari, Græcis σφαίρας: item hastarum mucrones, easque hastas præpilatas dici Liuio: non, quod vulgo creditur, quia sint præferratæ, & pili modo præacutæ, sed quod pilâ munitæ, ne læderent.

Quicquid denique rotunditate protuberat, *bottone* dicitur. Codinus de Protologatore. *Fert autem sceptri Iudicialis loco, quam peculiari nomine vocant* Matzucam, *argenteam, inauratam, cuius scapus habet ad extremitatem infernè*, χρυσωμένον Βοτίον. Vbi Iunius interpretatur scapi vel hastilis extremitatem imam: Gallicum *Bout*, Latinis batillum. Plinius de argento. *Cum capuli militum ebore etiam fastidito, calentur argento, vagina batillis, balthei laminis crepitent. Il bottone della vagina* in extrema eius parte: *il bottone della mazza. Mazzocca* vulgo, & *mazzoccola*.

Etiam florum germina, præcipue rosarum *bottoni*, & *boccoli* dicuntur, antequam flos aperiatur. Menagius tamen à pulsando dictos existimat, quod arbores, expellere, & pulsare, siue *buttare* dicuntur, cum in flores erumpunt.

Galli etiam quicquid tumet, & buttis siue dolii speciem refert, *Bote* appellant. *Bote*, fascis. *Botean de foin*. Fascis feni. Iidem sicut Itali *Botte*, & *bottuel* nominant, ranam venenatam, inflatam, ac tumidam, quæ Latinis *bufo*. Boccatio, *Botta*. Idem *Sciatto*, siue *zatto*. Insubribus dicitur, à cyatho, poculo scilicet rotundiore, ac tumente. Nam κύαθος, a κύω, quod est vterum gesto, vt Salmas. ad Solinū. Idem & *Babi*, fortasse contractam ex *bufo*, & ideo homines oris plenioris à tumentibus buccis *Babi* nominamus, & *babioni* inertes, ac stupidos.

A Botte autem est *bottaccio*, *botticino*, *botticella*. Quod vas *Gaster*, & *Gasterjum* antiquis dicebatur, idest ventricosum. Vnde & *bottaccio* pro ventre tumido. A Butticula, Butticularius, *Bottigliere*.

Bottino etiam, Castellum, siue aquæ receptaculum, quod sit veluti dolium in quod aqua recipitur. At

BOTINO. Præda, spolium est à Germanico *Beut*, spolium, præda, *ein raub beuten*, botinare, & *rauben beuten*, prædari. Budæus tamen à Græco Βυθίζειν, *Butttin*, quod est prædam diuidere.

BOTTO. pro ictu, Vide *buttare*. *Di botto*, subito, de subito, *debutto*, *di botto*. Daut. Purg. XVII. *Come si frange il sonno oue di butto Nuoua luce percote il viso chiuso*. Landin. *di butto* di subito. Villan. Lib. VIII. 78. *Che mise di botto in isconfitta i Framinghi*.

BOVA. Venetis Euripus, canalis, aquæ ductus, à fouca. Stat. Patau. *Et hoc facientes possint ferrare bouas in molendinis*.

BOVOLO. Iidem cochleam appellant, credo à corniculis, veluti Bubulis. *Scale à bouolo*. Cochlides.

BOZZA, & *bozzo*. V. *Boccia*. *Bozza* etiam tumor inflatio, a *bauca* quod vas rotundum, & tumidum.

BOZZOLO. V. *Buzzollato*.

BRACCIALE. *Braccialetti*. Brachiorum integumenta, ferreis laminis compacta. Item ex ligno, ne grandioris follis impulsu brachia lædantur, instar cestuum. Sed illi, ex loris, crudoque corio confecti ad pugillatum.

Sed *brazzadelli* appellant genus panis dulciarii, quod virias, siue armillas referant. Nam armillam, brachiale, siue brachionarium dicebant. Glos. Ψέλιον, *Viriola*, *armilla*. Ψέλιον ἀνδρὸς *Brachionarium*. Venetis à manu, *Manini*. Pap. *Armillæ propriè virorum sunt ab armorum virtute, quondam Viriolæ dicebantur: eadem & circuli, & brachiales, rotunda scilicet boga*. (boiæ, Galli, *bagues*).

BRACCO. Canis sagax, odorus: *da tossa*, ab olfactu, à Germanico *Brack*. Menagius ex Flitio notis in Gratium p. 168. à vertago deducit, quasi *Veltbrack*. Potest tamen *brach* a flaccis, ac pendulis auribus nomen accepisse: *Flac*, *brach*.

Idem & *Sauso*, Etruscis *Segugio*, vel à gente, Segusius: vel à sagacitate, quod & Menagius existimat.

BRACE. *Bragia*, V. *Brucciare*.

BRACHE. *Braghesse*, femoralia, braccæ, de quibus non pauca in tertia parte Operis de re Vestiaria.

Braghetta etiam nostri appellarunt, cum braccæ tibialibus coniunctæ, femoribus adstrictæ, atque adpressæ membra exprimerent. Subligar, siue pannum ad pubem adsutum, ac prominulum, in speciem membri, vnde procreamur, quod non inepte quidam Cazophilacium appellabat. Id religiosè Heluetij in cultu seruant, virilitatis argumentum, incisis ac follicantibus braccis additum, ac veluti insigne gentilitium. At postquam laxiores braccæ more veterum Sarmatarum inuectæ sunt, Itali illam Phallothecam abdicarunt, donec eo ventum est, vt pro braccis, duas prope muliebres cyclades femoribus inducerent, quando versa vice maior fœminarum pars braccas gestare creditur.

At *Brachiere* & bracchiarium, subligar, & fasciam vocant, qua procidentia in scrotum intestina, sustinentur.

BRACO. *Brago*, lutum, cenum. Dant. Infer. VIII. *Che qui staranno come porci in brago*. Et Purg.

Purg. v. *Corsi al palude, & le cannuccie el brago M'impigliar sì ch'i caddi*. Forte à lubrico, *lobraco*, *braco*. Isidor. Glos. *Lubricum, lutum cum labina*. Proprie enim ferarum volutabrum. Sicut Latini *lustra* dixerunt in siluis ferarum cubilia, à luto, vt Seruius existimat: eo quod apri, suesque siluestres in lutosis fere locis cubitent. Acharisius à *branco*, propter luti tenacitatem. Cogitent acutiores.

BRAGIA. *Brasa*, prunæ accensæ, à βράζω ferueo. Hesych. Βράσσω, ζέω. Ferueo. Vel à prunis. Germ. *branz*. V. *bronze*.

BRAGIARE. *Ragiare*. Rudere: quod est asinorum. Salmas. H.Aug. 168. *Asini rudunt: optimus Polatinus Ragiunt, quod alibi memini legere dictum de Asinis*. Inde ad homines translatum, præcipue infantes, cum inconditio vagitu aures obtundunt. Hoc tamen rectius à vagitu. Isidor. Glos. *Vagitatur violenter flet*.

BRAMA. Ingens alicuius rei cupiditas, seu auiditas, & quædam libido. Fames, Hispani *Hambre*, per metathesim *Brama*. Coaruvias à *fremo*, cui libenter subscriberem, si vnquam fremere, pro cupere, & appetere dictum scirem. Nisi antecedens, ex eo quod sequitur, translatum à feris, quæ cum quid appetunt, eius desiderio fremunt. Monosinus à Βρωμάομαι, escam appetere.

Ceterum Dantes rabidam famem pro *brama*, posuit. Inf. 1. *Questo parea, che contra me venesse, Con la test'alta, e con rabiosa fame*. Mox. *Et vna lupa che di tutte brame Sembiava carca con la sua magrezza*. Vbi Landinus designari ait auaritiam: nam *Bramare*, idem esse, ac vehementer aliquid appetere. Ex macie enim fames arguitur, & inexplebilis auiditas. Nam paulo post de eadem fera. *Et hà natura si maluaggia, e ria, Che mai non empie la bramosa voglia, E doppò il pasto hà più fame che pria*. *Bramosa voglia*, est famelica cupiditas, illisque respondet, *di tutte brame carca*. Nam fames pro desiderio. Inf. xv. *La tua fortuna tant'honor ti serba, Che l'vna parte, e l'altra hauranno fame Di te*. Vtrosque tui desiderium subibit.

Hinc *disbramare* est famem explere, & satiare. Purg. xv. *E se la mia ragion non ti disfama, Vedrai Beatrice, & ella pienamente, Ti torrà questa, e ciascun'altra brama*. *Ti disbramerà*. Quod etiam ad sitim transtulit. Purg. xxxii. *Tant'eran gl'occhi miei fissi, & attenti, A disbramarsi la decenne sete*. Ad explendam bibendi cupiditatem.

BRANCA. Pro extrema parte siue crurum, siue brachiorum in feris, & auibus rapacibus accipi constat. Si modo pars illa manus, vel pes proprie dici debet. Qui existimant prima notione *Branca* dici de arboris ramo, & à ramo, *ramica*, *ranca*, atque inde manum, *Brancam* appellatam, quia in plures ramusculos dispertiatur, falluntur. Rami enim arborum, *branchi*, & *bronchi* à brachijs dicuntur, sunt enim veluti brachia arborum. Vnde Galli, *esbrancher*, & Itali, *sbrocchare*, & *brancare*, pro putare, veluti *exbrachiare* dicunt, vt infra in *Bronco*.

Cadit igitur tota originatio. *Branca* est à brachijs, scilicet extrema pars brachii, (improprie tamen, & abusiue) in vngues in curuos, quadam manus specie desinens.

Sed & *branchiam*, & *brachia* in bestiis Latini agnoscunt. Proprie in piscibus. Plin. L. ix. 17. de Mugile. *Vt coitus tempore è vincrijs marem linea longinqua per os ad branchias religata emissum in mare, fæmina sequantur*. Et cap. 30. Brachia vocat de polypo. *Conchas ad tactum comprimi, præcidentes brachia corum*. Et infra. *Nunc extremis crinibus flagellatos, nunc robustioribus brachijs, clauarum more incussos*. Quam obrem vbique *brachijs*, non *branchijs* legendum censet Barbarus, & modo cirros, modo acetabula interpretatur. Paulo post Plinius ex Trebio appellat *barbas*, crines, cirros, flagella, instar fibrarum. Arist. Hist. animal. L. 1. 5. *Tum ex aquaticis cetacea, vt delphin, & quæ cartilaginea dicuntur. Horum autem aliqua fistulam habent*, Βράγχια δὲ οὐκ ἔχει, *branchias non habent*.

Hinc *Brancare*, de auibus rapacibus. Fridericus de accipitr. L. 1. 34. de digitis pedum. *Replicatio autem digitorum in suis iuncturis ad superiorem partem non fuit necessaria, ad subteriorem vero partem fuit, quatenus brancarent* (apprehenderent, stringerent) *conuenientius ramos, ad quos confugiunt persæpe, vt illic dormiant*.

Vox deinde ad aliorum animalium brachia translata, præcipuè Vrsorum. *Branca Vrsi*. Ita ad manus hominum. Dant. Inf. vii. *Che è, che ben del mondo hà sì tra branche*. In manu, ac potestate habet. Inf. xvii. de Gerione. *Due branche haueа pilose in fin l'ascelle*. Villan. iii. 2. *E poi S. Brancazio con l'insegna à branche di Leone per lo nome*. Quasi Brancatius, à branchis dictus.

Inde *Brancolare* prætentis brachijs, & manibus in tenebris, iter tentare. Inf. xxxiii. *Vnde i mi diedi Già cieco, à brancolar soura ciascuno*. Boccat. v. 10. *Cominciò andar brancolando per la casa, per sapere, se scala ò porta trouasse, doue andar se ne potesse*. Manibus prætentans: *andando à tenton, à tastone*: & *andar branconi*, depresso corpore instar qua-

drupedum, brachijs, pro cruribus vtendo,

Branco etiam pro grege. *Vn branco di pecore. Vna mano di pecore*. Manus enim pro multitudine, vt infra dicemus. Manus autem est, *branca*: & *branco*: vt aliis animaduersum. Hinc etiam, *vna brancata*, pro manipulo, siue quantum manus capere potest, *vna brancata d'herbe, di fieno*, manipulus, siue fasciculus herbarum. V. *Zampa*, & *zatta*.

BRANDENALI, Insubres appellant ferramenta foci, quibus ligna, & torres in igne aptantur, & exstruuntur, Germanis *brandt* significat torrem, siue titionem. Pap. *Andena instrumentum ferreum foci*. Fortasse *Antena*, quod ante Focum statuantur. Ex quo *Brantea*, vel *brandena*, conflatum: Etrusci à re ipsa *Capi foco*, Veneti, *Canedoni*, Capitones, quod hæc instrumenta capitibus ex ære fusili, vel cælato, & variegato exornentur, Et quia interdum Æthiopum capitibus, ab Hispanis *Morillos* dicuntur,

Inter ferramenta forceps, pala, & batillum, Est & aliud oblongum in extremo reflexum, & falcatum, acetuandis prunis; & titionibus, quód non inepte Veneti *Beccacenere* appellant,

BRANDO. Ensis. Huius vocabuli origo adhuc mihi latet. Nam quod aliqui à Germanico *Brandt* deducunt, id torrem, siue titionem significat, Nisi inde vox deducta, quod nondum repertis gladijs, præustis sudibus pugnaretur, & postea gladii idem nomen sortiti, Quod vero alii à *Brano* prout laceramentum significat, trahunt; quia ense corpus in frusta secatur, non persuadent, Fortasse igitur à Latino *Vibrans, vibrante, branto*, & *brando*. Gallis, *brandir*, & *branler*, èst vibrare, Non vt vibro significat mouere, & quatere, sed micare, intermicare, siue vi, & quodam impetu ferri. Cicero Oratore, *Demosthenis non tam vibrarent fulmina, nisi numeris contorta ferrentur*. Et de clar. orat. *Et erat Oratio cum incitata, & vibrans, tum etiam accurata, & polita*. Virg. *Sibila lambebant linguis vibrantibus ora*, idest micantibus. Vt *Brando* sit ensis vibrans,

Brindestoc Menagius ait apud Belgas significare contum, quo innixi riuos, atque euripos transiliunt, *sprincstock*, quod à *springhen*, saltare, & *Stock* baculus, siue fustis. Nos *Brandestoch*, breuiorem contum, siue dimidiatam sarissam appellamus,

At Veneti *Stocco* ensem breuiorem appellant: Galli *Estoc*, quod à Germanico *Stock* deducunt. Atqui hoc baculum, siue fustem significari aiunt. Quid fusti cum ense? Nisi quod paulo ante dicebamus, de sudibus intelligamus, quodque initio singularia certamina fuste inirentur. Verum *Stock* non solum fustem significat, sed etiam truncum arboris recisum, atque ita ex incisione acutum, ad cuius similitudinem gladium, non cæsim vt spathæ, sed punctim ferientem *Stocco* appelpellant. Et Germani *Stock strick* ligulæ aciculam, qua vestes adstringuntur,

Dare vna stoccada, est punctim ferire, sicut *coltellata* cæsim, Germani *Stochen* pungere, figere, & *Stechen* dolo, siue verutum occulto ense armatum. *Stechenser* scalprum, siue cœlum. *Stechestraut*, septum, vallis acutis, siue stipitibus munitum, *Steck* baculus: *vna stecca, vn stecco* denti scalpium. Quæ omnia à Græco στίζω, pungo, stigmata, compunctiones, ac notæ seruis inustæ,

Quia autem *Stocco* vt diximus, truncum significat, inde pro stirpe, siue stipite gentis, aut familiæ. Villan. L. xx. *Ma per la loro discordia fallì loro lo Imperio, & etiandio il diritto stocco reale di Carlo Magno venne meno*. Stirps defecit. Et Lib. VIII, 57. *Questi Conti non sono per lignaggio masculino dello stocco degli antichi Conti di Fiandra*. V. *Stocco*,

BRANO. Frustum. Laceramentum. *Membranum, brano, Sbranare* ex membrare, demembrare, deartuare. Inde, *brano, à brano* membratim, Dant, Inf. VII. *Troncandosi con denti à brano, à brano*, Et XIIII. *In quel che s'appiatò miser i denti E quel dilacerar à brano, à brano, Poi sen' portar quelle membra dolenti*. Membra lacerata, *sbranato*, Vnde *brandello, sbrendello, e sbrindacole* laceramenta. Hoc recte Menagius prætulit alteri notationi, quâ à laniando deducebat,

BRAVO. Fortis, audax, ferox, Βραβευὲ, & Βραβευτὴς proprie, vt Budæus docuit, qui dat præmium certaminis, siue Iudex, & moderator certaminis, & βραβεύειν præmium distribuere, & *Brauium* victoriæ præmium. Paul. I. Corinth. 9. *Omnes quidem currunt, vnus autem accipit* Brauium.

Ex quo factum vt *Braue* diceretur, qui Brauium reportasset, siue certaminis victor, & ideo vir fortis, ac præstans, At Perionius *brauer* esse ait, splendore vestium nitêre, quod qui ludis præerant ceteris ornatu præstarent. Adiicit ineptiorem notationem à brachis, quæ olim Gallorum. Ridiculi etiam sunt, qui à rabie, aut à prauo deriuant.

Quia autem feroces facile minantur; *Brauare*, pro minas intentare, increpare, obiurgare, & *brauate in credenza*, inanes minæ, atque in irritum casuræ, & *brauazzi*, satellites, stipatores, armigeri, milites glorioli,

Quia autem feræ, cicuribus ferociores sunt,

Hispa-

Hispani animal indomitum, nondum mansuefactum, taurum, leonem, & id genus, *Brauo* appellant.

BRECCIA. Mœnium fractura, atque hiatus, ex crebro tormentorum incussu. Menagius à Germanico *Brechen*, quod est rumpere: id autem à *Brix*, affertque Buchanani verba Lib. 11. rerum Scotic. *Apud Scotos à* Brix, *quod veprem significat, declinatur* Brissae, *idest Vepricula: & à* Brix, *quod rupturam significat,* Brixa, *quod nunc Galli pronunciant* Brissae: *quod enim* Brix *Scotis dicitur, id Galli adhuc* Bresche *appellant*.

Verum tam *Brix*, quam *Bresche, brescher*, & *breccia*, à Latino *fractio, brectio, breccia* factum videtur, & *brechen* frangere. Veneti *sbregare*, lacerare, frangere, & *sbreghe* stipitum, & caudicum fragmina, cuneis discissa, & *sbregoni*, vestes laceratæ.

BREDA. In Gallia Cisalpina, præcipuè Brixiæ appellatur ager suburbanus. Prædium, prædiolum, *preda*, & *Breda*. Licet enim Prædium tam rusticis, quam vrbanis possessionibus nomen commune sit, à præstando, si Varroni credimus Lib. iv. de L. Lat. deductum, quod prædia pignori data, mancipii fidem præstarent, vnde *Piezo*, pro pignore, & cautione vt infra dicemus: propriè tamen Prædiorum nomine veniunt possessiones suburbanæ, siue Vrbi proximæ. Vnde tituli apud Iuris consultos de seruitutibus prædiorum Vrbanorum, & rusticorum. *Ager propriè dicitur locus in rure quem colimus. Fundus pars agri est, &c. Nam in Vrbe, oppido, vico, castello, quicquid tale est Prædium vocatur. Est itaque fundus rustica possessio: Prædium, & vrbana, & rustica*.

Mediolani Templum & ædes, in quibus est Gymnasium Societatis Iesu, *Brera* dicitur, Latinè *Brayda*, & Collegium *Braydense*, à *Prædium*, & per dialysim *Prajdum*, & *Braidum*: *Breda, Brera*. Statut. Patau. Rub. 70. *Si quis habuerit plus quinque campos terræ, & aliqua puncta sit alicuius Bradij*. Et infra. *Quicumque habet* Braidam *terræ*. Etrusci. *Brozo*. Villan. L. ix. *Rubando campi, brozi, & tutte le Villatte d'intorno*. *Bradio, brazo*, & *brozo*. Quanquam & *à brolio* esse possit.

BRELLA. V. *Predella*.

BRENTA. Vini mensura apud Insubres: Forte à Metretum, cuius mentio apud Varronem, & Columellam. Plinius Cadum appellat, de quo Budæus L. v. de Asse.

Patauij Medoacus, qui Vrbem interluit *Brenta* appellatur, incertum vnde: & *Brentana* cum pluviis intumescens stagnantibus aquis in agros effunditur.

BRETTO. Florentini agrum sterilem, & incultum vocant. Aspretum, *pretto, bretto*. Insubres, *sbritto*, pauperem laceris, & attritis vestibus indutum, vel translatè, vel ab *attrito*.

BREVE. Breuis libellus. Vopiscus. *Breue nominum conscripsit*. Glos. Πιττάκιον. *Pittacium, Breuis*. Omnia nota.

BRIACO. Vbriaco. Ebrius, *Ebriacus*. Nonius. *Ebriulare, ebrium facere, & Ebriacus Ebrius*. Laberius Cythera. *Ebriulati mentem hilarem arripiunt*. Idem Aulularia. *Homo ebriacus, somno sanari solet*. Glos. *Ebriacus* Μεθυστής.

BRICCIA. Mica, frustulum. A *friando, friccia, briccia, fricole, fregola*. Insubres *Freguia, sfregulare*. Friare, λιθολογεῖν, minutatim terere, & comminuere. Varro Lib. de R. Rust. *Terra, cum fodiatur, facile frietur*. Plin. L. xiii. 4. *In Æthiopia friatur*. Ex quo friabile, quod facile friatur, & minutim conteritur. Idem L. xxvii. *Optima est, quæ candidissima, & facile friabilis*. Inde *Frafio, pane frafio*, Friabilis. Galli *Briser*, contundere, conscindere, comminuere. *Brisee*, & *Brisure* friatio, comminutio. *Brisa* mica salis. Inde Insubres, valde salitum, dicunt. *Chel brisa*.

BRICCOLE. Locus in monte editior: montium cacumina. Verrueæ verruculæ, *briccole*. Cato apud Gellium L. iii. 6. *Quadringentos milites ad verrucam illam ire iubeas*. Quod Gellius locum editum, asperumque interpretatur. A cuius similitudine tubercula in corpore Verrucas appellarunt.

Rectius tamen à Rupe, rupercula, rupicola, *briccola*. Et *Briccone*, non quasi *Briacone*, vt Pergamenus, sed rupium incola, Rupicone, *briccone*. Festus. *Squarrosi ab eadem squamarum similitudine dicti, quorum cutis exsurgit, ob assiduam illuuiem*. Lucilius. *Varronum, ac rupicum squarrosa incondita rostra*. Rupices rupium incolæ. Tertul. de pallio: de Chirone Achillis præceptore. *Apud rupicem, & siluicolam, & monstrorum eruditorem, scrupea schola eruditus*. Apul. Florid. 1. *Qui ex rupicibus, basulis, tabernarijs*. Villan. L. vii. 60. *Non vi diss' io che Piero d'Aragona era vno folle briccone?*

Briccola etiam Insubribus, est vter vinarius, siue vtriculus, ἀσκίδιον, vnde nomen. Vtricula, *briccola*.

Briccole postremo dicebantur machinæ bellicæ, grandes scilicet ballistæ iaculandis lapidibus ante bombardarum vsum. De quibus plura Magius Miscel. L. i. i. vbi de trabuchis: petrerijs &c. Quæ quidem *Petrerie* (quæ vox Venetijs durat) eædem, ac *Briccole* nam quod

Morena Hist. Laudensi ait; *cum machinis & petreriis* Corius vertit: *Con infinito numero di briteole, e mangani*. Recte autem Menagius à *Trabucculo*, deducit, *Briccolo*. Licet enim diuersa machina, de qua infra, ob similitudinem tamen, & quod illâ minor esset. *Briccola* dici potuit.

BRIDA. *Brena*, *briglia*. Habena. Voss. Etymol. de lit. permut. Ex ῥυτὴρ habena, freni lorum, à trahendo, Æolicè βρυτὴρ: vnde Galli, *Bride*. Sed vbi vox Latina præsto est, frustra Græcos sollicites. Retinacula, *redina*, *brena*, *bredina*, *brettina*, *brida*, *briglia*. Villan. L. IX. 24. *I loro Caualli sono piccioli, e senza ferri, e con brettine sanza freni*. Proprie enim *redine* retinacula, siue freni ipsius lora, & corrigia. Quamquam Simplicius *Brena* ab habena, vel à *freno* deriuari possit, & frenulum, frenile, *frenilia*, *briglia*.

BRIGA. *Brigare* proprie, & prima notione est ambire, siue prensare, & honores petere. Galli, *briguer*, ambire, petitorem profiteri. *Brigueur*, candidatus. *Brigues, & faueur*, studia ambitionis. Hispanis competitor *Preco*, à precando. Hinc *Brigare* est precari: & *Briga* precatio, preces, *preca*, *brega*, & *briga*. Nam *preca*, & *preco*, est precatio, *preghiera*, quasi precaria. Dant. Inf. XXVIII. *Non farè lor mestier voto, ne preco*. Et Purg. XX. *Tant'è disposto à tutte nostre prece.*

Quia autem in ambitu, siue honorum petitione, æmulatio, certamen, occursatio, cura, anxietas, tumultus, *Briga* pro contentione dici cœpit. Dant. Par. XIII. *E vinse in Campo la sua ciuil briga*. Boccat. III. 6. *Non vogliate ad vn hora vituperar voi, & metter in pericolo, & in briga, il vostro merito, & me*. Villan. L. II. 15. *Hebbe briga, e grande guerra, con suoi fratelli*. Et L. V. 7. *E poi diè molta briga à suoi vicini*. Cap. 38. *Assai erano le sette trà nobili Cittadini, e le dette parti per cagione delle brighe, e questioni della Chiesa allo Imperio*.

Prender briga, *hauer briga*. Contendere, rixari. Galli *Brigueur*, rixosus. Item pro cura, studio, & labore, vt in petendis honoribus fiebat. *Brigare* laborare, contendere. Histor. Pistor. pag. 44. *Ciascuna delle quattro case si brigaua d'esser maggiore, e di vantaggiarsi*. Dant. Purg. XX. *Noi erauam partiti già da esso E brigauam di souerchiar la strada*. Conabamur iter conficere.

Item pro mora & impedimento, vt in magna competitorum turba, & concursu. Purg. VII. *Non perche altra cosa desse briga, Che la notturna tenebra ad ir suso*. Moræ, atque impedimento esset. Statut. Patau. Rubr. X. *Pignera aliqua consignata non possint interdici, vel imbrigari coram alio Iudice*. Albertus Argentinensis. Anno MCCXCIII. *Franciscus se nolens imbrigare cum illo à grauaminibus cessauit*. Introduct. ad virt. *Se credessi non poter osseruargli, non t'imbrigare de nostri fatti*. Math. Villan. IX. 7. *Mà perche noi hora siamo imbrigati di molte cose*.

Vnde *Disbrigare*, soluere, atque expedire. Inf. XXXIII. *Dimmi chi fosti, e s'i' non ti disbrigo, Al fondo della ghiaccia ir mi conuegna*. Idest oculos, quorum lachrimæ in glaciem diriguerant, crusta obseptos, soluo, ac libero.

Quia autem in Comitiis, & ambitu, magnus populi Conuentus, ac turba, *Briga*, & *brigada*, pro hominum multitudine. Item pro societate, contubernio, & familia. Boccatius initio. *Da vna honesta brigata di sette donne*. Et *fatta lor brigata, d'ogni altro separati viueano*. Et II. 6. *Ve ne potesti andar tutti di brigata*.

Interdum pro cohorte, & exercitu. Galli, *Brigade*, *troupe*. Villan. VII. 88. *Si fece vna compagnia, e brigata di mille homini, e più vestiti tutti di robbe bianche*. Infra. *Molte brigate di Caualieri, e donzelli*. Dant. Inf. V. *Così vid'io venir trahendo guai, Ombre portate dalla detta briga*. Idest ventorum turbine. Chron. Venet. *Lo fè per sò compagno in rezer lo Dogado di brigada*.

A *Briga*, & *Brigata* facti sunt *Brigantes*, in cuius vocis notatione eruenda frustra viri docti laborarunt. Nam cum *Brigate*, vt diximus, essent militum Cohortes: milites ipsi *Brigantes* dicti sunt. Lipsius Lib. III. Ep. 44. ad Belgas. Ex Alberto Argentinensi. *Turicenses, cum quatuor millibus peditum armatorum, duobus millibus* Brigantum, *& ducentis equitibus armatis egressi*. Vbi apparet fuisse milites leuioris armaturæ, & recte censet Lipsius, velites fuisse, aut inermes, vnde *Brigantes*, in conuicio, & contemptu. Sed notationis falsus est. Villan. L. X. 173. *Con le sue masnade, e con suoi briganti* (masnadieri) *e fantè di volontà*.

Atque vt olim milites honesto vocabulo latrones, dicti, quasi laterones, postea vox ad prædones, & grassatores deflexit: ita & Brigantes, pro latronibus, ac viarum insessoribus. Galli, *brigand*, *brigandeau*, & *brigandage*. Præcipue pro piratis. Vnde lembi Piratici, *Brigantini*, hodie appellantur: Galli, *brigander le mer* piraticam exercere, & *Brigandine*, genus loricæ leuioris.

BRILLARE. Vibrare, micare, intermicare. Cic. IV. Academ. de mari. *Quodq; nunc quia à Sole collucet, albescit, & vibrat*. Virg. *Namque*

que

que improuiso vibratus ab æthere fulgor. Lucan. *Non Solis imagine vibras*. Translate. *Brillare d' allegrezza*, gestire & toto corpore quati. A *brillo* Hispani *Brio fecerunt*.

BRINA. Pruina. Veneti *Brosma*, quod est à bruma.

BRINDISI. *Far brindisi*, Propinare. Vox Belgica, aut Germanica. Illi enim dicunt *Ick brengt u*, Isti, *Ich brinbs euch*, quod Gaspar Scioppius V. C. aiebat significare, *Ego tibi affero*, scilicet poculum. Quod est propino ex more veterum, quo poculum modice libatum alteri tradebant. *Bringen* enim est portare, poculum deferre. Apud nos, qui propinat, alteri salutem precatur, & calicem haurit. Veteres, *Bene te, bene me*. Qui inuitatur, respondet *Prosit*. Veteres Ζωσῃας, Viuas, vt apud Dionem de Commodo in spectaculis bibente. Idemque dicitur *far ragione*, quod ius, atque æquum sit postulanti satisfacere. Eo iam pestiferâ humanitate prouectâ, vt non modo magnis poculis inundari humanitas vocetur, sed ingens opprobrium habeatur, nec semel sanguine expietur, bibendi certamen sine missione detrectare.

BROCCA. Vas aquarium, pollubrum, non à βρόχος, quod laqueum significat, vt inepte Perionius, neque à βρέχω, irrigo, sed à πρόχους, siue πρόχως. Prochoos, Prochus, Brocca, Aqualis idest vas aquarium, quo aqua manibus datur, & mensæ infertur teste Varrone. La *Broccha*, & *il Cadino*. Ita Turn. in Varronem de L. Lat. qui, & guttum interpretatur. Et Adu. L.XXVIII 7. Quia Liuius poeta qui Homeri Odysseam vertit, illud eiusdem πρόχόῳ, aureum guttum reddidit. Scilicet à πρόχέω, & προχυέω, fundo, in fundo, profundo: quod eo in manus aqua fundatur. Pollux Lib. VI. 14. Χέρνιβα ab Homero dici tradit aquam, qua manus abluuntur, Πρόχουν vero vas ipsum aquarium. Plerumque autem Homerus vtrumque coniungit, & lebetem, siue catinum addit, quo aqua excipiebatur. Nunc etiam *Brocca* vas vinarium dicitur oblongo tubo, siue rostro quo vinum in vrceos & lagenas defunditur, vt in Cœnobiorum tricliniis. Vas item in quod lac immulgetur, & venale circumfertur, vnde *latte in Brocca*, recenter mulctum.

BROCCARE autem pungere est à veru, *verrucare*, *broccare*, *& brocciare*, quod Menagio animaduersum. Galli *Broche* veru *Brocceglio*, pro aculeo, siue stimulo. Galli *brocher*, calcaribus equum stimulare. Translate, *broccard* dicterium, *broccander* canillari, ac verbis pungere. Hispan. *Abrojo* vocant tribulum, non ab *abre el ojo*, vt Coaruvias, sed quod spinis instar veru inhorrescat. Iidem *a brojo de hierro*, calcar appellant.

Broccata, & *imbroccadura* pro ictu punctim illato; *Dar nel brocco*, & *in brocca*, scopum attingere, siue scopi centrum, vbi clauo, siue verrucula scopus confixus est. Morgant. XXI. *E da sempre nel brocco à mezzo il segno*.

Broccato etiam pro vallo siue septo Etrusci dicunt, quod & *Steccato* Hist. Pistor. p. 157. *Mutò lo campo, & appressossi à nemici, credendo che vscissero dal lor broccato per combatter con lui*. Quia iidem *Brocco* appellant truncum, siue brachium arboris decisum, & acutum.

Brocca, & brocchette etiam parui claui dicuntur, siue clauiculi, *verrucula*, *verrucchetta*. Glos. Verruculi, Βάλανοι ἐπὶ τοῦ κλύθρε, ὀβελίσκοι. Ita enim pro *Vermiculi* reposuit Salmas. ad Hist. Aug. p. 393. Et *Verovvil* idem significare apud Gallos notauit. Onomast. G. Lat. *Veruculum* ὀβελίσκος.

BROCCA præterea, *branco*, & *bronco*. Italis significat ramum, siue truncum arboris, quasi brachium. Virg. VI. Æn. *In medio ramos annosaque brachia pandit Vlmus opaca ingens*. Prud. Cathem. *Hic vbi vitea pampineo Brachia palmite luxuriant*. Ouid. Metam. XIV. *Sed adunca dextera falce, Qua modo luxuriem premit, & spatiantia passim Brachia compescit*. Quod Horatius, *Inutiles falce ramos amputans*. Columella, *Mox ramis diffudit quasi brachys*. Galli *Branches*. Albertus Magn. de Falconibus. *Coque brachia, & ramos maluarum in aqua*. Dant. Inf. XIII. *Che tante voci vscisser tra que' branchi*. Boccat. IV. I. *Et accomodato bene l'vn de capi della fune ad vno forte bronco, che nella bocca dello spiraglio era nato*. Hinc *L'vua in brocca*, est vindemia pendens. *Sbroccare*, & *sbrancare*, & *bruscare*, ramos, siue brachia arborum amputare, frangere, & vellere. Hispani. *Brocar ex brachiare*. Germani *A brechen*, ex brachiare. Petrarcha. *Ne sbrancò i verdi, & inuescati rami*.

Broccoli, cauliculi, siue caulium, & brassicarum brachiola, *cimoli* cymulæ. Hoc enim Latinè *cyma* significat. Pallad. de re rust. Lib. II. 17. *Tempore hoc brassicam seres vtilius, vt plantas eius Nouembri inchoante transponas, de quibus, & hieme olus, & vere possit cyma produci*.

Postremo BROCATO, dicitur textum Attalicum, siue sericum auro intertextum, Quia brachium arboris decisum nodosum est, *broccoso*, & *broccato* pro nodoso, & inæquali accipitur, inde Politus existimat, *broccatum* dictum à filis, & nodis in textura extantibus instar annulorum, dictum esse. Sed hoc potius in opere Phrygio, acu picto, siue *Ricamo*

eueni.

euenit. An igitur à bracteis aureis intertextis, veluti *bracteatum?* An, quod est operis Phrygii proprium (acu pictum, vel punctum) ad textum Attalicum translatum, vt sit *broccatum*, quasi *verrucatum*, licet nullum ibi acus artificium sit? Cum igitur propriè Phrygium opus sit *Broccatum* idest acu, siue verruculo pictum, postea etiam ad texturam à similitudine ea vox translata est.

BROCCHIERE. Clypeus, parma. Galli *Bouclier*. Menagius, quasi *Buccularium*, à bucculis, siue fibulis, quibus scuta ornabantur. Liuius. *Neminem totis mox castris quietum videres, acuere alij gladios, alij galeas, bucculasque scutorum*. Isidor. Glos. *Angia ferrum, buccula scuti. Ancile, scuti buccula intus, qua ab intus tenetur*.

Sed quia Itali *Brocchiere*, dicunt, potius à brocchis, siue verriculis dictum crediderim. Nam cum huiusmodi clypeoli, & parmæ ferme olim lignea essent, vt nunc quæ *Targhe* vocantur, ferreis circulis, & clauorum capitibus muniebantur, vnde à brocchis, siue verruculis, *brocchieri*.

Quod ad verba Isidori pertinet pro *Angia*, puto legendum, *Ansa*, vel *Ansile* (nam Ancyle aliud erat). Quia Papias: *Ancyle, buccula scuti*, & *Anchea* ferrum in scuto, quod manu tenetque, lege *Ansa* qua scutum manui inserebatur. Vel à Germanico *Bucklier*.

BRODO. Ius. Salmasius ad Historiam Aug. p. 411. vocem latinam existimat: nam apud Gaudentium in tertio tractatu de Paschate, *Brodium*, reperiri positum, pro iure carnium, & significare ζῶμα: vocem quidem vulgarem, & è medio sumptam, ex Græco factam. Βλύδιον enim τὸ ζῶμα ἀπὸ τοῦ βλύζειν: hinc Brodium, λ, in ρ. Hesych. Βλύδιον, τὸ ζεῖον ὑγρόν.

Simplicior tamen notatio, sicut & Germanicum *Brube* à bulliendo quasi bullitum, *bollito*, *brodo*, quod etiam Acharisio placet. Cum præcipue aliqui *Buglione*, dicant, & Galli, *Bouillon*. Vnde Itali *broare*, & *bruare*, & *sbrojare*, iure, vel aqua bulliente perfundere, Galli *abbruver*: & *sbrotadura* pro leui plaga, quæ summam cutem perstringit, vt cum feruenti liquore pellicula carpitur.

A *Brodo*, *brodetto*, & *brocito*, Iusculum. *Andar in brodetto*, gaudio liquescere. At *Broda*, immundam aquam, & colluuiatem appellamus, vt Landinus ad illud Dantis Inf. VIII. *Et io Maestro molto sarei vago, Di vederlo tuffar in questa broda*. in liquido ceno. Colluuiem inquam vasorum coquinæ, quæ suibus obiicitur. Ex quo *Brodaiolo*, spurcus, succidus, & ligurrior. Boccac. Lib. VI. *Sentendosi traffigere la loro brodaiola hipocresia*. Imbrodolare. Val. Mass. *E li loro Rettori medesimi in quella medesima sozzara imbrodolati, non li puniscono*. Morg. *Che godena la notte il Rubaldone Nel sangue imbrodolato come vn porco*. *Bordegare*, & *brodegare*, iure; ac pingui perfundere, fœdare, deturpare. *Brodegone* sordibus, illuuie squalens, vestibus iure, atque oleo infectis. *Bulardério*, *Bulardè* Insubribus, *brodo lardario*. Ius lardarium, quo condimento passerculi elixantur.

BROGIA, *brosa*, *brossiola*. Pustula, & Pusula. Plin. L. XXVI. 8. *Est enim tam feruentis natura, vt per se extra corpori impositum, pusulas ignium modo faciat, & pro caustico in vsu sit*. Tibullus II. 3. *Nec quererer, quod Sol graciles exureret artus, Læderet, & teneras pustula rupta manus*. Martial. XIV. 167. *Feruida ne trito tibi pollice pusula surgat*. Glos. φλύκτις: *Papulla, pusilla, pesulla*. Legendum. *Papula, pustula, pusula*. Hisp. *Postilla*. Alii *Brusolo*: Argento *brusolato* pusulatum. *Pusa*, *Posa*, *brosa*, *pusilula*, *brossiola*. *Pusulo*, *brasulo*, & *brusco*; & *bruschetto* pro eodem. Turn. L. XXIV. 2. vbi loquitur de argento pustulato, siue pusulato; *Nos quoque in vernaculo sermone perinde quasi posula, pro pusula interdum diceretur, mutato P, in B. tumorem* Bosulam *appellare solemus*. Nam Galli *Bosse*, papula.

BROLO. *Brolgio*, *broglio*. Locus arboribus consitus, siue plantarium, ac viuarium, palis, aut maceria, aut mœnibus septum. Turneb. Lib. XIX. 20. ex D. Hieron. in Ezechiel. cap. 40. *Septuaginta περίβολον transtulerunt, quod nos viuarium, vel conclusum locum dicere possumus*. Scilicet Græcis περίβολος, & περιβόλαιον, est locus septus, & maceria, aut mœnibus circumdatus, ferme coercendis feris. Vt post Turnebum docuit Salmas. ad Tabulam Herodis. Quod nunc à palis, siue sudibus defixis *Parcum* quasi *Palicum* dicitur, etiam postquam muris mœniri cœpit. Glos. *Murus* τεῖχος, καὶ περίβολος. Et. *Caula*, περίβολος, μάνδρα. *Conseptum*, περίβολος.

Inde factum *Periuolium*, vt idem censet, tum Brolium, siue *Briolium*, *Brolo*, *briolio*, *broglio*, & *brogilo*: locus arboribus consitus, & circumseptus. Luitprandus Ticin. in Legatione ad Nicephorum. *Sed idem Nicephorus in cæna interrogauit me, si vos* Periuolia, *idest* Briolia, *vel in Periuolijs onagros, vel cetera animalia haberetis. Cui cum vos* brolia, *& in brolijs animalia onagris exceptis, habere affirmarem. Ducam te, inquit, in nostrum* Periuolium, *cuius magnitudinem, & onagros, idest siluestres asinos, te vidisse miraberis*.

Porro huiusmodi *brolia*, olim in Vrbibus, publice fuisse ad populi oblectationem, & pri-

uatim

uatim apud proceres voluptatis causa, notum est. Otho Morena Histor. Laudens. pag. 18. *Quoniam ipsi ferè omnes mecum quoque in ipso Brolio Episcopi, & alibi extra ciuitatem hospitati fuerunt.* Et pag. 84. *Ecclesia Sanctorum, quæ est in capite* Broili.

Brolium igitur plantarium, siue ferarū septum, etiam hortus. Moschopulus. Hortus oletum, & arborum, videlicet Paradisus, καὶ τὸ τῶν κοινῶς λεγόμενον, περίβολον. En etiam hortus, *brolio* dictus, quod viri docti negant. Bened. Iouius Hist. Nouocom. *Huic Episcopo prædictus Henricus concessit Belsitonam, Xenodochia, & alia Cœnobia, neque non loca publica,* Brolium, *& Arenam. Est autem Arena &c. At* Broilum *publicum fuit viridarium vbi Cœnobium S. Claræ in* Broilo *nuncupatum.*

Sunt nunc Mediolani duæ insignes Basilicæ, altera S. Stephani, altera S. Nazarij, vtraque *in Brolio* dicta. Scilicet ibi conditæ, vbi brolia publica fuêre. A *Brolio*, *Broletto*. duplexque pariter Mediolani, vetus, & nouum, quod quidam parum apte, à *Buleuterium*, deduxerunt: vulgo *Brouet*, in altero publica horrea, in altero forum mercatorum celebratur, Brixiæ etiam Broletto, in quo Prætorium.

Menagius *Brolium* à *Brogilo* factum credit, quæ vox in Capitul. Caroli M. extat. *Vt lucos nostros, quos vulgo Brogilos vocat*. Vulrq; à *Bro*, quod agrum significat, factum, vnde Allobroges. Sed illud *Bro*, & *Brogilum* à *Brolio* contractum, & corruptum est, facili transitu *L* in *G*. vt filius, *filio*, *figlio*, & similia.

At Venetijs *Broglio*, ambitum, siue honorum petitionem significat: *& far broglio*, honores petere. Quia vt tradit Sansouinus de Vrbe Veneta pag. 51. vbi nunc forum est, olim *Brolium*, siue nemus sacrarum Virginum S. Zaccharíæ fuit, quod publice coemptum; illuc quotidie patricij conueniunt, vt officiis humanitatis, retinendæ concordiæ, atque alternis obsequiis conciliandæ gratiæ, & petitionis studio operam nauent. Erithræus ad illud Virgilii, *sceleratum frigus* vbi Vrbium, & regionum proprias quasdam loquendi rationes, rerumque priuata vocabula recenset. *Quid illa* inquit *vox* Broio, *& far* Broio, *quæ Comitiorum frequens, & propria est, nonne mera Veneta est, apud nos nata, nobiscum educata, & superioribus annis à viridario quodam Principis ciuitatis, quod* Broilum *vocabamus, in Comitia translata?*

Quod ergo is locus vrbanæ ambitioni, precibusque mutuis, ac prensationi deseruiret (non quod vt aliqui tradunt, illuc Senatores, de summa rep. acturi conueniant) mos obtinuit, vt *andare al broglio*, pro in forum descendere, *& far broglio* pro ipso honorum ambitu acciperetur. *Potere il broglio*, est aliquem ambitui obnoxium esse. Imò *Brogliare*, & *imbrogliare*, & *imbroglio*, à petitorum æmulatione, negotiorum implicatione, togatorum strophis, ac tricis nomen accepit.

Vt ad *Brolium* redeamus, quem locum arboribus consitum fuisse dicebamus, siue hortum, ac viridarium circumquaque septum, ideo Dantes vocem ad flores transtulit Purg. XXX. *E questi sette col primaio stuolo, Erano habituati, ma di gigli Di sopra il capo non faceano brolo*, idest liliorum coronam, vt ceteri non gestabant. Vbi *Brolo* rem florentem, ac viridem Landinus interpretatur, idque lingua Longobardica: sed vt diximus notatio Græca est. Idem Parad. XXVI. *Brogliar*, pro commoueri, & concuti, corpusque vibrare, posuit. *Talvolta vn animal couerto broglia, Si che l'affetto conuien, che si paia.* Quod frondes aura impulsæ moueantur: ita & primi parentis anima, lucis, qua circumfusa erat, tremore, & vibratione, cupiditatem loquendi detegebat.

Ceterum, quia περίβολον, septum dicebatur, ita etiam appellarunt loriculam, siue mœnianum, & coronam tectorum, ne lapsus in præceps esset, vt docuit Philander ad Vitru. L. VII. 1. Eamque idem Vitru. Circuitionem appellat L. X. 19. *Peribolum, loriculam, septum in circuitu.*

BRONCO. V. *Brocca*. *Bronciere*, impingere, cespitare. Non à pronicare, sed à *bronco*, brachio arboris, siue trunco stipite, aut stirpe, & in ea impingere, & pedem offendere.

BRONTOLARE. Inconditо murmure, ac compresso vocis sono, conqueri, & stomachari. Victorius Var. L. XVIII. 14. putat à βροντή tonitru. Verum *brontolare*, non est magno sonitu, & clamore strepere, sed submissa voce, & interdentes intercepta conqueri, ac mussitare. Est igitur fictum à sono aquæ bullientis, quo *Bro*, *bro* redditur. Vt *borbogliare*, & *borbottare*. Illud à murmure, siue murmurillo, *mormogliare*: hoc à balbutire, *balbettare*, *barbottare*. Acharisius hinc etiam *Rimbrottare* factum censet, quod est proprium mulierum cum marito iurgantium. Sed hoc est à *reimproperare*, hoc est imputare formam, dotem, & his similia, veluti *reimputare*.

BRONZE. Veneti prunas appellant. Prunæ, prunitiæ, *bronze*. Germ. *brantz*, & *bruntz*, *Abrennen* comburere, à prunis. Insubres *Bornisa*, prunitiæ, reliquiæ prunarum, & cineis è fauilla calens. Iordan. Veter. cap. 42. *A questo male vale assai el cetrangulo, e lumea, rotte in le bronze inchin à consummatione.*

BRON-

BRONZO. Æs. Vel à Germanico *Erts*, quasi Ænitium, siue æritium; vel à colore prunarum, vt supra diximus, *bronza*, & *branza* quia, si prunitium;. Nam à cupro, aut fronte docta notatio ipso ære durior est. *Bronzino*, tum, ahenum, tum pollubrum, siue aquamanile, etiam ex alia materia.

BRVCCIARE. Amburere, amburitare, *abbrucciare*, & *abbraeciare*, *bruciare*, *brusare*. Galli, *bruler*, non à Græco Βρύτειν, neque à prunis, & *Brulotto*, nauis incendiaria. Inde *Bragia*, & *brasa*, prunæ accensæ. Amburb, *abruscio*, *brusćio*, *brugio*, *brose*, *bragia*, *brasa*. *Brascera*, eschara, foculus portatilis. Vel ab ardens, *arsa*, *brasa arsica*, *brasta*; vel à Germanico, *braten* torrere.

A *bragia* Florentini, *abbracciare*, incendere, & *abbrucciato*, accensus, ignitus. Iidem à prunis, *abbronzare*, & *carni abbronzate* eius qui sole coloratas, vstas, & incoctas habet.

Sed *abbrustare*, & *abrustire*, est, vstulare, *ambustulare*, *brostire*, *brostolare*, quod Insubres, *brusattare*, aues pinnis nudatas, ad vrendam plumarum lanuginem flammæ circumferre: item in pestilentia vestes, ac lignea instrumenta, lambentibus flammis lustrare, & expiare.

BRVGHERA. apud Insubres, Campi vepribus, ac dumis obsiti. Scalig. ex. xxxvi. ab Erica factum putat. Hoc enim esse *brucum*. *Sane* inquit *Lombardis brac*, *à nostratibus viciniis* brecola; *à Rutenis*, *qui sunt in Gallia*, Brughiera. Vt sit veluti Ericearium. Verisimilius tamen à Ruscus, *bruscus*, *brucus*. Pap. *Ruscus fruticis genus spinosum*, *vel vt alij dicunt*, *herba aspera*, *alij lignum folijs spinosum*. Et. *Rusci arbores dura*, *aspera virgulta*. Qualia nempe his locis enascuntur, quæ inde *Brughere* dictæ, Virg. Ecl. vii. *Horridior rusco*. Et Georg. ii. *Nec non etiam aspera rusci Vimina per siluam*. Voss. etym. de permut, lit. *Latinis quoque Bruscus*, *est ex Ruscus*.

BRVLLO. *brollo*. Depilis, siue depilatus. Dant. Infer. xvi. *Et se miseria d'esto loco sollo Rende in dispetto noi, e nostri preghi, Cominciò l'vno, el tristo aspetto, e brollo*. Landinus significari ait pilis denudatum. Vnde *brollo* dici hominem bonis omnibus spoliatum, Quod certum est. Nam sequitur, *Tutto che nudo, e dipellato veda*.

Hoc autem à glaber factum est, *glaber*, glabrulus (vnde glabellus) *brullo*, & *brollo*. Glaber lævis, & sine pilis. Plaut. Aulularia. *Tu istum gallum glabriorem reddas mihi, quam vulsus Ludius*. Idest Pantomimus, illi enim vulsi, & depilati, quia impudici. Nequaquam vt Nonius, quod in ludis pueri essent glabri, ac depiles propter ætatem. Vnde & Glabriones Aciliorum cognomē: & glabræ sues apud Columellam: & glabrescere area, cum herbis attritis, vel auulsis complanatur: item glabreta, loca satis, stirpibusque nuda. Vt calueta vinea, Catoni & Plinio, in qua vites sunt, sed paruæ, raræque. Nam etiam Græci loca satis fruticibusque nuda, phalacras, quasi calueta appellant, Sic Barbarus Glos. in Plinium.

Ergo à glabro, & glabrulo, *brullo*, & *brollo*, etiam de eo cui pellis detracta est. Dant. Inf. xxxiii. *Verso el graffiar: che tal volta la schiena, Rimanea della pelle tutta brulla*. Purg. xxvi. *Et non per lo su sangue e fatto brullo*. Translatè, idest eius stirps, & familia, omni decore, atque virtute nudata est, ac spoliata.

BRVLLO. Iuncus. Βρύλλον. Brullum. Meurs. Lexico. Βύρλον Iuncus, pro Βρύλλον, hinc Βρυλλία, Nassa, iunco, aut vimine contexta.

BRVNO. Obscurum: subnigrum. Scalig. ex. cccxxv. 17. *Ὄρφνος, non est solum vti dicabamus crepusculum cum suo rubore, sed etiam id in aere quod* brunum *vocant Thusci*, *Germanica dictione* Brun. Sed hi *Brauni* dicunt, *B*-*gæ brain*. Inf. vii. *La sconoscente vita ch'i fe sozzi, Ad ogni conoscenza hor li fà bruni*. Illud Virgilianum expressit. *Quos fama obscura recondit*. Nam *Bruno* propriè cum cœlum appetente vespera, obscurari incipit: vnde *imbrunire*, vesperascere. Inf. ii. *Lo giorno se n' andava, e l'aër bruno Toglieua gl'animal che sono in terra Dalle fatiche loro*. Idest lucis, & tenebrarum confinium, siue expirantis diei dubius fulgor. Sed clarius quid esset *bruno* expressit, Inf. xxv. *Come procede inanzi dell' ardore, Per lo papiro suso vn color bruno, Che non è nero anchora, el bianco more*. Fridericus de accipitr. L. ii. 23. *Inueniuntur de diuerso plumagio. Nam alij fiunt bruni, tendentes ad nigredinem*. Turpinus in vita Caroli M. *Erat Carolus capillis brunus, facie rubeus*.

Sed quid vetat *Bruno* a prunorum colore deducere, qui ex albo, aut rubro, in nigredinem vergit? *Bruno* tamen etiam pro pullo sumitur, siue atro vestium colore, in luctu. *Vestito à bruno*, Petrarcha. *Tutte vestite à bruno le donne perso*.

Imbrunire l'arme est ita polire, atque in splendorem dare, vt quadam rutila nigredine fulgeant. Vnde fortasse *Brunia*, siue galea fuerit siue thorax, & lorica, de quo dubitat Vossius, & loricam fuisse, animum inclinat.

BRVSCARE. V. *Brocca*.

BRVSCO. Acer. à labrusca, vite agresti, eiusque acri sapore. Nec aliud aptius succurrit. Inde *vino brusco*, & ciborum acria, quod quodam acore pungant, & mordeant. Translatè

latè pro feuero, atque aspero. Quod etiam Latini dixerunt. Cic. de offic. *Acres animaduersores vitiorum: huomini bruschi*. *Parlar bruscamente*, aspere atque irate obiurgare. Dant. Par. XVII. *Pur sentirà la tua parola brusca*.

BRVSTIA. Scopulæ tergendis vestibus, & capillorum sordibus pellendis, à Germanico *Burstlein*. Galli *Brossette*.

BRVTTO. Turpis, fœdus, deformis. Quidam à brutis animantibus deductum putant. Sed hoc aut ratione carentem significat, vt sunt animalia ἄλογα, aut stupidum, ac male sanum, quales Latini *Brutos* dixerunt, vt illum populi Rom. liberatorem, quod stultitiam simularet.

Doctissimi Bocharti opinio acuta magis est, quam vera, qui à pice Brutia, *bruttare* Italis dici existimat, pro inquinare. Quid enim eo opus est? *Bruttare*, est ab impurare, impuritare, *bruttare*, & *imbrattare*. Boccat. Nou. XV. 19. *Della bruttura della quale il luogo era pieno s'imbrattò*. *Imbratto*, colluvies, quæ suibus objicitur. Morg. translate. *E nel painel si tuffaua all' imbratto*. Pataf. *E fia da polli imbratto*. Quoniam autem id ex Miscellaneis, *imbratto*, pro confusione. Ceterum Impuratus, impuritatus, *imbruttatus*, *bruttatus*, *bruttus*. Glos. *Impurata* ῥυπαρά, ἀκάθαρτα. Terent. Phorm. *Impuratus me vt ille etiam irrideat?* Apul. L. I. Milesiorum. *Quin abis, inquam, impurata bestia, teque ad tui similes musculos recondis?* Brutta bestia.

Prima notione *Brutto*, pro turpi fœdo & inquinato. *Brutto di fango*, *brutto d' inchiostro*. Dant. Inf. VIII. *Dinanzi mi si fece vn pien di fango*. Mox. *Ma tu chi se, che si se fatto brutto?* Et paulo post. *Che ti conosco, anchor sie lordo tutto*. Et Inf. XVIII. eos describens, qui alto sterquilinio demersi erant. *Perche se tu si ingordo, Di riguardar più me che gl' altri brutti?* *Bruttare*, & *imbrattare*. Boccat. II. 6. *A bruttarsi le mani del sangue d'vn suo fante*. Et *bruttura* sordes, immunditiæ.

Vox postea ad deformes translata est, & pro turpi specie, accepta: quod Græci δυσειδής. Glos. *Turpis* δυσειδής.

BVA. *bona*. Papulæ toto corpore ebullientes cum rubore, vt ex Plinio docet Turnebus L. XVII. 24. Plinij verba sunt L. XXVI. 4. *Ebuli folia contusa, & e vetere vino imposita, etiam boam sanat, idest rubentes papulas*. Barbarus Glos. in Plin. *Papula duorum generum sunt Celso Lib. v. Sanius est, quod agrium idest ferum dicitur: rubent vtroque per minimas pustulas corpora, nominaturque Boa Plinio, à simo bubulo, cuius litu maxime tolluntur, vt hinc infantes pueri fortasse mala omnia* Buas *vocare doceantur*. Glos. *Bua* βρέφος. Vulcanius corrigit. *Bua* φωνὴ Βρέφους. Vox infantium. Lucillius. *Inguen ne existat, tama, papula, ne boa noxit*. Quæ vox hodiè durat. *Hauer bua*, Insubres *Bobà*, nempe à *boua*. Qui & morbus boum dicitur. Glos. *Boua*, νόσος Βοῶν: item crurum tumor ex Festo.

Preterea *Bua* potum significat, à puerorum voce, quam prima in infantia discunt, vt Scaliger ad Festum. *BV est bibere, vnde bua potus*. Nonius. *Buas potionem vocitant paruulorum*. Varro. *Cum cibos, ac potiones buas, ac papas vocent*. Lucil. L. VIII. *Cum vinulentas diceret, vinibuas designauit*. Veneti *Bombo* dicunt. Festus. *Imbutum est, quod cuiuspiam rei succum bibit: vnde infantibus, an velint bibere dicentes*, Bu *syllaba contenti sumus*. *Voi bombo?* E far *vn brombo alla botte*, est aquam, aut vinum bulliens dolio infundere, vt imbibat, siue imbuatur, atque ex humore constipetur.

BVCA. *Buco*, à bucca. Inde pro quolibet foramine. Etiam pro fouea. Dant. Purg. XXI. *Già surto fuor dalla sepulchral bucca*. Veneti *la busa*, quod etiam à *fouea* fieri potest. Inde *sboccare*, cum tumor, in plagam aperitur: & de flumine cum erumpit, & diffunditur. Et *trabocceare* pronum cadere, hoc est in os, siue buccam. *Cadere bocconi*.

Ex *buca*, & *buco* factum est *bucato*, & *bugada*. Germanice *Bauche*, Galli *Buee*, Hispani *Buada*, quod etiam ab imbuo deduci potest, lintea aqua imbuta: sed rectius, quia cum vestimenta linea lauantur, lixiuium, per pannum minutis foraminibus compunctum, linteis super funditur, & veluti colo saccatum: non quod è *buco*, siue foramine vasis effluat. Qui pannus inde *Bucarato*, & *bugarolo*, dicitur, Hispanis *Colada*, hoc est colum, & colatorium: & ipsum lixiuium *la bugada*, & *far bugada* lintea dealbare: vestesque recenter lotæ, *panni di bucato*.

At *Bucherame* genus vestis stragulæ ex gossyppio tenuissimæ appellatur, oculatim intextæ, rariore subtemine; Boccat. VIII. IV. *E poi vna coltre di bucherame Ciprano bianchissima*. Villan. X. 168. E l'altro *Palio di bucherame bambagino, che lo corsero le Meretrics dell'Oste*. Veneti *Bocassino*.

Buccinolo, tubulus, arundo perforata, siue siue *busa*, pars scilicet arundinis inter duo internodia. Vel quod perforata, vel quod instar buccinæ, aut paruæ tubæ fit. Boccat. IV. I. *E poi quella messa in vno bucciuolo di canna, sollazzando, la diede à Guiscardo*.

BVCCIA. Cutis, pellis. Folliculus, folliciũ, follu-

follicium, *buccia* & *buccia* proprie de florum cortice: item theca, siue filiqua leguminum, frumenti, vel lini, & cuiuslibet rei, quæ granum inuolutum continet.

Inde pro hominis pelle translatum à Dante Inf. XIX. *Qual sole il fiammeggiar delle cose vnte, Mouersi pur su per l'estrema buccia*, idest pellis superficiem. Landinus *buccia* appellat lini corticem exteriorem, siue folliculum: ad illud Infern. XXXIV. *A guisa di macinlla. Maciulla, altrimenti, gramola chiamano vno instrumento, col qual frangono el lino, acciò che la buccia, e parte esteriore si separi dal duro.* Clarius Dant. Purg. XXIII. pellem humanam *buccia* appellauit. *Pallida nella faccia, e tanto scema, Che dall'ossa la pelle s'informaua; Non credo che così à buccia strema Erisiton si fosse fatto secco, Per digiunar.*

BVCENTORO. Bapt. Pius vir vt illis temporibus apprime doctus, & Beroaldi præceptor, annotat. priorum Sylloge IV. cap. 9. loquens de nauigiis thalamiferis apud Strabonem, quæ Suetonius in Cæsare appellat Thalamega. *Sunt* inquit *Regia quædam naues, & pompatica, quibus reguli nostrates vtuntur, tabulamentis prætortijs. Has dictione significantissima vernacula simplicitas* Bucentauros *appellat, à magnitudine: Græcis assuetis, rebus magnis* BV *syllabam præponere. Inde bupedes, exoleti, buficos, marifca, ficus, bulimos, maxima fames, bupina sitis ingens.* Hoca Varrone Pius de R.R. Lib. II. 5. *Noni maiestatem boum, & ab his dici pleraque magna, vt* Βουσυκον, Βούπαιδα, Βούλιμον, Βοῶπιν. Ita & Festus.

Censet ergo Pius primam Venetam Prætoriam Centaurum fuisse appellatam, à tutela, aut insigni, vnde olim naues nomen accepisse notum est. Verum id potius Virgilii imitatione factum crediderim, apud quem in certamine nauium, Pistris, Chimæra, Centaurus, Scylla. Deinde ad magnitudinem notandam particulam *BV* additam, *Bucentauro, Bucentoro*.

Quod mihi verisimillimum videtur, cum huic opinioni ciuis Venetus doctiss. adstipuletur, cuius laboriosissimum Indicem in Virgilium habemus, *Nicolaus Rubeus*, siue vt illi magis placuit, *Erythraus*. Is ergo ad ea verba, *Centauro inuehitur magna*, sic ait. *De huius Centauri nomine Veneti Ducariam suam nauem, pictura, auroque præfulgentem*, Bucentoro, *quasi* Bucentaurum *appellant: BV, intensiua particula adiecta, qua ad exemplum Græcorum MAGNA, Epitethon Virgilianum expressit.* Hæc ille cuius Index in Maronem plus doctrinæ in recessu habet, quam in fronte pollicetur.

BVCICARE. Commoueri, palpitare. Veneti, *bullicare*, à motu, & æstu aquæ feruentis, ac bullis inde erumpentibus. *Bullicare, bullicicare, buccicare*.

BVDELLO. Botulus, botellus, *budella*, Gallice *Boudin*, nempe farcimen, quod botulum veteres vocarunt, vt Vossius L. II. 2. & Salmas. de fœn. trap. p. 449. Intestina scilicet sanguine farta & distenta. Festus. *Botulus, genus farciminis propter connexionem à bolis, sic appellatur.* Tertullianus Apolog. *Inter tentamenta Christianorum botulos, etiam sanguine distentos admouetis.* Arnobius. *Vt spirulas, & botulos facerent, isicia, castellamenta Lucanica.* Quibus pultes coronabantur, ac veluti vallabantur.

Quia igitur intestina farciebantur, inferior ætas, ipsa intestina, botulos, *butellos*, & *budelle* appellauit. Galli *Boyaux*. Ex qua voce fœdissimum conuicium in pæderastas, quod vt modeste dicam hillas cædant. Quanquam aliqui Gallicum *Bougre* à Bulgaris fortasse insontibus deducant: sed ab eo quod innuimus, *Budellone*, D. in G. commutato, *Boyarius, bougrarius, bougre*.

Insubres *Budello* pro puerulo, quod ferme iis intestinum procidat.

BVFFONE. Scurra, mimus. Huius vocis origo, non à bucca petenda est, quasi, *buffoni* sint buccones, vt Scipio Gentilis censet, sed à *busare*, quod est sufflare, quod quidem fit buccas inflando, recipiendo spiritum, quem sufflando emittimus. Vnde *buffons* scurræ, quasi sufflantes, vel *sufflones*, quod buccas inflarent, alapis excipiendis, quo validius sonarent, vt Salmasius ad Tertul. pallium: pag. 298. Adamantius Martyrius. *Buso*, ὁ φυσῶν γνάθους, idest *buccas inflans*, siue sufflans. Quod nomen ranarum Imperatori Homerus imposuit. Vnde & bufo Rana venenata, tumentibus buccis. Hinc Saccibucces ab Arnobio vocari idem obseruat, qui buccas naturaliter tumidas & inflatas habent. *Hos displosis naribus, illos resimis: nonnullos turgentibus malis, aut buccarum cumulatione saccibucces.*

Mirum autem est, viros doctos, cum *Busare* dixerint, esse ore insuflare, vel buccis inflatis insuflare, maluisse à bucca, quam à *busfare*, *Buffone*, & *beffa*, siue *buffa*, deducere.

Porro alapas turgentibus genis exceptas, scurrarum delicias fuisse, iam pridem doctis obseruatum. Iuuenal. *Mamercorum alapas*: idest nobilium, qui scurræ facti, & mimum agentes, tumentes genas pulsandas præbebant. Mart. V. 62. *O quam dignus eras alapis Mariane Latinis, Te successurum credo ego Panniculo,* Quem scilicet Latinus mimum agens alapis

alapis batuebat. Idem L. II. *Os tibi pervisum, quantum non ipse Latinus Villa Panniculi percutit ora sono.* Tertul. de spect. XXIII. *Placebit & ille, qui vultus suos novacula mutat, infidelis erga faciem suam, quam non contentus Saturno & Isidi, & Libero proximam facere, insuper contumeliis alaparum sic obiicit, quasi de praecepto Domini ludat.* Nempe quia Dominus dixerat. *Si quis percusserit tibi maxillam, porrige illi & alteram,* quod scurrae faciebant. Arnob. L. VII. *Delectantur, vt res est, stupidorum capitibus rasis: salapittarum sonitu, atque plausu.* (Veneti salapicta, vn *Copritto*) Strepitu nempe resonantium alaparum, tumentibus buccis inflictarum. Iidem Veneti, hoc percissi oris ludibrium, *far pesca*, appellant: ficta voce ex crepitu, qui incussa alapa; tumentium maxillarum, & labiorum collisione exprimitur. Id vilissimi homines, ac plagipatidae exiguo pretio patiuntur. Procop. Anecdota. de Theodora. *Sic autem erat comparata, vt inflictas alapas tumentibus genis excipiens lepide quereretur, ac tum fuse cachinnos tolleret.* Alemannus ibi adducit carmina Gregorij Nazian. *Prospiciunt avidi colaphismata, queis sibi malas. Dum retegunt illi, sonitus, crepitusque cietur, Ex quo pro lacrymis oritur, gemitusque cachinnus.* Isidor. Glossar. *Alapus, qui propter mercedem alapas patitur:* forte *Alapo-sus*. Quamobrem ipsa alapa, Hispanis *Buffetto*, & *buffetada*: A *boffetear*. Alapare Gallis propius originem, *soufler*, & *souffletter*, alapis obiurgare. Hispanis etiam *bofres*, & *polmones*: quod genae instar pulmonum follicent, cum alapae inflictu, spiritum reciprocant.

Ex eodem *sbuffare*, pro irasci, siue irae ardore, atque aestu proflare. Quia iratis buccae tument, & inflantur. Horat. Sat. L. I. *Quid causa est merito, quin illis Iupiter ambas, Iratus buccas inflet? Fare vn rebuffo,* irate aliquẽ obiurgare. *Sbuffare*, non iratorum modo, sed dolentium, graui anhelitu spirare. Dant. Inf. XVIII. *Quindi sentimmo gente che si nicchia Nell' altra bolgia, e che col muso sbuffa.* Landin. *Sbuffare* vehementer sufflare. Quare cum iratus fremit, ac minatur, dicitur *sbuffare*.

Item *Rabuffare*. Idem Inf. VII. *Hor puoi figlio veder la corta buffa De i ben che son commessi alla fortuna, Perche l'humana gente si rabuffa.* Landin. *Buffa* vanitatem rerum humanarum interpretatur. Addit à Benuenuto, & Franc. Butrio exponi *Beffa*, siue irrisionem: sed proprie Buffa, esse aerem, aut ventum (*vn soffio, vn boffo*) vnde *Buffettare*, sufflare, & *sbuffare*, irasci, ac minari: non tamen vt ipse credit; verbis inflatis, & ventosis, sed genis.

Adiicit, *Rabuffare*, esse res conturbare, ordinemque inuertere, & confundere: & *Rabuffo*, cum verbis mentem alterius conturbamus. Vnde *la mente humana si rabuffa*, idest conturbatur, ac de statu rationis deiicitur. Sed *fare vn rebuffo*, quid esset, iam diximus.

At *Rabuffare*, & *rabuffato*, de eo cui capillus inhorrescit, & incompositus est. Cui scilicet capilli, ex metu, tristitia, aut incuria impexi, implexique, ac subrecti. Boccat. *Si mise la mano ne capegli, e rabbuffatigli, e stracciatigli tutti.* Et alibi. *Lorenzo li apparue nel sonno pallido, e tutto rabbuffato.* Quia sic implexi, & conuoluti tument, ac veluti inflantur. Insubres, *boffi*, appellant capillos hinc inde ad tempora dependulos, ac spissiores, ac veluti globo tumentes. Et gallina *boffa*, cui plumae densiores circa rostrum attolluntur, & in rotundum cumulantur.

Ergo *Buffa* apud Dantem, pro vento siue aura, recte exponitur, qua nihil inanius, & fugacius. Nam *Bufera* apud eundem, ventus, ac turbo. *La Bufera Infernal, mena li spirti con la sua rapina.*

Sed vt in viam redeamus, à *Buffone*, *Buffa*, & *Beffa*, pro ludo, iocoque, techna, ac deceptione. Dant. Inf. XXII. *Irato Calcabrino della Buffa*, quod Cantico sequenti, *Beffa*, appellat. *Questi per noi sono scherniti, e con danno, e con beffa, Si fatta, ch' assai credo che lor noi.* Pro ludo ac re nullius momenti. Boccat. *Che tutte le dolcezze del mondo sono vna beffa, à rispetto di quello &c.* Villan. VIII. 70. *Si che il gioco da beffe, auenne col vero.* Hinc *beffare*, & *beffeggiare*, *e farsene beffe*, illudere, deridere, contemnere, subsannare: & *beffardo* derisor, subsannator. Morg. XI. *E sbuffan beffe, con ischerno, e scorno.*

Buffa etiam pro superiore galeae parte, vel à *bucula*, vel quod sit cassidis spiramentum, qua flatus trahitur, siue sufflatur. Demum Veneti *Buffas* appellant tesseras ex vna tantum parte notis compunctas, (Insubres à candore *farinacei*) vel à Germ. *Burfel*, vel quia cum sine punctis cadunt lusorem ludunt, ac frustrantur.

Est ergo *Bufo* Latina vox, licet tantum pro rana venenata in vsu sit. Sic Veneti appellant lagenam vitream, rotundam ac ventriosam, vt facilius aquae innatet, refrigerando vino, quod etiam doctissimo atque amicissimo Fr. Redio apud Menagium placuisse, gaudeo. Insubres *gotto*, nam gutti balneares rotundi, ac tumentes, vt in veteribus monumentis videre est. Sed *gotto* Venetis est cyathus. Nec mirum, cyathus enim rotundus, ac tumens, nempe à *κύω*, vterum gesto.

BVFFETTO. Abacus: mensa sustinendis lagenis, & poculis. Germ. *Buffet*, & *credentz*, *credentztisch*. V. *Abaco*. Sed *pan buffetto*, spongiosum Itali appellant, quod tumeat.

BVGNONE. Βουβών. Proprie tumor inguinum. Turneb. L. xv. 15. ex Lucilio. *Inguen ne existat, papula, tama, ne boa noxit. Videtur inguen pro inguinis tumore posuisse qui βουβὼν à Græcis dicitur.* Barbarus Glos. in Plin. *Bubones abscessus sunt circa inguen maxime, à quo & nomen vitio. Nam & inguina ipsa Græci Bubones vocant. Vulgo quoque nostri collectiones, & inflammationes eius partis inguinarias appellant.* Eadem repetit Salmas. ad Tragæd. Herodis p. 213. Glos. Βουβών. *Inguen.*

Hinc & *Buganze* tumor, qui ex frigore, in calcaneis oritur, quem Latini *pernionem* dixerunt. Potest etiam *Bugnone*, à Panus *panione* deduci. Vide *Panocchia*, qui est bubon ex lue Venerea.

BVGIA. Mendacium. Futilia. *Bugiardo*: Futiliator. Nam futilis est loquax. Festus. *Futiles dicuntur, qui silere tacenda nequeunt, sed ea effundunt.* Sic & vasa futilia à fundendo vocata. Lutatius in Statium, postquam explicauit quale esset vas, quod futile dicebatur, subiicit. *Vnde homo commissa non retinens futilis dicitur.* Sic & Seruius, & alij.

At Terentius in Eunucho, vas futile intelligit plenum rimarum. Ita Papias. *Futilis, inanis, vacuus, loquax, dictus à vasis fictilibus, quæ cassa, (quassa) & rimosa non tenent, quæ immiseris.*

Ergo initio futilis pro loquaci cuncta effundente, mox pro mendaci, vt verum illud sit, in multiloquio non deesse mendacium. Nonius. *Effutire cum mendacio dicere.* A futile, futilia, *bugie*. Et futilis, siue futiliarius, inania, & falsa loquens, *bugiaro*, *bugiardo*. Et *bugire*, mentiri. Dant. Purg. xviii. *Quasi che viue (e certo i' non bugio)* non mentior.

Futilia, inania, vana. Apuleius. *Leuis homo, futilis, ac rimarum plenus.* Atqui vanitas pro mendacio Latinis dicitur. Cicero de offic. 1. *Sordidi etiam putandi, qui mercantur à mercatoribus, quod statim vendant. Nihil enim proficiunt, nisi admodum mentiantur: nec vero quidquam est turpius vanitate*, idest mendacio. Et Lib. iii. *Quod si vituperandi, qui reticuerunt, quid de iis existimandum est, qui orationis vanitatem adhibuerunt?* Tacitus xiii. *Manifestus vanitatis*, idest, mendacii. Tuscul. iii. *Cedat veritas vanitati.* Ita vanus, mendax. Virg. 1. Georg. *Sed illos, Expectata seges vanis elusit aristis.* Vnde annus, & fundi mendaces. Idem vtrumque coniunxit. *Nec si miserum Fortuna Sinonem Finxit, vanum etiam, mendacemque improba finget.* *Vanam fidem* idem dixit, pro falsa, sicut Ouidius, *Lingua vana mendacia.* Futilis igitur, siue vanus, & futiliator, *bugiardo*. Cicero 1. de nat. *Futiles, commenticiæque sententiæ.*

At BVGIA, Gallicè *Bougie* pro minuta cerea candela, siue lino cerato. Bochart, de Phen. colon. L. 1. 35. factum censet ex Vrbe *Bugia* in Africa pellium, & ceræ mercatu nobili. Nos indidem, argenteum instrumentum, quo ipsa candela in sacris legenti admouetur *Bugia* appellamus.

BVIO. Obscurum: à Græco φαιὸς, fuscus, subniger. Nam à πυῤῥὸς, burrus, *buio* fieri non posse inde patet, quod πυῤῥὸς est *Russus*, *rubricus*, *rufus*, vt Glossæ veteres. Proprie φαιὸς inter album, & nigrum medius. Codinus p. 127. Τὰ φαιὰ δεῖ μέσον λευκοῦ, καὶ μέλανος. Sed etiam pro pullo, ac nigro, vt φαιὰ ἐσθής, reorum vestis, qui pullati. Ferme pro obscuro, & tenebris obsito. Dant. Inf. iii. *Finito questa la buia campagna, Tremò si forte.* Boccat. iii. 8. *Et eramici conuenuto mangiar al buio.* Et alibi. *Di buia notte era il Cielo.* *Abbuiare*, obscuritatem inducere.

A Buio, φαιὸς, factum est *Bao*, infantium terriculamentum, quo minamur venturum spectrum obscurum, & atrum, siue dæmonē. Vel fictum à *Bau*, *Bau*. Insubres, *Brutta babau*. Etrusci *Baco*, *Baco*. Boccat. *Hora andiamo noi, & vediamo chi ti ha fatto* Baco, Laber. 41. *Si và chiudendo la faccia à guisa delle femine, che volendo far paura à bambini, si cuoprono il volto, e dicono* Bau Bau. At *Baco*, & *Bachi*, apud eosdem significat vermes, qui præcipue pueros infestant. Fortasse vtrumque à Græco Βαυκαλίζειν, & Βαυκαλᾶν, & Βαυβᾶν. Licet enim Casaubonus ad Theoph Charact. nutricum carmen soporiferum, siue nenia interpretetur ex Hesychio & Eustathio, potuit tamen ex eo dici, quod infantibus terrendis, cum quiescere nollent, *Bau*, aut *Baco* dicerent.

Ceterum à φαιὸς Hispani *Fea* dicunt. *Fea come la noche*, idest fusca, siue atra noctis instar. Sed Vulcanius ad Glossarium p. 6. à fœdo deducit.

BVLA. Milii, ac panici purgamentum. Apluda, *apula*, *pula*, *spula*, & *bula*. Id inter verba desita, & inusitata posuit Gellius Lib. xi. 7. *Cum dicere vellet, inopi quendam miseroque victu viuere, & furfureum panem esitare, vinumque eructum, & fetidum potare.* Hic inquit Eques Romanus, apludam edit, & flocces bibit. *Legerat autem ille Apludam veteres rusticos frumenti furfurem dixisse.* Plin. L. xviii. 10. *Milij, & panici, & sesama purgamenta*

menta Appludam *vocant, alibi alijs nominibus*. Dictam autem Apludam putant, ab applodendo, quod propter tenuitatem, est enim minutissima, spiritu deiiciatur. Nævulus. *Næhercle apluda est hodie, quam tu nequior*. Apluda, *bula*. Vnde fortasse Veneti *Bulo* appellant hominem ignauum, ac nihili, qui tamen se ferocem faciat, atque inani minarum tumultu strepat: vnde *bulade*, & *buleria*.

Bula etiam frula dicitur. Vnde *frullone* cribrum, quo furfures, & apluda excernitur, quod Apludarium, *apludone*, frullone, vt supra notauimus. Item *Spula*. Vita Nicol. Laurentii. *Faremo come fao lo trescatore dello grano, la spulla, e le scorze voite, manna allo viento, la vacca* (baccas, grana) *nette se ferua per si*.

BVGLIA. Turba hominum se comprimentium. Quæ & *folla*, à fullonibus pannos stipatos in lauando prementibus, & pedum insultu purgantibus. *Folla, fullia, bulia, buglia*. Item *folto* pro denso, & *frotta, follitata, furigatta, furegada*, pro tumultu, ac turbæ concursatione, populique denso agmine, & constipata multitudine. Vide & *scompiglio, scombuglio*, vnde & *buglia* formari potuit.

BVLLICAME. à bulliendo, siue à bullis, quæ ex scaturigine existunt. Dant. Inf. XII. *Soura vna gente che sin fin' alla gola, Parea che di quel Bullicame vscisse*. Landinus dici ait aquam omnem, quæ ex venarum scaturigine erumpat, & Viterbij balneum *Bullicame*, appellari. Villan. L. I. 51. de Viterbio loquens: *Per cagione de' bagni, ch' escono dal Bullicame*.

BVLLINO. Galli *Burin*. Scalpellum, siue verruculum, quo aurum atque argentum celatur. A vetu, *verruculino, bullino, & burino*. Non enim adduci possum, vt credam, esse à scalpro, vel à *buttare*, quod est pulsare. Si autem à scalpro, rectius ita formaretur. Scalpellum, scalpulum, *scalpulinum, pulinum, bulinum*. Sed non satisfacit.

BVRATARE. V. *Abburratare*.

BVRCHIO. Genus nauis onerariæ minoris, vehendis lignis, vino, & id genus mercibus. Dant. Inf. XVII. *Come tal volta stanno à riua i burchi, Che parte sono in aqua, e parte in terra*. Quod remulco per flumina trahantur. Remulco, *remurchio, reburchio, burchio*. Remulcare à Græco ῥυμουλκεῖν, proprie remigando e scapha grandiorem nauem trahere, vt Cæsar. L. III. ciuil. *Nauem submersam remulco, multisque contendens funibus eduxit*. Et remulcare, est funibus, equo, aut mula nauem aduerso flumine trahere. Scaliger ad illud Festi ex Plauto. *Naue agere oportet quod agas, non ductarie*. Naue inquit esse, cum nauis remigio, aut ventis agitur, ductarie, cum funibus aduerso amne, quod vocant ῥυμουλκεῖν. Ausonius Mosella. *Tu duplices sortite vias, & cum amne secundo Defluis, vt celeres feriant vada concita remi, Et cum per ripas nusquam cessante remulco Intendunt collo malorum vincula nautæ*.

Ab ἕλκω, ἑλκέω, & ἑλκύω, quod est traho, *Helcyarij*, qui naues funibus trahunt. *Tiradori*, & Olcas, nauis onerariæ: nec alia dictione *Burchio* exprimerem, quam *Olcadis*: & *Burchiello*, *Olcadium*. Minus nauigium cubiculatum, siue vt cum Suetonio loquar Thalamegum. Martial. L. IV. 64. *Quem nec rumpere nauticum celeusma, nec clamor valet helcyariorum*.

Ita & Ὀλκήιον lignum in infima nauis parte prope carinam, cui funis tractorius religatur: & Ὁλκοί, machinæ quibus naues subducuntur. Postremo *Alzana* Venetis, funis ductarius, siue chorda helciaria.

BVRELLA. Dant. Inf. XXXIV. *Non era caminata di Palagio L'a v'erauam: mà natural burella*. Landin. locum angustum & obscurum interpretatur: vnde Florentiæ appellari *Burella* angustum callem non longe à Prætorio. Videtur tamen esse solum sabulo, & glarea asperum, atque inæquale, saburra, *saburella*, & *burella*.

BVRLARE. Ludere, illudere. Pila, pilula, *pirola, pirolare, borlare*, & *burlare*. Plaut. Captiu. *Enimuero Dì nos, quasi pilas homines habent*. Et ideo Pertinax quod multis fortunæ casibus exercitus fuisset, fortunæ pila vocabatur, vt tradit Victor.

Vel igitur à ludo pilæ, quam ludentes versant, & iactant quo lubet: vel a pilis Compitalitiis, quas ex Festo notum est effigies viriles fuisse, & muliebres, ex lana Compitalibus in Compitis suspendi solitas.

Inde etiam *burlare*, pro iactare, & abiicere. Dant. Inf. VII. *Gridando perche tieni, e perche burli?* Landinus ait esse verba auari prodigum arguentis, quod res suas iactet, ac profundat: vt pila iactatur. Inf. XI. *Biscazza, & fonde la sua facultate*: profundit, ac veluti domo exigit.

Borlare de pila, & qualibet re rotunda, & globola, quæ voluitur. *Borella* pila lignea. *Bori*, & *borelli*, ligna rotunda. *Borlare giù*, Insubribus, deuolui. *Barottola*, trochus: pila, *pallota, pallotola, barottola*. *Trottolo* idem, trochulus, & *Pirlo, pirla*, à pilula, siue pirolando.

BVRRATO. *Burrone*. Dant. Inf. XII. *Cotal di quel burrat' era la scesa*. Landin. profundam fossam significare ait, quasi barathrum. XII.

La gitto giuſo in quel alto burrato. Idem ibi interpretatur flumen, quod quia in anguſta, & profunda valle fertur, ripas, ſiue crepidines altiores habet. Videtur à vorago. Pap. *Vorago. profunditas, abſorbitio, barathrum.*

BVSCA. Feſtuca, *fuſca, buſca. feſtucello, fuſcello,* minima quoque res leuiſſima, ſtipula, Germ. *ſtupſel,* minutæ, ac tenues toſſetulæ e ligno præciſæ, item palearum fragmina.

Tirare la buſchetta; genus ſortitionis, cum duæ ſtipulæ, aut ſurculi inæquales primoribus digitis comprimuntur, vt ſortiens alteram educat. Etiam *bruſcolino*, quod vel à *buſca*, vel à *fraſca, bruſca, bruſcolino*; vel à *fuſcello, fuſcelino.*

BVSCARE; Hiſpani pro quærere, inueſtigare, fortaſſe à *boſco, boſcare,* venari ſiluas agitare, translatum pro indagare, *Andare in buſca,* inueſtigare; niſi eſt ab æruſcare. Itali etiã pro inuenire, *buſcarſi vn padrone,* Menagius ab expiſcari,

BVSECCHIE. *Buſecche:* Inteſtina. Quidam quod *buſa* ſint, ideſt perforata, inania, & vacua. Boccat. VI. 10. *Doue gl'huomini e le femine vanno in zoccoli ſu pe' monti, riueſtendo i porci delle loro buſecchie.* Sed eſt ab Iſicium, *buſicium, buſecchie.* De *Iſicio* Turn. in Varronem. *Inſicia, ſic Varro ſcribit, alij Iſicia. Iſicia Græci, & Iſiciarea vocant.* Vnde *ſalcizza*, Vide, quaſi ſalſum Iſicium, vt Voſs. L. 1. 7. Acron in Horat. Lib. II. ſat. 4. *Hilla eſt diminutiuum à poſitiuo hira, & ſignificat inteſtinum ſalſum, vel vt alij dicunt, fartum ſalſicium.*

Sed Hira proprie, & Hilla Inteſtinum ſignificat, non inteſtinum ſallum, Feſtus. *Hira, quæ diminutiue dicitur Hilla, quam Græci dicunt νῆστιν, inteſtinum eſt, quod ieiunum vocant.* Petronius, *Sed veluti tabes tacitis concepta medullis Intra membra furens hiris latrantibus errat.* Nonius, *Hillas, inteſtina veteres eſſe dixerunt.* Laberius. *Lambit item hillam coeus; ſi lumbum adusſit, flagris cæditur.* Idem Catulario. *Nene aliter hunc pedicabis, quomodo video adoleſcente noſtro cadis hillas.* Ab Hira igitur, quod eſt inteſtinum *hirtiam,* & *Iſicium, Buſiccium.* BV, autem, vt alias diximus particula intenſiua, quæ magnitudinem denotat, vt *Buſicium,* ſit Inteſtinum magnum. Quæ plebis Mediolanenſis ganea, & deliciæ, vulgato exterorum conuicio, quo *mangia buſecca,* appellantur. Iidem *Buſecca piena,* botulus ſanguine diſtentus: & *ſalcizza* inteſtinum ſalſum, ſiue ſalita carne fartum.

BVSSARE. Pulſare, & pultare; pro percutere. *Dare delle buſſe.* Vulgus Inſubrum *Poggiare,* verberare, percutere, pulſare *poſciare, poggiare.* Hiſp. *Empujar, Buſſar la porta:* nam pulſare eſt ſæpius pellere, quod aliis indicatum.

BVSTO. Truncus corporis. Non eſt opus è Germania *Bruſt,* aduocare, nam *Buſto* eſt *Fuſtis,* truncus, pars craſſior arboris, ramis, & cacumine deciſo, ſiue truncato: inde pro corpore, ſiue corporis parte infra caput. Cicero pro Roſcio. *Nemo enim illum ex trunco corporis ſpectabat, ſed ex artificio corporis æſtimabat.* Lucilius: *Caput collo ſuſtentatur, truncus ſuſtinetur à coxendicibus.* Præcipue pro corpore ſine capite. Gloſ. Κορμὸς ἀνθρώπου. *Truncus.* Virgil. *Iacet ingens litore truncus Auulſumque humeris caput, & ſine nomine corpus.* Suet. Galba, *Caligula caput, & ceterum truncum ſepelit.*

Fuſtis, & ſtipes, & truncus Idem. Fuſtis. *fuſto, buſto.* Inde *Buſto,* pro parte corporis infra caput, ſiue pro pectore. Dant. Inf. XVII. *Et arriuò la teſta el buſto.* Etiam *Imbuſto* Villan. I. 57. *E tagliata la teſta del B. Miniato, per miracolo di Chriſto con le ſue mani la riduſſe al ſuo imbuſto.* Inde *Buſto* thorax, ſiue pectoris tegmen, præcipue in muliebri veſte. Et *Buſto della ſtatua,* quæ ſine capite. *Fuſto.* Dant. ibidem. *E d'vn ſerpente tutto l'altro fuſto*; ideſt reliquam corporis partem. Inde *fuſtone,* & *cuſtone* caulis, ſiue thyrſus olerum, & braſſicarum; & contra *Torſo* pro pectore. Morgant. *Vn occhio hauea nel petto in mezzo il torſo. In mezzo del fuſto, ò del buſto.*

Idem etiam *Caſſo.* Dant. Inf. XII. *Io vidi genti che di fuor del rio Tenean la teſta, & anche tutto il caſſo.* Et Purg. XXIV. *Fin che ſi ſfoghi l'affollar del caſſo.* Inf. XX. *Come il viſo mi ſceſe in lor più baſſo, Mirabilmente apparue eſſer trauolto, Ciaſcun dal mento al principio del Caſſo.* Vel igitur a Caudex, *Caſſo:* nam Caudex truncus. Gloſ. Κορμὸς ξύλου. *Codex, Caudex.* Κορμὸς ἀνθρώπου. *Truncus.* Vel translate a *Capſo,* quæ vox Latina eſt, & parietem craticium, aut vallum, & ſeptum ſignificat, vt Salm. ad Hiſt. Aug. p. 165. Nam Feſtus *Capſum,* animalium conſeptum explicat, & Velleius, *Incluſa capſo animalia* dixit, pro ſepto, aut ſtabulo, ſiue mandria. Atque ita pectus *Caſſo,* quod coſtatum ſerie tanquam ſepto munitur.

Sicut igitur *buſto,* & pro pectore, & pro eius integumento, ſiue thorace, ita & *Caſſo,* & *Caſſetto* Venetis pro eodem tam muliebri, quam virili. Bucolica Menonis. *Ne mai el caſſetto te s'he deſzolò.*

A *Capſo* Florentini *Caſſaro,* & *Caſſero,* exteriorem munitionem appellant, ſiue ſeptum circa arcem: ſicut *Caſſaro di galea:* primum

trabium,

trabium, siue costarum contextum. Ita Isidoro. *Capsum carruca vndique contextu.*

BVTTARE. Iacere, iactare. Expellere, expulsare, *expultare*, *buttare*. *Buttare la balla.* Martial. XIV. 46. *Pila trigonalis. Si me nobilibus scis expulsare sinistris Vtere, si nescis rustice redde pilam.* Inde Botto, & botta pro ictu. Frideric. de accipitr. Lib. I. 27. *Descendit ab illo loco, qui dicitur impulsatium alu, & Gallicè dicitur* le bout, *vsque inferius.* Lib. II. 48. *Quam iuncturam quidam vocant humerum, & alij* Butum *alu dicunt*. Galli *Bout* scopum ad quem sagittæ expelluntur. *Botto* pueri appellant nucem grandiorem, quo reliquas nuces castellatas deiiciunt. *Vna botta*, vna vice, vno ictu. Pulsus æris campani, *Botto*, & *Botto*. *Dare i botti*, est vltimo signo æris citati populum ad sacra vocare. *Buttare giù*, *buttare à terra*, impellere, ac diruere. Insubres, *Buttar su* vomere, sursum expellere. Arbores etiam *buttare* dicuntur, cum germinant, siue pullulant, & *rebuttare*, repullulare, quod germen, ac flos, expellitur, vnde *Bottone* vt Menagius censet, & ad eorum similitudinem, globuli, quibus vestimenta nectuntur. Vide *Botte*.

BVTTERATO. Cuius facies vestigiis pustularum, siue variolarum interstincta est; quasi *Bucherato*, quod cicatrices paruorum foraminum speciem referant. Veneti non inepte *Tarmato*, quod veluti à tineis vultu eroso, & compuncto sit. Qualem pugilum faciem à cestuum incussu deformatam poeta Græcus in Anthologia eleganter descripsit.

BVZZOLATO. Bucellatum esse panem militarem, qui & nauticus, siue *biscottus*, inde dictum, quod esset buccea, siue bucella, viri summi docuerunt, Turnebus, Casaubonus, Salmasius, alii. Ammianus Lib. XVII. *Viginti dierum frumentum ex eo, quod erat in sedibus consumendum, ad vsus diuturnitatem excoctum*, Bucellatum *vt vulgo appellant, humeris imposuit libentium militum*. Constantinus περὶ Θεμάτων. Βυκελλος τὸ Κριμαλλώσωδι Ψωμίον καλεῖται. Vbi notandum *Bucellum*, siue *Bucellatum* appellari frustum, siue bucellam, in circulum, siue coronam compactum, quales nostri *buzzoladi*; Insubres *Bicciolani*, panes bucellani. Vopiscus in Aureliano. *Coronas cum fecisse de panibus, qui nunc siliginei vocantur*. Vbi Salmasius eundem panem gradilem dictum docet, quod in Theatri gradibus populo distribueretur. Cum igitur panis ille *bucellatus* in modum circuli, siue coronæ factus esset, obtinuit, vt etiam ita appellaretur, pistoris dulciarij opus addito melle, aut saccaro. Nunc panis nauticus *biscottus*, in oblongam bucceam formatus est. Germani *Bretzel* Veneti *brazzadello*, quod armillam siue brachij aureum circulum referat, quasi *Brachialetto*.

A *Buccellato* Veneti, circulum, siue coronam hominum, *Bozzolo* appellant, quod in orbem conglobentur.



C A.



CACCA, Vox puerilis, A Græco Κακκᾶ: vnde Latinum. Aristoph. Pace. Ἀπὸ μὲν κάκκης τὴν ῥῖν' ἀπίσχειν, *Ab oleto nares abstine*.

CACCIA. Venatio. *Cacciare*, Venari. Siluius à *cassibus*: Bouillus à *quassando*: ineptè. Menagius, à captare feras. Vnde Captio, & captura, pro venatione. Glos. Θήρα, *Captatio* Θηρευτὴς, *Captator*, *Venator*. Horat. Sat. 1. 2. *Leporem venator vt alta In niue sectatur, positum sic tangere nolit: Captat, & apponit*.

Rectius tamen videtur ab Agere, *agitare*, *exagitare*, *cacciare*, agitare feras; Germani *Iacht* ab agendis feris. Nam *Cacciare* etiam de aliis rebus extra venationem sumitur, quibus *Captare* non conuenit. Vt agere equos, armenta, *Cacciare i Caualli*: Agere animam, edere, emittere. *Cacciare vn chiodo*, agere clavum. *Cacciare via*, *discacciare*, exigere, expellere: *Cacciare fuora*. Dant. Inf. VII. *E la parte seluaggia Caccierà l'altra*, XI. *Biscazza e fonde la sua facultate*. prodigit, foras exigit. Galli *Chasser* agere, & aliquid agere ante se: *Chasser hor* foras agere, eiicere: *chasser pastre* pastum agere ...

Est igitur proprie feras in fugam agere, siue fugientes insectari. At Galli *Cacher* dicunt claudere, abscondere. Agere in latebras; *Cacciare vn chiodo*, est agere clauũ, aut aliud, intra parietem, aut tabulam, abscondere, & intra illud occultare. Translate pro claudere. *Cachet* sigillum, quo literæ obsignantur, & clauduntur.

Quod autem *Cacciare* pro venari, fit ab *agitare*. Papias. *Venor*, *Venatur*: *feras agitat*. Idẽ. *Venatorum quatuor sunt officia*. *Vestigatores*, *indicatores*, *alatores* (agitatores) *pressores*.

Ceterum *Caccia* in ludo pilæ, dicitur nota, siue meta, vltra quam pila agenda, siue expellenda est. *Deue esser cacciata*.

CACITA'. Morbus mulierum mamillas infestans. Crescent. Lib. III. 8. *Il loro impiastro (faue) e buono alla postema delle poppe delle donne, è alla cacità: cioè congelatione del latte in quelle fatta*. Lac coactum, *coacitum*, *cacitum*. Veneti. *Cetole*, *cacitule*, *cetule*.

CADVNO. *Cadauno*. Quotus quisque. Quotus vnus, Florentini *Catuno*.

CAFFO. Numerus impar vnde fit quærant acutiores: mihi tam ignotum est, quam quod Insubres pro eodem dicunt, *Hospo*, *Giocare à pari*, *& hospo*. Ludere par impar.

CAGLIO. *Caggio*. Coagulum: coactum, quactum. Isidor. XX. 2. *Quactum*, *dictum quasi coactum*, *id est coagulatum*. *Captas enim secum alias species coagulat*. Nam Coagulum à coagendo, siue cogendo. Inde vna *Caggiata*, Insubres *Giuncata*, quod iuncea fiscella ferme cogatur. *Squagliare* liquescere, excoagulare. Hinc fortasse *Cagliare* animo deficere, consternari. Quod metu cor, & spiritus coguntur, & comprimuntur.

CAGNAZZO. Dant. Inf. XXXII. *Poscia vid' io mille visi cagnazzi fatti per freddo: Onde mi vien riprezzo, E verrà sempre de gelati guazzi*. Landin. *Per freddo grinzi*, *come di cani*. Quia cum canes irritantur, & ringunt, rictum contrahunt: quod faciunt homines frigore vexati, & ideo *Cagnazzi*, à similitudine. Ringens autem *Grinza*, eo quod rictus in rugas contrahitur: vnde & *Grinza*, pro rugis. *& vecchia grinza*, cum se cutis arida laxat, crispa, & rugosa. Fronte anilibus rugis arata. Declamat. Quintil. *Appoggiata la grinza baccia à gli spogliati ossi di carne*. *Raggrinzare*. Crese. Lib. V. 2. *Ragrinzar le foglie*, *& appassarle*. Bocc. Filoc. L. IV. 34. *Ciascun osso pingeua tu fuori la raggrinzata pelle*. Et *Raggricciare*; *Griccia*, Senenses torue aspicere, siue supercilium contrahere, & frontem adducere, non à rictu, sed à fronte corrugata, siue *grinza*. Hoc autem non à Crinitus. Nam *Grinza* est ruga etiam in vestibus.

CALAFATTARE. Veneti dicunt nauium rimas stupa obducere, siue stipare, Galli *Calfeutrer*. Menagius à Germanico *Calefater*, id. que significare hiantia committere, & solidare, & à Iunio deduci à καλαφατης.

CALAMARO, Atramentarium. Proprie theca calamorum. Martial. XIV. 19. *Theca calamaria*. *Sortitus thecam calamis armare memento*. Valla Eleg. Lib. I. 6. *Calamarium quidam vsurpant pro theca vbi calami reconduntur*, *sed quia hoc tempore plerique pennas scribunt* (non calamis ex harundine) *potest etiam dici pennarium*, pennarolo. Verum quia hæc theca ferme annexa est vasculo atramenti, inde vox Atramentario indita est. Glos. Καλαμάριον, *Atramentarium*. Vossius in Etymol. Calamarium dictum putat, quia in eo tingeretur calamus: sed illud verius est. Quemadmodum autem veteres ab atro liquore, quem sepia emittit atramentum sepiam dixerunt, vt Persius *Infusa vanescat sepia*

pia lympha: ita è conuerso Veneti, sepiam, siue lolliginem, *Calamaro* ab atri liquoris similitudine appellant.

CALAMITA. Magnes: Pyxis nautica. Ex multis doctorum coniecturis illam præfert Menagius, quæ est Fornerij. Hic Lib. xi. Ydrographiæ cap. 1. scribit hoc vocabulum à Gallis proditum, & significare speciem cujusdam ranæ viridis. Nam ante vsum acus nauticæ, morem fuisse, vt duabus stipulis, siue festucis magnes adderetur, intra vas vitreum aqua plenum, vbi stipulæ fluitabant, natabantque instar ranæ. Idque confirmat Vgonis Bertii poetæ Galli auctoritate. Cuius versus hic adscribam.

Vn arte font qui mentir ne puet
Par vertù della Marinette
Vne pierre laide, & noirette,
Ou le fer volontiers se joint,
E si regarde le droit point,
Puische l'eguille l'à touchee,
Et à vn festù l'ont fichee
En l'iau le mettent sans plus
Et li festus li tient dessus
Puis se torne la pointe tutte
Contre l'etoille, si sans doute
Que japer rien ne faussera
Ne Mariniers n'en doutera.

Ranam autem quandam Calamiten à Plinio dici constat. Sed non vnum occurrit, quod huic sententiæ opponatur. Primo quod Galli magnetem, non Calamitam, sed *Aimant* appellant, quia ferrum amet, & ad se pelliciat. Deinde cur rana pronatante ponitur? Cur non piscis, & quicquid denique innatat? Tertio cur tantum rana calamites in hunc vsum? Nunquid ceteræ natare nesciunt? Iogi. Si igitur verum est, quod de stipulis traditur ab hoc ipso *Calamita* nomen accepit. Nam calamus non solum arundinem significat, sed frumenti culmum, siue stipulam, & auenam. Virg. 1. Georgic. *Aut tenues fœtus viciæ, tristisque Lupini, Sustuleris fragiles calamos, siluamque sonantem*. Vnde veteres Grammatici grandinem *Calamitatem* dictam putarunt, quod sit calamorum imminutio. Donatus ad illud. *Nostri fundi calamitas. Proprie* inquit, *calamitatem rustici grandinem dicunt, quod comminuat calamum, hoc est culmum, ac segetem.* Inde etiam *Culmen*, proprie stramineum testum à culmis, hoc est frumenti calamis. Seruius Ecl. 1. *Ideo culmina dicta, quia veteres de culmo ædificia contegebant.* Culmus καλάμη. Glos. *Culmus* καλάμη, στάχυς, idest spica, siue frumenti calamus. Ita calamus pro fistula ex culmis frumentorum. Virg. *Tenuem auenam vocat*. Seruius. *Tenui auena, culma, stipula unde rustici cantare consueuerunt.* Alibi. *Stridenti miserum stipula disperdere carmen.* A stipulis illis igitur, quibus magnes addebatur festucis, & calamis, *Calamita* nomen inuenit.

CALANDRA. Alaudæ species. Id aliqui à *Coridalus*, alij a *Caradrion* deducunt. Sed hæc auis ab alauda diuersa. Ergo à *Galerita*, sic dicta, quod plumeam cristam in capite habeat, sicut galeæ militares. Veneti *Capellua*, veluti pileo insignitam. De Galerita fuse Vossius in Etymologico.

CALAPPIO. *Cappio. Cabbio*. Copula, nodus. Vel à laqueo, collaqueo, *calappio*, vnde *calappiare*, illaqueare, & *scalappiare* laqueum exuere. Vel à Capulum, *cablo*, *calabbio*, *cabbio*. Isidor. L. x. 16. *Capulum, funis, à capiendo dictum, & quod indomita iumenta comprehendantur.*

Proprie tamen *Cappio*, & *Cabbio*, est funis nodus, siue copula, cum funis ita duplicatus nectitur, vt altero capite tracto, soluatur, quod in nodo, qui *Groppo* dicitur, non euenit. Atque ita à stricto nodo distinguitur.

Galli *Chables*, quod Bouillus à Camelo factum putat, fune nautico siue rudente. Quem sequitur Menagius, qui *Capulum* à *cabulum*, id autem à κάμιλος per *I.* ex Rhodigino L. vii. 18. Veneti *Cao* pro fune nautico, siue anchorario vsurpant, vel à *Capulo*, vel à *Camelo*, *Cablo*, *capo*, *cao*. A quo Caotortæ, familia vetustissima, quæ olim Caloprinorum dicebatur. In cuius Insignibus gentilitijs, Leo visitur, veluti coronam gestans: sed illa est funis nauticus in orbem compactus (*Caotorto*) vt me docuit Paulus ὁ μακαρίτης, eloquentia, auctoritate, & antiquitatis studio, non eius modo familiæ, sed totius reip. lumen longe clarissimum.

CALARE. Demittere, à Græco χαλάω quod est laxo, ac remitto, item demitto, depono. Glos. χαλῶ χοῖνον. *Laxo, demitto*. Turneb. Lib. xxiv. 25. apud Vegetium cap. 46. L. vlt. Colatorios funes corrigit *chalatorios*, & explicat, quibus antenna attollitur, & demittitur. Idem Veget. L. iv. 23. *Aliquanti centones, & culcitas, funibus chalant.* Glossæ. *Rudentes* χάλοι.

Proprie cum aliquid è loco superiore fune demittitur. Exempla congessit Hen. Stephanus. Act. Apost. Cap. 9. Διὰ τοῦ τείχους χαλάσαντες ἐν σπυρίδι: demiserunt per murum in sporta. *Lo caloreno*: χαλάζειν anchoram, velum, demittere. Postea omissam esse aspirationem notat, & pro chalare, Gallice factum *Caler*.

Calastre, appellantur tigna, quæ doliis suppo-

supponuntur ex eadem origine, χαλασμοί, quod laxari, & demitti potest. Propriè trabes, & phalangæ, per quas in cryptas vinarias dolia, & vegetes demittuntur: ex quo etiam tigna, queîs dolia in cellis fulciuntur *Calastre* sunt appellata.

At CALARE, pro deficere, in mensura, ac pondere, imminui, & mancum esse, diuersæ originis est. Nam *Calo* contractum est ex inæquali, pondere, aut mensura. Inæquale, *cale*, *calo*. *Calo dell' oro*, *calo di brazzo*. Item *misura che cala*. Latini iniquam dixerunt, Persius I. *Sese aliquid credens, Italo quod honore supinus, Fregerit heminas Areti Ædilis iniquas*. Vbi Cornutus. *Qui se putat honoratum esse, & incomparabilem, propterea quod meruit dignitatem ædilitiam, in aliquo oppido Italiæ, fracturus inæquales mensuras, idest minora vasa*. Iuvenal. Sat. x. *Et de mensura ius dicere, Vasa minora* (inæqualia) *frangere pannosus vacuis Ædilis Vlubris*. In pondere nummus decrescit, & ideo bilancis non est æquamentum. In panno vlna deficit, *cala vn brazzo*, ad æquam mensuram vlna deest: ob vlnæ defectum inæqualis est mensura. Inde etiam *SCARSO*, nempe decrescens. *Il panno scarso*, cui deest ad iustam mensuram. Ita & nummorum, & alterius rei pondus decrescens, & inæquale, *è scarso*, *e cala*. Dantes translate Purg. x. *E ciò fecer li nostri passi scarsi*: idest breues, & rari vt Landinus. Item *Scarso* pro illiberali, & immunifico, qui in largiendo restrictior. Quanquam alij ab exparcus: sed illud rectius. Hinc etiam fortasse *Scarsella*, sacculus, siue crumena breuior, & strictior. Hæc non ita omnibus nota sunt.

A *Calare*, quod est decrescere, imminui, *Calia*, dicitur scobs auri, siue minutissima ramenta, quæ dum elaboratur, inde deteruntur, quod pondus decrescat, *Cali*. Inde Veneti *Caya*, hominum nauci, & nullius pretij appellant. *Calia* etiam *Tara* dicitur, à terendo, siue scalpelli attritu.

CALCA. Multitudo constipata, ac turba se premens, quæ & *folla* à fullonibus, vestimenta insultu cogentibus. Boccat. L. I. *Colla maggior calca del mondo da tutti fù andato à basciarli i piedi*. Hispani *Apretura* a premendo.

CALCOLE. Instrumenta lignea texentium, quibus alternatim depressis, & erectis telæ licia, inserendo radio aperiuntur, & clauduntur, quod pedibus calcentur. Latini *Insilia* ab insultu dixerunt. Lucilius. *Insilia, ac fusi, radij, scapique sonantes*. Boccat. VIII. 9. *Hor che menar di calcole, e di tirar le casse à se, per far il panno serrato?*

CALCOLO. Ratio putata, & *calcolare*, rationem subducere: à more quo olim calculis in supputatione vtebantur: *rem ad calculos reuocare*, & *calculos ponere*. Quod est peruulgatum.

CALDO. Calidum, caldum, quod Latinis etiam vsurpatum. Gel. L. XIX. 4. *Quanis frigoris sanguinem, caldoremque omnem, de summa corporis cute depellat*. Et infra. *Caldor in vltima coactus*. Hinc *Caldara*, *Caldaia*, ahenum, quo aqua calefit. Calidarium, & olla calidaria, & vasa caldaria apud Vitruvium.

CALERE. Bembus Asul. p. 23. *Et albergare, & gioire sono Prouenzali, &* Calere *altresì. D'intorno alla qual voce essi haueano in vsanza familiarissima, volendo dire, che alcuno, non curasse di che che sia, diro che esso lo ponena in non* calere, *oueramente* à non cale, *ò anchora* à non calente. Sed dictio Latina est, vt omnes ferè è Prouincia aduectæ, & valet, non curare, (aspera in liquidam conuersa) siue curam mittere. Acharisius, à *Calere*, quod tibi non calet, siue in hoc non sis calidus. Quem nuperi sequuntur. Malim tamen à non curare. Dant. Inf. XII. *E quei accorto gridò, corri al varco, Mentre ch'en furia, e buon che tu ti cale*. Curam tui habeas, serues te. Et Inf. XIX. *Se di saper ch'io sia, ti cale tanto?* Tantum tibi curæ est. Purg. XXX. *Si poco à lui ne calse*. Et XXII. *Hauean paruta Di non caler*. Land. non curare. Quod expressit Inf. IX. *Mà fè sembiante d huom cui altra cura, Stringa, & morda Li cagli d'altro*. Galli *Chaloir*. *Non se chaloir de rien*. Hispani, *Tener cura*, *hazer caso*. *Metter in non cale*, *trascurare*.

CALLE. Callis, semita, & trames angustus. *Calle* Venetijs, viæ admodum angustæ. Et *Caleselle*, quasi *Callicula*, quæ vox etiam vile scortum significat, in angiportis, & in plano prostans. Iidem *Calesella* sponda lecti interior, ac parieti propior, Insubres, *La stretta del letto*, angusta semita, inter thorum, & parietem.

Inde *Calla*, & *Callaia*, pro aditu angusto. Dant. Purg. XXV. *Cosè entrammo noi per la callaia*. Idest scalarum aditum, & *Callaiola* rete, quod apertæ sepi excipiendis feris obtenditur.

Acharisius inde *Chiasso*, & *Chiassolino* dictum putat pro semita angustissima. Boccat. II. 5. *Egli erano in vno chiassetto stretto (come spesso tra due case vediamo) sopra due trauicelli, tra l'vna casa, e l'altra, poste alcune tauole confitte, che quello Chiassolino dalla strada chiudena*. Quod indicat potius à claudendo, & claustro factum esse. *Claustro*, *clasto*, *chiasso*, *chiassetto*, pro angi porto, aut semita, quæ exitum non habet. Et quia in his ferme dio-

bolates lupæ habent, *Chiasso* pro lupanari accipitur.

CALMA. Serenitas,tranquillitas maris,Non est opus transpositione à μαλακὸς. Est quidem Græca dictio, sed à Γαλήνη. *Serenitas, Galena, calna, & calma.* Festus. *Flostra dicuntur, cum in mari fluctus non mouentur, quam Græci μαλακίας vocant.* Alij codices Γαλήνην. CALMA vero, insitio, & *incalmare*, à calamo dicta est, sive clauola, quæ arbori inseritur. Varro de R. R. L. 1. 39. *Vt sit de tenero ramo ex vtraque parte æquabiliter præcisum, quas alij clauolas, alij taleas appellant*, Ita, & Inoculatio, *A occhietto.* In Iudicio Regis Clotharij apud Bignonum pag. 109. *Vel vineas deplantassent, aut calmas rapissent.*

CALOTA. Tegmen semirotundum capiti ad pressum, quod ferme sub pileo gestatur, qualis Hebræorum mitra. Dhuesius, à Calantica, quæ & *Calautica, Calota.* Id quidem tegumentum capitis muliebre, sed etiam ad viros translatum, vt *Cuffia* vtriq; sexui communis. Ferme ex aluta, vt non inepte illud Martialis vsurpari possit, istos caput calceatum habere.

CALPESTARE. Calce premere,siue calce pinsitare, *pestare. Scalpitare.* Dant.Inf.xxv. *Perch' è prouide à scalpitar lo suolo, Con le sue schiere.* Boccat. 11. initio. *E le rugiadose herbe con passo lento scalpitando. Calpestio*,pedum crepitus, Idem v. 9. *Sentì vn gran calpestio di gente andare.* Quod & *Scalpiccio* ix. 1. *Sentì vn gran scalpiccio, che Rinuccio co' piè facea.* Præcipue de equis, qui & *Zappare* dicuntur, cum vngula veluti terram fodiunt.

CALVGINE, Auiũ plumea lanugo. Squama, squamula, *squalugo, calugo, caluginé.* Squamulæ *scaglie*; Et *Caluginoni*, pennæ erumpentes, *scaglioni*, Insubres, *scalchioni*, e *scalchioni*. Vnde Veneti pilos sub axillis, tetrumque virus inde emanans,hoc est tragum, siue trucem hircum, valle sub alarum, vt ait poeta habitantem, *Scalcio* appellant.

CALZE. *Calzette, Calzoni.* Calceus, & caliga. Et calceum quidem pedum integumentum, Romanorum proprium fuisse, itaut totum pedem tegeret, atque inuolueret, ac ferme ad medium crus pertineret, & per hoc à soleis, sandalijs, crepidis, quæ plantam tantum tegerent, habenis, & obstragulis in superiori parte religatæ, distinctum,viri doctissimi pridem obseruarunt, & nos non pauca in Analectis disputauimus.

Nullum præterea Græcis, ac Romanis diu fuisse tibialium, fœmoralium, & braccarum vsum, nisi in ægrotis; apud quos fasciæ crurales, ac fœminales fuisse satis demonstratum est. Postquam autem tibialia, ac fœmoralia in vsum venêre, & à barbaris braccæ acceptæ sunt, *Calcette, & calzoni, & braghesse*, sunt appellatæ. Istæ à braccis, quasi *bracissæ*, illæ à calceis, & à *Caliga*, quod scilicet Calcei, vt diximus bonam cruris partem obuelarẽt. Cũ scilicet initio innexa pedulibus tibialia, tibialibus fœminalia, siue femoralia,& braccæ annexæ essent,& quidem corpori adpressæ, qualiter nos pueri induros senes ridebamus, & *braghette*, *& braghettoni* Insubres vocant, duratq; hodie etiam in infantium tibialibus, iunctim fœmora quoque operientibus, quæ pariter *braghette* appellantur.

Et pro calceo quidem hodie *Scarpa* dicimus, de qua suo loco. Sicuti Etrusci *Calzare*. Boccat. 111. 1. *Nonne potena à pena pagar i calzari.* Rustici in Insubria, *Calzeri.* A calceo, *calcette, & calzoni*, quod olim iuncta essent, & calceus tibiatim vestiretur, sicut tibiæ integumentum, *calza, & calcetta*, ita fœmorum, *Calzone.*

Græci recentiores Καλτζα. Curopalata de vestitu Imperatoris. Αἱ Καλτζαι κόκκιναι. Interpres *Caliga coccinea.* Vertendum erat braccæ, vel fœmoralia coccinea. Nam sequitur Τπόδημα, idest calcei. Recte Iunius Italicum esse notat, *Le calze.* Alibi καλτζα ἀερίναι aerei coloris.

Ceterum *Tirare le calze* dicuntur morientes, quod est cruta, & calces extendere. Pers. *In portam rigidos extendit calces.* Rustici Patauini: *tirare le stacche, & stacchetti.* Græci ἀποσκαρίζειν, pedes iactare, siue calces extendere. 1. Iudicum. cap. 4. de Iaele impacto in tempus clauo Sisaram interficiente, *Infixit clauum in capite eius: ille autem ἀπεσκάρισε, καὶ ἀπέψυξε*, idest vt Budæus,animam efflauit subsultando, *& pedes iactando.*

Incalzare est insectari, & calce calcem premere.

CAMAGLIO. Loricæ summa ora. A maculis instar retium, Lorica *Maglio, & giacco di maglia* dicitur: sed eius pars, qua collum & humeri teguntur, densioribus maculis stipata *Camaglio* dicitur,quasi commaculis spissioribus densata. Ea autem ferme auro & gemmis ornabatur, vnde gemmæ ipse *Camei*, & *Camaini*, gemmarum scalptores. Hispani *Camafeo* gemmam ipsam dicunt. Menagius quasi *Capomaglia.*

CAMBIARE. *Cangiare*, Permutare. *Cambiare.* Dictio Latinis vsitata, vt docet Alciatus Paretg. 1. 45. Apuleius in Apologia. *Tu num habeas ad agrum colendum, an ipse mutuarias operas cum vicinis tuis cambias, neque scio, neque laboro.* Priscian. L. x. 2. *Cambio* κάμβω

βουλας,

ϐεραι, *ponit Charisius*, *& eius præteritum Campsi*; *quod ἀπὸ τοῦ κάμπτω*, *ἔκαμψα*: *vnde & Campsas solebant vetustissimi dicere*. *Ennius in x*. *Leucatem campsant*, Idest flectunt. (*scansano*) Glos *ἀντιπλαοστῶ*; *summuto*, *Cambio*. *Ἀντικαταλλαγή*. *Cambitss*, *permutatio*, Proprie nummos permutare, quod argentarij faciebant.

Cambium igitur, Idest permutatio, quod miror viros doctos non animaduertisse, est à *Cambio*, *Campsi*; Campsare, metam flectere, quod in metæ flexu cursus mutaretur, siue alius iniretur; inde dictio ad quamlibet mutationem, siue permutationem translata, precipuè pecuniæ. Est ergo Græcæ originis, quod negat Vossius de Vit. Ser. L. 1. 18.

CAMBRAIA. Telæ genus tenuissimum ab Vrbe Cameraco (*Cambrai*) vnde aduehitur.

ÇAMERA. Latinis fornix, & testudo. Salust. Catilin. *Muniunt vndique parietes*, *atque insuper camera lapideis fornicibus iuncta*. A *Camuro*, idest curuo vt Seruius 5. Georgic. Itali, & omnes fere gentes Europeæ pro cubiculo, siue conclaui concamerato: deinde & pro quouis, licet sine fornice, & testudine. Hinc *Camerarius* qui à cubiculo, & *Chiamberlano*, nam *Chambre* Camera. Qui titulus dignitatis. *Il gran Chiamberlano*.

Camerata, contubernalis, in eodem cubiculo, siue cœnaculo viuens, præcipuè in militia, & in Academijs, qui sub eodem tecto studijs operam nauant. Græci *ὁμόσκηνος*, *ὁμόκαπνος*. Recentioribus *καμάρα*, quod Leo in Constitut. per Contubernium explicat apud Rigalt. Lex. Græcobarb.

Proprie tamen *Camera* pro ærario accipitur: quod ea loca testudine & fornicibus munita: vnde Præfecti ærarij siue Quæstores *Camerlenghi*, *Camerales*, *Cameralinici*. Non quia *LING*, sit vocis productio, siue nobilem Camerarium significet, vt censet Vossius de vit. Serm. Lib. 1. 6. *Rendite di Camera*. *Camera Apostolica*, *Regia*. Isidor. Glos. *Credetaria*, *Cameraria*. Quia Camerarius, cui thesauri creduntur.

CAMICE. Camiscia. Subucula: linea tunica interior. Paulus Festi abbreuiator. *Supparus vestimentum puellarum lineum*, *quod & subucula*, *idest* Camisia, *dicitur*. Scaliger ibi. *Camisiam vsurpat Paulus*, *verbum suæ ætatis*, *ac suorum hominum elegantia dignum*. Cama *est barbarum vocabulum*, *id significat lectum*: *hodieque in Idiotismo suo retinent Hispani*: Camas *enim lectos vocant*. *Ab eo tunicam lineam nocturnam vocarunt* Camisiam; *Auctor Isidorus*, *& ipse homo Hispanus*.

Verba Isidori sunt Lib. xix. 22. *Camisias vocamus*, *quod in his dormimus in Camis*, *idest in stratis nostris*. Cama, non tam barbarum est, quam vel à Græco *χάμαι*, vel à Latino Camera. Illud, quod lecti humiles essent, & paulum humo subuecti, vt stibadia, siue thori militares. Hoc quia lecti in Camera, Idest cubiculo, vt supra innuimus, sicut cubile, & cubiculum, quod ibi homines cubarent, ita à *Camera*, *Cama* contractum, vel contra.

Quicquid sit illud apparet, olim, cum omnia vestimenta lanea essent, vt alias docuimus, in lectis lineas tunicas, ne nudi cubarent, inductas esse, & ideo subuculas, siue lineas tunicas, quia earum vsus tantum in lecto erat, à *Camis*, *Camisias* dictas, quasi vestes lectuales. Eusebius Hist. L. vi. cap. 40. *Manens in cubili*, *in quo sedebam nudus*, *ἐν τῷ λινῷ ἐσθήματι*, in linea tunicula. Certe ætate D. Hieronymi, non fuisse in vsu interdiu lineas tuniculas, siue Camisias, id declarat, quod vestem militarem interpretatur, qua scilicet induti, in campo exercerentur, vt essent expeditiores.

Postquam in communi vsu *Camisia* esse ceperunt, vox ad indumenta sacris operantium translata est, nisi quod *Camisium*, siue *Camice* appellatur. Et initio quidem rei Christianæ, sacra in communi veste peracta alias docuimus. Sed postquam paulatim aliqua immutata sunt, & peculiares vestes adhibitæ, tunc & noua nomina, & nouæ, vel paulo immutatæ vestimentorum formæ inductæ. Atque ita tunica linea, quæ breuior erat, & corpori intima longior facta est, & in sacris communi vestitui super iniecta, casulæque siue planetæ subiecta: sicut Camisia vulgo sub omnibus vestibus gestatur.

Demissa inquam ad pedes Camisia, & manicata, eaque *Poderis* dicta. Isid. xix. 21. *Poderis est tunica sacerdotalis linea*, *corpori adstricta*, *vsque ad pedes descendens*, *vnde & nuncupatur*. *Hæc vulgo* Camisia *vocatur*. Ea voce non semel Codinus vtitur,

CAMINARE. *Camino*. Nollem virum doctissimum *Caminis* vocem, à semitis, & callibus angustis, qua iter fit deduxisse, sic dictis, quia speciem fumariorum, siue fumi emissariorum, referant, quos vulgo *Caminos* appellat. Nam *Camino* à *Gamba*, defluxit. *Gamba* autem à *καμπή*, vt suo loco reddemus. Inde *Gambinare* pro gressum accelerare, & crura velocius mouere, *menar le gambe*, ita Isidorus, crus à currendo dictum putat, Vnde etiam *Campare*, & *scampare*, pro fugere, & se cursu subducere. Mox simpliciter, pro ingredi, atque iter facere. Vnde *Camino* pro via, atque itinere, non à semita, *Semin*, &

Chemin, vt Bouillus.

Posset quidem *Campare*, & *scampare*, à Campo deduci; non quod campus latus patens, & liber sit adfugiendum, vt ait Acharisius, sed quod olim in campo ad cursum exercerentur, vnde *scampare*, currere, & currendo fugere; & *campinare*, velociter ingredi. Sed prior notatio mihi verisimilior videtur. *Sgambare, sgambinare, caminare, & scampare. Scampare* pro viuere, pericula, mortem effugere; & actiua significatione. Dant. Infer. XXII. *Che s'argomenta di campar lo legno.* Seruare nauigium.

Ceterum CAMINO, pro foco, & tubo, siue fumi emissario Itali vsurpant; cum Latine, & Græce solum fornacem significet. *Fumaioli* Villano dicuntur L. II. 121. Inde

CAMINO, & *Caminata*, pro cubiculo concamerato in prima ædium parte, & fere in plano. Prior vox Vicentinis promiscua, & familiaris. Altera apud Dantem Inf. XXXIV. *Non era caminata di palagio la v'eravam, Mà natural burella.* Landinus; ait esse quæ *Salè* appellantur, idest conclauia fornicata. Ita, & Genuenses vocant. Boccat. XII. 13. *Hauendo fatto far vn grandissimo foco in vna sua caminata, in quella venne.* Corius Hist. parte II. p. 157. ex publicis tabulis. *Mediolani in Caminata hospitij suprascripti Prætoris. Caminata etiam dormitoria*, numero singulari, pro cubiculo dormitorio apud Monachum Sangallensem; & *Caminatus* de cubiculo habente caminum, vt Vossius de Vit. Serm. L. II. 3.

Rectius tamen à concameratione, quam à camino, siue foco, Galli. *Gabinet*, *Caminetto*, vel quia *Cuba*, & *Guba* concameratio, fornix. V. *Catacumba*. Imò vox ipsa Latina est. *Caminare*, concaminare, instar camini, idest fornacis in fornicem construere. Plin. L. XVI. 6. *Acerui confectis taleis recentibus luto caminantur.* Et L. XVII. II. *Et vbique caminata fossura* (concamerata) *ore compressiore sint.* *Caminata* igitur, cubiculum concameratum, Anastas. Nicol. I. *Ibique pulchri decoris faciei, fecit triclinium cum caminatis, ad honorem, & decorem eius.* Sic testudo pro cubiculo concamerato dicitur Ciceroni de Clar. Orat. *Omnibus exclusis commentatum in quadam testudine, cum seruis literatis.*

CAMOCCIA, *Camuzza*, Capra siluestris. Scalig. exercit. CCVII. *Capreæ siluestris species duæ. Ibex; altera Caprea dicitur: vulgus Camucciam vocat.* Et ex. CCXXVI. 6. *Κεμὰς non est, vt putant Camuccia, sed hinnulus ceruarum.*

Ita & vocis huius origo ignota. Nam quod aiunt à *Camus*, idque à *Camurus*, quo curuus significatur; vt demus *Camuram* significare bouem, qui conuersa introrsum cornua habeat, ex Seruio: Vox *Camus* nusquam hoc sensu inuenitur. Deinde etiam boues incuruis hoc modo cornibus, *Camusi* dici possent; Præterquam quod Rupicapræ cornua in tergum conuersa habent, non vt boum Camura.

CAMPAGNA. Loca campana, siue campestria *campania*; vt *montagna* regio montana. Gloss. *Campania* [illegible]. Fridericus de accipitr. L. II. 44. *Sauri vero, & lauerij, quoniam vsi sunt venari per campaniam largam, & spatiosam.* Vnde regio Italiæ *Campania* dicta, quod Campestris.

CAMPARO. Agricustos. Onomast. Glat. *Camparius ἀγροφύλαξ Saltaro*, Saltuarius.

CAMPATICO. Vectigal agro impositum, siue campis. Insubres *Perticato*, ab agri mensura, siue decempeda. Latini inferiores *Agrarium*. Galli. *Agrier*, & *Champant*.

CAMPANA. Æs Campanum, quod Nolæ primum in Campania inuentum dicatur à S. Paulino eius Vrbis Episcopo; vnde & *Nolæ* appellata. Tintinabula tamen, qualiacunque illa fuerint, veteribus cognita.

Campana etiam statera dicitur Isidoro, vnius Lancis, Lib. XVI. 24. à similitudine. *Campana à regione Italiæ nomen accepit, vbi primum eius vsus repertus est. Hæc* (nempe statera) *duas lances non habet, sed virga est signata libris, & vncijs, & vago pondere mensurata.* Bilances tamen etiam dicimus, *fatte à campana*, idest concauas, & depressas. Idem Isidorus, paulo ante, vbi de examine loquitur, turpi menda fœdatus est. *Examen*, inquit, *est filum medium, quo trutina statera regitur, & lances aquantur: vnde in lanceis à mentum dicitur.* Corrige. *Vnde in lancibus momentum dicitur.* Nam *examen*, & *momentum*, pro eodem. Lingula nempe quæ motu lancium agitatur, vnde à motu *momentum*.

A *Campana*, *campanello*, & *campanelle*, crepitacula, quæ cruribus accipitrum, & falconum appenduntur, à sono *sonacole* vulgo appellata. Fridericus de accipitr. Lib. II. 41. *De Campanella, & vtilitate ipsius, & modo ligandi eam:* vbi de eius forma, & ratione, disputat.

CAMPARE. V. *Camino*.

CAMPO. Spatium terræ planæ. Scalig. ex. XCVIII. IV. *Campum dici oportuit, veteri Æolensium voce, quos Latini sunt imitati. Vnde κᾶπος, horti, propterea quod in planis essent latiores. Auctus vocis sonus, interposita sera litera.* At eius filius in Varronem a verbo Siculo deducit, quo Circum, aut Hippodromum *Campum* vocabant, ἀπὸ τῆς καμπῆς, idest

idest à flexu equorum, & quadrigarum, quibus certabant circa metam, vnde omnia plana, flectendis equis idonea, *Campi* dicti.

Certe Romanis Campus, pro exercitatione, & loco vbi ea fiebat. Quod scilicet in campo Martio, militiæ operibus assuescerent. Quemadmodum etiam *Campus*, pro Comitijs, quod eodem in loco haberentur. Vt Cicero III. de Orat. Curiam pro Senatu; Campum pro Comitijs posuit. Quare Scioppius Historicum nuperum merito castigat, quia initio operis, *Fortunam Campi dominam* appellat, de exercitu, & castris intelligens. Non enim eam vocem pro pugnis naualibus, vrbium obsidionibus, ac rebus militaribus Latinam esse: licet Cicero Fortem Campi dominam appellet, illud enim de Comitiis intelligit.

Scilicet non nisi corrupto Latinitatis seculo, ea vox pro Castris, & præliis vsurpata est, quod ibi vt in *Campo Martio*, milites exercerentur. Vnde *Campi doctor* veteri interpreti Iuvenalis dicitur Centurio, qui hirsuti Capellæ nomine à poeta designatur. Et à Lampridio in Seuero: de quo plura Salmasius ibidem disputat.

A Campo, prout locum designat, in quo milites exercentur, & pugnant; *Campione*, qui in certamen descendit. Grot. Lex. Goth. *Campio pugnator à Campo*. Dantes pro luctatoribus accèpit. Inf. XVI. *Qual solean i Campion far nudi, & vnti, Auisando lor preda, e lor vantaggio, Prima che sian tra lor battuti, e punti*. Vbi Landinus perperam pro gladiatoribus accepit: additque eos in Theatro pugnasse, pari errore, nam gladiatores in Amphitheatro, scenici in Theatro; deinde recte de palæstra interpretatur.

Campo etiam pro area, siue platea templis adiacente; & quia ibi ferme sepulchreta erant, *Campo Santo* pro eodem.

Postremò Campo translate, pro clypei area, siue spatio vbi insignia sculpebantur, aut pingebantur. Villan. VI. 40. *Il campo bianco, è vn leon nero, rampante*. *Et piazza*. Idem ibidem. *Il terzo campo azurro, iui entro vna piazza bianca quadra, con nicchi vermigli*.

CAMVRRA. *Zimarra*. Vestis domestica, quasi Gameralis, siue cubicularis. Ea autem ferme arcendo frigori, soloci filo contexta, & villosa, quæ & *Guffa*, vt ex Salmasio notat Vossius de Vit. Serm. L. II. 9. Item *Cufa*. Glos. *Cufa Καμάρα*. Salmas. *Camasia*; Nam *Camasos*, & *Camasion*, vestis villosæ genus. Sed & *Camaria* retineri potest, à *Camis*, siue lectis, vt in *Camiscia* dictum est. Quod stragulis, ac lodicibus lectorum villosis similes essent. Hisp. *Samarra*. Galli *Simarre*, & *Chamarre*: Neque opus Hispanicam dictionem à Persis, aut Arabibus euocare.

Hinc fortasse *Camuffare*, caput velare, & obvoluere, quod huiusmodi tegmine villoso, siue *Cufo* caput obnuberetur. Alii ab *Amphimallus* deriuant, quam rectè, ipsi viderint.

CAMVSO. Qui est naribus depressis, & contusis. Cum *Camurus* curvum significet, vt supra diximus, tali autem iniuria nasus non tam fit curvus, quam depressus, ac veluti quassus, nescio quomodo à *Camuro* origo peti possit. Minus displicet Caninij opinio, qui à *Simus* deducit: hoc enim proprie pressas nares significat, vnde & *Silones*, & *Simæ* capellæ, & compositum *Resimus*.

Sed fortasse *Camuso* ex eo factum, quod *Muso*, vt infra dicemus dicuntur labra foras prominentia, nempe à *Mussando*, qui enim mussat, exporrectis labris id facit. Tales autem depressis, ac simis naribus, quales Nani, & pumiliones, quassis naribus, & prominente rictu, vt *Camuso* sit, qui habet Musum, siue rictum. Nam depressis naribus labra magis prominent, & extenduntur.

CANAGLIA. Vulgi pars despicatissima. Lipsius Centuria ad Belgas epist. 44. notationem trahit ex more apud Francos & Sueuos, vt reus prædæ, aut incendij, antequam morte puniretur, canem gestare cogeretur. Simplicior tamen originatio *Canaglia*, à multitudine canum dictam esse: canis, *canalis*, *Canalia* turma canum, qua nihil vilius. Quod & Nicotius monuit.

CANCELLARE. Scripta delere. Nebrissensis Lex. Iuris Ciuil. *Cancello verbum videtur ductum à Cancellis, in quibus vt transuersaria nectuntur ligna, ita cum scripta expungenda sunt, transuerso calamo, & de cussatim lineæ inducuntur*. Quod proprie illinere, siue allinere, vnde litura. Horat. in Arte. *In comptis allinet atrum Transuerso calamo signum*: ac si dicat cancellabit. Vide *Cassare*.

De Cancellariis autem, siue Scribis, qui non à *cancellando*, vt plures crediderunt, sed à *cancellis*, intra quos consistebant, & per quos ad Iudices fiebat admissio, nihil addi potest iis, quæ de hac re viri summi commentati sunt, & nuperi ad tædium descripserunt.

CANDITO. *Condito*. Fructus saccharo conditi: item poma, uvæ, & alia aceto conditiua, quæ etiam *composte* appellantur, & oliuæ conditaneæ. Conditum etiam de genere vini aromatis condito dixere: vnde apud Simplicium Κονδῖτον πίει.

At *zuccaro candido*, Salmas. in Solin. pag. 1012. non quod candidum sit, sed à Cantio ductum putat. *Non alij auctores*, inquit *sac-*

chari Candi meminere, quam qui & saccharum hodiernum factitium noverunt, vt Mirepsus: Candum, *non à candore dictum, nec à Canna, sed κάνις, vel καντίς, & Κάντιον Graci recentiores vocarunt, quod angulosum sit, & cum frangitur, in partes semper dissilit angulatas; id Graci vulgares καντὸν appellant.*

CANNA. Translate *Canna della gola, Cannarozzo*, canaliculus, iugulum, aspera arteria. Plinio, animæ canalis. Vnde *scannare* iugulare. *Cannola*, & *canella* doliorum epistomia: *Canna d'archibugio*, & *Cannone* pro bombarda: omnia à similitudine, vt *Cannone* pro impudico. At *Cannellata* in columnis, canaliculatus, striatus.

Cannella, quæ in cinnamomi locum successit. Scaliger ex. cxliv. *In Ceilam nascitur cinnamomum. Nullum gerit fructum, asta cortex finditur, atque abscisit. Bis in anno deglubitur. Dulcis primum: mensa postea perficitur. Idcirco ibi* Cannama, *vocatur* Ca *namque lignum*, Nama, *dulce. Tam propinquus etiam nunc vocis sonus est vocabulo nostro. Et Syri affini voce* Chamam *appellant.*

Simplicius tamen videtur, *Canellam* dici, quod fistulas, siue cannulas referat. Cassia σύριγξ Galeno, & Actuario Cassia fistularis, Nicolao Myrepso. Κανέλλα. *Canella*.

CANNEVAZZO. Cannabis, cannabitium. Et quia textum Cannabinum linteo crassius est, crassioris texturæ sericum filis eminentioribus *Canevazza di seta* appellatur.

CANONICO. Græca vox est. Canon regula, siue lex: Canonicus, qui certis institutis, siue sub regula, & secundum Canones, viuit. Sed postquam Canonici in communi degere desierunt, sed solum statis horis in templum ad psalmodiam, & sacra peragenda conuenire cœperunt, orta distinctio, vt alii Canonici Regulares dicerentur, quales Lateranenses, alij seculares: illi disciplina adstrictiore, & bonorum communione: hi solutiore, & priuatim degentes. Vt Canonici Regulares idem sit, ac regulares, sub regula, & seueriore instituto viuentes: quasi alii sint irregulares, qui à regula appellantur.

CANOVA. *Canova*. Cella vinaria. A Cauo, per methathesim: *Caua, Cauena, Canena*. Quod sub ædibus effossæ, & excauatæ, & cryptę subterraneæ. Salmas. de modo vsur. p. 653. *'Ορύγματα granaria sunt, in quibus hordeum repositum, & alia similiter Cella. Hinc ὑπόγεια ὀρύγματα superiores domus partes: & κατάγεια ὀρύγματα, subterranea cella, quas vulgo cauas vocamus in idiotismo nostro: qua apotheca veterum fuerunt, vel cella vinaria.* Cæsarius in regula S. Cæsariæ L. v. sect. 32. *Qua Cellario, siue Canena praponuntur.* Cunenariæ cauenæ præfectæ, *Caneuare*. Isidor. Glos. *Canaua, Camera post cœnaculum*. Male *caata* pro camera corrigunt. Camera enim quia huiusmodi cellæ ferme sunt concameratæ.

A *Canova, Canevetta, Canevettina, Cantina*, pro exigua cella vinaria, non autem à canto, prout angulum significat. Item pro capsula, in qua lagenæ vinariæ portatiles seruantur. Hodie ingeniosa gula, totas ex subere confecit, vino congelando, ne liquor è ligno transmitteretur.

A *caua*, siue *cauo Couoli*, cryptæ subterraneæ, quales admirandi operis in agro Vicentino spectantur. Cuniculi sub montibus effossi, ac muniti aduersus hostiles incursus, cœcis viarum anfractibus in immensum porrecti. Etiam sub priuatis ædibus cellis vinariis adstituti, opaco frigore perflandis ædibus, per certa spiracula, & cellis vinarijs refrigerandis, vinis per æstiuos calores gelu hiemantibus. *Caua, Cavula, Couoli*, nam teste Varrone veteres pro cauo *couum* dixerunt. Vnde Iuno Couulla, Iuno Lucina, Luna Caua, vt Turneb. L. xxiv. 22. Hac voce vsus Plin. L. xxxvi. 15. de cloacis à Tarquinio Prisco exstructis. *Praterea Cloacas operum omnium dictu maximam, suffossis montibus, atque Vrbe pensili subter nauigata.* Paulo post. *Amplitudinem cauis eam fecisse proditur, vt vehem fœni large onustam transmitteret.*

CANSARE. *Scansare*. Declinare, deflectere, euitare. *Campsare*, à Græco κάμψαι, flectere. Ductum à flectenda meta in Circo, vt in *Cambiare*, diximus. Vnde pro declinare, & euitare. Dant. Inf. xii. *E fa cansar s'altra schiera v'intoppa.* Effice vt si aliud agmen occurrit, e via declinet, & deflectat. Glos. Καμπτός, *flexus*. *Hac meta*. Et Κάμψις, *flexus*. Vnde puto Hispanis *Cansado*, dici, pro defatigato, quod totus labor in metæ flexu, & declinatione consisteret. Ne aut currus propius adhærescens impingeret, aut longius declinans, insequenti aditum aperiret. Insignis locus est Aristot. iii. Rhet. *Quapropter cursores, cum adflexiones (metæ) peruenerunt, vehementer anhelant, & penè deficiunt. Cum antea non laborent, quia metam prospiciunt.* Cum enim ad flexiones peruenerant (septies enim meta flectebatur) non amplius metam post tergum relictam videre poterant, sed opus erat reuerti, & cursum circumflectere. Magnus etiam labor in ipsa inflexione, ne impingerent metę. *Metaque feruidis euitata rotis.* Potest etiam *Cansado*, à quasso deduci. Papias. *Quassum, commotum, fatigatum, attritum.* Sed aliud rectius.

CANTARO. Veteribus poculum Baccho tributum, & quidem ansatum. Poeta, *Attrita cantharus ansa*. Plin. xxxiii. 11. Scribit C. Marium post Cimbricam victoriam cantharis potasse Liberi patris exemplo. Nunc pro scaphio accipitur, cibi confecti reliquiis excipiendis, fortasse à similitudine. Pro secessu, siue sella Patrocliana accepisse videtur Anastasius in S. Symmacho. *Item sub gradus in atrio alium cantharum foris in vulgo campi posuit, & ad vsum humanæ necessitatis fecit*. Vn necessario.

CANTIRO. Cantherius. Vitru. L. iv. 2. *Et Cantherij prominentes ad extremam suggrundationem*. Vbi Philander. *Cantheria dicuntur ligna tecti oblonga, à culmine ad extremum tectum ducta, quæ vbi longius prominent, efficiunt subgrundam, tecti partem porrectiorem, vbi fit stillicidium*. Addit Baldus à materiarlis *caballos* dici, quia pondera tectorum, & vniuersæ ferè contignationis sustinent. Idque à Latino caballus, qui proprie equus exsectus, siue vilior, & sarcinarius, qui & cantherius, ex Catone, Glos. *Cantherius*, καβάλλης μικρυπός. Plautus Aulul. *Ego faxim muli, pretio qui superant equos, Fiant vilteres Gallicis cantherys. Et cantherius in fossa*.

Qua propter tignum quatuor fulcris subiectis, instar equi, siue cantherij, *Cavaletto* Itali dixerunt: & duobus tantum lignis ad caput tanquam cruribus suffixis: *Moschetti di cavaletto*, grandiores tubos, cantherijs impositos: sicut mensarum, & lectorum fulcra, eadem forma. Item *Cantinelle*, scandulæ ex ligno assulatim defectæ, cantherioli, quæ vox extat apud Columellam L. 11. 3.

Hispanis *Alcandara*, pertica accipitrum, ac falconum, à cantherio. Ab *Al*, & *candara*. Coaruvias ait aliter appellari *Cetro*, & *Cetreria* earum auium curam, non à cubiculo, aut sceptro, sed Latinè accipitraria, *cetreria*, tam cura, quam pertica. Imò & *Alcantara*, quod pontem significat, vnde Vrbs, & equitum sodalitium nobilissimum, non Arabicum, sed Latinum existimo, pontem nempè sublicium, & tignis, siue cantherijs constructum.

CANTO. *Cantone*. Angulus. Esse à Græco Κανθός, omnes consentiunt. Id autem oculi angulum significat. Glos. Angulus Γωνία, καὶ θὲς ὀφθαλμῶ. Quod mirum est ab oculi parte, angulos omnes ita appellatos esse. Inde *Cantone* pro quouis angulo, & pro latere. Dant, Inf. xvii. *Che s'appressauan da diversi canti*. Ex diuersis partibus à medio remotis. Galli *Coin*, cuneus angulosus.

CAPA. *Cape*. Conchæ, & conchilia Venetis dicuntur, siue quod cauæ sint, siue à capiendo. Pap. *Capedines, animalia dicta quod manu capiantur*. *Cape da deo*, quia digitum referunt etiam digiti, & vngues vocantur ex Plinio. Item σωλῆνες, quod conchæ, tubuli, siue canalis modo oblongæ, & αὐλοί, fistulam referentes. *Cape tonde*, à figura: *Cape sante*, quod iis peregrini, e sacris expeditionibus, præcipuè à S. Iacobi templo Compostellano reduces, iis pileos redimire consueuerunt. V. *Arcella*.

CAPANNA. *Capana*. Tugurium. Alii à καπάνη, quod Hesychio, præsepe. Isidorus xv 12. quod vnum capiat. *Tugurium paruula casa est, quam faciunt sibi custodes vinearum ad tegimen sui, quasi Tegurium. Hoc rustici Capannam vocant, quod tantum vnum capiat*. Simplicius, à Cauo, siue cauerna. *Caua*, *Canana*, *Capana*. Quod olim in cauis montium habitarent. *Cum frigida paruas, Præberet spelunca domos*. Galli *Cabane*, Hispani *Cabaña*. Meursius Glos. Γάβος: *Cauus, fossa, scrobs*. Inde *Gabinet* iidem Galli, pro cella, diœta, siue breui cubiculo, quod à *cauum, cauinum, cauinettum* Menagius factum putat. Magis tamen placet, esse à Camino, *Caminetto*, pro paruo cubiculo, vt supra in *Camino*.

Iisdem *Cabaret*, caupona, popina, non à καπηλεῖον, & καπηλεύω, quod est auide comedere, sed à Cauo, quia hæc loca ædilem metuentia occulta, & abdita essent, ac ferme subterranea, sicuti lupanaria, quæ ideo monumenta Martiali dicuntur. Latinis propterea Ganeæ, non tam quod in terra, quam quia sub terra. Vnde Plautus, *in Ganeum se immergere*. Eadem & Lustra, idest ferarum caua, & cubilia.

CAPARRA. Vulgatum est. *Cape arrham*. Arrha, arrhabo pignus in antecessum emptionis à Græco ἀῤῥαβών. Scaliger tamen ad Varronem Syriacam vocem esse contendit.

CAPE. Interiectio admirantis. Papè. Παπαί, Βαβαί. Terent. *Papè quid video? Capita, caspeta*, idem. Insubres. *Campes*.

CAPECCHIO. Cannabis cortex exterior, vnde crassius filum stuppæ proximum. Cannabitium, cannapicium, *capecchio*. Boccat viii. 10. *Poi sciogliendo le balle piene li trouò di capecchio*. Translatum ad id quod ex lino ante stuppam detrahitur. Crescent. ii. 5. *Si secca, & si macciulla, e quello poi che si dice Capecchio, che è lisca, si caccia, & vá via*.

CAPELLA. Cella, sacellum. Plerique à cappa S. Martini deducunt, ex Vualaphrido Strabone, quibus assentiri non possumus. Cironius apud Menagium. Humiles cellas, ait, Monachorum fuisse, siue ædiculas negotiatorum tabernis, ac pergulis similes, quas Καπηλεῖα vocat Pollux, & Hesychius Καπήλια, quasi dicas σκηνὴν tentorium. Similiter erigi sacella portatilia in castris, ad Missas celebrandas, vnde

Sacer-

Sacerdotes *Capellani*. Addit à toga, siue cappa loca sacra tecta *Capellas* dictas. Germani *Capell* sacellum.

Mihi simplicius videtur *Capellam*, esse ex *sacello*, vel à *Capitello*, *Capella*. Illud autem à Compitale, ædiculæ in compitis exstrui solitæ vt infra notabimus, *Compitellum*, *Capella*. Vnde & sacella in templis ab eorum similitudine *Capelle*.

Nam quod aiunt *Capellam* etiam appellari capsam, in qua Martyrum ossa conderentur. Vnde super capsam iurare Leg. Aleman. tit. 6. & Euodius de mirac. S. Stephani L. 1. *Capella argentea, in qua erat reliquiarum portio*: non tam illa capsa fuit, quam ædicula, siue conditorium in formam parui sacelli constructum, qualis in templis altari impositæ videntur, & tabernacula appellantur.

Ceterum inepta Papiæ ratio. *Capella, quasi capiens λαὸς, idest populum*. Addit, *vel quasi* Capanna, *quia paucos capiat*. Hoc non ita inscitum videtur, non quod paucos capiat, sed quia Capannæ, vt supra diximus tuguria, & casulæ rusticorum: ita & sacella Capannulæ, *capella*, quia templorum parietibus inædificatæ, aræ maxime testudine, ac tholo minores sint, & angustiores ædiculæ. Sane Villanus L. vi. Templi maximi Florētię testudinem, siue tholum, & absidē, *Capannuccio* appellat: fastigiū scilicet testudinis angustius. *Mà al tempo che detto Duomo era tempio di Marte, non vi era la giunta del Capannuccio, è della Mela di sopra, anzi era aperto al modo di S. Maria Rotonda di Roma. Ma poi doppò la seconda redificatione, si fece fare il Capannuccio leuato in colonne, e la mela, e la Croce dell' oro di sopra. Capannuccio* appellat, tholi summitatem angustiorem, rotundam, & concameratam, quales ædiculæ, casulæ, siue capannæ. Nos *Capolam*, vocamus, quia *Cupa* siue dolii inuersi formā refert. *Mela* autem ibi, est pila instar mali inaurata, cui crux incumbit, vt fermè in testudine templorum, ac turribus æris Campani. Idem Lib. vii. 91. *La Mela, e la Croce, che era sopra lo stendale cadde in terra*.

CAPELLO. *Capperone*. V. *Cappa*.

CAPEZZALE. Puluinus capitalis, sicut à ceruice ceruical, à capite, capital, capitale, *capezzale*. Cæsarius Lib. iv. mirac. 26. *Capitale eius vertit, & mollificauit, vestes excussit, calceamenta circa lectum composuit*. Et alibi. *Modicum capitale sub capite eius*. In Vitis Patrum L. iv. *Videns mattam de papyro, & pellem stratam & modicum capitale sub capite eius*.

CAPEZZOLO. Veneti *Caneciello*. Papilla, siue mammæ capitulum, *Capitiolum*. Isidor. xi. 1. *Papilla capita mammarum sunt, quas infantes sugentes comprehendunt. Dicta quod eas infantes, quasi pappant, dum lac sugunt. Proinde mamilla est omnis eminentia vberis, papilla vero, breue illud vnde lac trahitur*. Insubres *Borino*, quasi Capitulum vberinum. Nam *Vbero* Latina vox Etruscis vsurpata. Vil. iv. 19. *Ebbe vna donna, che fù più bella che la Sibilla, donna senza vbera, secondo l' opinion di molti*. Idem à sugendo *cinna*, quasi sugina. Vita Nicol. Laurentij. *Che sapeua sugere le zinne della Santa Chiesa, come da pietosa, e dolce Madre*. Romani *zinne* vbera vaccina appellant.

CAPIA. *Gabia*. Cauea, caueola, *cabia*, *capia*, *gabia*. Pap. *Canea, spectaculi locus: ponitur pro aliquorum animalium clausura: quæ vulgo* Ca*pia dicitur, quasi cauea*. Glos. Ζωγρεῖον. *Caiola*.

CAPITALE. Pecuniæ summa quæ fœnore collocatur, quæ Latinis, caput, & sors dicitur, & ab vsuris distinguitur. Liu. vi. *vt deducto eo de capite, quod vsuris pernumeratum esset*. Et paulo post. *Sortem creditam soluere*. Horat. *Hic binas capitis mercedes exsecat*. Glos. Κεφάλαιον ἐπὶ δανείου. *Sors, summa, Capital, capitale*.

CAPITANO. Dux. Caput exercitus, vel cohortis. Capita scholarum apud Marcellinum L. xxv. Capita contubernij apud Vegetium L. ii. 8. *Capi, Caporali*. Nec duces modo, sed proceres ciuitatis, vox Villano familiaris, L. vi. 76. *I quali andatini pur de migliori, e de più caporali di loro*. Item Vrbes magnę, & insigniores. Idem L. vi. 1. *In tutte le caporali Città di Cicilia*. Græcis κεφαλάδες, vel κεφαλάδαι apud Codinum. Venetis *Capi di dieci, Signori Caij*. Tres viri magistratus decemviralis capita, summa, ac tremenda potestas.

Capitanei etiam dicebantur, summates, qui pagorum, & oppidorum Præfecturas obtinebant, vt in Insubria. *Capitaneo d'Arsago, d'Arconato*. De quibus Merula Hist. Vicecom. Lib. ii. pag. 10. Contracte *Cattanei*, vtraque gens nobilissima.

CAPITARE. V. *Capo*.

CAPITELLO. Veneti pilas, & ædiculas ad latera viarum, & fines agrorum positas *Capitelli* appellant. A *Compitale*. Persius Sat. iv. *Qui quandoque iugum pertusa ad compita figit*. Vetus Interp. *Compita sunt loca in quadriuijs quasi turres, vbi sacrificia, finita agricultura rustici celebrabant. Merito pertusa, quia per omnes quatuor partes patent, vel vetusta, vel, compita non solum sunt in Vrbe loca, sed etiam via publica, ac diuerticula aliquorum confinium vbi adicula consecrantur patentes. In his iuga fracta ab agricolis ponuntur, emeriti, & laborati operis indicium*. Tales nunc ædiculæ Sanctorum imaginibus sacræ per itinera ad viarum crepidines visuntur ferme quadri fores ad

capita semitarum se decussatim interscántium, quę à compitis *compitelli*, & *capitelli* dicuntur.

CAPITVLO. Conuentus, & concilium ferme monachorum. *Far Capitolo*. Quod cœtus & concilium indiceretur, aut ad nouas leges perferendas, aut ad veteres confirmandas, *Capita* sunt legum tituli, capitula, capitularia. Varro de L. Lat. v *Caput edicti hoc est*. Et Lib. vii. *Caput, capitulum, capitellum*. Glos. Κεφάλαιον, Γραφεῖον. *Capitulare*. Anastal. Leone iv. *Et tunc coram omnibus* (in Synodo Romana) xlii *capitula, qua ad salutem, & lucem omnium christianorum pertinere noscuntur legi pracepit*. Papias. *Capitula librorum dicta, quod breuiter capiant, & contineant aliquam sententiam, siue quod caput, & titulus maioris scripti. Vnde clericorum* Capitulum *dictum, quod capitula ibi exponant*. Far *Capitolo generale*, totius ordinis Comitia celebrare,

Inde locus ipse in quem conuenitur *Capitulum* dictum; vbi, cum arguantur, qui in legem peccauerunt, aut semet ipsos inculent, & censuram sponte subeant, Germani *Capitulum* pro obiurgatione dicunt, vt ex Goldasto notat Menagius, Tomo i. parte i. p. 100. *Capitulum est Concilium, vel Senatus principum, ac primorum Regni Ciuitatis, aut Collegij alicuius*. *Hinc Capitularia dicta Leges, qua in Capitulo constituuntur, & ordinantur* (rectius tamen locus ipse à legibus sic dictus.) *Inde quia in monasteriorum, & Collegiorum capitulis plerumque vitiosi emendabantur, delinquentes corrigebantur, nata Germanorum phrasis*, Einen Capiteln, *aut etiam*, Capitel lesen, *pro obiurgare, & corrigere*, Itali contractius, *Far vn capello*.

Capitolo etiam Collegium Canonicorum; & *Capitoli della pace*, conuentionum capita, & *Capitolare* dicitur Vrbs obsessa, cum deditio certis conditionibus peragitur, quæ in capita rediguntur.

CAPITOMBOLO. Vox conflata, ex *capito*, & *tumba*, quæ Græcè sepulchrum, siue locum subterraneum significat. Vt proprie sit capite in tumbam deuolui. Deinde translatum ad casum ex alto, & incaput ad imũ ferri, Hinc ludus saltusque pueriliś, cum cernui, manibus innixi, caput humi figentes, crura pedesque antrorsum iaculantur, totumq; corpus torquent, & conuoluunt. Quæ saltatio κυβίστησις Græcis dicta, & κυβιστᾶν, quod Latini *cernuare*, & *cernulare* dixerunt. Itali *Tombare*, & *tombo*. Insubres, *Far la tomà*. Qui cuncta è Græco torquent, à πτῶμα, casus. Verum non quilibet casus *Tombola* est, sed is, quem diximus. Veneti *Compilata*, contractum ex *Capitombolata*. Vide *Tomba*.

CAPITONI. *Canedoni* Venetis ferramenta loci, lignorum fulmenta, Capitones, quod a reis capitibus muniantur. V. *Brandenà*.

CAPO. Veneti *Cao*. *Da cao*, à capite, *de rècao* deinceps, iterum incipiendo: Galli *de rechef*. Insubres contractius *Cò*, quæ plebeia vox Danti in deliciis. Inf. xx. *Tosto che l'acqua, à correr mette cò*. Vt Latinis, caput fluminis. Cæsar iv. belli Gal. *Multisque capitibus in Oceanum influit*. Parad. iv. *Onde non trasse insin' al cò lo spola*. Vbi pro fine accipitur. Boccat. iv, 10. *Perch'io sommamente desiderato hò, che à capo si ne venisse*: idest ad finem. Galli. *Achever*, quod vt Menagius adcapare, siue ad caput venire, translatum à tela, Itali *Capitare* peruenire, iter finire: *Capitar male*, infelicem exitum sortiri,

Far capo, & venire à capo, de suppuratione, cum abscessus soluuntur, & sanies erumpit. Quod latinum est. Plin. L. xxvi. 13. de furunculis. *Remedia sunt, qua diximus folia trita, cum polenta, si non caput fecerint*.

Capo di fontana: scaturigo. Horat. *ad aqua leue caput sacra*.

Capo della vite, Columella. L. i. 10. *Ferácissima autem semina sunt, non vt veteres auctores tradiderunt, extrema pars eius, quod caput vitis appellant, idest vltimum, & productissimum flagellum*. Gallicè *Cep*. & falluntur, qui à cippo trahunt, Est enim *capo, chef, cep*.

Capo di latte, Colostrum, & colostra. Spongiosa lactis densitas à partu prima. Martial. *De primo matrum lacte colostra damus*. Quasi caput, & flos lactis; πύον Eustathio, πῆαρ τοῦ γάλακτος.

Capo nero: auicula. Festus. *Melancoriphi, genus auium, qua Latinè vocantur Atricapilla, eo quod summa earum capita nigra sint*.

A *Capo*, *capocchio*, & *capocchia*, baculi extrema pars fulte crassior, quasi *capitatum*. Translate, pars extrema, siue glans membri quo viri sumus *verpa*. Caput, capunculum, *capoclum*, *capocchio*. Hispani. *Cabocho*, & *capullo* (nos *capella*). Iidem *capullo di seda* bombycis folliculus, à similitudine,

Insubres contractius C... cuius vocis fœditate singula prope verba prophanum vulgus alternat; estque non irati modo, sed dolentis, admirantis, atque affirmantis perpetua interiectio, turpiori etiam è proximo, voce adiecta. Credo in memoriam Epicurei Catii Municipis, Horatio decantati, vt perfacete Gaspar Scioppius aiebat. Pars capitata, capitium, contracte C... vt aliis adnotatum, *Capocchia* etiam, pro capitone, stolido, & insensato.

CAPOLETTO, Conopœum, lecti vmbella. Inde pro aulæis. Boccat. vii. initio. *Di sarge Fran-*

Francesche, e di capoletti intorniati, e chiusi. Et VIII. 9. *E marauigliosa cosa à vedere i Capoletti intornò alla sala.* Villan. II. 59. *Fornita tutta la corte di capoletti Franceschi.*

CAPPA. *Capello, Caperone, Capuccio, Capotto.* Omnia à capite tegendo dicta, Varro de L. L. IV. *Dictum capital à capite, quod sacerdotula in capite etiam nunc solent habere.*

Et veteres quidem Romanos in Vrbe capite intecto incessisse, in Commentario de re Vestiaria ostendimus. Ita tamen vt cum opus foret, summam togæ partem, quæ ad humeros cadebat in caput retraherent, qualis sacrificantium habitus in veteribus monumentis conspicitur. Vestis Cardinalium, quæ *Capa* dicitur, non multum togæ absimilis est, licet magis aperta, & diuerso modo gestetur. Ea autem etiam caput velatum fuisse, vt nunc in funere, veteres picturæ ostendunt.

Postquam togæ in desuetudinem abierunt, & in earum locum lacernæ, ae pœnulæ successerunt, iis cuculli additi contra cœli iniurias: vnde *Cappe*, & *caperoni*, & *capucci*, tum vestes cucullatæ, tum ipsi cuculli dicti sunt. Dant.Inf. XXIII. *Egli haueau cappe con capucci bassi Dinanzi à gl' occhi fatte della taglia, Che per li Monaci in Colonia fassi.* Et alibi. *Non era via da vestito di cappa.* Isidor. L. XIX. 31. *Capitalum est, quod vulgo Capitulare dicitur. Idem & Cappa, vel quod duos apices, vt Cappa litera habeat: vel quod sit capitis ornamentum.* (rectius integumentum.)

Salmasius Hist. Aug. p. 390. *Hinc Cappas hodie palliola, quibus mulieres caput tegunt, & capellas, vel cappulas, nostros pileos, quibus ad caput tegendum vtimur appellamus.* Ἀπὸ τῦ Κάππα *diminutivum* καππάτιον, *quod Hesychio muliebre pallium. Item Cappadion, & Cabbadion. Codino* Καπάσιον.

A *Cabbadio* siue *Gabbasio, Gabbano,* lacerna crasso filo, & soloci, vel simplicius à *Cappa, Cappano,* & *Gabbano.* Indidem cappula, *capello*, capitis tegmen, non à pileo vt Cittadinus. Vnde *Far di capello*, caput aperire. Sarisberiensis de nugis Curial. L. III. 6. *Memini me audiuisse Romanum Pontificem solitum deridere Lombardos, dicens eos, pileum omnibus colloquentibus facere.*

Capelletto accipitris cucullus, Alberto de Falconibus, *mitra, & capitegium.*

Caperone, Epomis. In Regula Fratrum Franciscanorum. *Duas tunicas sine caputio, & cingulum, & braceas, & caparonem vsque ad cingulum. Quales Capuccinorum.* Crescent. L. XIII. *Poteus far ripezzare, e ricucire alla famiglia i loro camiccciotti, e caperoni.* *Capotto* palliolum cum cucullo *Capuccio* ipse cucullus, Barbarè *Caputium*, vel *capitium.* Nam ea vox pro capitis tegmine Latij expers est. Quanquam Nonius pro latina obtrudat ex Varrone de vita pop. Rom. L. IV. *Tunicas, neque capitia, neque strophia, neque zonas.* Ibi namque Varro de veste muliebri loquitur, & *Capitium* est mamillare, siue fascia ad mamillas comprimendas. Sequitur enim apud Varronem. *Neque id ab orbita matris familias instituti, quod ha pectore, at lacertis erant apertis, nec capitia habebant*, idest velamen pectoris. Clarius ibidem. *Capitium ab eo quod capit pectus.* Ita Nonium erroris arguunt Scaligeri pater, & filius. Ille Poeticæ Lib. I. 16. Hic ad Festum, verbo *Lacerna.*

Ceterum hoc capitis integumentum promiscue olim vsurpatum constat, diuerso tamen modo, ac forma. Nam aut cuculli lacernis, ac palliolis additi, qualis in penula viatoria, operis coactilij, *Feltro*, qui vere cuculli, & cuculliones: aut separati: hoc est pannus oblongus duplex, ea ferme forma, quam Ianissari, siue milites Prætoriani apud Turcas gestant, longo veluti syrmate in dorsum fluens, & quales Venetorum stolæ, quæ nunc sinistro humero gestantur, olim capitis velamen fuerunt. Aliquando pars ea, quæ caput tegebat quadrata, aliquando in acutum desinens, quæ *Beca*, vt supra docuimus.

Villanus L. XII. 4. Vbi vestitus mutationem à Gallis Florētiam inuectam, sub Ducis Athenarum regimine describit, hæc habet. *E il capuccio vestito à modo di scocombrini* (hoc quid sit ignoratur) *col batollo fino alla cintola, e più che era capuccio è mantello, con molti fregi, e intagli: il becchetto del capuccio lungo fino à terra per auolgere al capo per lo freddo.* Vbi cucullum palliolo annexum fuisse apparet, eiusque duplicem partem, *batollo*, e *becchetto*, & illam quidem vsque ad cingulum, hanc ad ima crura protensam. Sed monachorum Epomides, siue scapularia, habent quidem cucullum rotundum, aut acutum, dorsi autem tegmen vsque ad cincturam. Quod autem Villanus *Batollo* habet, Boccatius simplici liquida effert. VIII. 9. *Vestito di scarlato, & vn gran batolo, dottor di Medicina.* Quod fortasse a batuendo, siue pulsando: quia in incessu, & corporis motu, ea pars humeros quateret.

De *Capuccio*, Cherubinus Gherardaccius Hist. Bonon. parte II. Lib. XX. *E tutti li giuocatori d'hasta douessero portar in testa vn capuccio, ò Baucho di sargia negra, foderata di pelle negra. Erano questi Capucci, ò Bauchi alquanto longhi nel coprir che faceuano il capo, e si allacciauano sotto le mascelle, con vn cordone, e fiocchi, e scorreuano alquanto sopra le spalle, die-*

tro, & auanti il petto, come in molte figure antiche, Corius Hist. Mediol. parte IV. 593. *Se n'andò à luogo sopra vn picciolo cauallo con vn capuccino in testa, e questo haueua vna coda, la qual giungeua per fino à terra, secondo la sua consuetudine.*

Licet autem promiscuus vt diximus Caputij vsus fuerit, Magistratuum tamen, procerum, & Doctorum, colore distinguebatur, pretiosis pellibus suffultum. Vt videre est in hac vrbe imagines Principum Cararienfium, atq; Academiæ Professorum, præcipuè Iacobi de Forliuio in Templo Eremitanorum, & aliorum passim. Ita & Fr. Petrarchæ effigies Capucio insignis spectatur. Quod insigne peculiare Rectorum Gymnasij fuit, extatque in Constitutionibus titulus *de assumptione Caputij*; quod non pellibus modo exoticis, sed gemmis redimitum erat. De quo Episc. Thomasinus Lib. I. cap. XXI.

2. Sed cum id genus integumenti caput prægrauaret, Epomidi pelles addi cœperunt, & separatæ etiam humeris imponi abdicato cucullo, vt hodie professores in supplicationibus, postremo cum oneri essent brachio gestari, vt Canonici consueuerunt, quæ *Almutia* appellantur, vt primi ordinis Ermellinorum pelles, secundi varias brachio prætendant. Et de his nimis fortasse multa.

CAPPA. *del Camino*. Fumi conceptaculum, qui per tubos parieti insitos effunditur, vel quia fumum capiat; vel à Græco Καπνὸς, fumus. Glossæ. Καπνοδοχεῖον, *Fumarium*, & Καπνοῦχος, *Tubulus*.

Alii Nappa appellant: Nares Camini. Vitru. L. VII. IV. *Namque ædificatur locus vti laconicum. Ante id fit fornacula habens in laconicum Nares, & eius præfurnium, magna diligentia comprimitur.* Philander: *Nares interiores fauces, per quas fumus defertur: vt per nares in animalibus spiritus emittitur.* Inde *Napo*, *napone*, & *nabirio*, qui enormi naso præditus, est, appellatur. V. *Nappa.*

CAPPIO. *Gabbio*, V. *Calappio.*

CAPRIATA. Trabs cui tecti fastigium incumbit. Trabs *capreolata*, siue *Capreoli*. Vitru. L. IV. 2. *Columen in summo fastigio culminis, vnde & columna dicuntur, & transtra, & capreoli.* Philander Capreola esse ait proclinata hinc, atque illinc ligna, quæ canterios sustinent. Barbarus à capreolis vitium. Rectius Baldus, à capreolis, quos Δορκάδια Græci appellant: vt enim illi, aduersis cornibus incursant, & onituntur: ita capreoli isti assurgentes, capita, seu cornua, & frontes, cantheriorum ponderibus opponunt. Glossæ. Καπριόλος τὸ ἔρεισμα τῆς στέγης: *Furcilla* Galli, *cheuron.*

CAPRICCIO. Qui à caprarum cornibus deducunt, næ illi imaginosi sunt, & vel ludunt, vel luduntur. Prima vocis notio, pro horrore, quo pili arriguntur. Glos. *Horripilatur*, ὀρθοτριχεῖ. Glos. Isidor. *Horripilatur, horret.* Galli *Herisser*, horripilare. Hisp. *Despeluzarse.* Ab arrigendis pilis, & capillis, *capriccio*. Dant. Inf. XXII. *Io vidi, & anche il cor me n'accapriccia.* Landinus *Capriccio* ait Etruscè significare, quem Latini horrorem dicunt, cum scilicet pili arriguntur, & dictum quasi *Capo arriccio*, quod etiam frigore, & metu euenit, atque ita pro pauere, exhorrescere, *accapricciarsi*: quod audacter Dantes ad cor transtulit. V. *Arricciarsi*. Et *raccapricciarsi*, pro eodem, Virgilii versio Italica, illud *Steteruntque comæ*, sic reddidit. *Nel suo cospetto perdè la fauella, leuati i capelli per raccapriccio.*

Secunda notione *Capriccio* Italis dicitur mentis motus inania, & absurda cogitantis, phantasiæ impetus, & deeratio, falsæque imagines. Quod non ineptè Merlinus. *Phantasia venit quædam phantastica mihi.* Id autem à capite mentis & cogitationum sede, quasi *Caporetium*, *Caporitium*, *Capriccio*. *Capricciosi*, imaginosi, & cerebrosi.

Capriccio etiam dicitur *Ghiribizzo*, mentis ludus per inania, & falsa: & *Ghiribizzare*, falsis imaginibus vagari, nec inania modo, sed perplexa, & obliqua meditari. Id autem à *Carabiccium*, quod est dimminutiuum à *Carabo*, de genere Cancrorum, qui non recte, sed obliquè, & præposterè incedunt. Scalig. Hist. Animal. L. IV. p. 173. *Tria igitur gamarorum genera, Astacus marinus, fluuiatilis non vulgares, Carabiccia, & hic gamarillus.*

Florentini etiam *Caparbio*, pro obstinato, ac peruicaci, quod hi ferme sententiæ tenaciores sint. Item *Caparberia*, & *Caparbietà*.

CAPUCCI. Caules capitati. Brassica capitata, quam Nicander γαστίρα nominat, à tumidi ventris figura. Gallis *Gabues*, Insubres, *Gambusi*.

CARABINO. Eques Sclopettarius. Germanicum. *Carabiner*. Et *Carabien* Sclopetum equestre. Vna *Carabina*.

CARAFFA. Vitrea laguncula: à *Giarra*, *Giaraffa*. V. *Giarra*.

CARAGOLO. Limacis genus. *Cochlea*. Aristot. Hist. An. IV. 119. *Quædam namque nihil habent carnis, vt Echini: quædam etsi habent, tamen operta tota est, neque præter caput conspicuum quicquam est, οἷον οἱ τε χερσαῖοι κοχλίαι, vt terrestres limaces.* Scalig. ibi. *Cocalia autem sunt candidi limaculi, qui in sepibus inueniuntur, sæpe etiam in mare, à Tuscis Caragoli vocati.* Ita & Veneti. Sed hi *Cocalum* auem

autem piscium prædatricem vocant: de qua idem Scalig. L.14. Hist. an. *Est genus auis candidæ magnitudine mediocri, in æstuarijs Adriaticis, & ad Cymaclum Cocallum vocant.*

Est ergo Caragolo, Cochleola: Hispani *Caracol*. Quæ dictio iisdem accipitur pro decursione militari in gyros flexa, Itali *vn Caracollo*. Alii aliter Chaldæos, & Arabas aduocantes. Sed à cochlea dictum videtur, quæ ferme inintorta, vt conchæ marinæ, præcipue vmbilicus, id est κόχλος, & alia vt ait Aristoteles στρομβώδη, siue turbinata. Nam & scalæ quibus in gyrum ascenditur Græcè κλίμακες dicuntur, Latinè cochlides. Venetis *à bouolo*, nam *bouolo* limax, Insubres *scale à lumaga*. Ita *Caracollo* flexio militaris in gyrum, à similitudine.

CARATELLO. Doliolum. A *Carro Carrata* dolium quod carro vehi potest. Gallicorum Episcoporum epistola ccxvi. ad Regem Ludouicum. *Peto à vestra sublimitate vt quinquaginta libras Turonensis monetæ, & vnam vini Carratam vos confirmare dignemini. Vn carro di vino, Caratello* minus dolium: sicut *à barra*, quæ manibus gestatur, idem doliolum *Barrile* appellatur.

CARATO. Ceratium. Dant. Inf. xxx. *E m'induſſero à battere i fiorini, C'hauean tre carati di mondiglia.* Budæus de Asse L.iii. p.71. *Quod vt intelligatur scire hoc oportet, auri bonitatem in quatuor, & viginti Caractis indicatura consummari: vltra id nihil exquiri posse. Indicatura est quam lingua nostra* legem *vocat, id est notam gradumque bonitatis: eaæm lingua* caractas *à ceratio verbo Græco, vulgari inscitia deflexit. Est enim* Ceratium *minuti ponderis vocabulum, à grano siliqua ductum, qui fructus est arboris Italicæ praedulcis, digitorum hominis longitudine, & pollicis latitudine. Intus sunt grana, quæ Ceratia dicuntur, nomine cum fructu communicato.* Columella L. iii. *Siliquam Græcam quidam Ceration vocant. Vtitur eo vocabulo Dioscorides. Aiunt Genua* Carubam *vocari.* Hæc Budæus. Sed etiam Veneti siliquam *Carobam* appellant, vt & fructus, & eorum grana *Carati*. Glos. *Siliqua* Κεράτιον. Quia siliquæ fructus est corniculatus, siue corniculi habens similitudinem. *Ceratium* autem, cornu exiguum, siue corniculum.

Inde *Carati* pro rata parte. Statut. Patau. Rubr. vii. 29. *Ipsi Auditores habeant in appellatione suos caratos, solidos, videlicet quinque pro centenario.* Et *Caratare* Venetijs, in redimendorum vectigalium societate, suam partem, siue symbolam conferre.

CARAMILLO Hispani tibiam appellant, quasi calamum, *calamillum*, id est auenam, & fistulam; vt Coaruvias, & paulo deflexa voce *Chirimias*, fistularum concentum, indidem: non autem à χειρ, quia manu tangantur, vt idē parum rectè existimat.

CARAVELA. Nauigii minoris genus. *Carabus*. Græce Καράβιον, *Carabulus*, *Carauella*. Sic & Coaruvias.

CARCASSO. Pharetra: theca Sagittarum. Menagius à Germanico *Koker*: ex quo Græci recentiores κούκουρον, & ἰκούκουρον. Lipsius Cent. iii. ad Belgas: ex vetere Lexico. *Cocare*, pharetra. Sed quamuis *Coccam* pro sagitta dictam infra ostensuri sumus, haud ita facile à *Cocca* Carcassum deriuetur. Ita crediderim pharetram, & arcus, & sagittarum repositorium fuisse, & à nobiliori parte *Arcarium*, & *Arcassum* dictum, & addita C. *Carcassum*. Coaruvias à *Carchesium*.

Ceterum *Carcasso*, & *Carcame* dicitur σκελετός, seu cadaueris arefacti costarum veluti concamerata compago. Villan. ix. 139. *In vn carcame d'vn cauallo morto il sepelirono.* Rectè Menagius quasi *arcamen*: non tamen ab *arca*, sed *arcu*, quia costarum crates arcuata: vnde *arcame*, *carcame*. Morgant. Cant. iii. *Se v'è reliquia, arcame, ò catriosso, Rimaso, ò piedi, ò capi di capone.* Vulgo *Carbame*, vel quasi costarum curuamen, vel quod coruorum, ac volucrum laniamentum sit.

CARCIOFFO. V. *Articiocchi*.

CARDARE, *Scardassare*, *Scartezare*, carminare, lanam & crassius sericum pectere: quod carduis fiebat, & iis nunc etiam panni poliuntur, postea pectinibus ferreis, qui inde *Scardassi* vocantur, & *scartezini* qui lanam carminant, aliter *spelacchini*.

Carminare autem pro pectere Latinum est. Boccat. ii. i. *Done il misero Martellino era senza pettine carminato.* V. *Scarmigliato*.

CARRIAGGIO. Carrorum multitudo. *Carraticum*, siue *Carrago*. Græci recentiores Καραγός. Quod Leo Constit. iii. interpretatur, curruum, & aliarum machinarum constructionem ad exercitus tutelā. Cum carris plaustrisque & impedimentis exercitus veluti vallo sepiretur. Quæ vox Scriptoribus Historiæ Augustæ, & Ammiano vsurpata. Etiam *Carriagium* pro carri onere, & impedimentis.

A Carro *Carrico* pro onere, & *carricare* onerare: inde pro quolibet onere, etiam humerorum. Glos. Arab. Lat. *Carico, onero*. Et translate, pro munere, & officio, quod honori, & oneri. *Scaricare*, exonerare, & *Scarco*. Dantes Inf. xii. *Cosi prendemmo via giu per lo scarco Di quelle pietre, che spesso mouensi Sotto i miei piedi per lo nuouo carco.* Quæ è monte decidebant, & quibus veluti mons exoneratus fuerat, & ideo mouebantur, quod insuitato humani cor-

corporis onere premerentur. Ita Landinus. Idem Inf. xxviii. *Careo* pro peccato, quia animam prægrauat. *A quei che scommettendo acquistan Carco.*

CARNEVALE. Vulgus ineptum, quasi *Carnouale*, quod esuriales ferias quibus esus carnis interdictus, antecedat: ineptius qui *carnie privium* appellant, quæ dictio melius xl. dierum ieiunio conueniret. Ergo *Carnalia*, scilicet Festa, vt Saturnalia, Liberalia, & quod magis quadrat, Bacchanalia. Florentini *Carnasciale*, quo ganea, & sagina triumphat. *Carnalium*, vox veteri Glossographo, alio sensu vsurpata. *Carnalium*, Κρεμάστρα. Idest vt Vulcanius interpretatur, Capsa quæ sublimis pendet, custodiendis, & tutandis carnibus, & reliquis edulijs ab iniuria felium, murium, & muscarum. Hisp. *Escusa baraja*. Aristophanes facete Socratis cellam, siue suggestum editiorem, e quo docebat κρεμάστραν vocauit. Nos *Moscarola*. Sed legendum est *Carnarium*. Ita enim Plautus vocat. Inde

Carnero, *Carniere*, facculus, siue pera aucupum, & venatorum, ad condendam prædã, & aucupij instrumenta. Frideric. de accipitr. Lib. 11. 47. *Habeat praterea vnam bursam ad cingulum suum, in qua reponat carnes* (pabulo accipitrum) *& tiratoria, qua ideo dicitur* Carneria.

Hispani *Carnero* arietem appellant, quod frequentior ouillæ, & agninæ carnis esus esset, quam bubulæ. Argumento est, quod lanius *beccaro* dicitur, quasi berbicarius, à veruecibus laniandis.

Ceterum *far carne* pro interficere à Latino ductum. Donatus. *Carnifex dicitur, quia carnem faciat e viuente.*

CAROGNA. Cadauer, præcipue belluarum. *Charoniam*. Ita Victorius Lib. xvi. Var. cap. 16. *Simile huic est, quod cadauera belluarum electa vocamus* Charogne *à fætore. Graci enim* χαρώνια *loca quadam terrarum appellant, qua exhalant fædos odores, ac sunt tanquam aditus quidam fauces que Inferorum. Inde igitur vocabulum nostrum conformatum puto, quod molestue odor mortuarum, pecudũ rumq; belluarum idem quod loca illa prastet, faciatque ne illac transiri sine molestia possit.*

Ita & Brodæus L. iv. Miscel. 8. *Charonia apud Laertium in Zenone, à Geographis barathra quadam, & Plutonia fædos odores exhalantia significant.* Additque Galeni locum in hanc rem. Ita & Nicol. Loensis. Epiphilid. L. iii. 5. Et Stephanus in Appendice Thes. L. Græcæ: & Lipsius Epist. 44. Cent. iii. ad Belgas. Vt mirum sit quosdam receptæ sententiæ refragari, & à *Carne* deducere, quasi *Caronia*, cum nonnisi caro putrescens, ac fœtida ita appelletur.

CAROLA. Saltatio. Chorea, *Choreola*, *Carola*, vt alijs obseruatum. Boccat. initio. *Con ciò fosse, che tutte le donne carolare sapeuano.* Et infra. *Doppo alcune carolette fatte.*

CAROLO. *Carolo*. Caries præcipue lignorum, cum à vermiculo eroduntur. Inde & Caroli caries, putrilago, & vermiculi *cagnoli* dicuntur, à carie. Idem & *Tarlo*, Tarmus, *tarmulae*: licet hic proprie vermiculus carnem exedens, vt Festus ait. *Tarmatè* Venetis dicuntur qui ore papularum notis deformato, à similitudine vestium, quæ tineis corrosæ, ac perforatæ.

CAROTA. Siser, herba pastinacæ haud dissimilis, acetarijs expetita. De qua Plin. L. xix. 5. Qui vt notat Dalechampius tertiam pastinacæ speciem facit, daucum staphylinum, altilem, & hortensem, memoratum Galeno Lib. vi. simplic. vulgo *Carotics*. Eius conditurarn tradit Plinius ibi. *Et decocta posca, aut ascruata ac fruto, aut subacta melle, uvisve passis, aut pinguibus carotie.* Vetus editio. *Carycie*. Chiflet. *Careotis*. Vel ergo à Caryotis quæ addebantur conditurę nomen inuenit: vel quod Caryotarum, (qui palmarum fructus) speciem referrent. Insubres *Gniff*, hoc est napi, siue napuli, solo enim colore à napis distant.

Vnde autem *Piantare carotte*, pro mentiri, falsaque & ficta comminisci, dictum sit, haud liquet. Nam quæ de crocota, & captura afferuntur planè sunt Caryotæ.

CAROVANA. *Carauana*. Scaliger Ex. ccix. a. *Carouan Syrum nomen est, à Gallis* Tropa, *Italis* drapello, *à Troglodytie* Negada *dicitur, comitatum significat.* Boccat. ix. 9. *Percioche vna gran Carouana di some sopra muli, e sopra caualli passauano.* Alij à Turcico *Keruan*. Cur non à carris, vt sit Carrago?

CARPETTA. Veneti tunicam muliebrem, siue stolam appellant, à Græco sicut alia non pauca vocabula. Χιτὼν καρπωτός. Carpotoe, Tunicæ muliebres, vt Salmasius docet ad Hist. Aug. p. 397, & ad Tertul. de pallio p. 45. Tunicæ inquam muliebres, & talares erant, & manicatæ, contra quam viriles: dictæ igitur καρπωτοί, quod manicas ad carpum manus pertinentes haberent, cum viriles tantum ad cubitum. Ita vestem illam Thamar in sacris literis coloriam, & variam, quam lxx ἀστραγαλωτόν, idest talarem transtulerunt, Symmachus χειριδωτόν, idest manuleatam, Aquila Καρπωτόν, quod idem est vertit. Quia vsque ad carpum manus manicas haberet. Nam talares tunicæ eædem, ac manicatæ, quæ muliebres. Vnde *Carpette*.

CARPIA. Veneti telam aranearum, improbamque texturam appellant, alii *Ragnara*. Galli *Charpie*. Proprie linamenta, vel telæ concerptæ filamina, Insubres *Filappole*, à carpendo, siue lacerando. Scribonius ccv. *Linteola carpta plurima*. Et ccxxx. *Inde linteola carpta contingantur*.

Quia autem aranearum telæ vulneribus imponebantur, vt & filamenta, *Carpie* dictæ sunt ab vsu, & similitudine. Salmas. ad Solinum p. 766. *Τίλτοις ex filis lintei carpti fiebant. Carpiam hodie vocamus veteri vocabulo, & si carpiam ῥυπαρὸν πῖκον sordidum vellus interpretetur vetus auctor Glossarum*. Et de modo vsur. p. 881. *A carpere, concerpere, discerpere: & nomen* Carpies, *vel* Carpia Ὀπελος μότος. Inde *Carpiarsi* de lacte, & aliis liquaminibus cum coagulantur, quod tenue paniculum, & cartilaginem instar telæ aranearum obducant, Veneti *arpiarsi*, & *mascarpa*, *ricotta*. Lac recens coagularum, etiam ad lippitudinem translatum: *scarpellini*. V. *Pana*. Iunius in Numencl. ait Metaphoricè crustulam dici posse, quod in superficie calefacti lactis, aliarumue rerum coit, & concrescit, quod Galeno & aliis γραῦς, & γραία, dicitur, à rugarum senilium in quas contrahitur similitudine.

Carpionare pisces aceto, & aliis speciebus condire, vel ab eo quod dictum est, vnde & liquor ille congelascens, *Gelatina* vocatur, vel quod ea piscis Carpionis conditura fit.

CARPIONE. Piscis Benacum nobilitans lautiorum mensis expetitus, non ab auro carpendo, vt vulgus existimat, sed à barbara origine sic dictus, qui veteribus est *Cyprinus*, vt Vossius de vit. Serm. L. 11. 4. & Theologiæ gentilis L. iv. 13. Potest tamen dictio à *Cyprinus*, *Carpinus*, & *Carpio* esso. mari, quod etiam Menagio probatur. Ceterum *Carpam*, & *Carpionem* eundem piscem Vossius facit, alij diuersum esse contendunt.

CARPIRE. Carpere. Dant. Parad. ix. *Che già per lui carpir si fa la ragna*. Ad cum irretiendum, vt araneatum telis, siue carpiis, animalcula illigantur. *Carpire* autem, à carpendo, siue lacerando, *cerpere*, *concerpere*. Proprie ramos arborum amputare, & excortare. Stat. Patau. Rubrica xxii. *Non audeat cerpire, vel incidere, seu deuastare* (guastare) *fattces, vel perticas*.

CARPONE. Quadrupedum more incedere. Quidam à rependo, vel carpendo terram. Sed repere proprie animantium, quæ pedibus carent: carpere autem terram, quæ est opinio Bembi, latinis insulitatum. Quare *Carpone* contractum est, ex quadrupes *quadrupone*, *quarpone*, *carpone*. Dant. Inf. xxvi. *I vo che Buoso corra, Com' ho fatt'io carpon per questo calle*. Et *carpare* pro eodem. Purg. iv. *Ch' i' mi sforzai carpando appresso à lui Tanto chel cinghio sotto i piè mi fue*.

Illud porro obseruatione dignum est, quod Dantis Interpres Purg. 10. *Carpando tutti*, explicat, *andando in quattro, ouer branconi*. *Andar in quattro*, non solum significat *andar carpone*, & quadrupedum more incedere (quadrupes, *quattrope, quattro*) sed nudare clunes, & in alicuius contemptum, & contumeliam posteriores partes ostendere. Sabadinus Porretanis fabula 57. *Nondimeno à mio conforto vna cosa ogni modo voglio fare, e perdonatime se parlerò forsi con voi troppo domesticamente. Io intendo esser disposto, calandome le brache al ginocchio, e ponendome in quatro* (carpone) *mostrarli vn tratto quanto tondo io hò alle stelle, che siano maladette loro, e chi le adora*. Paulo post. *Et eccote calate giù le brache, & postome in quatro venirme subitamente adosso di sopra vno calcedro di aqua fredda*. Dant. Inf. xxv. *Al fine delle sue parole il ladro, Le mani alzò con ambedue le fiche, Gridando togli Dio che à te le squadro*. Quod enim pollice inter indicem, ac medium interposito, eam partem exprimeret, quæ in contumeliam sublatis lumbis ostendebatur, *te le squadro* dixit, idest ficos ani, siue mariscas ostendo. Quod Interpretes assecuti non sunt. Inde *squadernare, e mostrarò il quaderno*. Morgant. *E per tentarli nella patienza, Le chiappe squadernò con riuerenza*. Vide. *Fica*.

Ceterum pro *carpone*, *andare branconi* dixerunt, idest pedibus, & manibus, siue brachijs innixum ingredi: & *andare à gattone*, vel *catellone* depresso corpore, vt canes venatici faciū, & feles cum musculis insidias tendunt.

CARROBIO. Corriuium, viarum in Vrbe concursus. Latinis Compita, quæ petuntur, idest adeuntur per diuersas vias, vt triuia, & quadriuia. Siue vbi viæ competunt. Varro de L. L. v. *Compitalia, dies adtributus Laribus: ideo vbi viæ competunt, tum in compitis sacrificatur*. Seruius. *Quadriuia compita appellantur ab eo quod multa via in vnum confluunt*. Ouid. Fast. 1. *In ternas compita secta vias*. Sed proprie Quadriuia. Cicero in lege Agraria. *Quam in triuijs, aut in compitis auctionentur*. V. *Capitello*.

Compitum Mediolani ad Diui Pauli, vbi quadriuium, & alterum ad D. Laurentij *Carobio* vocatur, vbi quinque viæ confluunt. Corius Hist. Mediol. Parte ii. 287. *Fù banaita la pace per tutta la Città, e caroby*. Per compita, Gherardaccius Hist. Bonon. Parte ii. Lib. 19. *In quest' anno in Bologna s'accese vn grandissimo fuoco verso il Carrobio*. Etrusci, *Crocicchio*. Vil-

lan.

Ian. L. XII. 17. *E poi passaua quella al Crocicchio di sopra infino al tempio.* Parauin. *Crosura la Crosura del Santo* vbi quatuor viæ decussatim, siue in formam Crucis se intersecant. Hispani *Encrocijada*.

Carrobio igitur Corriuium. Ab hoc *Ruga*, pro via, aut vico. *Ruga de gl'Orefici*. Nam licet Glos. *Ruga* ῥύμη idest Vicus: & Vulcanius legendum putet *Rua*, quod Gallice, & aliis linguis *Rue* vicum significet, vt sit *Ruma*, *Rua*, nihil mutandum puto, & *Ruga*, non à Ruma, sed à *Corriuio* ducendum. Corriuium, *Corriuia*, *Carrobio*, *Corruga*, *Ruga*, *Rua*, *Rue*. Sabadinus Fabul. Porretanis XLI. *La maritorne ad vno Maestro di velluti, nominato Maestro Pietro, che staua ad casa in la Coroya de Centurioni, da lato di sopra*. In vico Centurionum. Vicus enim ex pluribus ædibus, & multarum viarum concursu constituitur. Hisp. *Rua*: & *Ruar*, vt ait Vulcan. vicatim obambulare, veluti corriuiare. Quod autem Coaruvias *Rua* dictam putet à ruendo, quod vltro, citroque euntes gregatim ruant, *vel ab Hebraico* Ruah, fugit eum *ratio*. Illud quidem recte *Ruar, passear los galanes, y festear las Damas*, vias & vicos obambulare, atque obsequio, & procatu, matronas demereri. Mediolani *Ruga bella*, Vicus Borromæorum ædibus nobilitatus.

Quod si cui longius notationem petere libeat, à *Striga* petat. Lipsius de re milit. ad illud Polybii *quasi Striga, aut vico transuersario*. Festus. *Striga, ordines rerum, inter se coniunctè collocatarum, à stringendo: Striga*, Vicus. Glos. ῥύμη *Vicus*. Vt sit *Striga*, *riga*, *ruga*. Sed prius malim *Corriuium*, *corruvium*, *corruga*, *ruga*.

CARROCCIO. Currus bellicus amplioris formæ olim nonnisi magnis expeditionibus, & tota exercitus mole educi solitus. In eius medio, altissimo malo defixa crux aurea imponebatur, ex mali transuersa antemna vexillum dependebat cum Vrbis insignibus. Altare erigebatur ad sacra facienda, appensa etiam nola ad copias conuocandas. Carrum panno coccineo, aut alterius coloris stratum seiuges boues trahebant, candido stragulo, rubra fascia decussato operti. Mille ferme & quingenti pedites, eximii duces, ac validissima copiarũ pas circumsistebat, octo tubicines sequebantur, item sacerdos cum ad rem diuinam, tum ad sacra morientibus ministranda. Idque veluti castrorum prætorium, Palladium, ac fatale exercitus pignus erat, quod capi in præliis, & in hostium manus peruenire, extremæ cladis, atque ignominiæ loco habebatur. Nulla fere Italica Vrbs alicuius nominis erat, quæ Martium hoc plaustrum non haberet.

Ita Carrocelum omnes fere Italici scriptores cõsensu descripsere, Merula Hist. Vicecom. L. II. qui rem alioquin ridiculam fuisse ait, nisi tempora insignem fecissent. Villanus, Corius, Capriolus, Gherardaccius, Sigonius de regno Italiæ Lib. VIII. alii. Antonius Campus Hist. Cremon. eius imaginem delineauit.

Exteri etiam scriptores eius meminerunt quos recensuit Vossius Lib. III. C. V. In Carroccio Friderici Imperatoris, quod captis ad Vrbem Victoriam castris illi Cremonenses abduxerant, antea ab eodem Imperatore Cremonensibus ereptum, tale carmen seculi eius elegantia inscriptum erat

Carrocij feri damna sui miseranda Cremona
Imperij Frederice tui fugis absque corona.

A *Carrocio* denominatam esse *Carracam* nauis onerariæ genus apud Hispanos censet Vossius, vt sit veluti Carrus Marinus.

CARROZZA. Carruca. Qua voce vsus Plinius Lib. XXXIII. 11. Vbi conqueritur, quod carrucæ argento cęlarentur. Quid si vidisset hac tempestate totas auro obduci, ne exceptis quidem rotarum cantis, & radiis, vertendo luto. Nec iam carrucam, quod Martialis indignatur, fundi, sed villarum pretio parari, nec quadriugis quod plebeium habetur sed seiugibus equis vltra triumphorum fastum viros, ac matronas super ora ciuium, pendentibus in sublimi aurigis, vehi, vt nihil iam desit ad placandam Nemesim, quam vt servus curru portetur eodem.

Vsus eadem voce præter Martialem Suetonius de Nerone. Nunquam carrucis minus mille fecisse iter traditur. Et Marcellinus Lib. XIV. de Pontificum in ea paupertate luxu. *Carruca solito altiores*. Apud Iurisconsultos *Carruca* dormitoria, vn *Cocchio*, & *Carrucarius*, & *Carrucaria mula*. Glossæ. Καρῦχον *Rheda*. Καρυχάριος, *Mulio*, *Cisiarius*. *Carrociere*.

CARTELLAME. Cartilago, vt mollius ouorum putamen.

CARTOCCIO. *Scartoccio*, chartæ inuolucrũ, aromatibus, ac mercibus tegendis: Latinis *Cucullus*, ex vili & crassiore charta, quæ Emporetica dicebatur, quod non ad aliud quam inuoluendas merces apta. Chartacium, *Cartoccio*, Martial. *Cordylus madida tegas papyro, Vel thuris, piperisue sis cucullus*. Hispani *Alcartaz*.

CASA. Proprie domus rustica, tugurium, mapale. Cicero Tusc. *Ptolomæo peragranti Ægyptum, cibarius in casa panis datus est*. Lucanus. *Præmium ciuilibus armis, Scit non esse casas*. Loquitur de tugurio piscatoris, ad quem Cæsar mare noctu traiecturus diuerterat. Glossæ. *Casa* καλύβη, & καλιαὶ, ἀγροίκων οἶκος. Casa, tugurium

gurium quasi nidus. Et σκηνὴ, nempe ex frondibus. Scalig. poet. L. I. 21. Scenas, casas dictas esse ait in Romano exercitu. Inde pro qualibet domo, etiam honestiore. *Accasarsi*, vxorem ducere. Quia noua domus, siue casa instituebatur: vel quod qui olim vxorẽ ducebant, domum ædificabant, vt Turnebus docuit Lib. XXI. 17. Ita Homerus de Protesilao, cum ducta vxore nondum vertente anno profectus esset, καὶ δόμος ἡμιτελής, quod Catullus domum frustra inceptam dixit. Vide Casaubonum ad Theocritum.

Casalia, villæ, & vici in agris. Falcand. Hist. Sicula p. 133. *Duas ei villas optimas, quæ Siculi* Casalia *vocant donari fecit*.

Casa di Dio. Domus Dei, *Domo*, templum. Veteres Formulæ XL. *Donatio ad casam Dei.* Hincmar. epist. VII. *Vel quasi ad casam Dei tradere.* Nunc Brephotrophium ita appellatur, vbi infantes expositi aluntur, & à genitorum feritate vindicantur.

CASA in ludo latrunculorum, & tabulæ, ac tesserarum. Salmas. Hist. Aug. pag. 363. *χάψοι, vel χάσοι, vel χάστοι, loculamenta calculorum in tabula. Fare vna casa*, est duos calculos vnicolores, siue tabulas iungere.

Casaro autem est à Caseo, *Caseolarius*, & *Casalino*, qui caseum vendit. Insubres *Postaro*, quod præcipue sali vendendo ea loca posita sint.

CASACCA. Sagum. Stephanus Schediasm. L. IV. 4. à Caracalla, *Caraque & casaque*. Ita & Salmas. H. Aug. pag. 165. à *Caraca*, quod ait palliolum fuisse cum cucullo, vnde & *Caracalla*. Sed Caracallam non fuisse palliolum, verum tunicam talarem exteriorem scriptores produnt, neque cucullum habuisse scimus. Lipsius Cent. III. ad Belgas ep. 44. ex Agatharchida, apud Ægyptios vestes quasdam coactiles vocari χάσας, vnde *Casacche*. Neque tamen istæ coactiles sunt, vt pœnulæ, quæ hodie *Feltri*, vocantur. Vossius Lib. III. 3. à χασῆς, siue *casa*, & *casubula*, prout vestem significat non domum. Verisimilius est vel à *gausapa*, quod vestimenti genus crassius, & densa lana, arcendo frigori, vel à sagum, *saga*, *casaga*, *casacca*, nam *saio*, & *casacca* idem ferè vestimenti genus.

CASCABEL. Hispanis crepitaculum, vulgo *sonaculum*, non à *Cascara*, sed à quassando. Festus *Quassare, est sæpe quatere*: crebro enim incussu resonat. Ita *Casca pignon* est quassans pinum. *Cascar*, quassare. *Cascones* quassum, translate pro cranio, sicut *testa* vas fictile pro eodem. Item *Casco* encephalum, quod cerebrum continet. Et *Cascara* putamen, quod quassando decutitur.

CASCARE. Cadere, caditare, *cassitare*, frequenter labi. Paulus Iurisconsultus, de seru. vrb. præd. *Si antea ex tegula cassitauerit stillicidium*.

CASSARE. Delere scriptum, inducere. Voss. de vit. serm. L. IV. *cassum reddere*, inane atque irritum: Cerda aduers. CXXVI. 16. *Testamentum cassare, quasi quassare*, ineptè. Est à charaxare, à Græco χαράσσω, Incido, insculpo. Gloss. *Induxit*, χαράσσει. Χαράσσω. *Induco, cancello.* χιῶ, *induco, cancello*. Decussatim incido, in modum literæ X, *cancello*.

Χάραξ, sulcus terræ, aratro, aut fossorio instrumento excauatæ. Vnde characteres, notæ cereis tabulis incisæ, insculptæ, aut etiam ferro inustæ. Quia igitur in tabulis ceratis cum literæ delerentur, aut verso stylo, & parte eius obtusa, æquabantur, & æquor cereum complanabatur, aut styli transuersi acumine incidebantur, & pungebantur, vnde expungere pro eodem, ita & charaxare veluti sulcos inducere, ad delendum quod scriptum erat. Clarum id ex Marculfo Lib. II. 17. *Si qua litura, charaxatura, adiectiones factæ sunt, nos eas fecimus.* Bignonius. *Deletiones, macula, inquinamenta ab atramento. Testamentum B. Remigij.* Si qua litura, vel charaxatura fuerit inuenta. *Testamentum Bertrhami apud Brissonium.* Si quæ lituræ, si quæ charaxaturæ. Vnde Budæus in Pandect. ἐπιρχαραγμένα, cancellata, & deleta, siue circumducta, interpretatur.

Negat tamen Vossius *Charaxare*, esse delerè: eo præcipuè argumento, quod qui subscribebant nomina tabulis, veluti testes, hi charaxare nomen suum dicebantur. Tabulæ Eadgari Angliæ Regis, apud Seldenum. *His testibus consentientibus, quorum inferius nomina ordinatim caraxantur.* Et in Vita S. Deicoli Abbatis Lumensis. *Venerandi Fratres Gallus, atque Deicolus, quorum & superius, vocabula caraxauimus*, idest scripsimus, siue expressimus.

Id quidem verum est, nam & Isidori Glos. *Charaxatis, scriptis.* Et *Charaxarius Notarius, scriptor.* Sed ideo factum est, quia *charaxare*, contrario sensu idem significat, & scribere, & delere. Incidendo literas in cera, siue ceram sulcando literæ scribebantur, siue exarabantur: sed eædem scriptæ, nouo sulco super inducto delebantur, siue inducebantur, atque tam hæ, quam illæ charaxabantur. Quod expressit Prudentius in Romano, *Charaxat ambas vngulis scribentibus, genas, cruentis & faciem secat notis.* Idest vnguibus ferreis, sursum, ac deorsum, ac transuersum cancellatim faciem lacerat, vt cum cera, & scribebatur, & delebatur, siue charaxabatur.

Quæ vox postea ad picturam, & sculpturam trans-

translatā; vt in loco Gregorij apud Bignonum. *Parietes, & cameras charaxabas*. Et *vasa signis nescio quibus charaxata*.

Sed qui negare potest Vossius charaxaturā dici, si quid in prius scriptis immutetur, idest *cassaturam*? Cum in Testamento B. Remigij supra adducto. *Si qua litura, vel charaxatura:* explicat quid sit litura, per charaxaturam. Ita cum *charaxare* interdum scribere significet, etiam scriptum delere, veluti *ex charaxare*, siue impressos characteres inducere, quod à tabulis ceratis, ad scripta atramento translatum. Veneti *Scarabotto* puerorum cōscribillantium, & lituras inducentium ludum appellant.

Est quidem *cassum* Latinis inane, vacuum, irritum. *Vt lumine, & athere cassus* apud poetam; quod expressit Dantes Inf. xxx. *Si che insieme col Regno il Rè fu casso*. Non tamen ab eo *Cassare*, sed à *Charaxare*.

CASSO. *Cassetto*. V. *Busto*.

CASTALDO. *Gastaldo*. Villicus, quique domus curam gerit absente domino. Item Actor, Procurator. Vox Longobardica à latino deflexa. Grot. Lex.Goth. *Gastaldus, Gastalde, exponitur, qui Curtem gubernat, proprie Positus, qui vicem gerit*. Ga, & Ge, *augmenta pro dialectis variantur, alij* Ca *pro eodem ponunt, vnde* Castaldus. Alibi. *Aldius, libertus operas debens*, halten. *In manuscriptis est* Haltius, *idest nutritus, alumnus, ex quo videtur Latina vox esse* Alitus, altus, *vt idem sit, ac Verna natus domi*. In legibus Longob. *Aldia digniores quam ancilla*. Vos.L. 11.2. *Aldius* & *aldia*, & *aldio*, vel *aldion*, & *aldiona, voces sunt à Germanis accepta*. *Ac* Aldius *videtur, qui antea seruus, sic libertatem consecutus, vt interim veteri domino foret obnoxius*. Aldiones, *talibus prognati*. Aldia, & aldiona *de fœminis huiusmodi dicuntur in donatione Ecclesia Nouariensis apud Baron. Tom. xi. ad annum MXIV*. Cum seruis & ancillis, aldionibus, & aldianis vtriusque sexus. Papias. Aldius dicitur, qui adhuc seruit patrono.

Rectius tamen à Latino, quam à Germanico vocabulum ductum videtur, vt supra innuimus: verna, domi natus, & *alitus*, siue *altus*. Proprie Villicus, & domus custos, non Villæ modo, sed etiam ædium Vrbanarum. Tales Patauij vocantur qui Venetorum procerum domos tuentur, quas illi raro admodum inuisunt. Atque ita non pauca Prætoria, atque ædes Regium in morem constructæ, atque excultæ, vilissimo inquilino cedunt, vt iure illud Martialis vsurpari possit. *O fortunati vinitores ac villici, Parantur ista nobis, seruiunt vobis*.

Sed etiam Collegiorum, & societatum Præfecti, Procuratores, siue Oeconomi, *Gastaldij* & *Gastaldiones* Venetijs, ac Patauij appellantur. *Gastaldo del Dose*, *Gastaldiones Fratalea, artis lana*. Imò inferiori seculo Vrbium Præfecti ita appellati. Erempertus Chron. pag. 71. *Adenolphus Spoletium pergens, quasi ccc armatos secum eduxit, vt Gastaldatum Capuanum sibi firmaret*.

Sed si *Aldius* est verna servus domi natus, & enutritus, quid est *Cast*? Nempe à *Casticio*, quod *Casam*, siue *Casale*, & domum rusticam significat, de quo Vossius L. 111. 3. In charta S. Germani Parisiensis. *Mansum dominicatum, cum casa, & alijs casticijs*. Vt *Castaldo*, sit *Aldius*, custos villæ, vel *Casticij*. Marculf. p. 731. *Casticium*, septum appellat. Vt *Casticium*, & *Corte* pro eodem sumatur, domus scilicet septa.

CASTELLETTO. Castellamentum. Pueri ita nucibus ludunt, vt tribus iunctis quartam imponant, quas eminus alia nuce impetunt, vt cumulum diruant. Idque castellum, & *Castelletto* appellant: Insubres *Gasletto*. Ludus veteribus cognitus. Philo comment. de Mundi creatione. *Nucibus ludentes solent tres nuces humi statuere, vnamque tribus imponere, formam pyramidalem reddentes*. Auctor ludicri de Nuce. *Quatuor in nucibus non amplius alea tota est, Quum sibi suppositis additur vna tribus*. Castellamenta lucanica apud Arnobium, sunt farcimina in pyramidem exstructa, vt Heraldus, sed verior lectio est, *Catillamenta lucanica*.

CASTORE. Fiber. Plin. L. VIII. 30. *Fibro cauda piscium est, cetera species lutra, vtrumque aquaticum, vtrique mollior pluma pilus*. Et Lib. XXXI. 3. *Animalium quibusdam, & in terra, & in aqua victus est, sicut fibris, quos Castores vocant*. Scalig. Hist. anim. L. 1. 8. *De fibro multa Plinius, cuius etymon, falso narrat Varro, ita inquit dictus, quia in fluviorum extremis ripis, visus esset, sic fibra, & fimbria. Si latina vox est, à findendo potius, & hiatu lacerationis. Barbari Danuby accola, transpositis syllabis pronūciant*, Biser. Isidor. Glossar. *Castorinum vebrinum*. Lege. *Fibrinum*. Dant, Inf. XVII. *E come là tra li Tedeschi lurchi, Lo bevero si assetta à far sua guerra*. E Castoris pilo, vt ait Plinius pluma molliore, pretiosissimi nunc pilei, ac petasi conficiuntur.

CASTRO. Iuramentum muliebre. Item interiectio admirantis. *Castor*. *Mecastor*. Nam vt Scaliger ad Festum. Quod Græci iurantes μὰ, & νὴ, præponebant, id Romanis erat *Me*, & *E*. Mecastor, medius fidius, *Eccere* per Cererem, Epol, Ecastor. Festus. *Mecastor, & mehercules, iusiurandum erat, quasi ascerent, Ita me Castor,*

ita

ita me Hercules iuvet. Notat autem Gellius Lib. xi. 6. *Mecastor* solas mulieres dicere solitas, vt viri soli per Herculem iurabant: ædepol, vtrisque commune. Nunc ferè mulieres *Castro* dicunt, ne in vocem huic affinem alterius sexus, ac turpiorem incidant.

CASTRONE. Veruex. Aries castratus. Inde pro fatuo, ac stolido, vt Latini veruecem pro eodem vsurparunt, Etrusci *Beccone*.

CATACVMBA. Crypta, loca subterranea. Isidor. Gloss. *Gumba, cuneus, cripa*. Legendum. *Cuniculus, Crypta. Gumba, Cumba*. Id autem à Græco κύμβος. quod Hesychio Κοῖλος μυχὸς, Cavus recessus. Et κύμβον. Cymba, cymbium, nauigium, & poculi genus, ad eius similitudinem.

Ita Romæ *Catacumba* cryptæ, cauernæ mirando opere, Sanctorum Martyrum exuvijs nobilitatæ. Anastas. Nicolao I. *Via Appia de cimiterio S. Christi Martyris Sebastiani in Catacumba, vbi Apostolorum corpora iacuerunt*. Vide *Comba*.

CATAFALCO. V. *Balcone*.

CATALETTO. Feretrum, Sandapila. Veneti *Caletto*, Insubres *Carleto*, & *Carlè*. Galli *Chalit*, & *Chenet*. Vnde aliqui à capite, quasi *Capetum*, quod in eo caput reclinatur, quasi non totum corpus iaceat. Neque audiendi, qui à καταλήχυθαι, ideſt dormire: aut à *Castrum lecti* deducunt. Est enim à *Capulus*, *Capuletum*, *Cataletto*, *Chalit*. *Carletto*. Isidor. Glossar. *Kartulum, quo mortui efferuntur*, alibi *Katulum* appellat, Papias. *Caltulum*. Vtrobique *Capulum* legendum est, vnde *Capuletum*, *catalettum*, *catletum*. De Capulo omnia sunt nota.

CATASTA. Latinis suggestus ligneus, siue editior contabulatio, in qua serui venales exponebantur, vt conspicui magis ab emptoribus attentius considerarentur, à κατιστάω, expono. Vitru. L. viii. 4. *Transmarinos catastos emere*, vbi Philander rectè seruos transmarinos de catasta exponit: sed falso Catastam, cõpedem interpretatur, sociumque erroris Sigonium habet de Iudicijs. Nam Catasta nonnisi tabulatum, & suggestum significat (Itali *vn Palco*) vbi venalitij exponebantur, & in quo Martyres torquebantur, & afficiebantur supplicio, vt illud conspectius esset. Nunc *Catasta* lignorum strues & congeries dicitur, nec aliunde notatio morose perquirenda. *Catasta de libri*, & similium aceruus editior instar catastæ, & suggestus.

CATASTO. & *Catastico*. Gallicè *Cadastre*. Libri Censuales, in quibus agri, fundi, iugera, ac bona ciuium describuntur, Scriptor Etruscus Hist. L. iv. *E perche nel distribuirla s'aggrauano i beni di ciascuno, il che i Fiorentini dicono* Accattare, *si chiamò questa grauezza* Catasto. Menagius in Orig. Gallicis putat factum, ex *ad* & *quotus*, vt quota pars tributi, siue rata portio omnibus esset: quasi *Adquotare*. Verum in Origin. Ital. à *Capite* deducit, quasi Capitastrum, *Cadastre*, & *Catasto*. Sed primum verisimilius videtur, nam alteri repugnat illud, quod ista non est capitatio, non enim capita, sed bona censentur. Nisi *Catastrum* sit Capitularium tributorum, in quo per capita notantur.

Neque tamen incongruum videtur à Græco καθίσαμαι, constituor, redigor, componor: vt *Catastici* libri sint, in quibus bona ciuium conscribuntur, & in ordinem rediguntur. *Il Registro*.

CATENACCIO. *Cadenazzo*. Repagulum, siue vectis ferreus transuersus claudendis foribus. Quod olim catenis ostia, ac valuæ firmarentur. Iuvenal. Sat. iii. *Clausis domibus postquam omnis vbique Fixa catenatæ siluit compago taberna*.

CATENA D'AMORE. Genus choreæ, quo manibus implexis in orbem, siue chorum desaltant. Lucret. L. ii. *Inter se forte catenas Ludunt, in numerumque exultant*. Quanquam Gifanius *Cateruas* præferat.

CATERATTA. Cataracta, Græca vox Latinis vsitata. Proprie locus abruptus, & præceps in flumine, vnde aquæ ruunt. Plin. L. v. 9. de Nilo. *Nouissime catarac̃te inter occursantes scopulos, non fluere immenso fragore creditur, sed ruere*.

Item portæ ferreæ clatratæ pendentes, quæ attolli, ac demitti possunt. Liuius pendulas, ac recidentes portas appellat. Hodie *Saracinesca*.

Præterea septa lignea, siue claustra, ad ostia fluminum munienda, quibus subductis emittuntur aquæ, & dispensantur, coercentur, ac sustinentur, demissis. Veneti *Portas* appellant, Insubres *Conchas*. Am. Marcel. L. xxiv. *Amne enim repente extra ripas euagato, mersæ sunt quædam frumentariæ naues, cataractis auulsis, ad diffundendas, reprimendasue aquas, rigare suetas, opere saxeo structis*. Et infra. *Ad locum quendam ventum est arua aquis abundantibus fecundantem. Quo itinere nos ituros Persæ prædocti sublatis cataractis, vndas euagari fusius permiserunt*. Vitru. L. v. 2. *Arca stipitibus robusteis, & catenis inclusa*. Philander, *id genus aquarij septi vulgo vocat* Cataractas. V. *Incastro*.

CATINO. *Cadino*. Vas escarium concauum. Horat. L. Sat. vi. *Ad porri, & ciceris refero, laganique catinum*. In quo scilicet iurulenta ponebantur, vt assa in lancibus. Iuven. Sat. x. *Ponebant*

nebant igitur Tusco ferrata Catino. *Farrata*, pultem ex farre. Perf. v, *Rubrumque amplexa catinum Cauda natat thynni*. Et *Catillus*. Vnde *Catillatores*, siue *Catillones* parasiti catinos lingentes, *lecca piatti*.

CATTARE, V, *Accattare*.

CATTIVO. Nequam improbus, Acharisius à captando, idest decipiendo, Sed est à *Captiuus*, vt Menagius monet, quod mancipia ferme sunt nequam, vnde Itali pro malo, atque improbo. Dant. Inf. III. *Che questa era la setta de cattini*, *Cattiuo* etiam & *Cattiuello*, pro paupere, & infelici.

CAVAGNO. *Cauagna*. Cophinus. Græca vox, Latine corbis. Vas ex virgultis, aut viminе contextum. Iuven. Sat. III. de Iudeis mendicantibus. *Quorum cophinus, fœnumque supellex*. Nunc *Cofano* capsa arcuata, pellibus contecta, quæ ferme ex vimine, postea etiam tabulis compacta. Isidor. xx. 9. *Cophinus est vas ex virgultis, aptum mundare stercora, & terram portare: dictus autem cophinus, quasi couus*, idest cauus.

CAVALLO, Caballus. Proprie vile iumentum, & sarcinarium, vt docuit Casaubonus ad illud Persij, *Nec fonte labra prolui caballino*. Nam cum potuisset dicere equino, satyricè hoc posuit. Nam καβάλλης, *inquit*, Græcis, & Latinis non quiuis equus dicitur, sed iumentum dossuarium. Horat. *Olitoris aget mercede caballus*. Aut pistrinense. Auson. *Cui subiungabo de molarum ambagibus, Qui machinali saxa voluunt pondere, Tripedes caballos, terga ruptos verbere*. Pomponius Lib. XXXIII. tit. de fund. instr. *Caballos, qui in pistrinis essent*. Ibi enim nisi viles, & vt ait Iuvenalis, *segnipedes, dignique molam versare Nepotis*. Lucil. *Succussator tardus caballus*.

Successu temporis pro quolibet equo, etiam generoso. Anastas. in Agathone. *Vt etiam de palatio caballos stratos dirigeret pietas Imperialis*. Hinc *Caualieri* equites, *Caballarij*, quod illis commune cum agasonibus, & iumentarijs, licet ad distinctionem, hi *Cauallari* appellentur, quod tamen est idem. Glos. *Caballarius* κέλης, ἱππεὺς. Glos. Arab. Lat. *Eques*, *caballator*, *Cauallaro* Glos. *Caballarium*. Κέλητα, Isidor. Glos. *Alaris*, *caballaris*.

Caualcare, Caballicare. Anastas. Conone. *Sed & pallio caballicando vti licentiam ei concessit*. Codinus p. 19. ὅταν δὲ καβαλλικεύει, ἤγουν ἱππεύει. *Quando vero caballicat, siue equitat*. Et de equestri comitatu Imperatoris, καβαλλαρίου ἀπερχομένου ad verbum, *la caualcata*. Plura congessit Rigaltius in Glossario, & Vol. L. IV. 3. *Caballicata*, *la caualcata*. Luitprand. Ticin. L. III. cap. vlt. *Cumque eodem peruenisset, & caballicatas, vt vulgo aiunt, circum circa dirigeret*. *Caualcatura*. pro equo. *Caualarizza*, pro equili. Codinus p. 53. *Comes igitur facultatem habet equitandi quemcumque ex Imperatorijs equis voluerit ducens* ἐς τὸ καβαλλαρίκιον, in stabulum.

Caualcare, in re Venerea. Iuven. VI. *Inque vices equitant*, Tribades. Horat. *Clunibus aut agitauit equum lasciua supinum*.

Caualcione, & *caualotto*, more equitantium alteri incumbere. Boccat. IX. 5. *E salilli adosso à caualcione*.

CAVALLO. Itali appellant pœnam puerilem in ludo literario, cum sublati in humeros alterius, aut ad scamnum conquiniscentes, negligentiam natium iactura expiant. Quod qui cæditur, veluti alteri inequitat. Procopius Hist. Anecdota p. 78. *Ceterum Saturninus sponsa vt concubuit, atque corruptam inuenit, illud apud amicum extulit, puellam duxisse se haud imperuiam*. *Quod vt accepit Theodora, seruitijs imperat, vt sublatum (ceu pueros in ludo literario) Saturninum, temerarium iactatorem, & periurum cæderent*. *Multisque dorso plagis vapulantem, ipsa monebat, vt linguam garrulam cohiberet*. Vbi Alemannus notat, viros illustres hac affectos ignominia, ante tempora Theodoræ nusquam legi, Theodoræ autem exemplo, Stephanum ærarij præfectum idem fecisse, qui Iustiniani Iunioris matrem, quemadmodum apud magistros pueri solent, vt ait Nicephorus, vapulare iussit. Ex quo addit intelligi, quid sit *Catomis*, vel *catomo* cædi. Neque enim esse demisso capite suspendi, vel sublatum in humeros cædi, vt viri docti explicarunt. Quod scilicet Photius, & Astrologi in eadem Historia, neutro modo affecti sunt, qui tamen κατ' ὤμους, καὶ νῶτα vapulasse dicuntur. Vult ergo, qui *Catomo* cæderentur, non in humeros fuisse sublatos, vt Saturninus, sed tantum scapulis verbera excepisse. Atqui in Actis S. Babylæ c. 11. 6. *Iratus vero Numerianus Rex, iussit tres infantes leuari in Catomo, & priori dari duodecim plagas, secundo nouem, tertio septem*. Leuari in Catomo, est in humeros alienos tolli. Sed veteres humeros cædebant, vt nunc in fustigatione: hodie autem aliam corporis partem rigida scutica Orbilij conscribillant. Vtrumque tamen coniunxit Prudentius de S. Romano. *Vix hæc profatus pusionem præcipit, sublime tollant, & manu pulsent nates, Mox & remota veste virgis verberent, Teneramque duris ictibus tergum secent, Plus vnde lactis, quam cruoris defluat*.

Ceterum quod pertinet ad *Caualiere*, illud addendum est, inferiori æuo *Caualieri* milites appellatos esse, in actis publicis, conuentionum tabu-

tabulis, & sepulchrorum inscriptionibus: cum hæc vox olim peditibus solis conueniret. Stat. Patau. lol. 11. *Et puniatur si fuerit Miles in libris quingentis, si fuerit pedes, in libris ducentis.* Corius Hist Mediol. p. 159. *Alche contrafacendosi, se era milite, ò figliol di milite, incorrea nella pena di libre cento: se l'era fante à piede libre tre.* Ideo factum, quod vt Salmas. de re milit. p. 3. docuit, cum ars militaris immutata est, & à peditibus ad equites translata, ferme sub Constantini successoribus: quia cum nationibus, quæ equitatu tantum pollebant rem haberent, equestrem solam militiam colere, & exercere cœperunt, deserta pedestri: Ex eo ortum, vt nomina quibus pedites priscis Græcis, & Romanis appellabantur, ad equites sui temporis designandos traducerentur. Hinc miles de equite, & pro equestri dignitate prædito. Plura doctissimus Abbas à Nuce. Chron. Casin. L. III. 45.

CAVIALE. *Caviaro.* Salsamentum ex ouis piscium. Putant à Garo factum esse. Sed illud ex intestinis scari piscis sale maceratis inuentum Græcorum: postea ab Hispanis ex scombri intestinis: vnde garum sociorum dictum. Nostrum autem ex ouis accipenserum esse creditur. Si ex *Aphyis*, siue *Apuis* conficeretur, esset Aphyariū *Caviarum*. Certe *Apuam* Athen. Lib. VII. vocat γόνον, idest oua, & sobolem aliorum piscium. Plin. Lib. XXXI. 8. *Vitium huius est alex, imperfecta, nec colata fex: cœpit tamen, & priuatim ex inutili pisciculo minimoque confici: Apuam nostri, Aphyen Græci vocant, quoniam hic pisciculus è pluuia nascitur.*

CAVIGLIA. *Cauicchia.* Clauus ligneus, clauicula. Frider. de accip. L. II. 50. *Sed oportet, quod cauilia vna lignea infigatur in terram, ad quam alligatur longa.*

La Cauicchia de i piedi, σφυρὸν appellat Aristoteles Hist. animal. L. I. 140. *Extremum ossis maioris* (in crure) σφυρὸν, *malleolus, vtraque in tibia geminus.* Scaliger. σφυρὸν, *malleum instrumentum dicimus, sic & malleolos fermentorum, ab extuberantia capitulorum: sic in surculis à Theophrasto κορυνώσεις, claua.* Itaque puto *à barbaris causilam corruptè, & fuisse clauillam à claua nodis.* Malleus claua, malleolus, clauicula, *caviglia*, *Caviglinolo*. Boccat. III. 4. *Et se tu quelle volessi appoggiare ad alcuno caviglivolo.*

CAVRIOLA. *Capriola*, Saltationis genus, cum iacto in sublime corpore, crura decussatim implicantur: vel à saltibus caprearum, vel à capreolis vitium, intortis, atque in cincinnorum morem inflexis.

CAVTERIO. Vox Græca propriè ferreum instrumentum significans, quo candente notæ, & stigmata inurebantur, ab vrendo. Hodie pro stigmate, siue vulnere, ignito ferro, brachio, vel fœmori inusto, noxiis humoribus a capite auertendis, quem etiam *fonticulum* appellant.

CAZZOLO, *Cazzola, Cazzalo.* Victorius L. XX. Var. 14. à *Scapha* deriuat, qua ex ollis ius haurìtur. Quod apud Alexim Comicum teste Athenæo L. IV. coquus conqueritur deesse sibi instrumenta culinæ, & inter cetera, οὐ ξύλον, οὐ σκάφην, οὐ τήγανον, non lignum, non scapham, non testum, se habere. Titius Loc. Controu. VIII. 4. negat scapham esse coqui instrumentum ad hauriendum ius, sed potius mactram esse, siue vas, in quo farina conspergitur, ad panem conficiendum. Verè neque ex Alexi elici potest scapham esse vas haustorium, cuius forma diuersa à scapha, quæ à nauiculæ similitudine dicta est. Quare *cazzolo* potius à *Cochleare* factum videtur, *Cocchiale, Cacciolo, cazzolo, cazzola,* & *cazzalo*. Eadem enim prorsus forma, sed magnitudo diuersa. Nam & *Cazzola* instrumentum murariorum vocamus: Latini *Trullam* dixerunt. Atqui Trulla instrumentum hauriendo, & miscendo iuri. Nonius. *Truam veteres à terendo, quam nos diminutiue trullam dicimus.* Titin. Setina. *Cocus magnum ahenū quando feruit, paula confutat trua.*

Trulla igitur & haustorium instrumentum culinæ, & fabrorum murariorum vnde *trulissare* apud Vitruuium, idest tectorium inducere. Vtrumque *Cazzola* appellatur. Baldus de verbis Vitruuianis. *Trulissare, à trulla cæmentario instrumento quo murarij fabri tectoria inducunt, quod nostri* Cochleariam, *alij* Cazzolam *dicunt. Cucchiarà, Cazzola.* Hoc quidem cochlear planum, non concauum, & vt idem Baldus, forma est instar trigoni equicruris oblongi. At cochleare culinarium cauum, vt vsus postulat. *Cochlear, Cochleolum, Cazzalo,* & *Cazzola*, non autem à *Capsa, Capsaiola*, nihil enim simile capsæ habet. Non *cazzolam* modo, sed *caciam* posuit Fridericus Imp. de accipitr. L. II. 33. *Accipiunt oua gallinarum, & rumpunt ea, & in cacia, vel capide lignea, vel ferrea, qua tamen sit stagnata ponunt ea.* Quod libenter à Capide deducerem *Capis, Capitea, Capitium, cacia, cazzolo, cazzalo*, nisi illud poculi genus Festus interpretaretur. Præterea *Cazzola* appellant Insubres, lucernam manubrio pensilem, quæ ferme scaphulæ figuram refert, cum est vnius myxi, licet maiores quadratæ plurium elychniorum.

Ceterum vocabulum, cuius *cazzolo* diminutiuum esse videtur, quære in dictione *Capo*.

CECA. V. *Piattola.*

CECCOLA. *Ceccole*, bastulæ, siue fragmina ligni minutatim concisi à cædo, cæsum. Vene-

mebant igitur Tusco farrata Catino. *Farrata*, pultem ex farre. Perſ. v, *Rubrumque amplexa catinum Cauda natat thynni*. Et *Catillus*. Vnde *Catillatores*, ſiue *Catillones* paraſiti catinos lingentes, *lecca piatti*,

CATTARE, V, *Accattare*,

CATTIVO. Nequam improbus, Achariſius à captando, ideſt decipiendo, Sed eſt à *Captiuus*, vt Menagius monet, quod mancipia ferme ſunt nequam, vnde Itali pro malo, atque improbo, Dant. Inf, 11. *Che queſta era la ſetta de cattini*, *Cattino* etiam & *Cattiuello*, pro paupere, & infelici,

CAVAGNO. *Cauagna*. Cophinus. Græca vox, Latine corbis. Vas ex virgultis, aut vimine contextum, Iuven, Sat, 111, de Iudeis mendicantibus. *Quorum cophinus, fœnumque ſupellex*. Nunc *Coffano* capſa arcuata, pellibus contecta, quæ ferme ex vimine, poſtea etiam tabulis compacta. Iſidor, xx. 9. *Cophinus eſt vas ex virgultis, aptum mundare ſtercora, & terram portare: dictus autem cophinus, quaſi covus*, ideſt cavus,

CAVALLO, Caballus. Proprie vile iumentum, & ſarcinarium, vt docuit Caſaubonus ad illud Perſij, *Nec fonte labra prolui caballino*, Nam cum potuiſſet dicere equino, ſatyricè hoc poſuit. Nam καβάλλης, *inquit*, Græcis, & Latinis non quiuis equus dicitur, ſed iumentum doſſuarium. Horat. *Olitoris aget mercede caballus*, Aut piſtrinenſe. Auſon. *Cui ſubiugabo de mulorum ambagibus, Qui machinali ſaxa voluunt pondere, Tripedes caballos, terga ruptos verbere*, Pomponius Lib. xxxiii. tit. de fund. inſtr. *Caballos, qui in piſtrinis eſſent*. Ibi enim niſi viles, & vt ait Iuvenalis, *ſegnipedes, dignique molam verſare Nepotis*. Lucil, *Succuſſator tardus caballus*,

Succeſſu temporis pro quolibet equo, etiam generoſo. Anaſtaſ, in Agathone. *Vt etiam de palatio caballos ſtratos dirigeret pietas Imperialis*. Hinc *Cavallieri* equites, *Caballarij*, quod illis commune cum agaſonibus, & iumentarijs, licet ad diſtinctionem, hi *Cavallari* appellentur, quod tamen eſt idem, Gloſ, *Caballarius* κέλης, ἱππεὺς, Gloſ. Arab, Lat. *Eques, caballator*, *Cavallaro* Gloſ. *Caballarium*, Κέλητα, Iſidor, Gloſ, *Alaris, caballaris*,

Cavalcare, Caballicare. Anaſtaſ, Conone, *Sed & pallio caballicando vti licentiam ei conceſſit*, Codinus p. 19. ὅταν δὲ καβαλλικεύει, ἤγουν ἱππεύει, *Quando vero caballicat, ſiue equitat*. Et de equeſtri comitatu Imperatoris, καβαλλαρίᾳ ἐρχομένῃ ad verbum, *la cavalleria*, Plura congeſſit Rigaltius in Gloſſario, & Vol. L. iv, 3. *Caballicata*, *la cavalcata*. Luitprand, Ticin. L. 111. cap. vlt, *Cumque eodem perueniſſet, & caballicatas, vt vulgo aiunt, circum circa dirigeret*, *Cavalcatura*. pro equo. *Cavalarizza*, pro equili. Codinus p. 53. *Comes igitur facultatem habet equitandi quemcumque ex Imperatorijs equis voluerit ducens εἰς τὸ καβαλλαρίκιον*, in ſtabulum,

Cavalcare, in re Venerea. Iuven. vi. *Inque vices equitant*, Tribades, Horat. *Clunibus aut agitauit equum laſciua ſupinum*.

Cavalcione, & *cavalotto*, more equitantium alteri incumbere. Boccac. ix. 5. *E ſalilli adoſſo à cavalcione*,

CAVALLO, Itali appellant pœnam puerilem in ludo literario, cum ſublati in humeros alterius, aut ad ſcamnum conquiniſcentes, negligentiam natium iactura expiant. Quod qui cæditur, veluti alteri inequitat. Procopius Hiſt. Anecdota p. 78. *Ceterum Saturninus ſponſa vt concubuit, atque corruptam inuenit, illud apud amicum extulit, puellam duxiſſe ſe haud imperuiam. Quod vt accepit Theodora, ſeruitijs imperat, vt ſublatum (ceu pueros in ludo literario) Saturninum, temerarium iactatorem, & periurum cæderent. Multiſque dorſo plagis vapulantem, ipſa monebat, vt linguam garrulam cohiberet*, Vbi Alemannus notat, viros illuſtres hac affectos ignominia, ante tempora Theodoræ nuſquam legi, Theodoræ autem exemplo, Stephanum ærarij præfectum idem feciſſe, qui Iuſtiniani Iunioris matrem, quemadmodum apud magiſtros pueri ſolent, vt ait Nicephorus, vapulare iuſſit. Ex quo addit intelligi, quid ſit *Catomis*, vel *catomo* cædi. Neque enim eſſe demiſſo capite ſuſpendi, vel ſublatum in humeros cædi, vt viri docti explicarunt. Quod ſcilicet Photius, & Aſtrologi in eadem Hiſtoria, neutro modo affecti ſunt, qui tamen κατ' ὤμους, καὶ νῶτα vapulaſſe dicuntur. Vult ergo, qui *Catomo* cæderentur, non in humeros fuiſſe ſublatos, vt Saturninus, ſed tantum ſcapulis verbera excepiſſe. Atqui in Actis S. Babylæ c. 11. 6. *Iratus vero Numerianus Rex, iuſſit tres infantes leuari in Catomo, & priori dari duodecim plagas, ſecundo nouem, tertio ſeptem*. Leuari in Catomo, eſt in humeros alienos tolli. Sed veteres humeros cædebant, vt nunc in fuſtigatione: hodie autem aliam corporis partem rigida ſcutica Orbilij conſcribillant. Vtrumque tamen coniunxit Prudentius de S. Romano. *Vix hæc profatus puſionem præcipit, ſublime tollant, & manu pulſent nates. Mox & remota veſte virgis verberent, Tenerumque diris ictibus tergum ſecent, Plus vnde lactis, quam cruoris defluat*.

Ceterum quod pertinet ad *Cavaliere*, illud addendum eſt, inferiori æuo *Cavalieri* milites appellatos eſſe, in actis publicis, conuentionum

tabu-

tabulis, & sepulchrorum inscriptionibus: cum hæc vox olim peditibus solis conueniret. Stat. Patau. fol. 11. *Et puniatur si fuerit Miles in libris quingentis, si fuerit pedes, in libris ducentis.* Corius Hist. Mediol. p. 159. *Albe contrafacendosi, se era milite, ò figliol di milite, incorrea nella pena di libre cento: se l' era fante à piede libre tre.* Ideo factum, quod vt Salmas. de re milit. p. 3. docuit, cum ars militaris immutata est, & à peditibus ad equites translata, ferme sub Constantini successoribus: quia cum nationibus, quæ equitatu tantum pollebant rem haberent, equestrem solam militiam colere, & exercere cœperunt, deserta pedestri: Ex eo ortum, vt nomina quibus pedites priscis Græcis, & Romanis appellabantur, ad equites sui temporis designandos traducerentur. Hinc miles de equite, & pro equestri dignitate prædito. Plura doctissimus Abbas à Nuce. Chron. Cassin. L. III. 45.

CAVIALE. *Caniaro.* Salsamentum ex ouis piscium. Putant à Garo factum esse. Sed illud ex intestinis scari piscis sale maceratis inuentum Græcorum: postea ab Hispanis ex scombri intestinis: vnde garum sociorum dictum. Nostrum autem ex ouis accipenserum esse creditur. Si ex *Aphyis*, siue *Apuis* conficeretur, esset Aphyarium *Caniarum*. Certe *Apuam* Athen. Lib. VII. vocat γόνον, idest oua, & sobolem aliorum piscium. Plin. Lib. XXXI. 8. *Vitium huius est alex, imperfecta, nec colata fex: cœpit tamen, & priuatim ex inutili pisciculo minimoque confici: Apuam nostri, Aphyen Græci vocant, quoniam hic pisciculus è pluuia nascitur.*

CAVIGLIA. *Cauicchia.* Clauus ligneus, clauicula. Frider. de accip. L. II. 50. *Sed oportet, quod cauilia vna lignea infigatur in terram, ad quam alligatur longa.*

La Cauicchia de i piedi. σφυρὸν appellat Aristoteles Hist. animal. L. I. 140. *Extremum ossis maioris* (in crure) *σφυρὸν, malleolus, vtraque in tibia geminus.* Scaliger. *σφυρὸν, malleum instrumentum dicimus, sic & malleolos sarmentorum, ab extuberantia capitulorum: sic in surculis à Theophrasto κορύνη, claua. Itaque puto à barbaris cauillam corrupte, & fuisse clauillam à claua nodis.* Malleus claua, malleolus, clauicula, *caniglia. Caniglivolo.* Boccat. III. 4. *Et se tu quelle volessi appoggiare ad alcuno caniglivolo.*

CAVRIOLA. *Capriola*, Saltationis genus, cum iacto in sublime corpore, crura decussatim implicantur: vel à saltibus caprearum, vel à capreolis vitium, intortis, atque in cincinnorum morem inflexis.

CAVTERIO. Vox Græca proprie ferreum instrumentum significans, quo candente notæ, & stigmata inurebantur, ab vrendo. Hodie pro stigmate, siue vulnere, ignito ferro, brachio, vel fœmori inusto, noxiis humoribus a capite auertendis, quem etiam *fonticulum* appellant.

CAZZOLO, *Cazzola, Cazzuolo.* Victorius L. XX. Var. 14. à *Scapha* deriuat, qua ex ollis ius hauritur. Quod apud Alexim Comicum teste Athenæo L. IV. coquus conqueritur deesse sibi instrumenta culinæ, & inter cetera, οὐ ξύλον, οὐ σκάφην, οὐ τήγανον. non lignum, non scapham, non testum, se habere. Titius Loc. Controu. VIII. 4. negat scapham esse coqui instrumentum ad hauriendum ius, sed potius mactram esse, siue vas, in quo farina conspergitur, ad panem conficiendum. Verè neque ex Alexi elici potest scapham esse vas haustorium, cuius forma diuersa à scapha, quæ à nauiculæ similitudine dicta est. Quare *cazzolo* potius à *Cochleare* factum videtur, *Cocchiale, Cacciolo, cazzolo, cazzola,* & *cazzuolo*. Eadem enim prorsus forma, sed magnitudo diuersa. Nam & *Cazzola* instrumentum murariorum vocamus: Latini *Trullam* dixerunt. Atqui Trulla instrumentum hauriendo, & miscendo iuri. Nonius. *Truam veteres à terendo, quam nos diminutiue trullam dicimus.* Titin. Setina. *Cocus magnum ahenū quando feruit, paula confutat trua.*

Trulla igitur & haustorium instrumentum culinæ, & fabrorum murariorum vnde *trulissare* apud Vitruuium, idest tectorium inducere. Vtrumque *Cazzola* appellatur. Baldus de verbis Vitruuianis. *Trulissare, à trulla cœmentario instrumento quo murarij fabri tectorium inducunt, quod nostri* Cochleariam, *alij* Cazzolam *dicunt. Cucchiarà, Cazzola.* Hoc quidem cochlear planum, non concavum, & vt idem Baldus, forma est instar trigoni equicruris oblongi. At cochleare culinarium cavum, vt vsus postulat. *Cochlear, Cochleolum, Cazzolo,* & *Cazzola*, non autem à *Capsis, Capsatola*, nihil enim simile capsæ habet. Non *cazzolam* modo, sed *caciam* posuit Fridericus Imp. de accipitr. L. II. 33. *Accipiant oua gallinarum, & rumpunt ea, & in caccia, vel capide lignea, vel ferrea, qua tamen sit stagnata ponunt ea.* Quod libenter à Capide deducerem *Capis, Capitea, Capicium, cacio, cazzolo, cazzuolo*, nisi illud poculi genus Festus interpretaretur. Præterea *Cazzole* appellant Insubres lucernam manubrio pensilem, quæ ferme scaphulæ figuram refert, cum est vnius myxi, licet maiores quadratæ plurium elychniorum.

Ceterum vocabulum, cuius *cazzolo* diminutivum esse videtur, quære in dictione *Capo*.

CECA. V. *Piattola.*

CECCOLA. *Ceccole*, hastulæ, siue fragmina ligni minutatim concisi à cædo, cæsum. Vene-

ti. *Tagliar in cecole*, in minutissimas partes secare.

CEDOLA. Chirographum, breuisque libellus. *Schedula*, *sedula*. Marculf. præfat. 2. *Verum etiam alia in hac scedola*. Germ. *zedel*. Schedæ enim tabellæ sectiles, ἀπὸ τοῦ σχίζειν, à findendo, siue secando, in quibus cerâ obductis literæ exarabantur. Vox inde ad chartas, & libellos translata, præcipue in quibus nomina debitorum scribebantur, item syngraphæ cautionum, siue securitatum. *Cedola di banco* syngraphæ mensariorum. *Cedoloni* libelli, qui publice exponuntur.

CEFFO. Rostrum belluarum, præcipue canum. Dant. Inf. XVII. *Non altrimenti fan di state i cani, Hor co' piedi, hor col ceffo, quando morsi Da pulci son, da mosche, e da tauani*. Item porcorum: rostri scilicet extrema pars flexa, & incurua. Hispani *Ocico*, quod Coaruvias à faucibus, quasi *focico*: sed est ab vnco, *oncico*, *ocico*, *occefo*, *ceffo*. Non à *chef* capite, cius enim partem tantum significat. Translatum inde ad homines, quibus prominentia labra, & rictus repandus, qualis in Æthiopibus, nanisq; ac pumilionibus. V. *Grifo* & *Grugno*.

Zaffare, est rostrum sorbendo demergere, atque auide more suum ingurgitare. Item *Acceffare*, rostro prehendere, ac stringere. Dant. Inf. XXIII. *Et ne verranno dietro più crudeli, Che cane à quella leure ch'egli acceffa*. Senenses. *Acciaffare*.

CELADA. Galea. Menagius, quod Galli *Salade*, à filo petit, ex Festo. *Silus appellatur naso sursum versus repando, vnde galea à similitudine sila vocabantur*. Coaruvias à celando siue tegendo capite, quod est verisimilius.

CELLA. Pro cœnobio, siue monasterio. P. Diaconus de vit. illustr. in Benedicto. *Postquam duodecim Monasteria construxit, prædictas Cellas sub præpositis ordinans*. Vita S. Bened. Cap. VIII. *In hoc horto cella*, idest, monasterii. Cap. IX. *Dum Fratres habitacula eiusdem cella construerent*. Et alibi passim. In actis Basilicæ Ambrosianæ P. Puricellij. *Cella Diaconi* Fortis dicitur Cœnobium S. Ambrosij, amplissimum, Pontificum, & Regum hospitio nobilitatum. *Cella* tamen apud veteres, & hodie exiguum cubiculum. Martial. *Cellam pauperis Ollus habet*.

A Cella CELLERARIO: auctum ex *Cellario*. *Cellarius*; promus, curator peni. Plaut. Captiu. IV. 3. *Sume, posce, prome quoduis, te facio Cellarium*. Glossæ Κελλάριος, *Penuarius*. Et. *Cellarium*, *Cellaromarium*. Ταμεῖον. Legendum, *Cellarmarium*. Plaut. eadem fabula. IV. 4. *Cellas refregit omnes, recluſitque armarium*. In quo cibi seruabantur promptuarium. Eædem Glossæ. *Cella promæ*. Ταμεῖον: *Cellarius* Ταμίας. Germani *Keller*, quo nomine præcipuè cauponum famuli vocantur. Lipsius Cent. III. ad Belg. ep. 44. ex vetere Lexico *Kellera*, *promptuaria*. *Cellerarij* tamen vox Flodoardo, & alijs frequens.

CELONE. Stragulum, tapete, à tegendo, siue celando. Vita Nicol. Laurentij pag. 11. *Fece poner ornamenta de tapiti, e de celoni*. Hodie pro lodice, siue lectorum operimento accipitur.

CEMBALO. Cymbalum: veteribus æreum erat: duo nempe vasa concaua, instar dimidiatæ sphæræ, quæ vtraque manu apprehensa, & inter se collisa crepitum dabant. Lucret. *æra*, *æra repulsa sonant*. Hodie cymbalum improprie appellatur, quod erat veterum tympanū, effœminatorum gestamen. Circulus instar cribri ex vna tantum parte pelle obductus, qui & olim, & nunc summis digitis, crispante brachio pulsatur, insertis ad oram æreis bracteolis, vt olim sistro inserebantur, quarum acuto tinnitu, & percussæ pellis graui bombo, non insuaue melos funditur, puellarum choreas ducentium oblectamentum: vt videatur ex tympano veterum, & sistro conflatum instrumentum.

CENCIO. Panni, aut telæ laceramentum. A *centone*, *centione*, *cencio*, vel à linteo, *lenzo*, *cienzo*, *cencio*.

CENDALE. *Sendale*, *zendada*. Genus serici tenuissimum, ac pellucens; Quasi *centale*, a cinctu, quod ex eo fermè cingula, & zonæ conficiantur, vt Alciatus L. VI. Parerg. c. 25. Alij apud Coaruviam à *Seda* interposito N. *Sendale*: alij à *syndone*, quod verisimilius. Nam à serico, nimis genericum est, cum tot aliæ serici species sint. Nec refert, quod Texeria in Itinerario Indico dicat: *Tapadas las caras, con vn sedaço, ò sendal negro*. Nam *sedaço*, proprie est cribrum ex setis equorum confectum, quod quia leuidense, rarumque, ac pellucens, ad similis texturæ sericum transfertur.

CENNAMELA. Tibia, fistula, instrumentum Musicum. Attentior Menagio, qui à calamo deducit, quasi *Calamela*, *Calamo trinisse labellum*: cum veteres, *chalamie*, dicerent, Itali etiam *Ceramela*. Hispani *Calamillos*, & *Chirimias*, vt supra diximus. Calamus C*alamillo*, *Chirimia*, *Ceramela*, *Cenamela*. Statut. Patau. *Nemo debeat turbas* (trombe) *aut Zaramelam, aut tamburlum, aut naccaroe sonare, vel sonari facere*.

CENNO. Nutus. *Cinnus*. Glof. *Cinnum*, ἐπιμύωσις: supercilium, quod eo depresso annuatur. Item. *Cinus*, *neuma*, *nutus*. Ex quo Scalig. ad Auson. L. II. I. illud Prudentij. *Quinos supinat*, *obuias offert genas*, corrigit, *Cinnos supinat*.

pinat. Adiicitque Italicè, & Gallicè *Cenno, accener, acceunare*. Quod scilicet vultus, & oculorum motus fiat in annuendo: ἀπὸ τοῦ κινεῖν, κῖνος, & κίνησις motio oris, aut oculi. Glos. Arab. Lat Cinnus *torti oris*. Lege *Tortio oris*. Isidor. Glossar. *Cnios, tortiones indecentes*. Lege *Cinnos, tortiones oris indecentes*, ad subsannandum.

Sed idem Scaliger ad Festum aliam notationem affert. *Cinnus est cilium, aut palpebra, dimminutiue* Cillus: *quia in annuendo cilium, & palpebra comprimatur. Quod veteres etiam nictare dixerunt.* Plaut. Asinaria. *Neque illa vlli homini, nutet, nictet, annuat.* Nonius. *Nutare, capitis; annuere, vel innuere narium: nictare oculorum significantiam veteres esse decreuerunt.* Sed prior originatio verisimilior est. A *Cinno* Itali *cennare*, & *accennare*. Galli, *guigner cinnare:* putantque esse ab Hispanico *Guiñar*, quod Coaruvias more suo ab Arabico deriuat: cum sit à *cinnare*. Iidem Galli *Cligner lesyeux* quod est, clinare oculos, & supercilia, quod nictando fit. Germani. *Angen blicken*: oculos obliquare: & nictus *augen blick*, oculus obliquus. Insubres *Cignare* dicunt, altero oculo clauso, altero ad rimam applicito curiose speculari, vt in nictando fit.

Cenno etiam pro significatione, quæ vultu, aut oculis fit. Dant. Inf. v. *Volsero à me con salutenol cenno.* Eo nutu, quo salutare solemus. Et XXI. *Rende à lui'l cenno, ch'à ciò si conface.* Salutem reddit. Et pro signo, siue specie. Inf. VIII. *Per due fiammette ch'ei vedemmo porre, Et vn altra da longi render cenno.*

Galli quoque *Ciller* dicunt nictare, vel à *cillo*, dimminutiuo *Cinni*, vel à cilio, quod in nutando comprimitur. Item *ciller leyeux à vn oysean de proye.* Consuere oculos accipitri. Quod non est à *sugillando*, vel à *cilendo*, prout mouere significat ex Seruio: sed à *ciliando*. Quæ vox frequens apud Fridericum de re accipitr. vt etiam caput integrum huic rei dicarit: *De ciliatura accipitrum.* Sic autem dictum, quod vtrumque cilium consueretur, vt auis fera mansuesceret. *Accigliare*. Dant. Purg. XIII. *Ch'à tutti vn fil di ferro il ciglio fora, E cuce si com'à sparuier seluaggio, Si fà, però che queto non dimora.* Interpr. *Sono accigliati come s'accigliano gl'vcelli di rapina.*

CENTO. *Capo di cento*. Venetis dicitur vici magister, cuius munus, si quid maleficii in vico contigerit magistratui denunciare. Formulæ Veteres. XVIII. *Accepit alium mansum in loco illo, qui est in pago illo, in centena illa.* Vbi notat Bignonus, Comitatus, & pagos in *Centenas* distributos fuisse. Capituli Lib. III. 10. *Et de ipso pago, aut de vicinis centenis eligantur.* Ita apparet etiam in Vrbibus fuisse vicos, & centenas (*contrade*) à quibus *Centenarij*, & *capi di cento*, dicti sunt vicorum magistri. Quod munus olim honestiorum, nunc vilissimo cuique demandatur. Alibi, *Antiani* vocantur.

CENZALE. Culices. Pap. *Culices, centiales.* Sed vnde vltima dictio haud scio. Nisi à *Scynphes*. Idem Papias. *Scinifes, culicum genus aculeis permolestum.* Sciniphes, *scinifale, scinfale, senzale*. Aliis *Zampane*. Dantes *Zanzara*. Alii à *Culice*, admodum dure.

CEPPO. Tria apud Italos significat. Genus lapidis: arboris stipitem: compedes, siue trabem, qua diuaricatis per eius foramina cruribus sontes, & martyres olim torquebantur. Prima vocis origo à cippis sepulchrorum, hoc est saxis quæ super tumulos erecta ponebantur, in queis Inscriptio. Horat. *Mille pedes in frontem, tercentum cippus in agros, Hoc dabat.* Quia ergo ferme cippus sepulchralis è vulgari lapide erat, qualis ob mollitiem facile cæditur, id genus lapidis Itali *Ceppo* dixerunt, & à marmore, ac duriore lapide distinguunt. Glossæ. *Cippus* Ἐπος λίθινος. Vulcanius emendat. στύλος λίθινος, columna lapidea, Κορμὸς ποδοκάκη. Subiicit vltimam vocem ab Hispanis reddi *Cepo*. Quæ vox in secunda significatione, prout stipitem significat, apud eundem auctorem Glossarum. κορμος, *codex, caudax*: κορμὸς ἀνθρώπου. *Truncus*, idest sine capite. Vil. VI. 64. *E quiui tagliarono vn grande pino, e fu il ceppo del detto pino batterono quantità di fiorini.* Tertia autem significatio pro compede, licet vox inferioris seculi fuerit, & Salmas. de mod. vsur. pag. 815. à κυφὸς, quod erat vinculum ceruicis, siue boia, *Cespus* factum putet, & *Cippus* simplicius tamen esse videtur, quia trabs illa ex arboris trunco fiebat, in quam crura immittebantur, vt hodie etiam *Ceppo* pro caudice, siue *Zocco*, accipitur. Ita & Hispani *Cepo* appellant, vt supra ex Vulcanio diximus, etsi Coaruvias credit fuisse stipitem magnum, cui alligarentur noxii, ne fugerent: sed pro compedibus accipitur. Recte quidem obseruat hujus ætatis Cippum, esse geminam trabem adnexam, cui pedes inseruntur, nullis foraminibus, vt in veterum cippis, siue compede.

Ceppo etiam stipes, siue truncus dicitur, cui decollandi capite incumbunt, alter ipsi securi imponitur, cuius ruentis pondere citius fata peragantur.

CERA. Aspectus. V. *Ciera*.

CEROBOTTANA. V. *Cerbatana*.

CERCARE. Quærere, *quæritare, circare, cercare*. Plaut. Menech. *Modo in Epidamnum venit cum seruo, Hunc quaritatum geminum germanum suum.* Non enim Scaliger audiendus, qui à *circando*, siue circumeundo deducit, vt

vt in illo, *circuit, quaerens quem deuoret*, aliud enim est circuir, aliud quaerens, quaerimus enim etiam minime circumeundo. Hispanicum quidem *Cercar*, significat circundare, siue in orbem cingere, à *circo*, siue *circulo*, *circo*, *circare*, murum, aut septum circumducere, non autem quaerere. Vnde *Cerca* murus, seu maceria, areas, hortos, agros cingens, & *Cerco* pro obsidione, siue circumsidione.

CERCHIARE: Circulis ferreis, aut ligneis dolia vincire. Leges Visigot. Lib. VIII. tit. 3. *Si quis aliquem comprehenderit, ac de silua sua cum vehiculo vadit, & circulos ad cupas, aut quaecumque ligna sine domini iussione, asportare praesumpserit*.

CERCINE. Inuolucrum ex panno in circulum factum, quod baiuli capiti imponunt, vt pondera mollius sidant. Latini *Cesticillum* dixerunt. Festus. *Cesticillus, appellatur circulus, quem superponit capiti, qui aliquid est laturus in capite*. Hodie *Basta* etiam dicitur. V. *Basto*.

CERNA. Purgamenta, à cernendo, siue secernendo. Nam *Cernere* est cribrare apud Palladium, Vegetium, & alios. Pap. *Cernida, cribellus pollinis*, sed puto legendum *Cernicla*, & *Cerniclum*, contractum, ex *Cerniculum*.

CERNE etiam, & *Cernide*, delectus militum praecipue ex pagis, & agresti populo, ad belli lubita; quod militiae apti legantur, siue secernantur. Villan. X. I. *La cerna de pedoni del nostro Contado*.

CERNECCHIO, Veneti *Cernecia*. Capillorum discrimen. Discerniculum *Cerniculum*, *cernicelum*, *cernecchio*, *cernecia*. Festus. *Crines, à discretione dicti, quam Graeci διακρίνω, appellant*. Nonius. *Discrimen, separatio à discernendo, vnde & discerniculum dicitur acus, qua capillos à media fronte dissepararat*. Ex quo & ipsa diuisio capillorum, discrimen, & cerniculum. Ouidius. *Capitis discrimina puri*. Lucil. *Euplo camo digitos, discerniculumque capillo*. Discerniculum, vt explicat Scaliger, est acus, qua discernebantur capilli. Sed quod ex Martiali adducit, *Tenuiura ne madidi violent bombycina crines, Figat acus tortas, sustineatque comas*. Illa acus, non discernendis capillis erat, sed capillorum tortis figendis, & continendis.

Insubres *Scheia* appellant, *far la scheia*, discriminare capillos, a σχίζειν, quod est secare, diuidere. Hispani etiam diuisionem capillorum *crenche*, cerniculum, & *Cernejas* vocant iubas equorum, quae circa colla discriminantur.

CERVOSA. Cereuisia; de cuius notatione plura videre est apud Iunium Animaduers. L. II. c. I2.

CESENDELO. Lampas, siue lucerna. *Cicindela genus muscarum quod noctu lucet: vnde etiam candelabro putantur appellata*. Glos. Cicindela λαμπυρίς, & κανδήλη. Isidorus. *Lychnus, quasi lucinius, est enim cicendela lucerna*. A candendo dictam putant. Scalig. Histor. animal. à luce, quoniam esset candela coeca. Pap. *Cicendelia, vitreas lampades vocant*. Ita & Veneti, *Cesendelo*.

CESILA. *Cesiola* Venetis hirundo, vel à vocis sono, vel ut Erythraeus, à *cypselis*, hirundinum specie.

CESORA. Forfex, quasi *Caesorium*, à caedendo.

CESPO. Cespuglio. Etrusci *cesto*. *Cespo*, *cespitto*, *cesto*. Dant. Inf. XIII. *Raccoglietelo al piè del tristo cesto*. Festus. *Cespes est terra in modum lateris caesa cum herba: sine frutex recisus, & truncatus*. Hac vltima notione hodie accipitur. *Cespo*, & *cespuglio*. *Cespiculus*. Virgulta scilicet è trunco arboris pullulantia, ac densi frutices. Ouidius Heroid. 14. *Fronde leuas nimiam, cespitibusque famem*. Et Amorum II. 16. *Gramineus madidum cespes obumbrat humum*. Dant. Inf. XIII. *Di sè e di vn cespuglio fece vn groppo*. Crescent. L. II. 8. *E imperciò tagliati i fusetti arbori ricrescono sopra i loro cespiti, che si chiamano tremule*. Veteribus Cespes propriè herba cum terra auulsa, ex quo tribunalia in castris fiebant. Lucan. de Caesare. *Stetit aggere fulti Cespitis*.

CESSO. Latrina, *Secessus*. Secedere ad naturae necessaria. Quod Graeci ἄφοδον, siue diuerticulum dixerunt. V. *Padire*. Dantes *stare in cesso*, pro recedere. Inf. XXII. *Ma stien le male branche vn poco in cesso*. Landinus, Abscedant, siue secedant. Vel, a cessando.

CEVADA. Hispani vocant hordeum, atque omnem frugem, quae iumentis apponitur Coaruuias à *Zea*, quae hordei genus. Alii apud eundem a cibo, quod est rectius, nam *ceuada*, est cibatus iumentorum. V. *Prabenda*.

CHE. Quae, *Che cosa*? quae causa, siue negotium. Quod? quid? *Chè*, *chè*, quidquid.

CHENTE. Quantus. Et qualis. *Chent'hora*? quota hora, siue quanta?

CHERO. Quaero. Hispani. *Querer*, velle, appetere. Dant. Par. III. *Che quel si chiere, e di quel si ringratia*. Ille cibus quaeritur, qui appetitur.

CHERCI. Clerici. Dant. Inf. XVIII. *Che non parea s'era laico, ò cherco*. Item pro docto, & literato. Idem Inf. XVI. *In somma sappi che tutti fur cherci, E letterati grandi, e di gran fama*. Villan. IV. 3. *Regnò Ruberto suo figliuolo, e fu vn gran Cherico in scrittura*. Nam apud Gallos *Clerici* pro doctis, accipiuntur, etiamsi non sint sacris initiati; vt docuit Menagius in additionibus

nibus Orig. Gal. pag. 693.

CHERMESINO. *Crimisino*. Color coccineus. Nam coccum Arabes, *Kermes* vocant, vel *Karmes*: vt Scalig. ex. cccxxv. 13. Addit *Vermiculum*, *Vermiglio* dictum à vermiculis exemptis à radicibus Pimpinellæ. Sed alii tradunt à vermiculis, qui ex cocco, siue grano nascuntur. Et ab eodem *cocco*, siue *grano*, *Colore di grana*, & *tinto in grana*, appellatur.

CHETO. *Queto*, quietus. Vnde *Acchettare*, & *racchettare*. Nam Cels. Cittadinus, qui à tacito deducit, *taquitus*, *tachitus*, *chitus*, nimis argutatur. Licet enim etiam pro tacito sumatur, translatum est, quod vox, siue oratio quiescat. Dant. *Poi fece queto le lanose gote*: à loquendo quieuit. *A queto*, pro pacifice, sine molestia, Villan. lx. 15. *E venuto in Toscana, e gli hauea à queto Bologna, Firenze, e Lucca, e Siena*.

Chetanza, & *quittanza*. Apocha, chirographum solutionis, quo debitori cauet creditor, & ab exigendo quiescit. Quæ & *securitas* Sidonio, & Cassiodoro dicitur. Statut. Patau. xl1. *Vel confessionem, aut finem, vel quietationem*. Galli. *Acquit*, & *acquitter*. Hæc satis per se nota sunt.

CHIA'. Insubres *Scià*. Hac, quod Vrbani *Zà*, quasi venustius sit, pronunciant. Sed *Scià* est recta, & antiqua pronunciatio gutturalis literæ aspiratæ, quam totam amisimus: & dicimus *vien quà*: sed aliud est, *veni hac*: quod Hispani *Acà*, *Hac*, *acà*: ex eadem aspiratione; Vita Nicol. Laurentii. *Poi spade le isciuano dalla bocca, e de là, e de cà*. Hac, illac. Idem dicendum de *Ciò*, est enim *Hoc* aspiratum, & intra fauces pronunciatum. Dant. *Come è ciò fu risposto?* Quomodo hoc est? *A ciò* ad hoc, *Acciochè*. Ad hoc quod. *Cioè* hoc est. *Perciò* propter hoc, *Perciochè* propter hoc, quod. Et similia.

CHIACCIERARE. *Ciarlare*, quod recte Menagius, à *gracchiare*, gracculare. Nam cornix gracula, *grania*, *ciaula*, *ciarla*. *Ciarlare*, *cracculare*, & *taccolare*, eadem enim à vocis sono, *taccola*, & *taccognare*. Vnde & *ciarlatani*; non quasi *Circulatani*. Sed quod id genus agyrtæ, & præstigiatores inexhaustæ loquacitatis, odiosa garrulitate diem consumunt. Quanquam aliqui quasi *Cerretanos* dictos putent, ab *Cerrete* Vmbriæ oppido.

CHIAMARE. Vocare. *Clamare*. Licet enim hoc sit vociferari, voce contendere, etiam pro *Vocare*, veteres vsi sunt, scilicet altiori voce aliquem compellare. Virg. 1v. *Per medios ruit, ac morientem nomine clamat*. Ouid. 11. Met. *Aspicit hanc visamque vocat, clamata refugit*. Et vi. *Et comites clamare suas?* Plaut. *Ianua tonitorem clamat*. Prop. L. 17. *Illa meum extremo clamasset puluere nomen*. Plin. ix. 8. de Delphino. *Quocumque dici tempore inclamatus à puero, ex imo aduolabat*.

Et quia Inclamare erat obiurgare (*sgridare*) Plaut. Asin. *Vbi hospitem inclamauit, Quod se absente mihi fidem habere noluisset*, Itali, *Rechiamo* pro obiurgatione, dicunt.

Fare la chiamata, cum obsessi ad deditionis conditiones hostes vocant. *Chiamare à duello*, ad singulare certamen prouocare.

Quod autem vocantes aliquem nomine compellamus, *chiamare*, pro appellare, siue nominare. *Come si chiama*, quomodo appellatur? vt etiam veteres, *Vocare* dixerunt. V. *Demandare*.

CHIANCOLA. Sella familiarica, leuando ventri. Planca, plancula, *chiancula*, vt *pianto*, *chianto*. Eadem à sedendo sedecula, secula, *secchia*.

CHIAPPA. Fragmentum cuiusuis rei. Etiam pro natibus, *Chiappe*. *Schieppare* est ligna cuneis, seu cippis diffindere, *incippare*, *schieppo*, quod fissum est, & quod rimas ducit: ita nates, *chiappe*, & limes qui sedem diuidit, *fesso*, quasi fissum, vulgo, *fesso*. A similitudine oui ad duritiem excocti sectæ partes, idem nomen sortitæ sunt. Sed etiam pro panni, aut ligni parte truncata vsurpatur.

CHIAPPARE. Capere, *captare*. Annal. Franc. Pithæi. pag. 280. *Alia nocte vidit se ab ijs comprehendi, qua ijdem inimici captare volebant*. Vnde *Ciaffi*, & *Zaffi* lictores. Veneti *chiappare*, decipere, pariter à *captare*. Nonius. *Capere*, *decipere*, *circumuenire*. Virgil. *Captique dolis, lachrymisque coacti*. Terent. Hecyra. *Iniurium est autem vlcisci aduersarios: aut qua via captent te illi, eadem ipsos capi*. Mart. Lib. ix. *Dum me captares mittebas munera mihi, Postquam cepisti, das mihi Rufe nihil*. Lucretius diuersum facere videtur capere, à decipere. *Interea perpotet amarum Absinthi laticem, deceptaq; non capiatur*. Verum Gifanius ex Donato in Terent. sic explicat, decipi ait à medicis ægrotantes, non capi, idest falli, & non decipi, vt hic sit bonus dolus, nec sequatur vllum incommodum, sed vtilitas potius. Vt sit decipere dolum adhibere, ludificari: capere autem damnum adferre. *Chiappare* etiam pro furari: vel à *capere*, vel à *clepere*, *cleptitare*.

Insubres dæmonem *Chiapino* appellant, quod fontium animas intecta manu rapiat: itē fabros æraminarios, qui ahena, & lebetes resarciunt, quod alta caminorum fuligine obliti sint, ac veluti atram cacodæmonum speciem repræsentent, *Chiappini*, & *chiapuzzi* vocant.

At Hispani CHIAPINO soccum muliebrem dicunt. Socculus, *socculinus*, *sappolino*, *soppino*, *chiappino*. Is in matronis summitibus

tibus argento obducitur.

CHIAPPO. Veneti gregem pecorum, aut vaccarum appellant. Pecora partiaria, quæ ita locantur, vt fœtus eorum, certis portionibus inter dominum, & pastorem diuidantur. Caput, capital, *chiappo*. Sors enim idem, quod caput est, credita pecunia, idest principalis summa rei creditæ, cuius vsura est accessio: Græcis κεφαλή, & κεφάλαιον. Ita & pecora locata, sors, caput, capital *chiappo*, fœtus autem vsura. Galli *chaptel*, & *cheptel*. Capitale, vt Menag. in Orig. Gal. Hisp. dempto. C. *Hato*. *Hato de ouejas*. Translate *chiappo* pro multitudine, & turba.

CHIAPOTTO. Vulgus Insubrum potiones Medicas *chiapotti* appellant, à *Catapotium*, vt vox indicare videtur. Verum Scribonius pro medicamento solido, quod deglutitur posuit XXII. *Catapotium, idest medicamentum, quod non diluitur, sed ita vt est deuoratur*. Et infra. *Facere catapotia magnitudine fabæ*. Et. *Oportet autem ex eo catapotia facere, quidam enim facilius ea quam potionem sumunt. Più facilmente pillole, che beuande*. Vbi Io: Rodius, cuius memoria semper mihi honorata erit, ἀπὸ τοῦ καταπίνειν dicta obseruat, deglutire. Etiam Celsus L. 1. 8. de absinthio. *Catapotium eius deuoretur*. Sed vulgus etiam ex affinitate, pro medicamento liquido vsurpat: & Insubres *chiapotare*, pro miscere, & aliquid aquæ merlare, dicunt.

CHIARE. Venetis est, linum pectere, siue desquamare. Squama, *Squalia*, *scaglia*, *scheta*, *chia*. Quod & pectinem ferreum significat, qui alibi *Spinazzo* dicitur, quod densa ferrearum spinarum segete horrescat. *Scaioni* squamæ crassiores farciendis vestibus. *Sedere sopra una chia*: idem dictum ac Mœcenatis, *Super acuta cruce si sedeam, dum vita superest, bene est*.

CHIASCVNO. Quisque vnus. *Qualched'vno*, Qualisquisque vnus.

CHIASSO. *Chiassetto*, *Chiassetto*, *Chiassolino*. Angiportus, via angusta, & ferme ex vna parte clausa. Villan. XII. 7. *Al chiasso de Rimaldelli*. Locus angustus, & clausus. Quia autem in his ferme lupæ diobolares habitant, *chiasso* pro lupanari.

Chiasso etiam pro strepitu, & tumultu. Galli. *Glas*, vel à *clamatio*, vel à *clangor*.

CHIAVERINA. Claua, *clauelina*, *giauelina*, *chiauerina*. *Giauellotto*. Villan. VIII. 78. *Con balestre, e dardi, e gianellotti*. Hist. Aiolf. *I marinai con lance, e con remi, e con targhe, e chiauerine, traeano al romore*.

CHIAVICA. Cloaca, *clauica*, *cloacula*, *chiauica*, vt aliis monstratum.

CHIAVISTELLO. Pessulus, Ferrum longum, ac teres, quod annulis immissum fores claudit: quia ferme illis sera adiuncta est, non quod clauis pro eodem sumatur. Neque hoc Tibullus indicat. *Et frustra clauis inest foribus*, idest sera per quam clauis immittitur. Senenses *Pestio*, à pessulus, pessulitium.

CHIAZZA. V. *Schizza*.

CHIEDERE. Petere, postulare. *Cedere*. Plaut. *Cedo aquam manibus. Cedo mihi tuam dextram*. Terent. *Cedo, cuius puerum apposuisti hic?* Et ille Centurio apud Tacitum, militaribus facetiis, *Cedo alteram*, dictus. *Cheggio*, & *richeggio* apud Dantem. *Inchiedere*, *Inchiesta*. Postulatio.

CHIEPA. Piscis Alosa, Venetis *Chiepa*, quia & *clupea* nominatur, vt Massarius de piscibus.

CHIFRA. *Zifra*. Occultæ literarum notæ. Isidor. L. 1. 21. putat à Græco *chryphium*, quod est occultum. Coaruvias ex Sanctio ait nomen esse Arabicum. Voss. in Mathem. censet Europæos accepisse ab Hispanis, hos à Mauris, illos ab Arabibus, hos à Persis. Caninius à Syriaco *Siphra*, alii ab Hebræo *Sephar*. Malim à Latino *Sigla*, siue litera singularis, vt Cuiacius credit.

CHIGNOLO. Cuneus, *cuneolus*: quo ligna finduntur. Ab eius similitudine, quadra casei ita vocatur. Galli *Quignon de pain*, non quod quinta pars panis sit, sed quadra placentæ. Nam si placenta, aut crustum orbiculate in quatuor partes, vt mos erat, secetur, partes illæ licet quadræ dictæ, cuneum referunt, non quod essent quadratæ, vt falso quidam existimant, sed quia quarta pars placentæ. Ita Virgilius mensam paniceam, siue Cereale solum, & fatale crustum, modo Orbem, modo patulas quadras appellat, Orbem scilicet quadrifide sectum. Casei forma rotunda est, vnde *formaticum*, quæ si in plures partes findatur, eæ cunei formam referent, & per Catachresim etiam quadræ dici poterunt, & ideo *Chignoli* appellantur.

CHILOSO. Herniosus. Græcæ originis. Glos. *Hernia*, κήλη. Legendum. *Hernia*. Κήλη. *La chila*. *Vecchio chiloso*, quia ferme senes eo morbo infestantur.

CHINARE. Inclinare, *clinare*. Petron. *Clinabat in herbas*. *Chino*, Inclinis. *Chino*, & *chinata* locus decliuis. *Al di chino*: rem in deterius labi, Villan. 1. 59. *E dall'hora innanzi sempre parue, che andasse al di chino*.

CHINEA. Equus gradarius, siue tollutarius, cui mollis, alterno crurum explicatu, glomeratio est, vt Plinius loquitur. Bapt. Pius, à *cunis* dictum putat, ob mollem incessum, quo equitantes, veluti in cunis mouentur.

Coaruvias *Hacam* esse ait equum pumilum, siue

fiue equleum, quem Latini mannum appellant. Horat. *Appiam mannis terit*. Et D. Hieronym. *Ecclesiastica dignitate perflati, vias publicis mannis terunt, quos vulgo* Burricos *appellant*. Adiicit eosdem esse & *Asturcones*, ab Asturia: dictos autem *Hacas*, quasi falcas, quia curuo curtoque corpore sint, vnde & *Quartagos*, & *Curtagos*, siue *Curtaldos*. *Haceneas* autem, licet ex Italia, & aliunde in Hispaniam inuehantur, idem tamen esse, quamuis hæ nobilium matronarum, ac Principum sint. Esse autem vocem Italicam.

Quod Gallicum *Achenee* ab *Haca* fit, Menagius Coaruviam sequitur, sed *Hache* notationem ignorari. Verum in Orig. Ital. ait factum ab equa *Eka*. Cui sicut non repugno, ita non ita absurdum videtur, *Chinea* dictam ab *Hinno*, quem equo & asina generari tradit Plinius L. VIII. 44. quem alii cum Aristotele *Ginnum* appellant. Vossius Etymolog. de permutat. lit. *G. mutatur in H. Hinnus, quo significatur paruus mulus, vel potius equus pumilus, venit à Græco γίννος, quo Aristotelem, Strabonemque vsos ostendit, Scalig. ad Manilium.* Fuisse autem ginnos pumilos, ac nanos, indicat illud Martialis. *Non aliter ridetur Atlas cum compare ginno.* vt recte Scriuerius emendauit. Ideſt Nanus nomine Atlas equulo impositus; cum in aliis sit *cum compare gibbo*, in aliis, *mulo*.

Quoniam igitur *hinnorum*, siue *ginnorum* mollis incessus esset, inde equi generosi Asturcones, & gradarij, *Chinee* appellati, quasi *Hinnee* vel *Ginnee*. Hispan., & Galli *H*, addiderunt, quia aspirationem, pet, H A C, pronunciant. Chineæ, *Hachinee*.

A Ginnis pariter *Ginetti*, apud Hispanos equi generosi, ac magni pretii, quod instar *Ginnorum*, molliter crura explicent, siue tolutim badizent. Ceterum quod ait Coaruvias, mannos vulgo *burricos* appellari, forte hoc à colore *burro*, ideſt rufo. Nam πυῤῥός, rufus. Ex quo corrigendus Isidorus Lib. XII. I. *Mannus equus breuior, quem vulgo brunitum vocant, vel brunitium.* Lege *Burrichum*. Vet. Interpr. Horatij. *Mannos, equos paruos burdos, siue buridos*, Lege *Burrichos*. Idem enim Epod. IV. *Manni equi sunt, quos vulgo burdones, seu burrichios nominamus.* Et ad Epod. VII. *Mannis, paruis equis, burichis*. Glos. *Mannis* Βερίχοις.

CHIOCCA. Tintinabulum, Nola, æs Campanum. *Clocca*. Ita infimi æui scriptores à Vossio adducti locuti sunt. Lib. II. de vit. serm. 10. In Constit. Caroli M. *Vt clocas non baptizent propter grandinem.* Rodolph. in Vita S. Liobæ. *Per somnium vidit se signum Ecclesiæ, quod vulgo* Clokum *vocant in sinu habere*. Bonifacius epist. 89. *Duo vero pallia, cum libellis & Cloccam mittere curauimus.* S. Adamant. Lib. III. *Personante Clocka*. Addit Voss. in libris, nunc *Clockum*, nunc *Kloclum*, nunc *Gloccum*, reperiri: eamque vocem Saxonicam esse. *Cloca. Belle. Clocarium*, vel *lucar*, *belhus*, ideſt, *Campanile*.

Sed Latina dictio est, non à *claudica*, verum à *Cochlea*, cuius testa, siue integumentum æs Campanum refert, qualia initio fiebant: & qualia hodie vaccarum collo appenduntur. Nam exigua tintinnabula, siue campanulæ, instar testudinum, & cochlearum, concauæ atque ore compressiore, vt etiam Bouillus monuit. Vnde & maiores Campanæ *Clocha* dictæ, vulgo *Ciocche*, & *Chiocchette*. Pap. *Amplare, cochlea, signum, campana*. Lege. *Applare, cochlear*. Deinde, *Cochlea, signum, campana*: nam & cochear, à cochlea, & ab huius similitudine, *Campana*.

Cochlerium, turris æris campani. Chron. Falconis. 179. *Tunc Episcopus ipse in Coclerio arma imponi aspiciens, tristis factus est.*

A Cochlea, *Cochleola*, *Cochliola*, *Coquilla*, *Squilla*. pro parua Campana. Vide omnino *Squilla*.

CHIOCCIA. *Ciocca*. Gallina incubans oua. A voce, quam Latini *glocire* dixerunt, *Glocians*, *Chioccia*. Columel. L. VIII. 5. *Assiduus autem debet esse custos, & speculari parientes, quod se facere gallinæ testantur crebris singultibus, interiecta voce acuta.* Mox. *Notenturque, quæ oua, quoque die sint edita, vt quam recentissima supponantur glocientibus; sic enim rustici appellant eas, quæ volunt incubare.* Festus. *Glocire, glocidare gallinarum proprium est, cum ouis incubitura sunt.*

Vnde vox *chioccia* pro rauca. Dant. Inf. VII. *Papè Satan, Pape Satan Aleppe, Cominciò Pluto con la voce Chioccia*. Et XXII. *Se haueſſi le rime & aspre, e chiocce*.

Cocche etiam gallinæ dicuntur, earumque maritum Galli *Coc* appellant, item oua Italis *cocchi*, & dimminutiue *cocoli* & *coco*.

Insubres gallinam incubantem appellant *Pita*, & *pipita*. Vide. *Pipare*.

CHIOCCIOLA. Cochleola, *Schale à chiocciola*, Cochlides.

CHIODO. *Chiauo*. Clavus.

CHIOSTRO. Claustrum, *clostrum*. Pro Cenobio, siue Monasterio: item Peristylio, siue atrio porticibus septo. Glos. *Compluvium*, κάκλυστρον. *Claustrum*, μόναυλον. Cæsarius L. I. I. *Conuentus noster exiuit de claustro cum Abbate suo*. Claustralis, monachus. Clausura, pro inclusione in monasterium. *Chioso*, & *Chiusura* pro horto, Galli *Clos*. *Chiesura* Veneti pro agri portione, quæ sæpe, aut maceria cincta est.

est. Stat. Patau. Rubr. xxv. *Quicunque inuentus fuerit in aliqua clausura*.

CHIVSE, & *Chiusure*, montium claustra, & interpositiones in limitibus Imperij Rom. de quibus Pith. subsec. cap. 14. Capituli Caroli M. *Cui Desiderius obsistere nitens, Clusis Alpium obseratis: Franci Clusis potiti*. *Clusam* etiam Cataractam dixerunt, qua veluti obice aqua clauditur. V. *Cateratta*.

CHIZZA. Veneti vocant canem fœminam, præcipue cum in Venerem prurit, quod Latini catulire dixerunt, marem quærere, (*andare al salto*) Catulitia. *Chizza*. Postea pro qualibet cane dici cœpit.

CRICH. Vox ficta à crepitu vitri, glaciei, aut rei similis fractæ. Germani, & Galli, *cracquer*, & *cricquer*.

CHROMA. Nota Musica: Baldus Lex. Vitru. *Nostrates Musici nigras notulas vocant* Chromas, *quarum octo integrum tempus, quod actũ, seu battutam vocant, examussim implent. Quod vel à colore ipso, factum est: vel quod Chromatico generi sunt familiares: & hoc verius puto*.

CIABATTA. *Ciauatta; zauatta*. Calceamentum vile, atque vsu detritum, non à *Sapa*, aut *sapula*, quæ vox Latio ignota: sed à *clauata*, nempe caliga. Caligam, tegmen pedum militum gregariorum, seu manipularium, vnde illi Caligati dicti, fuisse quis nescit? Illam clauis suffixam peruulgatum est. Vt nunc perones, siue calceamenta rusticorum, & olim etiã. Theophrast. in Charactere Rustici: *Idem clauis calceos suffigere*. Vbi de hoc more multa præclare Casaubonus. Inde Caliga clauata pro calceo vili, ac detrito. Festus. *Clauata dicuntur aut vestimenta clauis intertexta, aut calciamenta clauis confixa*.

Bouillus ait *Sabots* calceos, seu soccos ligneos appellari, quibus agrestes vti solent: sed quod à soccis deducit, fallitur. Est enim corruptum, à clauatum, sauatum, & sauot.

Inde *Acciabattare*, rudi opere conficere. V. *Taccone*. Ciabattino, & *Ciabattiere*, cerdo, veteramentarius. Venetis *Arte vecchia*.

Hispani *çapatos* pro quolibet calceo etiam honestiorum. Coaruvias à *ταπεινος* deducit, quasi *tapato*, quod humilis sit, resque abiecta, & solo pedum subdita. Et tamen fatetur etiam in Hispania, calceos clauis confixos in vsu esse, præcipue apud pauperes. *Zapatero*, cerdo, & *Zapata* gens inter Hispanicas nobilissimas.

Nunc *ciauatte* ferme vocantur calcei, quibus pars calcaneum tegens detracta est.

CIACCO. Porcus Florentinis dicitur. Ingeniose Menagius à *σύβαξ, σύβακος, σύακος Ciacco*. Sed quod Gallice *Coche*, & *Cochon* pro scrofa, & porculo lactente, à *Ciacys*, *Ciacccinus*, *Cuccius*, *Coccion* deducit, verius videtur à cubando, tam de matre, quam de lactentibus porculis.

Sed vnde nam Aretini porcum *Cioncarino* appellant, Cortonenses, *Cioncolo*? Nempe ab alueo, qui fere ex trunco arboris conficitur, & ideo rusticis *Truogolo* dicitur, quasi Trunculus: *Troncare, cioncare*. Quod igitur Sus rostrũ perpetim in alueo, seu trunco habens colluviẽ sorbeat, *Cioncarino*, & *Cioncolo* dictus est (& fortasse contractè *Ciacco*: vel quod in luto perpetuo volutetur, quod à fouea, *pozza*, & *pocciacchera* dicitur.) Vnde acute doctissimus Fr. Redius Etruscum *Cioncare* pro immoderate bibere, & veluti perpetim sorbere dictum existimat.

CIAMBELLE. Panis dulciarius in bucellã, siue circulum compactus: ita dictum putant propterea quod *Cymbali* figuram referat.

CIAMBELLOTTO. *Zambelotto*, *Camelotto*. Alii quasi cymatile, ab vndarum imagine discurrente, quod Veneti *Marizo* à maris vndis vocant, quas prælo cogente affusa aqua imbibunt: nam *κύμα*, cyma vndas, siue fluctus notat. Quidam *ἀπὸ τοῦ συμβάλλειν*, quasi *Symballotto*; quod coacto implexu, vt *feltra*, siue impilia non textu conficiatur. Perperam: nam texi manifestum est, neque de coactiliorum genere esse. Scaliger, ex. 1xc. 4. *Hirci in Anatolia, quæ est Phrygia, siue Asia minor quadricornes, pilo admodum prolixo, quem vellunt ad textrinam. Ex molliore vello pretiosos conficiũt pannos*, Zarzacan, *vocant: e crassiore*, Moiacar, *ex mediocri id quod* Zambellot, *alij* Camelot, *Turca* Hac.

Coaruvias, & Menagius ex Bocharto, quod e pilis Cameli conficiatur, *Camelot*, est tamen hodie discrimen inter *Ciambellotto*, & *Camelotto*, hoc enim pretiosius.

CIAMBERLANO. Cubicularius. Camerarius. Camera Gallice *chambre*. Vox inde ad titulum dignitatis translata. *Gran Chiamberlano*. Indidem *Camerlingo*, sed diuerse accipitur, pro Quæstore, nam *Camera* ærarium, & fiscus. V. *Camera*.

CIAMPA. *Zampa*, à capiendo, siue captando, propriè Vrsorum. V. *Zatta*.

CIANCIARE. *Ciance*, fabulari, fabulationes. Cantiones, Cantionare, *cianciare*, blaterare, garrire.

CIARBOTTANA. Fistula oblonga, qua flatu impellente pilæ ex argilla contorquentur, sternendis auibus. Fistula *Gyrbitana*; Tudertani Lusitaniæ populi, hodie *Algarbia*: quod, aut ibi id instrumentum inuentum, aut in vsu frequentiore sit.

CIARLARE. V. *Chiacciarare*.

CIATTO. *Sciatto*, Galli *Iate*, quod Dhuesius *Gabam*, & trullam interpretatur: Menagius *Gabata*. Martialis. *Sic implent gabatas, paropsidasque, Et percurrunt gabata, volantque lances*. Insubres pro lagena vinaria, vnde à cyatho dictum puto, quem rotundum, & tumenti ventre fuisse, alias notauimus. Nam licet cyathus sit poculum, ab eius similitudine potuit etiam lagena appellari. Certe Athenæus cyathum pro lagena posuit L. VI. & à calice distinguit. Ait enim vetus poeta Crates, ἔγχει κυάθῳ, ποῦ δ' ἡ κύλιξ; *Cyathe vinum affunde: vbi nam calix est? ę te ipsum diligenter laua.*

Iidem Insubres *Ciatto* buffonem appellant, quod inflatus, ac tumidus; vnde *Botta* Etrusci dicunt.

CICCIA. *Cizza*. Obsonium, pulmentarium, quidquid cum pane editur, præcipue infantibus, cum primum mandere incipiunt, *à sugendo*, cum potius sugant, quam mandant. *Pane, e cizza*. Proprie enim sugere de nutricis lacte. Inde ad cibos molliores translatum. Hispani etiam *Chica*, quod Coaruvias carnem tostam interpretatur, quia dum assatur pinguedo super prunas cadens crepitet, & *chi*, chi, sonum reddat. Ineptè, sicut à *Cicha* factum esse *salsicha*, de quo suo loco. Sed *ciccia*, pro quilibet obsonio vsurpatur, asso, aut elixo.

A sugendo etiam *zinza*, & *cinna*, pro papilla, siue mamilla, & mamma. Moral. S. Gregorij. *La mia suora e piccola, & anchora non ha zizze*. Et infra. *Ma le lamie nudarono la mamma, ouero la* zizza, *e nutricarono li loro catelli*. Etrusci *Cioccia* a sugendo, non autem à flocco, vel quasi *poccia* à potando. V. *Capezzolo*.

Veneti *Suzze* appellant liuentia osculorum vestigia morsicatim impressa, quod labiorum suctu illinantur.

CICCIORARE. Vulgus submisse loqui, murmurare, *susurrare*.

CICERCHIA. Leguminis species. *Cicercula*. Glos. *Cicercula* λάθυρος. Item Plinius, & Columella.

CIELO *della bocca*. Palatum. Glossæ. Οὐρανὸς, *Cœlum*, Οὐρανίσκος. *Palatum*. Cum autem veteres poetæ templum pro Cœlo posuerint, Lucretius templum linguæ palatum dixit L. IV. *Humida lingua, circumsudantia templa*.

CHICO. Hispanis paruus, restrictus. Coaruvias à *Sicu*, quia quidquid exsiccatur decrescit, & minus fit. Alii à *Ciccum*, quod Festus interpretatur membranam tenuem malorum Punicorum ex Varrone. Verius tamen videtur contractum esse: à *paucus*, *paucicus*, & per aphæresim *Ciccus*, vt Itali à pauco, *pauculo*, fecerunt, *Piccolo*, quod idem cum Hispanico *Chico*, *paucicus*; Gallis autem *Ciche* auarus, tenax, minutarum sordium, pusilli animi, vt recte Menagius deriuat.

Ceterum à *Cicco* prout membranam tenuem significat, *Cica* pro re minutissima, seu mica accipitur. Vita Nicol. Laurentij. *Quello corpo fo arzo, & fo redotto in poluere, non ne remanse cica*.

CIERA. Visus, aspectus. Hispani *Cara*, facies. Coaruvias à Græco κάρα, quod caput significat. Sophocles pro facie. Γέλωτι φαιδρὸν κάρα. *Buena cara* iisdem est lætus aspectus, & hilaris. A *Cara* etiam Gallicum *Chere* deriuatur, quod faciem significat ex Corippo Lib. II. *Postquam venere verendam Cæsaris ante caram*. Siluius à χαίρειν, gaudium.

Si Latina potiora sunt à facie, *faciere*, *ciera*, siue specie, *speciere*, & per aphæresim *Ciera*. Ab aspectu enim species vt Gellius Lib. XIII. 28. qui faciem, non solum os, oculosque & genas significare docet, sed formam omnem, & modum, & facturam quandam corporis totius. Plaut. Pœnulo. *Sed earum nutrix, qua sit facie mihi expedi*. Mis. *Statura haud magna, corpore aquilo, specie venusta, ore paruo, oculis pernigris*. Nonius. *Species dicitur effigies facies*. Liuius Ægistho. *Iam ne oculis, specie læta vtri optabile*. Veteres enim aliquando, & *facierum*, & *specierum* dixerunt, vt notauit Vofs. de analogia L. II. 19. Cato in oratione, quam scripsit, vti præda in publicum referretur. *Miror audere, atq; religionem non temere, statuas Deorum, exempla earum facierum, signa domi, pro suppellectile statuere*. Varro, *speribus* dixit. Cicero in Topicis. *Nolim*, inquit, *ne si Latine quidem dici possit, specierum, & speciebus dicere*, quod indicat ab aliquibus vsurpatum. Cœl. Aurelianus Lib. I. χρονίων. *Nec aliarum specierum errore fallantur*. Item Scalig. de cauf. L. Lat. *Si quidem genus materia quasi quadam specierum est*. Seruius, *Acierum*, ex quo fortasse *schiera* factum est. Etrusci, *Cera*. Dant, Purg XVIII. *Ma non ciascun segne E buon, anchor che buona sia la cera*.

Galli, & Itali *far buona ciera*, est non solum hilari aspectu, & sereno accipere, sed genialiter viuere, quod qui laute epulantur, iucundo, ac læto aspectu sunt, & gaudium vultu præferunt.

CIESA. *Cesa*, *Siepe*. Concædes, & *Concisa*. Tacit. I. Annal. *Latera concædibus munitus*. Marcellin. Lib. XVI. *Difficiles vias, & suapte natura cliuosas, & incommeabiles, clausere solerter, arboribus immensi roboris cæsis*. Et. *Cæsarum arborum obsistente concæde*. Paul. Diacon. Hist. Long. L. III. 4. *Factis etiam concisis per dens viarum*. Morena Hist. Laud. *Nullo etiam fossato, & cesia*. Osius recte *Casia* aut *Casa* pro sæpe,

pe, siue munimento hortensi, virgultis, & rubis ac spinis facto. Veteres igitur *Concaedem*, arborum cæsarum truncos, sepiendis, atque obstruendis itineribus dixerunt, recentiores sepem, quia vel concisis virgultis struatur, vel quando spinis, & dumis consita, cædi stato tempore soleat, ne luxurians nimis exerescat.

ÇIGOLARE, Stridere, acutum gemere. A singulus, vnde singultus deriuant. Cur non à *sibilare*? Dant. Inf. XIII. *Come d'vn stizzo verde ch' arso sia Dall' vn de lati: che dall' altro geme, E cigola per vento che và via*, Et XXII. *Che li pesi Fan così cigolar le lor bilance*. Ita à sibilare, *Cifolare, ciuffolare, zuffolo* fistula, siue auena. V. *Subio*. *Cigare* etiam Veneti dicunt stridulum, & acutum clamare. *Cigo* vox stridore sibilans.

ÇIGOTTO. Insubribus parvum, ac veluti dimidiatum farcimen. *Salsicum, salsicotulum*, *sigotto*. & *cigotto*. Item panni, aut ligni, ac fili truncati portio: *vn cigotto di filo*, quod est à cædendo siue incidendo, *cesotto, cigotto*. Ita Galli. *Chiquetter* incidere, & *chiquettè*, incisus. Iidem *Gigot* appellant coxam veruecinam, aut suillam, à *Gigue*, quæ dictio ex *coxâ* corrupta est. Coxa, *cuisse, guige*. Sic Hispani *Gigote*, & *Xigote* pulpam minutè concisam, præcipue ex coxa veruecis, aut suis, quod Coaruvias putat à Gallico *Gigot* petitum: sed vtrumque à coxâ, Vnde *Quixotes* ferrea femorum integumenta vocant, à *Coxotes*, *Quixotes*.

CILEGA, *Celega* Venetis passerculus. Rodiginus L. IV. 6. quasi spicilegam, siue frugilegam dictam credit. Verum est ab Vcellica, *celica, celega*. V. *Vcello*.

ÇILOSTRO. Cereus. *Cerostatum*, propriè candelabrum. Glos. *Cerostatarium* Κηροφόρον, *Carophorarium*. Etrusci. *Cerotto*. Fr. Giordan. *E gl' Angeli sergenti, e i Diaconi S. Lorenzo, e S. Vicenzo, e come à tutti fu dato il cerotto*.

ÇIMA. Summitas, cacumen. Veteres *Cymam* herbarum cacumen præcipue brassicæ, & asparagorum vocarunt. Glos. *Cuma ἀσπάραγος Κράμβα*. Lege. *Cyma*. Nonius. *Cyma neutro, vt Lucillius. Asparagi molles, sed viride cyma. Cornelius Celsus & si minoris auctoritatis posuit latam formosamque cymam*. Plin. L. XIX. 8. *Cymas brassica à prima sectione præstat proxima vere. Hic est quidam ipsorum caulium delicatior, tenerior que cauliculus. Post cymam ex eadem brassica contingunt æstiui, autumnalesque cauliculi, mox hiberni iterum cyma, nullo æque genere multifero*. Hodie etiam cauliculi Cimoli appellantur. Barbarus in Plin. *Cymam quasi κύημα, quod fœtum significat. Non vt Isidorus quasi coma, est enim* inquit *summitas olerum, vel arborum*.

Vel igitur translate rerum fastigium Itali *Cimam* appellant, vt Baldus Lex. Vitruv. vel à *cacumen* factum est, *cuma*, & *cima*: vel simpliciter *Cima*, pro summa pars dicta.

Hinc *Cimiero* galeæ conus de quo supra: & *Cimossa* panni extremitas, margo, & limbus. Glossæ. *Cimussa σειρά. Σειρά ἱμάντιν. Prenicula*. Lege. *Frenicula*, idest vitta, instita, hodie *Frenello*. Inde etiam.

CIMARE est pannis villos tondere, aut pectine deradere, ex quibus tomenta conficiebantur. Mart. XIV. 159. *Tomentum Linganicum. Oppressa nimium vicina est fascia pluma? Vellera Lingonicis accipe rasa sagis*, Cimatore, Cimiere, & Cimatura.

CIMENTO. Experimentum. Non ab *assaggiamentum*: sed à specimen *specimentum*: & pro certamine, quo quis virtutis, ac fortitudinis experimentum exhibet. Vtrumque coniunxit Plaut. Casina. *Nunc specimen specitur, nunc certamen cernitur*. Cicero diuin. in Verrem. *Non modo specimen ceteris aliquod dedisti, sed tute tui periculum fecisti*. *Cimentare*, specimen edere, discrimen subire.

CINCISCHIO. Cæsura inæqualis, à circumcido. Insubres *zergego* & *zerzegare*. Morg. XV. *A qual le spalle, à chi il capo rincischia*.

CINELLA. Et *Ciella* Venetis calculi in ludo tabulæ, & tesserarum, lignei orbiculi discolores, à ciendo, siue mouendo. Plaut. *Ciere calces*. Et calces inciti, qui eo redacti vt moueri non possent, Vnde *ad incitas redigi*. Ita pueri orbiculum osseum appellant, quem ex edito loco digitis impellunt, vt ad collusoris circulum proxime accedat. *Gioco delle cielle*. Potest etiam à circulo, circello, *ciella* deriuari.

CINGARI. Alciatus Parerg. L. V. 3. putat à Cinclo aue maritima, quæ caudam subinde mouet, dictos, Addit Volateranum existimare *Cingalos* esse origine Maurusios, qui à Saracenis pulsi per omnem Europam vagentur: vel vocem Slauicam esse. Alciatum sequitur Coaruvias, aitque *Gitanos* appellant, quod vulgus credat, ab Ægypto fluxisse. Cum igitur etiam Galli *Egitiens* vocent, Hispani *Gitanos*, *Cingari* appellati inde videntur. Alii à Germanico *Zigeunen*, quod à *Zichen* iter facere. Sed origo incerta, & amplius quærenda.

ÇINGHIALE. Aper. Galli *Sanglier*. Porcus singularis, siue solitarius. Scalig. Var. *Nam apri μονιοὶ dicuntur, vt apud Latinos posteros, singulares*, Cuiacius Feud. Lib. I. loquens de voce singularis. *Hoc nomen Latini etiam tribuunt apro, vt Græci qui μονιοὶ appellant: delectatur enim solitudine: proinde à Gallis* Sanglier *dicitur, quasi singularis*. In Psalmis. *Singularis ferus de pastus est eam*. Ita Hesych. &

Suidas: vocem μονοὶ, explicant. *Singularius* (vt singularię catenæ apud Plautum) *singulario. Cinghiaro, Cinghiale.* Scaliger inuenti laude non erat fraudandus.

CINGVETTARE. Infantes dicuntur, cum primum fari incipiunt, & verba conantur. Fortasse à *singultire, singultare*, quod & Menagius existimat, vel *linguettare*. Horat. *Vt veni coram, singultim pauca locutus.* Idest verbis interruptis, vt infantes balbutientes faciunt. Etrusci autem pro immoderate loqui. Credo quia infantes loquaculi, & obstreperi, perpetuo garriunt. Boccat. Laberint. *E diceti che'l suo cinguettare è tanto, che sola troppo più aiutarebbe la Luna sostenere le sue fatiche.* Quod ex Iuvenali expressum est. Sat. vi. *Verborum tanta cadit vis. Tot pariter pelues, tot tintinnabula dicas: Pulsari nemo iam tubas, aut æra fatiget, Vna laboranti poterit succurrere Lunæ.* Alibi Boccat. *Ne per l'una ragione, ne per l'altra, mà solamente per voglia di berlingare, e di cinguettare.*

CIOCCA. *Ciocca de capelli*, vel à *flocco*, vt Menagius, vel à truncando, trunco, *cionco, ciocca* pars capillorum auulsa. Dant. Inf. xxiii. *Io haueua già i capelli in mano auuolti, E tratti gli n'haueua più d'una ciocca.* Boccat. *La Donna cautamente guardò la ciocca della barba, che tratto gli haueua.*

CIONCARE. Truncare. Dant. Inf. 12. *Che sol per pena hà la speranza cionca.* Landin. ait *Cionco* esse vocabulum Lombardum, quod significat mutilum, sed Etrusce *Cioncare* esse intemperanter bibere. Cauale. Medic. cordis. *Lussuriare, cioncare, inebriarsi.* Franc. Sacch. *Si comincia ad attaccare al vetro: bei, e ribei: cionca, e ricionca.* Hoc autem à *trunco*, idest aluco porcorum dictum esse in *Ciacco* notauimus. Vnde quidam non inepte, Germanorum *trinchen* factum credunt. Non à truncando, sed ab eo quod ibi demonstratum est.

CIOCCIA. V. *Ciccio.*

CIOCCO. *Zocco.* Stipes. Vel à trunco, *cionco, ciocco*: vel à caudex, codicus, *ciocco, zocco.* Sicut claudus, clodus, clottus, *ciotto, cioppo, zoppo.* Dant. Parad. xviii. *Poi come nel percoter de ciocchi arsi, Surgono innumerabili fauille.* Iuuen. *Horrida quale facit residens in codice pellex.* Tertul. de cor. mil. *Illic securis ad caudicés arboris posita.* Et caudex pro stirpe radicis. Plin. L. xvi. *Quædam arbores simplices, quibus à radice, caudex vnus, vt olea, fico, vitis.* Zocco etiam hominem stupidum, ac stultum appellamus. Terent. *Quæ sunt dicta in stultum. Caudex, stipes, asinus, plumbeus.*

CIOLA. Insubres vocant virilitatis argumentum. Videtur à Græco ψωλὴ. Glos. ψωλή, mentula. Proprie tamen ψωλὸς, & ἀπεψωλημένος; verpus, apella, recutitus, renudata glande.

Vulgus *ciollare*, & *zollare* dicunt nectere, & in nodum stringere, à *laqueare, collaqueare, ciollare.*

CIONDOLARE. Rem pendulam agitare: *pendulare, ciondolare, pendolone, ciondolone.*

CIOTTO. *Zoppo.* Claudus, *clodus, clottus, ciotto, cioppo, zoppo*: Veneti *zotto*. Dant. Par. xix. *Vederassi al ciotto di Gerusalemme.* Landin. *Questo fu Carlo II. el qual fu ciotto, cioè zoppo, ouer sciancato.* Glos. *Clodus* χωλὸς. Isid. Lib. x. Clodus, curuus, crispus. Lege *Cispus*, idest cespitans. *Clopper* Galli, claudicare, quod Scalig. in Festum deducit à *Cloppus*. Glos. *Clopus*, χωλὸς, à χωλαίνειν, vnde & *zoppo*. Hisp. *Coxo*, & *coxear*. Glos. *coxus* χωλὸς. Quod est Italicum *Sciancato*. Nam *Anca* est coxa. Nonius. *Catax*, *quem nunc* Coxonem *vocant*. Scaliger Græcum esse ostendit, κατάξ κατεαγὼς τὰ κῶλα. Isid. Glos. *Cadax, claudus, qui sæpe cadit.* Et. *Catax, claudus, coxus.* Vet. Lexic. *Coxigat* χωλαίνει.

CIOTTOLA. Etruscis poculum. Vel à *Cyatho*, quasi *Cyathulus*, vel à *scutella*, vel vt Aleander, à *cotylâ*.

CIOTTO & *ciottolo* ijdem Etrusci, appellant saxum, siue lapidem, à Latino *cautes, cauticulus, ciottolo*. Nam à saxo deducere, saxo durius est. A cautes deriuari est etiam sententia Patris Berteti apud Menagium in Appendice. Boccat. *Io li dorei tale di questo ciottolo nelle calcagna.* Et infra. *Bufalmacco recatosi in mano vno de ciottoli che raccolto haueua. Ciottoloni*, Itinerarium, apud Lexicon Etruscum. *Di questa montagna esce vn gran fiume che mena sassi grossi, rouinando, e fracassando &c. e quantunque que' ciottoloni siano grandi, e grossi, non se ne vede più.*

CIRO. Porcus, à Græco χοιρὸς vt Landinus ad Dantis Cant. xxi Inferni.

CITO. *Citello*, & *Citella*, pueri, & puellæ. Non à Græco τιτθὸς, sed à Latino *scitus*, & *scitulus*, quod elegantem, & venustum gratiosum, significat, qua voce pueris blandimur. Plaut. Merc. *Satis scitum patrum mulieris.* Terent. Andr. *Peracaster scitus puer natus est Pamphilo.* Cic. iv. Ver. *Capella scite facta, & venuste.* Glos. Scitus, εὐμήχανος χαρίεις: gratiosus. Fronto. *Sciens, qui scit: scitus, qui scitur, vel festiuus.* Ab eo *scitulus*. Plaut. Rud. *Quæ sunt facie S. Scitula.* Ibidem. *Atque ambas forma scitula, atque ætatula.* Arnob. L. v. *Enititur paruulum, sed expont Sangarius præcipit: repertum nescio quis sumit Phorbas, lacte alit hircyuo: & quia Lydia scitulos sic vocat &c.* Scitullos, paruulos, pargoletti.

A *scitulo, Citello*, & *Citelle*, puellæ nubiles,

illocabiles, quæ in Parthenone aluntur. *Pouere aitello*. Vulgus Insubrum *schiatto*, *schiattllo*, & *schiattone* pro infante habitiore, & bene nutrito,

CITO. Vox silentium indicentis. Primus Bapt. Pius Annot. post cap xv. ex Verrio longo docuit, ST, veteres dixisse, cum silentium imperarent. Verba Verrii sunt. *Inuenti sunt, qui & sine vocali putant posse syllabam fieri. Nam animaduertimus apud Comicos, S, & T, pariter scriptas literas, vt apud Terent. Phorm.* Non is obsecro es, quem te semper dixi? Chr. ST. Sol. Quid hoc, metuis fores? *Hoc, ST, pariter renunciat silentium.* Plaut. Pseud. *ST. tace, tacet, meus hic est homo.* Idem Pen. *ST. Tace. Quid est? Fores fecerunt magnum flagitium.* Ex *ST* Itali fecerunt, *Cito* quasi *STO*,

CITRVLLO. Scalig. Exer. cccvi. *Citrullus is est, quem Lombardi tui Citriolum, & Cerumolum vocant: Cedrolum Tusci. Collo est oblongo, inflexo, exili ventre, turgido. Vt is sit cucumis, quem in ventrem crescere dixit poeta; Etrusci cedriuolo, & cetriuolo.* Boccat. Amet. *I gialli popone, co' ritondi cocomeri, con li scropolo si cedriuoli*. Quod mali Medici, siue Citrii formam referant,

CIVETTA. Noctua. Salm. H. Aug. p. 337. *Cucubam, qua est noctua Choue appellamus.* Cucuba, cucubeta, *coueta*, & *ciuetta*, Veneti *zoneta*. Festus. *Cucuma, auis, noctua*. Alii, *Cecuma*. Isidor. Glos. *Cecuma noctua*. Pap. de vocibus animalium, *Noctuas cuculire*, vnde nomen Etrusci *Cecconeggia*.

Hinc *Ciuettare* more noctuæ circum spectare, & oculis venaturam facere: & *Ciuettone* dicitur, magnis oculis, atque emissitiis.

CIVFFO. Capilli in fronte virorum, ac mulierum erecti, & constipati. Veteres *Cufam*, & *iufam*, siue *ἀμφίας*, vestem villosam, ac densis pilis hirtam vocarunt, vt Salmas. ad Hist. Aug. p. 390. A cuius similitudine capillorum densitas in fronte *Ciuffo* appellata est. Vnde *Acciuffare*, & *Acciuffarsi*, pro pugnare, siue in capillum inuolare, & à fronte crines arripere, quod in rixis præcipue mulierum fit. Morgant. III. *El Leon par che con lui s'accapigli, E con le branche, e co' denti lo roda*, Non ab *acceffare*, vt Lexicon Etruscum: hoc enim à *ceffo* seu rostro, illud à capillis dictum est. Et ipsum certamen *Ciuffa*, & *zuffa*, Dant. VII. Inf. *Ha tolto lor, e poste à questa zuffa*. *Ciuffare* autem ad alia translatum est, ad ea quæ arcte corripiuntur, & quibus manus iniicitur, vt fit capillos arripiendo. Bernia Orland. *Per la gola con man ne ciuffa due*. Et *Ciuffare* pro rapere.

A *ciuffo*, *ciuffetto*. Dant. Inf. XXVIII. *Fesso nel volto, dal mento al ciuffetto*. Hispani. *Copete*. Nisi sit à *copo*, idque per methathesim *πόκος*, vellus, vt Sanctius existimat. *Copete*, parvum vellus, quod capilli densi, & constipati referunt.

CIVFFOLO. *Cifolo*, *ciuffolare*, *zifilare*, sibilare, & *subiare*. Vide.

CIVLLO. Asinus. *Κίλλος*. Vt Monosinsus.

CIVRMA. Hominum multitudo, ac vilis turba, præcipue remiges, à *Turma*, quæ licet de equitibus diceretur, & triginta numerum impleret, pro incondita hominum turba accipi consueuit. *Ciurmatore*, Circulator, qui in turba ludos facit, & quoniam id genus hominum, plani, impostores, & præstigiatores sunt, *Ciurmare* pro decipere.

CLAVICIMBALO. V. *Menacordo*.

COBBOLA. Versus. Carmina. Villan. VI. 92. *E molte Cobbole, e canzoni Prouenzali fece di gran sentenza*. Hispani. *Copla*, genus carminũ, quod etiam *Redondellas*, appellant. Scilicet carminum copula, vt recte Coaruvias. Quod ita carmina copulentur, vt & in medio, & in fine vox similiter desinat: quod vulgo *Rima*, siue *Rhytmum* appellant. Idem Villan. XI. 60. *Che come dice il Cobbole Prouenzale, in sua gobbola*.

COCCA. Crena in extrema parte sagittæ, cui chorda arcus inseritur. Non à *cauo*, sed ab Vncus, Vnca, *conca*, *cocca* pars vnca. Dant. Inf. XII. *Chiron prese vno strale, e con la Cocca Fece la barba indietro alle mascelle*. Boccat. Nou. XLIII. *Far fare saettamento, le cocche del quale, non sieno buone se non à queste corde sottili &c. Perche la sottil corda riceuerà ottimamente la saetta, ch'haurà larga cocca*.

Eadem ratione vncus ferreus in ballista, cui funis cum tenditur adnectitur, *Cocca* dicitur, & *scoccatoio* quo reducto remittitur, & sagittam, vel lapidem impellit. *Scoccare*. Dant. Purg. *Come ballestro frange quando scocca Da troppa tesa la sua corda, e l'arco*. Et Parad, I. *Con porta la virtù di quella corda, Che ciò che scocca drizza in segno lieto*. Petrarch. Cant. XLI. *In darno tendi l'arco, à voto scocchi*, Quod ad sclopeta translatum, quoties rotula silice ignem excussura remittitur: vulgo *Scroccare*. Germani *An hangcen*, quasi *exuncare*.

Cocca etiam, & *coccarola* ferrum leuiter inflexum dicitur, quod fusi superiori parti inducitur retinendo filo, ne dum torquetur fusus, elabatur. Vncus fuso additus. Et quia *Cocca* est vncus, siue pars vnca, vel vncinata: inde *Accoccare*, pro stringere, siue vnco apprehendere. Dant. Inf. XXI. *E chinauan li raffi* (vncos) *e voi chel tocchi Diceuan l'vn con l'altro in sul groppone? E rispondean, si sa, che glie l'accocchi*: idest, vnco rapias. Galli *Croch*, & *crochet*, vncum

cum appellant: *accrocher*, vnco stringere.

Translatè *accocare*, aliquem captare, & deludere; & *Coccare* Simiæ dicuntur, cum ringentes minitantur, dentibus, veluti vnco apprehensuræ. Vnde *Accocare*, pro subsannare, dictum esse Lexici Etrusci auctor rectè censet. Ex bestiæ rictu, & distortis labiis.

Ceterum *Cocca* etiam pro sagitta accipitur, ex parte totum. Dant. Inf. XVII. *Si dileguò, come da corda cocca*. Hinc pharetra *Cocare* apud vetus Glossarium Lipsij Epist. 44. quasi *Coccarium*, Qui subiicit, Sed nobis *Koker* pro theca sagittaria, aut aliâ, ad nouellos Græcos abiit Κούκερον.

Cocca item pro natura muliebri, quod à *Concha* deductum. Plaut. Rud. seruus ad Venerem ait. *Te ex concha natam esse autumant: caue tu harum conchas spernas*. Quod Lipsio obseruatum in epistol. quæst. Conchæ enim Veneriæ virginali, siue feminali glabro consimiles. Plin. IX. 33. *Nauigant ex his Veneriæ, præbentesque concauam sui partem, & auræ opponentes per summa aquorum velificant*.

Ceterùm quod ad *Concham*, & *Coccam* attinet, fallitur Coaruvias, qui putat *Cocote*, & *cogote*, quod Hispanis est occiput factum esse ex *Cocca*, quæ vox antiqua significet Caput. Est enim contractum ex Occiput, *Occoput*, *Occopote*, *cocotte*, sicut ab eodem Itali *Coppa* fecerunt, *Occopote*, *Coppa*.

COCCHIO. Rhedæ species. Menag. in Originibus Gallicis putat esse vocem Hungaricã Kotczq. Eorum enim inuentum esse. Sed in Italicis Latinam censet, à vehiculum, quod longius petitum est. A cubando dictum videtur. *Cubile*, *cubitum*, *cocchio*. Germ. *Cotsch*. Qualia carpenta oblonga, in quibus veterum lecticarum more, porrecto corpore iacere, & cubare possunt. Nam Galli *coucher* cubare, & *Couche*, Cubile. *Accoucher d'enfant*, parere, & puerpera cubante. Et *cochon* Hispanis, porculus à partu recens, & *coche* scrofa à cubando. Itali *Cocchetta* lecti plicatilis itinerarii genus. Coaruvias de Hispanico *Coche* idem sentit, additque quibusdam videri *Coche*, quasi *Carroche*: *carozza*. Sed hoc vt dictum est, à *Carruca*. Cerda Aduers. CXXV. 12. à *Cifio*, vel à *concha*, ineptè.

COCCHIVME. Ligneum doliorum obturamentum, qua parte vinum infunditur. Veneti *Coccone*, Insubres *calcone*. Quòd rotundum, & aliquando instar cochleæ factum (*fatto à vida*) quo firmius infereretur. Vel, simpliciùs à calcando, *calcone*, *coccone*. Menag. ab *Occludumen*, *occhiume*, *cocchiume*. Salmas. ad Tertul. de pallio pag. 188. *Artifices hodierni cocconem vocant modum illum volubilem quo inuoluitur bombyx*. Græci κουκούλιον, *quasi paruum* κουκίον: *ita enim aut* κουκούλιον *dicunt quasi paruam thecam*. Forte igitur ab eius similitudine obturamenta dicta: sunt enim ferme in oblongum rotunda.

Sicut ab eadem similitudine Veneti, fœminarum capillum retro in spiram conuolutum, neque infertas compactum, *Coccone* appellant.

Cocchiume etiam ipsum dolii foramen, quà vinum infunditur. Crescent. IV. 40. *Traendo di sotto per la spina fecciaia, e ponendo di sopra per lo cocchiume*. Insubres. *Bondone*, à Germanico *Pundte*. Galli. *Pondon*.

COCCIA. *Coccio*, *Guscio*. Putamen, testa. Coccum Græcè granum. *Coccium*, & *coccia* grani folliculus, atque integumentum. Translatum inde ad nuces, amygdalas, oua, & id genus, quæ putamine, siue testa clauduntur. Quãquam verisimilius videtur à cochleis, aut *conchilijs*, vt sit *cochlitium*, testa, siue cochleæ integumentum *Coccio*, *Guscio*, idque nomen folliculis, ac putaminibus aptatum. Galli. *Coquille de noix*, *Coquille de oeufs*: *guscio di noce*, *guscio d'oua*. Cresc. L. V. 23. *In vna filiqua, ouer guscio produce i suoi frutti*.

Ex quo testarum, & figlinorum fragmenta Etruscis *Cocci* dicuntur. Etiam *Coccia* pustula, siue tuberculum, quod folliculi instar tendatur.

Hispanis siliqua, *Cascara*, & *Cascaron* dicitur. *Cusculium*, vnde etiam *Guscio* deriuari potest.

COCCOLE. Baccæ, bacculæ, lauri, cupressi, myrti, hederæ, & aliorum fruticum, Glos. Κόκκος, *bacca*, *hoc granum*. Item pro nucibus, auellanis, pineis, & id genus. Inde *Coccolare* infantibus blandiri, & plorantes huiusmodi bellarijs placare.

COCCVZZA. Cucurbita, *cucubitia*, *cocuzza*, & per metathesim, *Zucca*. Galli *Courge*. Monosinius tamen à Græco Συκύα, *Sycia*, *zucca*. Translatè pro capite. Dant. Inf. XVIII. *Et egli all'hor battendosi la zucca*. *Cocuzzolo*, & *guccolo*, capitis vertex. Propriè tamen *zucca* pro capite pilis denudato, vt sit illud Petronianum. *At nunc leuior are, vel rotundo Horti tubere*. Etrusci *zucconare*, pro caput tondere. *Zuccone* pro magno capite, & fatuo. *Zuccotto*, galea. *Mal mazucco* pro phrenesi, & morbis caput lædentibus. *Mazzuccare*, caput solido impingere. Hispanis cucurbita *Calabaça* dicitur. Coaruvias à cucurbita formatum credit aptius à Græco Κολοκύνθη. *Colocyntha*.

CODARDO. Ignauus, meticulosus. A cauda, vt Siluius in Isagoge. Quia post principia lateat, & in extrema acie, quæ veluti cauda agminis est. Villan. IX. 53. *Per non hauere i nemici alla coda*. Alii quod caudam more canum

ignobilium demissam, ac cruribus interceptam trahat, Vnde *Codiare*, latenter, & post tergum aliquem obseruare, & quò pergat, quidue agat explorare; nam *Codione*, & *Codrione* tergum appellant, & corporis partes posteriores, vnde de brutis cauda pendet,

COGOMA. Vas æneum, calefaciendæ aquæ, *Cucuma*, à Græco, Καυκάμη, non quod instar cucumeris sit. Petron. *Cucumam foco apposuit*, Tonsores ita nunc appellant æneum vas calefaciendæ aquæ ad molliendos pilos. Huc allusit Martial. L. x. 79. *Torquatus nitidas, vario de marmore thermas Exstruxit, cucumam fecit Otacilius*. Lexicographi ineptè *cucumam*, exiguum tuguriolum interpretantur. Sententia poetæ est, Cum non posset Otacilius balneum ædificare, vt Torquatus, satis habuit cucumam, ad aquam calefaciendam parare, Vereor etiamne Budæus falsus sit, cum cucumam genus baculi ferrati, nullius scriptoris auctoritate, esse contendit ad Leg. Iuliam de Sicarijs, *Sed & si claua percusserit, aut cucuma in rixa, quamuis ferro percusserit, tamen non occidendi animo, leniendam eius pœnam*. Ibi enim cucuma est vas illud, de quo diximus: potest enim quis in rixa æneam cucumam, aut ferream in caput alterius impingere, ac vulnerare,

COCOLLA. *Cogolla*. Vestis Monachorum, Vox inferioris æui, pro cucullo, in quem Salse ludit poeta Scotus, quod barbari homines vestimentum masculum in fœminam redegerint. Vos. Lib. 11. de vit. serm. cap. 7. putat hoc factum, vt vestis monachalis terminatione distingueretur à ceteris cucullis. Sed veterum cucullus capitis tantum integumentum erat, idque lacernis, ac pœnulis addi solitum alias docuimus. Quare cucullam dictam credimus contractè, pro veste cucullata siue cucullum habente, licet hodie forma sit immutata; est enim vestis monachorum exterior clausa laxa, striata, & prolixe manicata. Qualis autem veterum monachorum fuerit, docebit vir nunquam satis laudatus, Archiepiscopus à Nuce, in Chronico Cassinensi, qui eius figuram expressit,

Dictio tamen non solum D. Hieronymo recepta, sed & auctori Glossarij. Καρακάλλιον. *Cuculla*. Et Isidor. Glos. *Lucerna, genus cuculla*, lege. *Lacerna*.

Cogolaria, genus retis apud Cresc. x. 35. quod lato ore paulatim in angustum desinit, qualis veterum cucullus,

CODAZZA. Vulgus Insubrum sertas capillorum muliebrium, *coazze* appellat, à similitudine caudæ equinarum, quæ in nodos, ac spiras nectuntur. Politiores, *trezze* dicunt, Vide.

CODENI. Saxa Veneti vocant. *Cautes, cotes, cotena, codeni*. Glos. Isidori, *Cantumnia, Citena*, Vulcanius *Lautumia, citana*; sed ordo literarum repugnat: C enim initialis est, non L, legerim. *Cautumia, codana*, vel *cadana*. Loca vbi cautes, siue cotes cædebantur, vt sint Græcorum latumiæ.

COFFONI, *Scoffoni*. Pedules lanei, *Vdones*, & *cudones*. Gl. Ἐμπίλιον *Vdo*. Quod, vt Vulcanius, est genus calceamēti, vel soccus ex lana coagmentata, siue constipata factus. Martial. L. xiv. *Vdones cilicij, Non hos lana dedit, sed olentis barba mariti*. Impilia autem, & à Plinio, & ab Vlpiano vocantur, Ἐμπίλιον ἀπὸ τοῦ πιλεῖν, quod est cogere, & constipare; vnde & πῖλος, pileus dictus,

Ergò *Vdo*, tam capitis, quam pedum integumentum. Glos. *Cudo*, εἶδος περικεφαλαίας, quod vtrumque ex lana coacta fiebat, siue de genere coactiliorum erat. *Cudo* autem à cudendo, vt Salmas. Hist. Aug. *Cudere* enim est ferire, & tundere, quod tundendo, & feriendo, ex pilis coactis, & conciliatis quasi cuderentur. *Cudones, cuffoni*, & *scoffoni*, & *scaffini*. Quanquam hoc etiam à *scarpini*, de quibus vide in *scarpa*. Malo enim hoc, quam à *sculponeis* deducere; non solum quia Nonius, & Fulgentius, cæstus plumbo ligatos interpretantur; sed quia etiamsi Cato, & Plautus, pro calceamentis rusticis accipiant, nequaquam ex lana compositos huiusmodi calceos illud indicat, quod ait Plaut. *Qui quaso potius, quam sculponeas, Quibus batuatur tibi os senex nequissime?* Quomodo enim os laneis pedulibus batueretur? Quin potius peronibus interdum eleuatis.

COGLIERE. *Corre*. Legere, *colligere* fructus, carpere, seligere. *Colto, raccolto*. *Colta* pro collecta, ac tributo, quod viritim colligitur, Villan. L. vii. *Pagando quelle colte, e doane che sono vsate*. *Raccolto*, messis, frugum collectio.

Interdum pro capere. Dant. Inf. xxii. *La Nauarese ben su tempo colse*. Alibi. *Se ma' nell' Alpi lo colse la nebbia*. Cepit, deprehendit. Boccat. 44. *Ch' el giorno è venuto, & hammi qui colto*. Oppressit, deprehendit. Vnde *Colto in flagranti*, deprehensus.

COGNO. Vini mensura, Villan. 11. 99. *Che di vendemmia valse il Cogno del communal vino Fiorini sei d'oro*. *Culeus*, qui viginti amphoras capiebat, apud Etruscos, *dieci barili*, vt hæc mensura duarum amphorarum capax sit. At *Congius* minor mensura fuit.

COGOLI. Veneti lapides vocant, *Calices, calces, caliculi, calculi, Cogoli*. Licet etiam pro paulo grandioribus lapidibus. Glos. *Silices*. Κάχληκες. Et. Κάχληκες ἐν ταῖς οἰκοδομαῖς ἐπιτήδειοι μικροὶ λίθοι, De quibus Salmas. ad Solin. p. 378.

378. Galli. *Galets*, quod frustrà ab Hebræo arcessunt. *Calculi, calsecculi, Galess*.

COLA. *Far da Cola*, Gesticulari, & pantomimorum ritu, saltu, gestuque, corporis flexu aliquid exprimere. *Cola*, persona sceniea, ex *Nicola*, *Cola da Rienzi*, Nicolaus Laurentius, nomen Neapolitanis frequens. Cum igitur gens ea super ceteras, Chironomos, & gesticulatrix sit, in scenam *Cola* Neapolitanus inductus, vt miles gloriosus, Hispanus, Venetus Pantaleo, Sannio Bergomensis. Vnde *far da Cola*, alacri gestieulatione, brachiorum flexu, & iactatu, fabulam desaltare. *Colazone*, instrumentum musicum bichorde.

COLA. Illuc. V. *Là*.

COLARE. Liquare, defæcare, à *Colo*, vt saccare, à sacco. *Scolatoio*, Colatorium. Incile, *Colo del Torchio*, Colum, & qualus. *Corletto*, Cribrum setaceum, vel æneum, vnde pulticulæ liquantur: *Colum, coluletum, corletto*. Tale veterum colum, quo vina niui superfusa liquando refrigerabantur, ex ære, aut argento. *Colum ninarium*. Saccus autem ex lino, & pauperiorum; vt hodie sacculis vina, quò dulciora sint stillatim transfunduntur, siue vt veteres dixêre, saccantur. Vnde *colare*, pro guttatim stillare. Boccat. Lab. 132. *Niuno vecchio bauoso, à cui colino gl'occhi, e tremino le mani*.

COLISEO. Romanum Amphitheatrum, nunc ruinis conspicuum; à vicinitate Colossi Neroniani, qui damnatis eius Principis sceleribus, postea Soli dicatus est. *Colosseo, Coliseo*. Quam vocem non esse nuperam ostendit Seriuerius ad Martialem, ex Anastasio, in Stephano IV. *Postmodum vero quidam iniqui Campani, Gratilem. Tribunum ex ipsa custodia auferentes, & deportantes, quasi in monasterium, dum ad Colosseum venissent, illic eius oculos eruerunt, & linguam abstulerunt*.

COLLA. Gluten, à Græco κόλλα. *Protocollo*, Prima scheda voluminis agglutinata. Sicut *Eschatocollion*, vltima.

COLLA etiam Etruscis dicitur funis, quo suspensi rei in quæstione, reuinctis post terga manibus, quassantur, & torquentur. Vel à *chorda*, vel vt alii, à Græco χαλάζειν, quod est tormentis, & quæstioni subiicere. Sed *Collare*, apud eosdem, significat tollere, ac demittere. Bocc. Nou. XV. *Delibereorno di legarlo alla fune, e di collarlo nel pozzo*. Giordan. Saluiati. *Benefici continui, che ne fà Dio, tutti sono funi, e taglie, e per collarti in Cielo*. Quod fit in tormento funali: nam in sublime rapti demittuntur.

Quò fit vt à *Calare*, quod est demittere, vel ab *Oscillare* factum putem, de quo diximus in *Biscolare*. Nam oscillationis species, cum transuersæ suspensæ trabi hinc inde insidentes, alternis eleuantur, & deprimuntur. *Oscillare*, *biscolare*, *collare*. Quod verum existimo. Neque enim *Colla*, prout funem significat, à *collo* dicta est: Funis enim brachijs, non collo in quæstione aptatur.

COLLARE. Veteribus vinculi genus, quo colla canum adstringuntur, qui & *Millus*. Item vinculum ferreum stringendæ ceruiei. *Boia*. Plaut. Captiu. *Hoc quidem haud molestum 'st iam quod collus, collaria caret*. Nunc pro linteo, quod virorum, ac fœminarum ceruici nectitur, acuque pictum, ex tenuissima carbaso, cirris, limbisque, ac pinnulis variegatur. *Collare, collarino*.

Colletto etiam, tum linteum velamen, quod mulierum collo, atque humeris circumponitur, Veneti *Velo, & pezza da spalle*, tum thorax, ex corio manicis carens, quem *colobium* dici posse putant; quia veterũ *colobia*, tunicæ erant, breuibus manicis, & ad cubitum modo pertinentibus.

COLLATERALE. Vicinus, affinis, *à latere*. Item Quæstor, erogandis militaribus stipendiis impositus: quasi à latere Principis. Vox dignitatis.

COLLATIONE. Ientaculum, à conferendo dictum; quod pueri in scholis, vel alibi in vnum conferre consueuerint, quicquid ad ientandum acceperũt. Ex quo pariter leuis cibus, & frugalis qui die ieiunij vespere sumitur, idem nomen sortitus est. Quia collatio propriè est veterum *symbola*, siue *symbolum*, cœna in quam quisque suam partem conferebat. Vt *de symbolis esse*, apud Comicum, *& symbolorum collatores*, apud alterum. Quam cœnam, Græcè ἔρανον, fuisse frugalem, & minime sumptuosam docuit Eustathius, ex illo Homeri. *Quod epulum, quæ turba, an splendidum conuiuium*: ἐπεὶ οὐκ ἔρανος τάδε γ' ἐστίν. *Quoniam non eranus, sive symbolum hæc sunt*. Ex quo breuis illa cœnula, & sicca, per ieiunij diem, *Collatione* dicta est, siue symbola.

COLLINA. A Colle. *Loca collina*: vt *montagna, loca montana, campagna, loca campana*, & *campania*. Regio Collina, & Porta Romæ, & vinum Collinum.

COLONELLO. Tribunus. Quod veluti exercitus columen fit. *Columella*. Donat. Phor. act. 1. 1. *Columen, culmen, an columen, columna? Vnde Columella apud veteres, dicti serui maiores domus*. Lucil. XXII. *Seruus neque infidus Domino, neque inutilis quoiquam. Lucilli Columella, hic situs, Metrophanes*.

COLLOTOLA. Ceruix. Pars concaua inter collum, & occiput. Comment. Dant. Inf. XXV. *E dice che in su le spalle di dietro della Collottola gli era vn dragone*.

COL.

COLMARE. Ad summum explere, siue in cumulum aggerare. *Cumulare. Colmo*, mensura frumenti, non diruta, siue rutro minime æquata. Nam *colmo*, & *rasa*, à radendo, opponuntur. Festus. *Auctarium dicebant antiqui, quod supra mensuram, vel pondus iustum adijciebatur, vt cumulus vocatur in medio*. Hinc *cochlear cumulatum, & ligula cumulata* apud Columellam, & Scribonium. Glos. *Cumulatum*, μεστὸν, ὑπέρμεστον.

COLMEGNA. *Comignolo. Columen.* Vitru. IV. 2. *Si maiora spatia sunt, columen in summo fastigio culminis*. Proprie, vt ait Barbarus, trabs illa, quæ per longum in summitate culminis ponitur, à qua producuntur omnia tecti ligamenta, quemadmodum à spina piscium maiori, reliquæ omnes proficiscuntur. *Columen, Columinium, Colmigno*, & *Comignolo, Colominiculum*. Cresc. X. 17. *Quando si chiudono insieme in alto, si congiungono à modo di vn Comignolo di casa.*

COLPO. Ictus. *Colpire* ferire. Formulæ Vet. XXIX. *Cum armis suis super me venit, & colpus super me misit*. Lex Salica apud Bignonum tit. XIX. *Si quis ingenuus ingenuum fuste percusserit, & tamen sanguis non exierit vsque ad tres colpos*. Siluius à κόπτω, tundo, scindo, percutio. Item Voss. L. II. 15. *Pro colpus ictus contusio, vulnus, à colpus, quod à Gallico* Coup.

Verum, quia *colpire* proprie est collimare, & scopum tangere: item *fare vn bel colpo*, credo, à scopo factum esse, *scopare, scolpire, colpire, colpo*. Inde, quia etiam scopum ferire dicitur & *tirare vn colpo*, pro ictu, & percussione eam vocem vsurpatam. Priorem tamen notationem haud respuerim. Alii *colpo* à colapho. Sed non omnis ictus colaphus est, nec ferme à colapho sanguis exit. Neque apte dixeris, *colpire nel segno*, colaphizare.

COLTRE. *Culcita*. Vulgo culcitra. Proprie lectus pluma, aut tomento fartus. Varro de L. L. IV *Posteaquam transierunt ad culcitas, quod in ea stegum* (Scalig. acum, idest paleam) *aut tomentum, aliudve quid calcabant, ab inculcando culcita dicta*. Festus. *Culcita, quod tomento inculcatur appellata*. Iuvenal. *Tertia ne vacuo cessaret culcita lecto*.

Deinde pro stragula, siue lodice, sed gossypio farta. Dant. Inf. XXIV. *Che seggendo in piuma, In fama non si vien, ne sotto coltre*. Vita Nicol. Rentij. p. 267. *Poi se mise in capo vna coltra de letto*. Infra. *Leuolli quello piumaccio de capo*. Paulo post. *Non volse morir con la coltra in capo*.

Coltrice pro culcita. Seneca Epist. *Attalo solea lodare la coltrice dura. Cotale l'vso anchor io così vecchio come sono*. Coltricetta. Boccac. XIII. *Io vi ci posso chetamente vna coltricetta, e dormirauuisi*.

COLVI. V. *Lui*.

COMBA. Crypta, locus subterraneus à *Gumba*. Isidor. Glossar. *Gumba, cuneus, cripa*. Vbi *crypta* legendum docti viderunt: sed non animaduerterunt, pro *Cuneus* legendum esse *cuniculus*. Romæ *Catacumba*, martyrum exuuijs sacratæ. *Gumba* autem à *Guba*, & *Cuba*. Hieron. in vita Pauli Herem. *Alter clausus in cisterna veteri, quam gentili sermone Syri* Cubam *vocant, quinque caricis per singulos dies sustentabatur*. Alii *Gubam* legunt, quod idem est. Nam vt Voss. ait Syris *Gebe*, notat lacum, stagnum, cisternam. Vnde Macedonius, quod staret in fossa profunda dictus est *Gubba*, vt est apud Theodoret. Philothei L. I, 131.

COMBATTERE. V. *Battere*.

COMBIATO. *Commiato*. Commeatus, abeundi potestas. Liu. L. XXIII. *Magna pars fine commeatibus dilabebatur*. Item *Congedo*, quod aptius, à *Concedo*, qua voce facultas abeundi, vel aliquid faciendi permittitur; quod magis placet, quia apud Menagium, in Appendice reperi idem Doctissimo Carolo Dato placere: nam in antiquissimo codice Filocopi Lib. II. legi *concedo*, pro *congedo*. Dubitat tamen ille; quia apud Villanum *Cangio* pro eodem, sed vt Menagius hoc contractum ex *Congedo*, Verba Villani sunt. *E diedono Congio à tutti gl' Alemanni*.

COMBINARE. *Compinare*, in legendo literas iungere, siue vna syllabas facere, & binare. Glos. *Combinat* ζωγρεῖ, *coniugat, & sub curru iungit*. Vnde *Combinatores*, desultores dicti, qui iunctis equis ab altero in alterum corpus transmittebant, vt Scalig. in Manil. pag. 391. *Combinare* deinde ad literas translatum, cum pueri prima elementa discunt. Etrusci *Compitare*, quæ vox olim pro *Computare*, capiebatur. *Compitare* autem opponitur illud, quod est: rsim legere. Id Etrusci dicunt, *de Ritibo*, vt Lexicon Etruscum explicat, *de rileuo*; quia integræ voces, non syllabatim redduntur. Veneti, *leuar le parole*. Insubres *legere à percorrendo*, hoc est non ad singulas syllabas subsistendo, i.e. percurrendo.

Iidem Etrusci, *Combina* corium appellant, quod virgas, quibus frumentum excutitur, connectit, siue combinat. Boccat. LXXXI. *Non t'esca di mente di dir loro, che m'arrechino quelle Combine per li correggiati miei*. Ira enim virgas illas appellant, quia corrigia nectuntur.

COME. Quomodo, *Como*, Come. Vt Cels. Citadinus, *Comunque*, Quomodocunque.

COMINCIARE. Incipere. *Initiare, comminitiare*, vt Coaruvias. Glos. Ἄρχομαι, capto, ini-

initio. Seruius. *Secunda est inchoatiua, quæ aliquid nos initiare ostendit.* Dant. Purg. xv i. *Il Cielo i vostri mouimenti inizia.* Erempert. Chiron. *Beneuentum depopulari initiarunt.* Insubres, *Inzare*, delibare, ac morsu decerpere, frangere. *Inzo* delibatum, ac morsu fractum. A quo *Nizzo*: nam poma demorsa liuescunt. Translatè, pallescentes, præcipuè lapsis genis *Nizzas* iidem dicunt. Vel à vietus, *vizzo, nizzo*. V. *Nizzo*.

COMMISSVRA. Compages. Cum aliquid committitur, siue coniungitur. Glos. *Commissura.* Συμβολὴ λίθου, ἢ ξύλου.

COMPAGNO. Socius, sodalis, conuictor, eodem pane viuens. Vt Siluius Isag. p.13. Lipsius tamen Cent. ad Belg ep.44. *Combinones*, compagnoni. Illud tamen verius. Sic Græcis Συσσίτιον, est contubernium, & hominum eadem quadra viuentium cœtus: vt Casaub. ad Athen. cap. v. Eiusdem consortes Charondas in Legibus suis ὁμοσιπύους appellat: Epimenides Cretensis ὁμοκάπους, ex eadem arca panaria viuentes: Pithagoras κοινόβιος. Itali *Camerata*, eodem cœnaculo, & contubernio degentes. Etiam *Concibum* dixerunt. Glos. σύσσιτος, *Concibus*, Συντροφος, *Concibus*, *Conlactaneus.*

COMPANATICO. Obsonium, quicquid cum pane editur, quod Latini pulmentarium dixerunt; cum antiquissimo tempore puls pro pane esset, omne illud, quod cum pulte sumebatur pulmentarium dictum. Glos. *Pulmentarium* προσφάγιον.

COMPADRE. *Compare*. Compater, qui e sacro fonte suscipit: sponsor fidei Tertulliano dictus. Veneti *Santolo*, sanctus pater, vel sacer parens. Insubres *Guidazzo*, vades, vadator, id est sponsor.

COMPASSO. Circinus; quia circum, siue in orbem panditur. Germani *Compassz*.

COMPENSARE, rependere, æqualiter pendere. Insubres pro parcere, siue parsimoniam adhibere. Vnde pueros Liguritores, qui plus obsonii, quam panis vorant, hortantur *Compesare*, idest tantundem panis, & pulmentarii sumere.

COMPIRE. *Compiere*, perficere, complere. *Complimento*, honorificis verbis humanitatis officium implere. *Compiuto*, & *compito*, vir perfectæ elegantiæ, & absolutæ humanitatis, qui omnes vrbanitatis numeros implet.

COMPONERSI. Dicitur, cum inimici conueniunt, & illi qui læsus est pecunia satis fit. Vox in legib. Longobard. frequens. Compositio pecuniaria. *Componat in solidos.*

COMPIGLIO. *Copiglio*. Alueare, apum receptaculum. *Cubile*, vel *Cupile*, *cupelium*, *compiglio*, quod instar cupæ, siue dolioli sit. Crescent. v. 31: *Si fanno cobigli, secchie, mine, & al* Hic sunt mensuræ, quas rustici *Coppe*, & *Coppi* appellant, ab eadem dolioli similitudine. Quibus Græca arrident, à κυψέλη. Glos. κυψέλη μελισσῶν. *Fauus, aluearium.*

COMPVTO. V. *Contare.*

CONCIARE. V. *Acconciare.* Non à *Comere*, sed à *concinnare*. *Concimare* autem, pro arua stercorare, non est à concinnando, sed quod *Cima*, idest summitas, & superficies telluris lætamine cooperitur. Sicut *Cimare i panni*, est summitatem demere, siue pilorum superficiem attondere.

CONCIOSIA COSA CHE. Verbum sesquipedale, sine quo sibi aliqui elegantes nō videntur, *Cum hoc sit causa quod.*

CONFALONE. Vexillum. Voss. de vit. serm. L.1. c.4. duplicem vocis *Fano*, siue *Fanon* explicationem affert: nam & linteolum significare, siue sudarium, & vestem sacerdotalem. Hæc tamen nihil aliud fuit, quam linteolum, mappula, siue mantile, quem nunc manipulum appellant, & sinistro brachio sacrificantis alligatur, licet Zosimus Papa pallium appellet.

Quicquid sit, Vossius vocis originem trahit à Saxonico *Fan*, siue *Phan*, vel *Ban*, aut *Pan*, quæ à Latino *Pansum*, siue *expansum*, vt supra diximus. Vnde vox illa Germanis *Fane*, Belgis *Vene*, nec alia, *banniere*, & *bendel* origo. Ex quo *Vanleben* feuda vexillaria, quæ vexilli traditione conferebantur, vt idem monet.

Fanon igitur vexillum, ex quo *Confanones*, & *Gonfalones*, vt ait Panuinius, Veronæ lintea mina serica, & depicta, deque hastis pendentia dicuntur, Patauij *Penelli*, quæ vox conflata, ex *Fanulo*, *Fanello*, *Penello*. Hispan. *Pendon* à pendendo, siue, quod pandantur.

Ceterùm Mediolani *Confanoniorum*, siue *Confaloneriorum* gens nobilissima inde appellata, quod vetere instituto, Archiepiscopo Vrbem ineunti, vexillum præferant, & vmbellam in pompa suspendant. *Gunt fannonarius* in Capitul. Caroli Calui appellatur.

Gonfaloniere di S. Chiesa, supremus vexillifer. Item Florentiæ summus olim Magistratus, cui Vexilli publici custodia demandata.

CONFETTI. *Confetture*. Amygdalæ, pistacia, nuclei pinei, Coriandri semina, & id genus, sacharo condita, siue *confecta*: quæ propriè loquendo sunt *Hypotrimmata*, sallamenta. Glos. *Confecta.* Κατηρτισμένα. Vox inde ad sacchari, & aliarum specierum conditura translata.

CONFETTORI. Pellium concinnatores, & infectores. Nam vt Salmas. ad Histor. Aug. *Insicere*, quod tingere significat, secundum communo est.

est, quod facere, & conficere. Infectum enim, tum quod non factum, quam quod factum est, significat. Et *confectum*, pro perfectum. Coriarii enim alutam subigebant, tingebant alumine, & galla, & tunc corium perfectum dicebatur, idest subactum, & tinctum.

CONFINARE. Deportare, intra certos fines relegare.

CONFORTARE. Solari, confirmare, corroborare, hortari, vt fortiter calamitates ferat fortem reddere. Glos. *Confortat*, Ζωοχυρίζεται. Abbo de Obsid. Paris. *Confortando fatigatis vires reuocabat*. Nam vis, vulgo *Forza*.

CONGEDO. V. *Combiato*.

CONIARE. Nummos cudere, signare, siue nota ferire. Lexicon Etruscum ab εἰκονίζω, figuram imprimere, & veluti *Iconiare*; & *Conio* Iconium. Sed est à ferro, quo nota imprimitur, quod instar cunei, vt in vetere nummo Carisij videre est. *Cuneus*, *Cuneare*. Idem instrumentum *Torsello*, & *Punzone* dicitur, quod thyrsum, siue caulem fruticum referat, & in acutum desinat. Galli *Poinzon*, vt Menagius, qui pariter à *cuneo* deducit, affertque ex Spelmanno verba Dosmid. tit. Vincecestri. *Quando moneta vertebatur, quisque monetarius dabat decem solidos ad Londinum, pro cuneis moneta accipiendis*. Dant. Inf. xxx. *S'io dissi il falso, e tu falsasti il Conio*. Pro ipsa pecunia. Inf. XVIII. *Ruffian, qui non son femine da conio*. Minime venales. Landin. *Da pecunia, la qual si conia*. Par. XIX. *Et altri ancor che sono assai più poreti, Pagando di moneta senza conio*.

CONOCCHIA. Colus. Vols. de vit. Serm. L. II. 4. ex Glossario Lindebrochii. *Colus chunkula*, putat contractum ex *conucula*, hoc ex colu, *colucula*, parua colu. Gallice *Quenouille*. Quem sequitur Menagius.

Sed cur non ex *canna*, *cannucula*; *cannucla*, *cannocchia*? Nam ferme colus ex harundine fit. Itali etiam *Rocca*, appellant, *O*, stricte pronunciato, hoc verè, à *colucula*, *roucula*, *roccola*, *rocca*.

Etrusceis *Conocchia*, pro penso, siue lanæ, aut lini paniculo (*pennecchio*). Dant. Purg. XXI. *Mà perche lei, che dì, e notte fila, Non li haueua tratto ancora la conocchia*. Interpres. *Quella parte del pennecchio, e della roccata*. Quasi *Connechiata*. Vnde *inconnocchiare*, & *sconnocchiare*, pensum colui inuoluere, aut detrahere. Alii à *cono*, siue *coni* figura, acutè magis quam verè.

CONQVIDERE. *Conquiso*. Conquassare, conterere. Dant. Purg. XXIII. *Ciò che l'aspetto in se haueua conquiso*. Interp. *Conquiso, cioè guasto*. Vel à concutere, *conquiso*, concussus, vel contusus.

CONQVISTARE. Acquirere, Imperio adiicere. Conquirere, *conquisitare*, *conquistare*. Vnde Guilielmus Nothus, Britannia deuicta, *Conquestoris* nomen accepit. Vt Voss. L. IV. 4.

CONTADO. V. *Conte*.

CONTARE. Numerare. *Computare*, *Conto*, Computum. *Contanti*. Pecunia in numerato. Argentum enim computans pro computato. *Fare i conti* rationem putare: *dar conto*, reddere. *Conti netti*, Græcis καθαρὰ ψῆφος. Ratio putata, & perfecta. *Tener conto*, habere in pretio. Inde *Contare*, & *raccontare*, referre, nunciare, narrare. Dant. Inf. XIV. *Tu'l vederai, però qui non si conta*. Hist. Pistorij p. 166. *Qui dice lo conto*. Narratio. Et *cose conte*, pro notis, & exploratis apud Dantem. Sicut, *parole conte*, verba clara, & aperta. V. *Ragguagliare*.

CONTE. Comes, *Comite*, *Conte*. Iunius ad Codinum obseruat, comitem proprie esse, qui cum altero est, eumque adiuuat. Ac propterea, cum omnes in Aula Imperatori obsequantur, & sequantur eum, omnes in Aula Comites dictos esse: vnde officium *Comitianum*, & curam, atque dignitatem, *Comitiuam*, Imperatoris respectu. *Comites* vero propriè, Præfectos, Magistros dictos. Exempli causa. Comes Consistorianus, Comes Domesticarum, Comites priuatarum, Comes sacrarum largitionũ, Comes Stabuli, &c.

Quanquam autem Comites in prouincias missi, Præsidis, ac Iudicis potestate, non amplius Principem comitarentur; vetus tamen nomen retinuerunt, eosque pari dignitate cum *Grauijs*, siue *Graphionibus* fuisse docet Voss. de vit. serm. L. II. 8. vt qui Theutonico vocabulo forent *Grauij*, ab elegantioribus hominibus Latino vocabulo *Comites* dicerentur. Auent. L. VII. *Quos nos Graphios, literatores Comites appellant*.

De Comitibus multa egregie Bignonius ad Marculf. L. I. 8. Inter cetera, singulis ciuitatibus Comites præfuisse, quorum potestas iisdẽ, quibus Episcopi finibus distincta erat. Greg. Turon. L. VI. 41. *Misitque ad Duces, & Comites ciuitatum nuncios, vt muros componerent Vrbium*. Addit eosdẽ *Iudices* appellatos. Fuisse autem ad tempus, comprobat, ex verbis illis apud Scriptores, *Ex Præfecto, ex Comite, ex Duce, ex Vicario*. Postremò Duces, Comitibus honore, ac potestate superiores fuisse, pluresque Comitatus, & Comites eorum curæ commissos.

Ab his igitur ager, & territorium, in quo ius reddebant, *Comitatus dictus*. *Contado*. Math. Villan. L. I. 73. *Come i Fiorentini comperarono Prato, e recorono à lor Contado*. Et infra. *Recò la terra e Contado à Contado di Firenze*. Pagani

gâni, autem, ac rustici, *Contadini*, quasi *Comitatenses*, aut *Comitatini*. Stat. Patau. *Vltra Comitatinos Paduani districtus*.

Ceterum Comitibus Vicarij fuerunt, vt ex Hincmari Epistola patet. cap. 3. *Et Regum Comites in ciuitatibus suis, & Comitum Vicarij in plebibus*. Qui & *Vicecomites*, & *Vicedomini* dicti sunt. Vnde Gens Vicecomitum Italiæ vetustissima, ac nobilissima cognomentum adepta est. Quam tamen à Desiderio Longobardorum Rege, nusquam interrupta serie originem duxisse, gentis eiusdem lumen longe clarissimum Marchio Vercellinus Maria, irrefragabili veterum monumentorum fide nuper ostendit.

CONTEGNO. Aspectus, vel argumentum, quod continet. Dant. Inf. XVII. *In vna borsa gialla vidi alcuno, Che di Leon haueа faccia, & contegno*. Vt Fulgent. de *continentia Virgiliana*, etiam *Contenementum*, pro habitu gestuque. Galli. *Contenance* quam Budæus in Pand. pag. 176. palæstram vocat: decentiam nempe illam, quam status, motus, flexusque corporis, ac omnes omnino habitus, venustatem quandam, leporemque præseferunt. Vnde *Contegno*, quædam affectata grauitas, ac verecundia. Boccat. LXXII. *Et ella cotal saluatichetta, facendo vista non auuedersene, se n'andaua per oltre in contegno*.

CONTESTABILE. Summus militiæ Dux, & Magister. *Comes stabuli*. Vt Turnebus Lib. XXVIII. 2. Cum apud Ammianum, Tribunus Stabuli legatur. Codino. κοντοςαῦλος. *Magnus Contostaulus, & caput Francorum stipendia facientium*. Iunius ibi, de origine huius vocis, & significatione ambigi, obseruat. Aliqui .n. putant, hoc nomen corrupte dici pro eo, quod est *Comes stabuli*, vt Imperatores vocant in Lege vnica Cod. de Comitibus, & Tribunis scholarum: Galli, *Gran Maistre d hostel*. Alii stabulum pro Equili accipientes, *Comitem stabuli* interpretantur duobus modis, pro eo, qui præest omnibus copiis equestribus, & pro eo, qui præest Imperatoris equitatui Aulico. Iunius primam, & vltimam approbat: vt antiquis fit *Comes Stabuli*: sed apud Codinum, & recentiores *Contostaulus* fit Dux copiarum auxiliarium, quæ ex Gallia, Sicilia, Italia, Oriente, stipendia facturæ, petebant. Franci enim apud recentiores, non Galli modo, sed Itali, & Siculi dicebantur, eo quod Siciliæ regnum illis temporibus, & pars Italiæ à Francis teneretur.

Vols. de vit. serm. L. 11. 26. *Constabularius, Constabulus*, & *Conestablus*. *Comes stabuli*. Regino in Chronico. *Burchardum Comitem stabuli sui, quem corruptè Constabulum appellamus*.

Inferiore seculo *Connestabili*, Duces, & Centuriones dicti, præcipue in Vita Nicol. Laurentij. Ita nunc lictorum præfectus appellatur. Stat. Patau. *Comestabilis Baroderiorum*. *Contestabile de Sbirri*, vt subeat indignari, tale dehonestamentum amplissimæ dignitati additũ, quemadmodum alios honorum titulos, *Barone*, *Scalco*, & *Marescalco*, ad vilissima ministeria degenerasse, alibi questi sumus.

CONTRADA. Italis & viam significat, & regionem, ac viciniam. Vols. de vit. serm. L. 11. 4. ex Germanico factum putat *Contrey*. Addit, quosdam putare, Latinam vocem esse. *Strata* pro via, *Constrata*, *strata viarum* apud Lucretium. Sed quia vicinos tractus ferme significat, ex *Contractus*, factum censet, quasi vicinus tractus, postea latius extensam significationem, vt etiam pro via accipiatur. Quod certum est, nam tractus, regio, plaga. Cicero pro Plancio. *Totus ille tractus celeberrimus Venafranus*. Inde contractus, vicina regio, *contorno*, ex quo Germanicum *Contrey*, *Contrada*.

CONTRAFARE. Effingere, imitari, vultumque, ac gestum alicuius exprimere. Germani *Contrefanen, ab conterfanen*. Contra, siue ex aduerso, & in conspectu alicuius, quod ille facit effingere. Quod ferme per derisionem euenit, & scurræ faciunt. Boccat. XI. *E con nuoui atti contrafacendo qualunque altr' huomo, li creditori sollazzauano*. Ex quo etiam fingere, aliquid, corrumpere, & adulterare. *Voce, lettere, annelli, chiaui, contrafatte*. Item habitus in sui dissimulationem compositus: & qui ex morbo, aut alio casu, ita aspectum mutauit, ac formam, vt vix dignosci queat, *Contrafatto*, dicitur.

CONVERSO. Olim dicebatur quisquis sacræ religiosorum familiæ nomen dabat, quod ad sanctius vitæ genus conuerteretur. Dein pro eo accipi consueuit, qui in cętu Monachorum minime sacris initiatus seruilibus ministerijs fungitur, quem alii *Laicum* appellant. Vide Bignonium ad Marcult. pag 585.

CONVOIARE. *Conuiare*, in via prosequi, & comitari. Galli *Conuoyer*, nam *voya*, est via, & *Conuoy*. *Conuoglio*. Villan. x. 226. *E con molta compagnia furono riceuuti à grand honore, & conuiati in fino à Napoli*. Alii a *conuehere*, *conuectum*, *conuectio*. Illud verius.

COPERTA. Operimentum, *Coopertorium*, stragula, lodix. Quod etiam de amictu accipitur. Glos. Περιβόλαιον. *Amictorium*, *amictus*, *opertorium*. *Dare la coperta*, est stragulæ vesti impositum in sublime iactare. Martialis de Libro. *Ibis ab excusso missus in astra sago*. Vnde *sagatio* dicta est. Glos. *Sagatio* Παλμὸς, & παλμὸς *Saeto*, Lege, *Sagatio*.

COPETA. Genus panis dulciarij, ex variis speciebus confecti. *Copta*. Glos. *Copta, κοπτή*. Turneb. L.x.10. explicat illud Martialis. *Copta Rhodia*. *Peccantis famuli pugno ne percute dentes, Clara Rhodos coptam, quam tibi misit, edat*. Aitque hoc genus panificii fuisse, cui quedam, quæ tunderentur, vt vox declarat (κόπτω) miscerentur, vt nuclei pinei, amygdalæ: sed durissimam è Rhodo allatam. Eius meminit non semel Trallianus, & modum conficiendi docet, vt Oribasius, *Coptarium* purgans facit, e simila, nucleis pineis, pipere, melle. Talis est *Copeta* Mediolani inter bellaria, & tragemata.

COPIA. Exemplum, apographum. Quod Menagius rectè à more loquendi Iuris consultorum ductum putat. *Copiam facere, copiam dari ex scribendi*. Vlpianus Lege 1. Dig. de Edendo. *Edere est copiam describendi facere*. *Copiare* pro describere, *Copista* Librarius, Germani *Abcopenter*. Ita in pictura, Archetypus, *Originale* dicitur, Apographus, *Copia*.

COPPA. Pars capitis posterior. Occiput, *occopa, Coppa*. *Coppone*, colaphus capiti infractus. *Coppare*, & *accopare* mactare, à victimis, quæ impacto in ceruicem malleo, sternebantur. Alii à κόπτειν, quod est, incidere, tundere. Hispani. *Acogotar*, nam *cogote*, occiput. *Arbore acopado*, cui summitas decisa, ramis ex trunco se in patulum diffundentibus, quasi *decapado*. Insubres, *di gaba*. Vide *Gabare*.

COPPA. Poculum, patera, à *Cupa*, quod vas vinarium, à cuius similitudine, quia in formam dolioli factum *Coppa* poculum dictum est: vt cymbia, charchesia, scyphi. Glos. *Cupa, seu vagna* Βυττὶς μεγάλη, τὴν τινὲς γαυλὸν καλοῦσιν. Cicero in Pisonem. *Vinum de cupa*. Quanquam Scaliger, de *caupo*, siue, *caupona*. Rectius de *cupa*, hoc est de dolio, nondum vino in amphoras defuso, qui potus viliorum erat, quod vinum immaturum, nec defœcatum.

Vnde ingeniose Lambinus illud Horatij Sat. II. Lib. II. *Post hoc ludus erat culpa potare magistra* emendauit, *Cupa potare magistra*, idest, nullo alio bibendi Magistro, ac Rege adhibito, quam ipsa Cupa, potare. Nullus erat, qui bibendi leges conuiuis daret, suo quisque arbitratu, potabat, & quantum volebat, solutus legibus insanis, vt idem poeta alibi ait. Vbi *Cupa*, siue *cuppa* non tam poculum intelligitur, vt censet Turnebus L.VII.9. quam vas, ex quo vinum depromebatur: quanquam & *cuppa* pro calice, ab illius similitudine.

Salmasius ad Hist. Aug. p.253. ita distinguit, vt *cupa* de maiore vase vinario scribendum sit vnico, P, & *cuppa* de minore, siue poculo. Quia vtriusque vocabuli diuersa origo est, *Cupa* enim à Græca voce κύπη, quæ nauis genus, ita Adelmus de virgin. *Cubat*, pro *cupis* ponit, Galli *Cuuve*. *Cupps* vero, cum pateram significat, à Græco κύββα, quod factum ex cymba. Sed diuersum cymbium à *cuppa*, siue patera, quæ rotunda, illud oblongum, instar scyphi, siue nauiculæ. Verisimilius igitur, ista ab auctoribus confundi. A *cuppa, cuppula*, siue *cupula* pocillum. Vnde Galli, *Gobel*, & *Gobelete*. Glos. *Cupillum*. Γευστίδιον: gustando vino, ac libando.

Morena Histor. Laudensi. *Mediolanenses & ipsi vnam* Copam *auri, & denarijs plenam ipsi Regi, portauerunt*. Vbi proprie significat pateram, siue patinam auream rotundam, qualis nunc *Sottocoppa*, dicitur, quia illi poculum imponitur, cum à pincerna ministratur. Boccat. XXXI. *Fatto il Prence venire vna bella, e grande coppa d'oro, e messo in quella il cuore di Guiscardo*.

Carolus IV. Imp. in aurea Bulla tit. 25. *Post hac Rex Bohemiæ Archipincerna venire debet, sedens similiter in equo, portans in manibus*, Cupam, *siue scyphum argenteum pondo xij*.

Ita in ludo pictarum chartularum, *Cope* nihil aliud sunt, quam figura *Cuparum*, siue scyphorum. Plura de cupis Osius ad Morenam p.41.

A *Cupa, Cupella*, siue *cupilla*, pocillum, vt supra diximus, & vasculum, siue parua mensura. Item *Copella* vasculum corneum, instar dolioli, quo aurifices aurum, & argentum igne explorant. Nunc etiam *Crosolo* dicitur, à χρυσὸς aurum, quasi *Chryseolum*, quod eo aurum fletur, ac funditur. Hispani. *Aurisolar*, aurum purgare. Alii à Germanico *Kroes*, cyathus, vel à Gallico *creux*, quod profundum significat. Sed prius malim. A cuius similitudine Insubres, *Crosolo* vocant laternam cœcam, duplicem, qua superiorem partem vertendo, lumen clauditur, aut aperitur.

COPPIA. Par. Boccat. V. *Non esser sotto alle stelle vna simil copia à quella del Marchese, e della sua donna*. *Copula, copla*, translatum à canibus. Ouid. *Copula detrahitur canibus*. Constitut. Caroli M. p.160. *Vt Episcopi, & Abbates, & Abbatissæ cuplas canum non habeant: nec falcones, nec accipitres, nec ioculatores*. *Coppia d'oua*, Etruscis, par ouorum. Insubres *Cobia, Cobia de sonatori*, etiam si plura sint organa Musica. *Accoppiare*, adcopulare.

COPPO. Tegula, imbrex. *Operculum, coperculum*: vel quod tegulæ concauæ sint, cauæ, cubæ, *cupa*. Nam *Coppo*, concauum. Dant. Infer. XXXIII. *Che le lagrime prime fanno groppo, E sì come visiere di cristallo, Riempion sotto il ciglio tutto il coppo*. Landin. *Tutta la concauità, che è sotto il ciglio, nella quale sono gl' occhi*. *Coppo* Romanis, cucurbitula, quod concaua, & in-

& instar dolioli, siue cupulæ: aliis *Coppetta*.

CORAZZA. Etsi à thorace vox deducta videatur, est tamen à *Coriacea*, quod olim ex lino, aut ex corio conficiebatur.

CORBETTARE dicitur equus tripudians, quod crura inflectat, & incuruet. Hispanis *Corcoba* est gibbus.

CORDOVANO. Corium Cordubense, siue *Cordubanum*, vt à Marocco, *Marrochinum*.

CORICARE. *Corcare*. Iacere, corpus sternere. Dant. Inf. XVII. *Bestia maluaggia, che colà si corca*. Collocare se, *colcare*, *coricare*. Hisp. *Acocorcarse*.

CORLETTO. Vide. *Colare*.

CORLO. Instrumentum, cui metaxa imponitur, vt inde in glomum fila conuoluantur. Ab eo, quod in gyrum rapide vertatur, & currat. Vel ab *Arcolato*, sic dicto, quia latera instar arcus incurua. Hisp. *Argadillo*, arcatillum. *Arcolato, arcolo, corlo*. V. *Aspo*. *Corletto del pozzo*, cui funis, trahendo haustro imponitur, à cursu, & vertigine.

CORNETTI. Cucurbitulæ. Quod ex cornu etiam fierent. Celsus L. II. 11. *Cucurbitularum vero duo sunt genera, aneum, & corneum. Cornea altera parte aquè patens, altera foramen habet exiguum*.

CORNICE. Ornamenta, siue proiecturæ parietum. Vitru. L. I. *Structura testacea proiecturas habet coronarum*. Lib. VII. 3. *Coronarum aliæ sunt puræ, aliæ calatæ*. Coronæ, Coronides, Coronices, Cornici.

CORNIOLA. Onyx. Gemmæ species vnguis colorem referens. Plin. L. XXXVII. 6. *Onychem plures habere varietates, igneam, nigram*. Hermol. Barbarus. *Vetusti codices adijciunt, & corneam: vnde ortum nomen putant earum, quas vulgo, Corniolas vocant*. Onyx, vnguis: & quia vnguium materia cornea, inde Onyches gemmæ, quæ colorem vnguium referunt, *Corniola* dictæ sunt. Galli vngulas equorum appellant *Le corne du pied*.

CORPO. Cadauer. Apul. Mil. I. *Ibi corpus splendentibus linteis coopertum*. Infra. *Propheta herbulam quampiam ter ab os corporis, & aliam pectori eius imponit*. Paulo post. *Hac vox audita de corpore*. Vbi semper de cadauere loquitur. Isidor. XI. I. *Corpus dicitur, aut quod post vitam mortuum est, aut sine vita est conditum*. *Far il corpo*, exequias ducere. Germani *Corper*.

Hinc CORPI SANTI, Insubres vocant certam agri partem Vrbi conterminam: quod antiquitus mortui extra Vrbem sepelirentur, qui, & beati, & sancti etiam Ethnicis dicebantur. Plin. L. II. 63. loquens de Terra. *Quæ nos nascentes excipit, natos alit, semelque editos sustinet semper, nouissime complexa gremio, iam à reliqua natura abdicatos, tum maxime. vt mater operiens, nullo magis sacramento, quam nos quoque sacros facit, etiam monumenta, ac titulos gerens*. Vnde apud Iurisconsultos. *Religiosum locum vnusquisque sua voluntate facit, dum mortuum infert in locum suum*. Ex quo *Campo santo*, pro Cœmeterio: atque ita Mediolani templo maximo retrò adiacens appellatur.

CORREDO. *Corredare*. Ornare, *Corredo* Ornamentum. Ab *Arrhis* nuptialibus. *Arrha, arradium, arredium, corradium, corredium*. Gemmæ scilicet, monilia, annuli, & alia ornamenta, quæ sponsus, pro pignore, nouæ nuptæ donat. Inde ad alia ornamenta translatum, vt *arradia*, & *arredia* dicerentur, & *corredi*, & *corredare*, ornare, munire, instruere. Sic Coaruuias Hispanicum *Arrear*, optime explicat, ornare, ab arrhis nuptialibus, vnde & *Arracades*, in aures, inter eadem dona. Interpretes Dantis ad Infern. XXVI. *Nobilissimi arredi da donna, e da huomini portarono nel Manistero, cinture, borse, ghirlande* &c. Inde *Corredare*. pro ornare. Idem Dant. Parad. VI. *Questa picciola stella si correda De buoni spiriti*. Landinus. *S'adorna, e fornisce*, (ornatur) *onde diciamo corredare le naui*. Villan. VI. 95. *E come furno à Vinegia, fecero fare alla loro galea le vele nere, e tutti gl' Arredi neri*. Armamenta. Boccat. Nou. XVII. 6. *E con molti, e nobili, e ricchi arnesi, fece sopra vna naue ben armata, e ben corredata, montare*. *Corredato*, ornatus, instructus. Tauola Ruonda. *E d'erani vn letto molto ben corredato d'ogni maniera, che fosse al mondo*.

Etiam *Corredio* pro conuiuio vsurpatum. Vnde *Caualier di corredo*, quod vt Lexicon Etruscum explicat, eum equestri dignitate insigniteentur, publicum conuiuium præberent. Sed cur ita appellaretur, non ita compertum. Latini inferioris æui, *Corredium*, vel *Corradium* dixerunt. Henricus Varidunensis Lib. VI. relatus à Vossio, *Vbi Frater suus Corrodium regale maximum parauerat*.

Item *Conredium*, & *Conradium*. Quod Vossius ex Spelmanno explicat, certam cibi mensuram, in Cœnobio alicui assignatam, vel vniuersè *Prabendam*, aut *Pensionem*. Matthæus Parisius in Vita Abbatis S. Albani. *Duo Conradia Monachalia exigentem iure perpetuo, ex dono cuiusdam Abbatis*. Sed nec sibi, nec aliis satisfacit Vossius, cum putat *Corradium* dictú, siue *Corredum*, quia ad alimoniam fit corrasum, & collectum, vel ab *edendo*, vel demum à *corrodendo*.

Haud absurdum putarem ex supra dictis, cum ab arrhis *Arredium* sit ornamentum, tale

conuiuium dictum esse *Corredium*, siue *Corradium*, quod esset lautissime instructum, & magnifice ornatum, vt Vtundinensis *Regale* appellat, idest ornatissimum, Siue quod conuiuia nuptialia pro arrhis essent, & inter munera numerarentur. Et *Caualier di Corredo*, qui cum insignia equestria susciperet, tale conuiuium dedisset, quod nonnisi ditissimi facere poterat, Villan. L. xi 6 *E dimorò in Firenze sei dì, e alla fine riceuuti più corredi da Priori, e dato continuo desinare, e cena à Cittadini, alla sua partita fece 2 n Corredo in S. Croce molto nobile*. Et I. x. 54. *E à corredi di Caualieri nouelli più di cento taglieri di tre viuande*.

CORREGGIA. Ventris crepitus, peditus, Alijs à *crepitus*, cuius diuersa significatio est. Forte est quasi *Correggia*. quod vt ait Lexicon Etruscum, rustici *Correggiare* dicunt, cum boues nimio flatu per inferiora soluuntur, quod cornu strepitum, & bombum referant. Quo spectat illud Dantis, *col cul facea trombetta*.

CORROBIA Insubres vocant aquam immundam, ac lutulentam, ex sordium, ac furfuris mixtione; lauandis, tergendisue coquinæ vasibus, atque instrumentis. *Colluuies*. quæ ferme suibus obijcitur. Festus. *Colluuiaris porcus, qui cibo permixto, & colluuiari nutritur*. Plin. L. xxiv. 19. *Miscetur suibus hac, sine ferro effossa, & addita in colluuiem poturis*. Et *Colluvio*, vnde *Colluviaria*, in aquarum ductibus appellata Vitruvio Lib viii. per quæ colluvies, & immunditiæ eiectantur (Veneri vn *Gettelo*.) Glossæ. *Colluviaria*. Ὀχετοί. Columella L. vi. 15. *Purgamenta, qua colluuies cortis, & ædificij quotidie gignit, contrahere, & congerere possunt*.

CORRVCIARE. *Corrucciarsi*, dolere, mœstum esse. Neque à *coruscare*, neque à *rugo*, sed à *Cruciari*. Plaut. Bacchid. *Vt ipsus se cruciat ægritudine*.

Panni di corruccio, e di corrotto: vestimenta lugubria, ac pulli coloris ob luctum. Villan. xi. 65. *Fu sepellito con gran corrotto*. Nisi hoc sit, quasi *Conluctus*. Insubres, *vestito di conditione*, quod olim ferme honestiores lugubria gestarent. Sed *Cruccio*, & *corruccio* à cruciando, etiam pro ira, atque indignatione, cum se quis cruciat. Dant. Inf. iii. *El duca à lui, Charon non ti cruciare*. *Corrucioso*, iracundus, irritabilis; Inf. xxiv. *Ch' io 'l vidi huom già di sangue, e di corruccio*. Galli *Courroucer*; quod parum apte Perionius, à χωλοῦσθαι, ineptius Siluius a *corruscare* deducit.

CORSARO. *Corsale*. Pirata. A cursu, quia prædandi causa maria percurrunt. Cursus enim nauigatio, vt Nonius. Virgil. Æneid. iii. *Sed tibi qui cursum venti, quæ fata dederunt?* Cic. de rep. iii. *Qua cursu, frumento onustas petentibus Rhodum viderit. Andare in corso*, & *Corseggiare*, piraticam exercere.

CORSALETTO. Ferreus thorax. Siluius Isagoge. Corpus, *Corps*, *Cors*, *Corsetto*, & *Corsaletto*, quod corpus tegat, Hispani *Cossaletto*, ferrea coxarum munimenta, pars pro toto.

CORSIA. Fori in triremibus, per quos nautæ, & vectores discurrunt.

CORSIERE. Equus generosus. *Cursor*, siue *Cursarius*: ductum à ludis Circensibus, quibus equi generosi, & ad cursum idonei assumebantur.

CORTE. Aula. Atrium. Impluvium, *Cohors*, & *Cors*. Salmas. Solin. pag. 310. *Hortus*, à χόρτος. *Veteribus denotabat Villam: vnde Cohortem dixerunt aream, cum horto, idest villa iunctam. Posteriores Cortem, & Cartem. Cortes enim sunt Villarum intra maceriam spatia*. Varro de R. R. L. i. *Nec minus, & à pabulo cum redierint, anseres, sues, porci, in Corte exteriores*. Idem de vita pop. Rom. apud Nonium. *Ad focum hieme, & frigoribus cænitabant, æstiuo tempore in propatulo: rure, in Corte; in Vrbe in tabulino*, quod Mœnianum possumus intelligere tabulis fabricatum. Idem iv. de L. Lat. *Cohors, quod vt in villa ex pluribus tectis coniungitur, quiddam fit vnum, sic ex manipulis pluribus, copulatur Cohors* (militaris). *In Villa vero Cohors dicitur, quod circa eum locum pecus coercetur*. Vt cohors sit locus parietibus cinctus, septusque. Infra addit. *Tametsi cohortem in Villa, Hypsicrates dicit esse, Græcè χόρτον, apud poetas dictam*.

Ergo vt Turneb. L. xxi. 1. & Lips. de Militia L. ii. Græcum est χόρτος, vt Aula. Helych. Κόρτος περίβολος τῆς αὐλῆς. *Septum aulæ*. Hom. Iliad. Λ. Αὐλῆς ἐν χόρτῳ. *In aula septo*. Et Iliad. Ω. Αὐλῆς ἐν χόρτοισι. Ex quo Latinum *Cohors*, siue *Cors*. Martial. *Rauca Chortis aues*. Et quia in eo loco, gallinæ, anates, & id genus aues nutriebantur, (inde *Chortales* dictæ) Cohortes militares, appellatæ sunt.

Proprie igitur *Corte* in villa, area parietibus cincta, ædibus obiacens: quæ Græcis etiam Αὐλή. quam Athen. L. v. explicat *apertum, & perflatilem locum*. Nunc *Cortile*, & *Cortiuo*, præcipue rustico, Formulæ veteres Marculfi p. 44 *In Curtibus, vel villis ipsius Monasterij*. Bignonus. In diplomate Caroli Regis *Villas, seu Curtes*. Flodoard. L. ii. *In villa, quam vocant Alamannorum Curtem*.

Ex quo areæ etiam in ædibus vrbanis, atria, siue impluvia, & compluvia *Cortes* dictæ, & *Cortili*. Nam proprie Atrium, area porticibus cincta, quasi Aethrium, siue subdiale, vt Scaliger.

licet: non autem à fumo culinæ vt Grammatici somniarunt. Gloss. *Atrium*: μεσαύλιον πισίστυλον. Quod idem, ac *Peristilium*, siue columnatis porticibus clausum. Area autem Aula, Glos. *Area*, αὐλὴ ὕπαιθρος, ἅλως. Sic *Aula* Seruio dicitur, quæ quatuor porticibus cincta est.

Sed quia ædes Principum, Regumque palatia ampla, huiusmodi Peristilia, siue atria vastis porticibus cincta habent, sicut Latine *Aula*, ita & *Corte*, quod idem est κατ' ἐξοχὴν, appellantur. Cum tamen *Cors*, olim de Villa tantum diceretur. Hinc apud Ciceronem de Orat. iocus Glauciæ in Metellum, qui, cum dixit habere *Cortem* in Palatio. Quod scilicet, vt Turnebus explicat, cum Metellus Numidicus Romæ in Palatio, idest monte Palatino habitaret, cumque *Cors* villæ esset, non domus vrbanæ inuidiosè dixit, illum habere *Cortem* in palatio, crimen affectat: regni obiiciens, cortem enim hominum intelligit: ludens in ambiguitate *Cortis*, siue Cohortis. Palatio enim occupato, Romam ferè habere potuisset in potestate. Et ideo periculosis temporibus præsidium illi imponebatur.

Ergo inferiori æuo *Corte* pro Regia. Synodus Confluent anno DCCCLX, aulam, & Comitatum Principis, *Curtem*, vocat. *In hostem, & ad placitum, siue ad Curtem veniens*. Et in Leg. Aleman. *In Curte Regis*. Imo apud Curopal. p. 71. *Corte*, non solum palatium, sed tabernaculum, siue tentorium Imperatoris, appellatur. *Ministrant vero Cortinarij ad Imperatoris tabernaculum, quæ appellatur* Κόρτη: infra Κόρτη.

Quia autem in aula, siue Regia iudicia redduntur, dicuntur *Far Corte*, cum Iudices ad disceptandas causas conueniunt, & *Corte* pro Iudicio, aut Iudice. Dant. Par. VII. *Quando si dice, che giusta vendetta Poscia vengiata fu da giusta Corte*. Landin. *Iudice iusto*. Imò *Corte*, pro lictoribus siue satellitibus.

A *Corte*, *corteggiare*, aliquem honoris causa sectari, deducere, ac reducere. Quod Græci Θεραπεύειν, *Corteggio* Aulicus comitatus. *Cortegiano*, Aulicus Θεραπευτικός, officiosus, obsequiosus, colendis potentibus deditus. *Cortesia*, humanitas, blanditia, aulicorum propria. *Cortesano* Venetis, astutus, vafer. Aulæ fallaciis recoctus: item *Cortegiane*, quæ corporis copiam faciunt; *Corte* etiam pro publico conuiuio. *Corte bandita*. Conuiuium indictiuum.

ÇORTINA. *Cortine*. Vela, & plagulæ conopeorum, & tabernaculorum. Vox inferioris æui, qua D. Hieron. Ambrosius, & Bibliorum Interpres vtitur. Anastas. Sergio V. *Cortinas Alexandrinas sextas tres*. Vel à *culcita*, vt stragulam veste m, ac lodicem significat, quemadmodum supra diximus: nam & *Coltrina* aggi vocant: vel à coopertorium, *Coperta*, *copertina*, *cortina*. Isidorus Lib. XIX. 26. à corio. *Cortina sunt aulaa, idest vela de pellibus, qualia in Exodo leguntur, à quibus tabernaculũ extrinsecus tegebatur. Dicta autem à corijs, eo quod prius ex pellibus fuissent facta. Vnde & in eodem tabernaculo iubetur cortines fieri ex pellibus arietum rubris, & hyacinthinis.*

COSA. Res, negotium, τὸ πρᾶγμα. *Causa*, *cosa*. Marculf. L. II. I. *Amplius vero donandi, exigendi, vel minuendi causam, nullam habeat potestatem*. Vbi Bignon. *Causa*, *pro re*, *vt nostri* Chose. Greg. Turon. L. IV. 13. *Multa causa per eum irrationabiliter gerebantur*. Capitul. L. V. 208. *Si quis causam alterius tulerit de loco suo*. *La cosa d'altri*. Hist. Miscel. Lib. XXIV. *Particularis Historia onerosa est his, qui compendiosas discere causas exquirunt*. *Le cose per compendio*.

Primus tamen Erythræus in Virgilium id notauerat. *Ceterum*, inquit, *hac dictio, non modo inter veteres Grammaticos turbas ciet*, (vtrum causa, an caussa scribendum sit,) *sed etiam hodie ex hac fortasse scribendi varietate; Veneti tractus incola, in sua voce* Cosa, *quam omnino à* Causa *Latino verbo deductam, frequenti AV, in O, mutatione, in nostro Stoico abunde docuimus, S, aliter sonat, quam aut Romana ratio, aut aly plerique Italia populi. Alij enim* Cosa, *aly* Cossa, *&* Cosso *dicunt*.

Veteres etiam *Causam* pro re dixerunt. Quamobrem, quam ob causam? Manut. L. V. epist. famil. Cic. 12. *Saepe iam dixi, loquitur, causam pro eo, quod agitur, vsurpari*. Veneti etiam *Cosso* dicunt, Etrusci *Coso*, & *Coselino*.

COSSE etiam nomine res pudendas honestè efferunt, *Brutte cosse*. Quia Latinis, *Res*, idem significabat: vt Scalig. ad Catalecta pag. 464. Lucretius. *Nec potuere cupitum aetatis tangere florem, Nec reperire cibum, nec iungi per Veneris res*. Arnob. L. V. *Artificij curas tum rebus adhibuisse perituris*, idest genitalibus. Et infra. *Imperauisse captiua, vt intelligeret, & cognosceres, quid sibi res vellent*. Res appellat veretra, geminorum, quæ in loco à Tanaquille, aut ancilla inuenta fuerant. Idem Arnobius in versione carminum Orphei. *Obiecitque oculis formatas inguinibus res*. Et alibi. *Priapum circumferentem res illas, praliorum semper expeditione paratas*. Et. *Palpabat res intimas*.

Ceterum Hispani cum ænigma interpretandum proponunt dicere solent *Cosi*, *cosa*. Quia qui proponit, quærit quid illud sit, quid ea res significet. Res est causa, siue *cosa* quæ res illa est, & quæ rei huius causa? Quasi dicat, quæ cau-

causa causæ? Eodem modo loquuntur Insubres. *Cosa, Cosetta* pro gripho, siue ænigmate.

COSCIALE. Linteum semicinctium, à coxis, quas tegit. Nam & *Cossam* pro coxa dixerunt: & *Cossim insidere*. Isidor. Glossar. *Libatorium*, *Coxale*. Lege, *Lumbatorium*, ita Papias. Item pro ferreo fœmorum integumento. *Cosfaletto*. A coxis, *Cossino*, & *Coscino* puluillus, vel à consuendo: à cuius similitudine etiam, qui capiti in lecto supponitur, Etruscis *Origliere*, puluinus auricularius, siue minutum cetucal, vt appellat Petronius. *Cosciale*. Veneti *Trauersa*, quod transuersim hominem cingat.

COSI. Ita. *Hoc sit*, vel sit. Galli *Ainsi*. Rustici *Cossita*, & *Cossitto*, quod etiam in Vita Nicol. Laurentij, legitur.

COSTA. pro latere. Dant. Inf. XIII. *Et ecco due alla finistra costa*. Et pro litore, crepidine, & loco accliui. Inf. XII. *Venite voi, che scendete la costa*. *Costeggiare*, litus legere, præcipuè prædandi causa.

COSTA. *Istbac*.

COSTARE, de pretio rerum venalium. *Constare*. Iuuen. *Res nulla minoris Constabit patri, quam filius*. Martial. *Constat nra fuit Megalensis purpura centum Millibus*. *Costo* sumptus, Hispani *Gasto*, non ab Italico, *Guasto*, quod corruptum significat, vt Coaruvias, sed pretium, quo res quæque constat, *consto*, *costo*, gasto, vel à *vastando*, nam quod consumitur, vastatur, perditur.

COSTVI. Cuius istius. Itali in huiusmodi pronominibus per omnes casus, excepto recto, genitiuum inclinant, vt alias dictum est: & *costei*, de fœmina. *Colui*, cuius illius. *Costoro*, numero pluratiuo, quorum istorum. Ita in *cui*, cuius; *lui*, illius, *colui*, cuius illius, *coloro*, quorum illorum; *altrui*, alterius. Dant. I. *Quand' i vidi costui nel gran diserto Miserere di me gridai à lui*. Infra. *Rispose lui con vergognosa fronte*. Intelligitur persona, vel quid simile, personæ illius. *Tu se' solo colui, da cui io tolsi Lo bello stile*. Tu es persona illius, & à cuius persona. Etiam *Cui* numero plurium. *Si che i vegga la porta di S. Pietro, e color cui tu fai cotanto mesti*. Et. *Molti son gl'animali, à cui s'ammoglia*. *Cui* in primo & quarto casu pluratiuo, est, quales, quali, *quai*, *cui*. Vel qui illi, *quelli*, *quei*, & *cui*. In Datiuo autem, quibus, *cuibus*, *cui*. V. *Lui*. Frustra ergo quidam *Ecce* adiiciunt. *Costui*, ecce istus, ecce istius. Est enim *Costui*, Quoius istius, vt in *costei*. *Cotale*, quod tale, *cotanto*, quod tantum. *Questo*, qui iste, *costui*, cuius, siue quoius istius.

Ceterum aliquando *costui*, & *costoro* in contemptum accipiuntur. Agrætius. Ipse *pronomen dignitatis iste abiectionis*. Terent. Andria. *Id isti vituperant factum*. Costoro.

COSTVME. Voss. L. II. de vit. serm. à consuetudine factum recte existimat: sed ita flectendum est. Consuetum, *consuetumen*, *costume*, & *costuma*, & *costumium*, quorum exempla idem suppeditat.

COSTVRA. V. *Cucire*.

COTALE. Qui talis, & quod tale: pro qualibet re, quam designamus. Itali, pro membro generationis. Nam Latini in rebus, quas nominare pudor non sinebat, pronomine *ille*, & *illud*, vtebantur, vt Scaliger ad Catullum adnotauit, de Attyde. *Deuoluit ill' acuta sibi pondera silice*. Illa pondera: & alibi. *Et quarundam vnde, vnde foret neruosius illud*. Arnobius de Priapo. *Circumferentem res illas praliorum expeditione semper paratas*. Itali etiam pro natura muliebri. Boccat. LXXXIII. *Io odo far alle femine vn sì gran rumore, benche elle habbiano buon cotal grande, donde farlo; ch'io credo s'io hauessi quel dolore, ch' io mi morirei prima ch' io partorissi*.

Quanquam *Cotale* pro parte virorum, possit esse contractum ex *Capitale*, sicut *Capocchio*, à capoculum, & id, quod dicere nolo. *Cotale* etiam pro simili, siue tali. Dant. Inf. VII. *Tra questi Cotali*. Et XII. *Vidi lo Minotauro far cotale*.

COTANTO. Qui tantus, quod tantum. Simpliciter pro *Tanto*. Dant. Inf. I. *E color, cui tu fai cotanto mesti*. Et II. *Poiche tu vuoi saper cotanto à dentro*.

COTEGA. Cutica, etiam pro pustulis, siue cutis inflatione. *Cotenna* pro suis cute. Vnde audacter Dantes, de Philippo Gallorum Rege ab apro interfecto. Parad. XX. *Quei che morrà di colpo di cotenna*. Idem *Cuticagna* pro cute capitis. Inf. XXXII. *All' hor lo presi per la cuticagna*.

COTESTO. V. *Costui*.

COTTONE. V. *Bambagio*.

COTTA. A *Crocota* contractum iam plures monuerunt. Eamque vestem muliebrem fuisse, ex Aristoph. Rauis. *Non possum continere risum, quando ita Leoninam ... inductam conspicor*. Quæ *crocotula* Plauto. Nouius Pedio apud Nonium. *Mollicinam, crocotam, chiridotam*. Veneti muliebres tunicas, *Cottole* appellant. V. *Carpetta*. Scaliger in Cirim. *Tenui succincta crocota*. *Crocotam*, *inquit etiam hodie decurtato nomine* Cotta *vocamus in Gallia*. Dictam *Crocotam*, quod plus subtegminis, quam staminis haberet tradit Salmas. Hist. Aug. 127. Tales enim molliores, & delicatiores. Quanquam Nonius, quod croco inficeretur, vnde *infectores crocotarij* apud Plautum, & Virgiliũ. *Vobis picta croco, & fulgenti murice vestis*. Ideo

Ideo etiam vestis Gallorum matris Deûm, qui effœminati, & bacchantes.

Nunc mira mutatione *Cotta* dicitur lineus amictus sacris operantium ex tenuissima carbaso. Sed & *Cotta d'arme* olim dicebatur, vestis, sine chlamys quæ armis superinduebatur. *Sorcotto* autem quod super *cottam* prout tunicam significat induebatur. Villan. XI. 4. *Icavalieri vestiuano vno sorcotto, ouero guarnacca stretta, iui succinti, e le ponte de manicottoli lunghi infino in terra, foderati de vaij, & ermellini.* Nunc *sorcotta*, contractè *socca* vestis muliebris, quæ in vilioribus *guarnaccia*. Vide.

COVARE. Cubare, incubare. *Couo*, *Couile*, cubile, *couacciolo*, & *cazzo*, lustrum, in quo bestiæ cubant. *Cucciolino*, canis nondum venationi aptus, sed qui cubile seruat. Veneti *Chizza* catellam ab incubando.

COVERTO. *Coperto*, tectus, protectus. Gloss. Σκέπη tegmen, protectio. Dant. Inf. XVII. *S'io fossi stato dal foco couerto*. Ab igne tutus, & vt vulgo, *difeso*. Latinum tamen est, Solem, ignem defendere.

ÇOVIDOSO. Cupidus, quasi *Cupidiosus*. Villan. L. VII. 1. *Mà couidoso d'acquistar terra, e Signoria.*

COVOLI. V. *Canoua.*

COVONE Etrusci pro fasce, siue manipulo spicarum in metendo, quantum nempe caua manu, aut brachio messores complectuntur. *Cauus, couus, conone*. Nam cauos dictos monuit Menagius ex Phylargirio, ad illud Virgilii. *Aut fœtu pecorum, aut Cerealis mergite culmi. Mergite*, inquit *fasce culmorum spicas habentium, quas metentes brachijs sinistris, complectuntur, quidam* Cauos *dicunt.*

COZZARE. Capite incurrere, siue arietare, non à quatere, sed à capite, caput, *cò*, *cozzare*, caput incutere, *capitone*, *cozzone*, Vt cum, *Pingues in gramine lato, Inter se aduersis luctantur cornibus hœdi*. Dant. Inf. XXXII. *Come due becchi, Cozzano insieme, tanto ira li vince*. Inf. VII. *In eterno verran alli due cozzi*. Purg. XVI. *Si come cieco va dietro à sua guida, Per non smarrirsi, e per non dar di cozzo, In cosa chel molesti.* Ne caput incutiat, ne impingat. Inf. IX. *Che giona nelle fata dar di cozzo?* Fatis repugnare, aduersari.

COZZONE. Equorum domitor. Propriè durius capistrum siue lupatum, quo primum iumenta infrænantur: *Cauezzone*, *Cozzone*, à quo domitori nomen inditum: *cozzonare*, *scozzonare*, domare. Alij à *Cocione* parum ἱππέως. Quid enim sit *Cocio*, siue *Arilator* fuse Salmasius docuit. Sed quia equorum domitores, iis etiam vendendis operam præstant, idem nomen inuenerunt.

CREANZA. pro educatione, honestisque & vrbanis moribus. Creare nihil ad rem facit. Videtur tamen Virgilius pro educare sumpsisse VII. Æn. *Salmone creatos Quatuor hic iuuenes totidem quos educat Vfens*. Licet igitur duriuscula & longius petita originatio videatur, crediderim, à nutrio, nutricatio, & nutricantia, factum esse, contractè, *crianza*, & *creanza*. Hispani *Criado*, pro familiari, & verna, qui domi alitur, atque educatur. Ex quo *bona*, & *mala creanza*, pro recta, aut praua institutione. Nisi dicamus, quod, cum liberorum creationi, educatio iungatur, illud pro hoc sumptum sit.

CREATVRA, pro homine, per synecdochem. Quæ loquendi ratio more Hebræorum vsurpatur Marci cap. XVI. & ad Colossenses I. 13. Frequentius pro infantibus, ac pueris sumitur.

CREDENTIA. Quod fidei alicuius creditur, & committitur. Item pro Abaco, de quo suo loco dictum est.

In Vrbibus olim Consilia fermè popularia *Credentia* appellabantur. Morena Hist. Laudensi. *Ac conuocato Consulum consilio, aliorumque sapientum de Laude, qui Credentiam Consulum pararent*. Vbi multa de *Credentia* Ofius collegit. Bened. Iouius Hist. Nouocomi L. I. *Consilium habebatur per duodecim sorte eductos, qui Latine Decuriones, tunc autem* Credentiarij *appellabantur: eum eorum prudentia, & fides publica negotia crederentur: postea Prouisionum sapientes dicti sunt.*

Mediolani. *Credentia S. Ambrosij*, de qua Merula Antiquit. Vicecom. L. IV, eamque à Martino Turriano abolitam, eiusdem libri fine docet, dein renouatam L. VII. testatur. Ita Corius, & alij Historiæ patriæ scriptores. Etiam Florentiæ. Vbbo Emmius L. V. Chron. *Designati item duodecim ex his societatibus, quibus potestas non annua, sed bimestris tantum data, dictique pro Antianis, Boni homines. Senatus vero ijs adiunctus ciuium* LXXX, *quod Consilium credentia nuncupabatur.*

Literæ etiam *Credentiæ*, siue *Credentiales* dicuntur, assertoriæ, quibus Legatis, atque internuntijs credi postulatur.

Credentia etiam pro secreto. Statut. Patau. *Et quolibet possit accusare, & teneatur in credentia.*

CRENA. Incisura in ligno, qua denticulatim tesseræ notantur, item in alijs rebus, Latina vox. Vnde *crenata* herbarum folia Plinio dicuntur, idest serrata, & denticulata. Etiam in sagitta, extremæ partis sectio, qua chorda arcus inseritur. Et *cruna* pro acus foramine, siue incisura, per quam filum immittitur. Dant. Inf. XV. *E si ver noi aguzzauan le ciglia, Come vecchio*

chio sartor fà nella cruna. Translatè Purg. x. *Che noi fussimo fuor di quella cruna*. Interpr. *di quella pietra caua*. Supra enim dixerat. *Noi saliuam per vna pietra fessa*. Landinus, *Cuna* legit, & vallem interpretatur, instar cunabulorum concauam. Sed non est opus, translatum enim ab acu, sicut Purg. xi. *Si mi dic dimandando per la cruna, Del mio disio*. Dubitationem meam acu tetigit.

CREPARE. Disrumpi, cum crepitu frangi. Nonius. *Crepare, frangi*. Virg. v. *Et acuto in murice remi Obnixi crepuere*. Dant. Inf. xxx. *E te sia rea la sete, onde si crepa*. Lingua ariditate finditur. *Crepaccio*, rima, fissura. Crescent. L. x. *Si metta ne crepacci, e fessure*. Hinc

Crepe Venetis testæ confractæ, siue fictilium fragmina; & *Crepa*, *Crappa* cranium mortui, caluaria. Vel quod fracta, vel quod nuda capillis testaceorum læuorem referat. Quamuis à cranio *crapa* deduci possit. Voss. de vit. serm. L. III. 7. ex Vita Batildis Reginæ Cap. IV. *Iussit præterea, & crepam ex auro, & argento mirifice fabricari, quam supra Confessoris membra deponere deberet*. Dubitat Vossius, vtrum sit barbaræ, an Latinæ originis: putatque esse capulum, siue vrnam feralem. Sed de origine dictum est. Atqui hoc loco *Crepa* est caput ex auro, vel argento factum, intra quod Martyris caluaria clauderetur, atilque imponeretur, vt nunc mos est. Scilicet illud caput argenteum; theca veri capitis, siue caluariæ, superponi debebat reliquiis Confessoris, quæ intra arcam, aut altare composita erant.

CRIDARE. *Gridare*, clamare, *Quiritare*, Quiritium fidem implorare. *Porro Quirites libertatem perdimus!* Scalig. in Catal. p. 454. *Quiritare, vnde vulgo dicunt, Cridare, Italicè, Gallicè, Hispanicè!* Addit Cuiacium Turnebo id olim indicasse ex Tertulliano, vixque homini persuasisse, quod indubitatum est. Varro de L. Lat. *Quiritare, Quirites ciere*. Pollio in epist. ad Ciceronem L. x. *Et illi misero Quiritanti, Ciuis Romanus sum, respondit, Abi nũc, populi Rom. fidem implora*. Liu. L. XL. *Occulebat eum, quod præ vlulatibus, ob tympanorum, & cymbalorum strepitum, nulla vox quiritantium inter stupra & cædes exaudiri poterat*. Nonius. *Quiritare est clamare, tractum ab ijs, qui Quirites inuocant*. Lucil. Lib. VI. *Hic inquam rudet e rostris, atque eiulitabit, Concursans velut arenarius, clareque quiritans*, Glos. *Quiritans, ἐπιβοώμενος*.

Hinc *Crida*, & *Grida*, præconis proclamatio, atque edictum. *Far la Grida, il Proclamo*. Stat. Pat. Rub. IV. *Tunc cridetur ante domum, in qua consueuit habitare, bis alta voce, audientibus vicinis: & dilatio detur pro qualibet cridatione*. Idem *far le stride*.

CROCICCHIO. V. *Carrobio*.

CROCIVOLO. V. *Coppa*.

CRODARE. Cadere, de foliis, & fructibus, qui ex arboribus decidunt. V. *Crollare*.

CROIO. Durum, asperum, ferme de corio. *Coriaceum*, vel *coriaginenm*, *Croio*. Ita iumentum *coriaginosum*, dicitur, quando equus febrit, macrescit, & corium costis adhæret. Dant. Inf. xxx. *Col pugno li percosse l'epa croia*. Ventrem aqua intercute distentum, atque obduratum, & veluti coriaginosum. Inde *Accoiare* pro obdurare apud Lexicum Etruscum. Translatum postea ad mores duros, atq; asperos. Lib. Am. in eodem Lexico. *Parlana di duc caualieri conserti, e d'vna casa di diuersi lati: che quelli dell'vno sempre erano stati gentili, e cortesi, quelli dell' altro sempre croi, e villani*. Passau. III. 15. pro sermone. *Vngheri, & Inghilesi, i quali col volgar bazzesco, e croio la incrudiscono*. Vox vltima rem magis explicat. A corio igitur *Croio*, non à *Grosso*.

CROLLARE. Quatere, concutere. Non à κρούειν, quod est pulsare, sed à succutere, *succussare*, *scossare*, *scrollare*, & *crollare*. Dant. Inf. XXVI. *Lo maggior corno della fiamma antica, Cominciò à crollarsi mormorando, Indi la cima quà, e là mandando*. Et Cantico sequenti. *Questa fiamma staria sanza più scosse*, Quod illud, *crollò*, exprimit. Et quia ferme quod concutitur, cadit, *crollare*, pro cadere. *Dar vn crollo*, concidere, & subuerti. Villan. XI. 87. *La nostra Città di Firenze riceuette gran crollo*, concussa, ac pene afflicta est. Ita *crollare*, & *crodare* de fructibus, qui concussa arbore, aut sponte decidunt. Quod Galli, *Gruier* dicunt, & *grouer*, & *grou*, poma, fructusque decidui. V. *Crusca*.

CROSCIA. Ictus, & pluuia magno impetu cadens. Percussio, *percossa*, *croscia*. Dant. Inf. XXIV. *O giustitia di Dio quant'è seuera, Che cotai colpi per vendetta croscia*. Land. *Cioè con vehementia, e grand impeto percote tali colpi, Onde diciamo vna croscia d'acqua, quando la pioua cade con grand empito*. Insubres. *Rosciada*, non à *Rugiada*, quæ minutim stillat. Franc. Sacch. *E Buonarauno croscia vn altra piattonata*. Etiam pro ignis crepitu, *Crosciare*. Liuius, apud Lex. Etruscum. *E si del vapore, e del fumo, e del crosciare, che l bisconere faceua crepitare*, Veneti imbrem effuse cadentem *sgrenazzo* appellant, à crepitando, *Crepitatio* aquarum.

Item *stroscio* Dantes posuit Inf. XVII. *I sentia già dalla man destra il gorgo, Far sotto noi vn mirabile stroscio*. Land. *Cioè sono che nasceua per la caduta dell' acqua*. Sequitur enim. *Alhor fù io più timido allo scoscio*. Land. *Alla caduta della acqua*. Vel ab eo quod dictum est;

vel

vel ab *excussio* cum imber nubibus excutitur, vnde etiam *Croscia* deriuari potest.

CROTTO. *Grotto.* Pullus sero natus, atq; ouo exclusus. Columel. L. VIII. 5. *Item serotinò pulli, qui ab solstitio nati capere iustum incrementum non potuerunt.* Serotinus, *Crottinus*, *crotto*. Sunt autem ferme implumes, aut raro plumitio vestiti. Potest etiã à *Cordus*, vt agnus cordus, tarde natus. Hispani. *Cordero*, *Cordo*, *crodo*, *crotto*. Sed prius magis placet.

CROVELLO. Insubres mustum appellant, sponte ex uvis, antequam calcentur, defluens: *Mustum lixivum* Columellæ, *Protropum* Plinio: ex Græco προτρόπος. Vitru. L. VIII. *Sed animaduertimus apud Insulam Lesbon, vinum protropum*. Ibi Philander ex Plinio, & Polluce notat, ita appellari vinum, quod spontè effluit, antequam uvæ calcentur, quasi primo fluens. Idem putat lixivum diuersum à protropo, quod distillauit, antequam nimium uvæ premantur: idque ex Columella Lib. XII. 27. Sed verba huius indicant idem fuisse cum protropo. *Mustum lixivum (hoc est antequam prælo pressum sit, quod in lacum mustum fluxerit) tollito. Tortivum* autem dicebatur torculari expressum post primam pressuram, vinaceorum circumciso pede, vt ait Columel. eodem Libro Cap. XXXVI.

Si ergo à Græco, *Crouello* est Protropum, *tropulum*, *trouello*, *crouello*, & *gropello*, quanquam hoc genus vini subdulcis, & exquisiti, significat. Sed potest esse à *grapulis*, ideſt racemulis, *grapello*, *grouello* & *cropello*, quod ex racemulis ante pressuram fluit.

CROZZOLE. Venetis fulcra lignea, siue grallæ, quibus crure debiles, aut pedibus capti gressum iuvant. Etrusci, *Grucce*, Germ. *Krucken*, Gallis, *Crosses*. *Crucciole*, quod instar veteris Crucis, cum erecto ligno, breuius transuersim immittitur, vt literam, T, repræsentet. Pap. *Crocia dicta à similitudine Crucis*. Insubres. *Scanse*, & *scanscie*. *Scansula*, ligna scansilia, instar veterum grallarum. Festus. *Grallatores appellabantur Pantomimi, qui vt in saltatione imitarentur Ægipanas, adiectis perticis furculas habentibus, atque in his superstantes, ad similitudinem crurum eius generis, gradiebantur.* Quod artificium adhuc in vsu est.

CRVSCA. Furfures, crassius farinæ recrementum. Vel à cernere, quod idem est, ac cribrare. Vitru. L. II. 5. *Si quis testam tusam, & succretam*: ideſt cribratam, nam succernere, & incernere, & excernere, Vitruvio pro cribrare: vnde Incerniculum, cribrum. Succretum, excretum, *cretum*, *gretum*, *crusca*. Belgæ *Gruis*. Vel à quisquiliæ, purgamenta, *Cusculia*, *Crusca*. Festus. *Quisquilia dici putantur quidquid ex arboribus minutis surculorum, foliorumque cadit, vel quidquid cadit.* Quod ergo ex grano excernitur, & de polline cadit quisquilium, *cusculium*, *crusca*.

Nam quod ad Gallicum *Gruau*, & Belgicum *Gruis*, aptius forte erit à Græco Κυρήβια, folliculi, siue retrimenta fabarum. Erotianus Κυρηβίων apud Hippocratem exponit, ἀχύρων, καὶ πιτύρων, acerum, & furfurum, Atticam esse vocem adnotans. *Choribium*, *gribium*, *gruis*, & *gruau*. *grusca*, & *crusca*.

Quia autem purgamenta hæc in excernendo decidunt, *Crodare* pro cadere, de pomis, & fructibus caducis, licet aliam coniecturam supra attulerimus in *crollare*, non enim semper ab incussu, sed sponte cadunt, vitio, vel maturitate. Ita apud Normannos, teste Menagio *le grou* appellantur poma, quæ decidunt: & colligere, *les pommes grouees*, & *le vent ferà bien grouer les pommes*.

A *Crusca* nobile illud Etruscum Lexicon, erudito emblemmate nominatum est quo Italicæ linguæ flos à furfure excernitur: & eodem titulo nunquam satis laudata Academia.

CVCCA. Fraus, deceptio, illusio. Vide. *Becco*.

CVCIRE, *Cuscire*. Consuere, *cosuere*, *cosire*, *cucire*. Glos. *Cuso* ῥάπτω, *Cusit*. ῥάπτει. Περιράπτω, *Suo*, *Cosio*. Glos. Arab Lat. *Coso*, *insuo*, *sagitto*: Vbi vel *sarcio* legendum, sequitur enim *Sartor*, vel sagitta translate, pro acu. Nam infra. *Insuo*, *sagitto*, *vel coso*.

Cuscino, puluillus, in quo consuitur, & qui capiti subiicitur, nisi *Cossino* sit à coxis, quod mulieres illum cum acu operantur, coxis complectuntur. *Cuciture*, *Costure*, Suturæ. Illis qui nouas vestes induunt, dici solet. *Assettare*, *spianare*, *maccare le costure*. Morg. XIV. *Beltrame adosso à Margutte si getta, E col baston le costure gli assetta. Non domandar, se le trouaua tutte, E se le spiana me chel farsettaio?* Infra. *Se vn tratto le costure ti ragguaglio.* Veneti, *sgualivare le cusidure*.

CVFFIA. *Scuffia*. Capitis tegmen, cum muliebre, tum virile, sed ferme nocturnum. Salm. ad Histor. Aug. 390. *Cufam enim Latini dixerunt, & tufam. Tufam, thiar am vocat Nicetas. Τύφιον, & κούφιον idem: Cufiam* Eustathius. Glos. *Cufia*, *Camasia*, quod genus pallij, vel vestimenti villosi. Isidor. *Camasus*, *amphimallus*. Alibi. *Amphimallus*, *birrus villosus*. Inde Gufiam etiam nunc appellamus galerum, & pileũ nocturnum. Gufam autem pro cufa scribit Isidor. Glossar. *Bigerra vestis guffa, vel villata*. Inde nos *guffum*, & *goffum appellamus, quicquid solœce fio, & pingui Minerua factum est*.

Sed cum ferme hoc capitis integumentum, aut ex gossypio, & reticulatum, licet interdum

etiam villosum, notatio Vossij verior videtur, vt sit à Belgico *huve*, vel Germanico *haube*, nisi hæc omnia à capite, quod tegit, Caput, *Cò*, *Cofia*, & *Cufia*: Math. Parisius, *Coifa*. Pro quolibet enim capitis operimento. Papias. *Cidaris, mitra, thiara, pileus sacerdotalis, cufia*, Codinus pag. 71. Ex quibus intus in aula quidem in capite ferunt eiusmodi σκυφίας μετὰ καμασίων: vbi distinguit Scufiam, à capasiis, siue cucullis, cum tamen vtrumque capitis tegmen sit: hoc longum, & in acutum desinens, illud rotundum, & capiti adpressum; vt nunc Monachi sub cucullis, birreta vel cufias gestant, Et Serenissimus Venetiarum Dux, sub Mitra, siue Ducali Cornu, Cydarim, vel Cufiam gestat, vt olim Hebræorum Pontifex. Ceterum Codinus, *Capasion*, cucullionem reddit, Italica voce *Cappa* à capitis tegmine, siue adiecto cucullo, cui caput indi potest, commode appellatum.

Mirum autem est à quibusdam tradi *Cuffiam* esse à *Scaphium*, idque auctoritate Iuvenalis. *Et ride positis Scaphium cum sumitur armis*. Hoc magis nos ridemus, Quid enim sit ibi scaphium, vel mediocriter eruditi non ignorant.

CVFFO. Veneti pro curuo, & cernuo, Gibbus, *ciffo*, *cuffo*: hoc à Græco κυφὸς. Glos. κυφὸς. *Cebulus*. Legendum *Cernulus*, vel *cernuus*, vt Vulcanius. Quanquam & *Cebulus* retineri potest, quasi *Ceuulus*, à *ceuere*, corpus inclinare. Nam supra in iisdem Glossis Κυπτω, *Vergo*, *ceuo*, *inclino*. Inde *Ceuere* in re turpi. Iuven. *Imputat, & ceuet*. Et. *Ego te ceuentem Sexte verebor?*

CVGINO. Contractum ex *Consobrinus*. Hoc autem quasi *Consororinus*, quod etiam ad patrueles translatum. Glos. Ἐξάδελφος, ὁκ δύο ἀδελφῶν ἀῤῥένων. *Consobrinus, quasi Consororinus*. Quanquam Donatus ita distinguat, *Sobrini ex duabus sororibus: Consobrini ex fratre, & sorore: cum ex fratribus, patrueles*. Nicodius. *Cugino*, *consanguineus*. Menagius, *Congeutus*, ex eodem genere. Sed quemadmodum à *Consuere*, *Cuscire*, ita à Consobrinus, *Cogino*, & *Cugino*.

CVL. V. *Costui*.

CVPO. Profundum. A *Cupa* dolio, vase vinario, vt supra dictum. Vtrumq; coniunxit Dantes Inf. XVIII. *Lo fondo è cupo, si che non ci basta Loco veder, senza montar al dosso*. Inf. VII. *Non è sanza cagion l'andar al cupo*. Inferni profundum. Translatè de lupæ insatiabili auiditate. *Per la tua fame sanza fine cupa*. Profunda fames, & gula, sicut profunda ambitio Sallustio dicitur. Potest etiam esse à *Cuba*, crypta, cisterna. V. *Catacumba*.

Cupo etiam Itali vocant hominem tectum, sua consilia, & sententiam profunde occultantem; quem Latini *obscurum* dixerunt. Horat. epist. *Quia occupat obscuri speciem*. Græci, Κρυψίνουν, quod mentem, siue sententiam profunde tegat,

CVPOLA. Templi tholus, siue fornix. Voss. de vit. serm. L. I, 3. *Cymbium, à κύμβη, cymba, tum poculum cymbæ figuram referens: tum camera, siue fornix ob formam concauam cymbæ similem*. Corippus L. III. *Quas super ex liquido præfulgens cymbias auro, Immodico, similans conuexi climata Cœli, Immortale caput, soliumque sedentis obumbrat*. Idem Voss. Lib. III. *Cuba ex Glossario Camberonensi extrema pars nauis, eo quod incubat aquis, ex quo fieri potuit Cupola*.

Verum apud Corippum non templi fornix, sed vmbella describitur solio imposita, & *Cupola* potius à *cupa* idest dolio, quod testudo, & tholus in summitate, cupæ inuersæ formam referat, siue paruæ cupæ. Quemadmodum, *magni cortina Theatri* dicitur in Catalectis Virgilii, *Tholus Theatri*. Nam *Cortina* vas inficiendæ lanæ, instar aheni, aut lebetis vt sit veluti vas inuersum, Ita *Cupa*, *cuba*, & *cupola*. Chron. Venet. *Intrò fuogo nella Chua grande della detta giesia: e saltò il fuogo da Chua in l'altra*, Hispani. *Cubeta* cupola, & *cubilete* acetabulum, *cupile*, *cupiletum*. Iidem pro fritillo, quo tesseræ iaciuntur, à similitudine.

Baldus tamen Lex. Vitru. *Cubam*, & *cupolam*, vocem Arabicam esse contendit. *Cubaba* rotundauit, contraxit. Nobis latina videtur. Sicut Hispanorum *Alcoua*, cubiculum, vel à cubando, vel quod concameratum: sicut & *Boneda* à volnendo, vt Coaruvias, *fatta in volta*, alij Arabibus adscribunt.

CVRATO. Parochus, Curio. Salm. Hist. Aug. p. 481. *Dictatus pro dictator, exploratus, pro explorator, speculatus, pro speculator: sic etiam hodie Curatos vocamus, qui Curatores erant dicendi*. Sed *Curato* per apocopen factum est ex *Curator*,

CVRARE, pro purgare Veneti dicunt, grana secernere, ac mundare. Quæ vox Latina eodem sensu, Scribon. *Curatus adeps suillus*, vt Rodius in Lexico, Celsus Lib. V. 19. *Seuum curatum*. Alibi. *Curantur dolia*, idest purgantur. Veget. L. IV. 8. veterin. *Hædinum caput curatum*, idest cum cura, siue curiose purgatum. Inde *Cura orecchi*, & *Cura denti*, idem pro auriscalpio, & dentiscalpio. Etiam Etruscis *Cura*, dicitur locus, vbi lintea purgantur, & dealbantur. Sed *Curata* intestina prope Cor, non à curando, verum à corde, *Corata*, *coradella*. Rustici Patauini pro *curare* etiam nobiliori voce dicunt *Studiare*, idest fœnum, fruges,

fruges, & alia huiusmodi cum studio curare, ac purgare.

CVSTONE. *Custo*, herbarum, ac fruticum caulis, siue thyrsus. Fustis. V. *Busto*.

D.



DA. *De à*, *de ab*. *Da capo*. de à capite. Veneti *da cao*, Insubres *da cò*. Veneti *da recao*. redeundo ad caput Galli *de rechef*.

Da se. sponte. *de abse*. *Dall' hora* de ab illa hora.

DADI. Tesseræ. Turneb. L. VI. Cap. III *Bolos siue iactus in ludo tesserarum* notat, *dari*, *vel reuocari solitos*, *vnde eum ludum datorum app ellari*. Ex Ausonio.

Narrantem fido per singula puncta recursu
Quæ data per longas, quæ reuocata moras.

Quem reprehendit Salm. H. Aug. p. 465. quod non boli darentur, aut reuocarentur, sed calculi in Ludo XII, scriptorum. Cic. in Hortensio. *Itaque tibi concedam*, *quod in xij scriptis solemus*, *vt calculum reducas*, *si te alicuius dati pœnitet*. Id tamen Turneb. in Orat. Cicer. III. in Rullum notarat. *Hic ego* inquit *non præteribo*, *nostras tesseras vulgo datos appellari ex eo*, *quod qui in scrupis calculum promouerat*, *dare diceebatur*, *vt in illo Ciceronis si te alicuius dati pœnitet*. Vterque igitur existimat tesseras *datos* dici contraria ratione, cum potius calculi *dati* dici deberent, quod darentur, & reuocarentur. Mihi simplicius videtur, ita appellari quod in ludo etiam solitario tesserarum, sine calculis, mutuo tesseræ dentur, siue tradantur inuicem, & recipiantur; iisdem enim tesseris vterque lusor vtitur. Siue à voce poscentis *da*, *dato*, Gall. *Dez*. Ea voce vtitur Papias. *Senio*. *Datus alearum*, *dictus sit*, *cum dat sex*. Siue à iactando, nam & hodie *dare* pro iactare dicimus. *Dà* proi mitte tesseras. Negat Salmasius tesseras dari solitas. Reuincit eum Ouidius Tristium II. I. *Tessera quot habeat numeros distante vocato*: *Mittere quo deceat*, *quo dare missa modo*. Idem. *Tu male iactato*, *tu bene iacta dato*. Tesseræ, non calculi iactantur. Et illud Ausonij. *Narrantem fido per singula puncta recursu*, *Quæ data per longas*, *quæ reuocata moras*. Nulla in calculis puncta. Cum præterea in ludo calculorum (siue scacchorum) nullus tesserarum vsus.

DAGA. Pugio: si ea latior, gladiolus. Germ. *Tagken*: vel *Dege*.

DAINO. Dama. Germ. *Deinlin*, *Danicken*.

DAMA. *Damigella*. V. *Donna*.

DANT. de hoc Scal. ex. in Card. 206. 5. *Dant autê quod & lant*, *& elant inuenio appellatum facie bubula est*. *Corium adeo firmum*, *vt cuinis telorum ferreo generi sit impenetrabile*. *Sclopi tamen globulo peruium*. Ex hoc militum thoraces sine manicis, siue colobia conficiuntur.

DANZA. Saltatio, *danzare*, choreas ducere. Germ. *Dantzen*. Non à densando, quod fullones vestimenta cogentes, & densantes, saltarent, vt Salmasio visum est. Alii ex Arabico *tanza* deducunt. Sed Germani *Dantz*, & *Tantz*, dicunt.

DARDO. Iaculum. Fortasse *Veruttum*, *vertum*, *dardum*. vel à Dardanis populis, quorum inuentum. Monosinius ab ἄρδις teli cuspis.

DATIO. Portorium. Aliqui à *pedaticum*, *pedatium*, *datium* contractum putant. Bign. 611. *Pedaggio*. Villan. IV. 35. *Egli non vi ricoglie dano pedaggio*. vnde Galli *Peage*, & *peager*. Cuius tamen vocis origo ipsis incerta. Simplicius, à dando, siue soluendo, datum & datium factum esse, & dationem. Anastas. Nicol. I. *Sed & nullam dationem*, *quam Sacri Canones non præcipiunt*, *ab eis aliquando exigas*. Et *Dacia*, siue *Datia*. Pet. de Vincis. L. V. cap. 39. *Quod Dacia*, *vel collectæ non auferantur ab his qui in seruitio Curiæ non commorantur*. Ita & *datiuum* & *dsina*, *daiia* pro tributo Venetis dicitur. & *Data*. Hist. Pistoia. p. 46. *E pose vna gran data per pagar la gente sua*. Varia autem tributorum, & vectigalium genera attulit Voss. L. II. C. XVI. ex Diplomate Dagoberti Regis, vbi de mercatu S. Dionysij agitur. *Nec de nauigijs*, *nec de portibus*, *nec de carris*, *nec de saumis*, *nullum teloneum*, *vel foraticum*, *seu rotaticum*, *vel pontaticum*, *vel portaticum*, *vel salutaticum*, *seu cespitaticum*, *siue mutaticum*, *vel aliquam exactionem*, *aut consuetudinem exigere*.

DAVANTI. *De ante*, siue rectius *de ab ante*. Dant. Par. XXXI. *Si che nulla le potesser dauante*.

DECANO. Olim qui x. militibus, aut clericis præerat, decanus dicebatur, nunc pro alicuius collegij seniore accipitur. Item villarum, & pagorum magistri *decani* appellantur. Voss. L. III. C. VIII.

In militia Decanum vocitarunt posteriores, *qui x militibus sub vno papilione de gentibus præesset*. *Ipse vndecimus caput contubernij* vt Veget. L. II. Cap. XIV.

Item extra militiam Decani fuerunt Iudices minores, *qui Comiti suberant*. *Comes enim pagi erat vniuersi Iudex*. *Subtrant ei centenarij qui per centenas ius dicebant*. *His centenarys minores decani*, *qui tantummodo per decanias dice-*

dicebant ius. De quibus Vet. Formulæ C. xI. *Centenarijs, & Decanis, vel omnibus in Christo credentibus*. Item Hincmarus ep. Iv. Cap. xI. *Comites & Vicarij, vel etiam Decani plurima placita constituant*. Ita in Vrbibus Venetæ ditionis. *Centenarij*, siue *capo di cento* dicuntur Vicorum magistri, in pagis autem *decani*. Demum extensa significatio, ad eos qui Monasterio, vel Canonicis, siue præbendarijs præessent. De quibus Bignon. 599. 601.

DE FORA. *De foris*. vox inferiori seculo vsurpata, vt *de intus*, *de subtus*, & similia.

DENTRO. *De intro*. *De intus*. Fulgentius. *Promos, & condos appellari voluerunt cellaritas, eo quod de intus promant*. Galli *dans*, & *dedans*.

DEPVTARE. Destinare, præficere. Glos. v. *Deputat*: ἀναφέρεται. Καταλέγεται. *Deputati*. qui negotio præficiuntur. *Delegati*. Ita Vrbium Duumviri & Quatuorviri, quibus reip. cura demandatur.

DERRATA. pro vili pretio. Quod scilicet de rata pretij parte detractum est. Inde pro re felici, & *mala derrata* pro infortunio. Vil. L. xI. 130. *Rifribenda la fortuna à Fiorentini la mala derrata di Lucca*. Item pro delicto Morgant. Iv. *Prima che sotto la Luna si corche, Io ti meriterò di tal derrate*. Alij, quasi *denariata*: parum apte.

DESCO. Mensa pauperiorum. Discus Germ. *Tisch*. Olim lanx, ad inferendas epulas, vt Pollux docet, & ideo *missorium vasculum* Papiæ dicitur. Ita caput D. Io: Baptistæ in disco allatum. Glos. Δίσκος. *Discus*. *Lanx*. Nunc pro agresti mensa accipitur.

DESCONIRE. Patauini destitui, animo linqui. *Desuenire*, *disfinire*, *suenimento*. Iidem *Inchina*. In finem, *insina*.

DESINARE. *Disnare*. Prandere. Siluius in Isagoge, à Græco δειπνεῖν. *dipner*, *disner*. factum putat. Menagius à Latino *desinare*, pro *desinere*. Nam teste Festo *desinare est desinere*. Quod tunc matutini laboris finis sit. Ego ante aliquot annos cum de hora cibi capiendi apud Romanos, publice disputarē, dixi, videri mihi à *deiciunare* factum. Nam sicut Galli *dejuner* pro ientari dicunt, quod est *deieiunare*, siue ieiunium frangere, vt viri summi pridem docuerunt: ita Italos, quod magna pars mortalium prandio ieiunium soluat, & integram famem ad epulum meridianum afferat, ex *deieiunare*, *desinare* factum esse credidi. Quam opinionem nunc libentius amplector, quando doctissimum Valesium eiusdem sententiæ esse Menagius tradit in Appendice. Glos. *Degunere*. ἀπογεύσασθαι. Lege. *Deiunare*, siue *deieiunare*: gustare. Eiusdem etiam sententiæ fuisse Clarissimum Leonardum Saluiatum idem Menagius testatur.

DESIO. *Desiderium*. *Desirium*. *Desiro*, *Disirare*. Dant. Par. Iv. *Come disiri ti farò contento*. *Desio*. *Disio*. D. In. 4.

Che senza speme viuemo in disio

Et Par. 33.

Sua disianza vol volar sanz'ali.

DESTARE. E somno excitare. Glos. *Excitat*. ἐξυπνίζει. *Deexcitare*. *Destare*. Insubres. *Desedare*. Veneti *Desdisiare*, & *desmisiare*. Hisp. *despertare*. expergefacere, *deexpergitare*.

DESTRIERO. Equus generosus. Vols. de vitijs serm. Lat. L. II. C. xIx. à *dexterisare* dictum putat. Quod equus sit strenuus, belloque idoneus. Turneb. in Cic. de Fato. *Cum olim in quadrigis duo equi iugales essent, qui ad iugum currus iuncti, duo funales, extra iugum fune religati, quorum alter sinisterior, alter dexterior diceretur*. Vt Suet. Tib. *Dehinc pubescens Actiaco triumpho, currum Augusti comitatus est, sinisteriori funali equo, cum Marcellus Octauiæ filius dexteriore veheretur*. Subiicit à Circi more equos bellatores *dextrarios* appellari: cum præsertim *dextrationem pro aurigatione* vsurparit Solinus, *quia dextrouersum flexus meta lustrabatur*. In confesso tamē apud omnes est, non dextrorsum sed sinistrorsum metæ flexum fuisse. Quare *dextrarius* non ab flexu metæ, sed quod *dexterior* funalis equus loco maxime conspicuo ponebatur is, qui specie, & decore ceteros anteiret. Vnde *dextrarius*, pro generoso, & eximio. Eodem loco Turnebus parum recte ab eodem Circi more *Rossinum*, & *Palafrenum* deducit, vt suo loco ostendemus. Loca Scriptorum quibus dextrarij vox vsitata suppeditat Vossius loco laudato.

DESTRO. pro secessu ad leuandam aluum. Quod *dextrum* pro apto, & commodo accipitur. Vnde res eadem *agiamento*, & *commodità* honeste Italis dicitur.

DEVINARE. Veneti dicunt ex metaxa filum agglomerare. Hispani propius originem accedentes, dicunt, *deuanar*. quod est depanare, panum scilicet, siue licium glomerare. Nam *panus* licium, siue filum significat, vt ex Varrone notum. *Panuclium à pano & voluendo filo*. *Panela*, vox texentibus familiaris. Galli *deuider*, non à diuidere, vt Scaliger in eum Varronis locum existimat, à filo diuidendo hoc est luendo: sed vt rectius Siluius in Isagoge, p. 12. quasi deuacuare, *deuodar quo significamus*, inquit *filum ex girgillo*, (quem ob id *deui. doir*, vocamus) *glomerare*. Hoc ipsum instrumentum Veneti *deuanadora* appellant, Etrusci *Dipanatoio*, a *depanando*, non à diuidendo & *Arcolaio*, vt supra ostendimus. Vulgus etiam *indeunare*, Etrusci *Depanare*, & à glomis, *agomitolare*,

& *gemare*; & à villis *anilupare*. Glomum Veneti *Gemo* appellant: Insubres, *Nemisello*, quasi *Glomisello*.

DESLABRARE. Insubres pro dilacerare, & *deslabrado*. Festus. *Lamberat*, *scindit*, *ac laniat*. Galli *deslabrer*, quod Bouillus à *deglabrare* deducit. An à *delibrare*, quod est librũ, siue corticem arbori detrahere?

DI. Articulus patrij casus, qui Italis pro sexto ferme sumitur. *De*, *De illo*, *del*, *dil*, *di*. in pluratiuo *delli*, de illis. Sicuti accusatiuum pro datiuo sumunt, vt *al* ad illum, *alli* ad illos. *dalli* de ab illis.

DIASPRO. Iaspis.

DI BOTTO. *Debotto*. Statim, subito. *de subito*, *di butto*, *di botto*. Dant. Inf. XXII.

Non altrimenti l'anitra di botto
Quando 'l Falcon s'appressa, giù s'attuffa.

Et Cant. XXIV.

In quel medesmo ritornò di butto

Quod Landinus *di subito* explicat, vt & Purg. XVII.

Come si frange il sonno, oue di butto
Nuoua luce percote 'l viso chiuso

Di butto, idest *di subito*. *De subito* autem Latinis vsitatum. Lucretio, Plauto, Ciceroni vt doctissimus Gifanius in Indice Lucretiano docuit.

DINANZI, *dianzi*. *deantea*, *deinantea*. Dant. Inf. I. *E non mi si partia dinanz' al volto*.

DIETA. Præter vulgatam Græcę vocis significationem, qua victus ratio venit, etiam domus partem, quæ cubiculum, & cœnationem contineret Diętam, & Zetam appellatam fuisse viris doctis pridem obseruatum est, præcipuè Marcello Donato ad Lampridium. Et quanquam hæc cubicula exigua admodum essent, vt ex Plinij epistolis apparet, ampla postea conclauia, & laxa cœnacula eandem appellationem sortita constat. Ex quo factum vt loca in quæ proceres regni ad consultandum conuenirent, & ad ferenda suffragia *Dieta* dicerentur, post, ipse Conuentus, ac Comitia, eodem nomine notarentur. *Dieta di Ratisbona* pro Imperij Comitijs. Addit Menagius, ex Tacito cum apud Germanos mos esset de Rep. in conuiuijs consultare, quod in Dietis & conuiuia celebrarentur, & concilium de summa re haberetur, factum inde vt Comitia ipsa *Dieta* appellarentur. Atque ita contrario nomine *Dieta* vox, quæ medicis victus sobrietatem notat, imposita loco in quo genio indulgetur. Nec illepide ab Alexandro VII. Pontif. dictum est, cum in Comitijs Germanicis immenso luxu, ac nepotatu inter Imperij proceres certatum esset, eam non Diœtam videri sibi, sed crapulam.

DIETRO. *Deretro*, *Diretro*, *dietro*. Dãt. Purg. X.

Che diretro à Michol mi biancheggiaua.

Et *diretro* pro dorso. Idem. Purg. XIX.

Et egli à me, perche i nostri diretri
Riuolga il Cielo à se.

Land. *dorsum*, *& renes* interpretatur.

A *diretro deretano*, pro postremo, & *dreano*, qui retromanet, item *drio*, & *de drio*. Hisp. *de tras*, quod est trans. idest trans humeros, ac dorsum non à *retras*, sed *de trans*. Galli. *Arriere*, *retro*, *à retro*. Vnde *arrerager*, quod veteres Latini *reliquare*, residuum persoluere. Quod restat, siue quod retro mansit.

DIFFALCARE. Detrahere, & imminuere. Voss. L. I. de vit. serm. C. XXIII. *Defalcare lucro*, *pro aliquid de eo quasi falce decidere*, *ac deducere*. Sed est à *fallo*, *fallitare*, *defallitare* (dicitur enim & *diffaltare*) fallitur enim cui aliquid de lucello dimminuitur.

Inde diffalta pro defectu. Vil. L. VI. 22. *Nel detto assedio hebbe gran diffalta*, *di vittuuaglia*, *e di moneta*. Dant. Purg. XXVIII.

Per sua diffalta qui dimorò poco,

loquitur de primo parente, vbi Land. *diffalta* defectum esse ait, sed non recte eam vocem à *disfare* deducit. Est enim à fallendo, nam lapsus, spem Dei sefellit. Item pro scelere. Idem. Par. IX.

Piangerà Feltro ancora la diffalta
Dell'empio suo pastor.

Hic fidem fefellerat, prodendo eos qui sese illi commiserant.

DIGERIRE pro cibum concoquere. Glos. ἀπεπτῶ. *Crudito*, *non digero*. ἄπεπτος, *Crudus*, *indigestus*.

DISGRIGNARE. De canibus, qui hiriunt, hoc est diducto rictu dentes ostentant, à *ringi*, quod idem significat, vt etiam Menagius obseruat. Lucretius Distringere ricta Lib. V.

Irritata canum cum primum magna molossum
Mollia ricta premunt duros nudantia dentes Lõge alio sonitu, *rabie destricta minantur*. Plaut. *restringere dentes*. Hispan. *Regaznar* ab eodem. *Sgrignare* vero est cachinnari: effuse ridendo rictum diducere.

DILEGGIARE. Irridere, deludere, *diludiare*: non à delicijs, aut à risu. Delusione, *diligione*. Vil. L. IV. 26. *E menato à Roma à diligione*, *in su vn Camelo col viso volto alla groppa*, *e la coda del Camelo in mano*. L. VII. 81. *Commandò che sempre andassono vestiti come femine per loro diligione*. Vel *derisione*.

DILEGVARE. *Deliquari*. Glos. *deliquat*. Διυλίζει, διηθεῖ. Translate Dant. Inf. IX.

Come le rane innanzi alla nimica
Biscia per l'acqua si dileguan tutte.

Quod Landin. euanescere, & repente oculis sub-

subducî explicat, à *liquesco*, quod dissolui significat.

DILITICARE. *Titillare. Titillicare*, per transpositionem, *diliticare*. V. *Gatizzole*.

DIMANDARE & *domandare*, pro vocare, item appellare. *Mandare, demandare*. Nam antequam aliquid mandetur, vocatur is, cui negotium committitur. Inde *dimandare*; pro appellare, vocare, item petere, rogare, quærere. Dant. Inf. v.

Volsi così colà doue si puote
Ciò che si vole, e più non dimandare.

Et xxix.

Mà tù chi sei, che di noi dimandasti?

DIMANI. pro Cras. *De mane. Dimane, dimanè*. Dant. Inf. xxxiii.

Quando fui desto innanzi la dimane.

Vbi pro diluculo sumitur. Puto ex postridie mane contractum esse, siue quod ferme mane ad meridiem res agerentur *mane* pro die acceptum est.

DIPANARE. V. *Deuinare*.

DIPORTO. *Andare à diporto*. Animi causa diuagari, spatiari. De loco ad locum portare se: *deportare*. Pap. *Deportare de loco ad locum portare, spatiari*. Et. *Spatiatur, deambulat, huc, illucque se deportat*. Sed *portarsi bene*, pro bene se gerere, vtrumque enim idem significat. *Boni portamenti*, pro moribus honestis.

DIRIMPETTO. Contra, ex aduerso pectoris, pectori oppositũ, pectus respiciens. Chron. Venet. *A repetto della detta bastia. Rimpetto, dirimpetto*. Qui enim ex aduerso est, oppositum respicit.

DIRANCARE. Distorquere. Vox antiqua, translata à gressu claudicantium, quod *rancare* dicitur, vt Lexicon Etruscum. Sed vndenã? Nempe *rancato*, qui læsis renibus claudicat, *derenicato, rancato, desrenato*.

DIRITTO. *Dritto*. directum Dant. Par. xv.

Così si veggion quì diritte, e torte

Pro iusto, & æquo: sicut *torto* pro iniquo. Galli *tort*, & *droict*, vt *curuo dignoscere rectum* apud Horat. De quo Bud. in Pandectas, & Bignon. ad Marculph. p. 498. Dant. Inf. xxvii.

Com' el bue Cicilian che mugghiò prima
Col pianto di colui (& ciò fu dritto)
Che l'hauea temperato con sua lima.

Et Purg. v.

Assai più là che'l dritto non volea.

Et *Torto* pro delicto. Inf. xix.

Da lui saprai di se, e de suoi torti.

Far torto inique agere.

DIROCCARE. *Derupicare*. V. *Rocca*.

DIRVPARE. *Diruere, à rupe decidere. Diruppo. Deruptum*. Lucret. L. vi. *Et rupes, deruptaque saxa*.

DIROZZARE. *Polire: dolare* ruditatem depellere. Latini *Erudiare*. Insubres. *Disgrezzare*: *Grezo* enim est rude opus. *Ruditum, Grezo*.

DISAGGIO. V. *Aggio*.

DISASTRO. Infortunium, quasi ex malo astro, & infelici sidere proueniat. Hisp. *desastrado*, infelix. Sicut *dedetta, desditta*. Infortunium; *Factum, dictum*. Fatum infelix. Hisp. *Desdicha, Desdichado*.

DISCAPITARE. Dispendium facere. De capite, siue sorte aliquid amittere. Caput enim siue sors de nummis fœnori collocatis. Veneti *Descauedare*.

DISCERNERE. Perspicere, & seligere, prout, *cernere*, vtrumque significat.

DISCETTI. Dant. pro *dissipi*. Par. xxx.

Come subito lampo che discetti
Li spiriti visiui.

Land. *discepti, discetti. Dissipitare, disseptare, discettare*.

DISCIPLINA pro pœna, & coercitione: quod qui in disciplinam traduntur, verberibus obnoxij sint. Marculf. Form. 27 Lib. ii. *Quod si exinde negligens, aut tardus apparuerit, licentiam habeatis, sicut & ceteris seruientibus vestris disciplinam corporalem imponere*, & sequenti Formula. *Quod si non fecero, licentiam habeatis mihi qualemcumque volueritis disciplinam ponere*. Et formularum veterum postrema. *Vt talem disciplinam supra dorsum meum faciere iubeatis, quam super reliquos seruos vestros*. Ita flagellum ex funiculis compactum *disciplina* vulgò appellatur, & *disciplinarsi*, flagris in tergum suum sæuire; & *disciplinanti*, plagipatidæ qui delictis de corio suo satisfaciunt. Simpliciter pro pœna. Vil. L. vi. 7. *Si mostrò per diuino giudicio, che Pisani hauessono quella disciplina per la loro arroganza.*

DISCOLO. Morosus. Proprie morosus circa cibum, vt Casaub. ad Suet. Cæsarem notauit. Sicut ἄκολος, indifferens circa victum, nam κόλον cibus. Generaliter deinde accipitur pro δύστροπος, morosus, siue multorũ & diuersorum morum, homo, etiam *Phantastico*, vt Græci φαντασιοκόπος. Glos. Δύσκολος. *Morosus, difficilis, Truculentus*.

DISEGNARE. Delineare, deformare Designare, quæ vox Vitruuio frequens, de ea Philander initio. Et Diagramma, & Graphis, *L'arte del disegnare*. Graphidis peritia.

DISFIDARE. Prouocare bellum indicere. Quia ex eo fides, quæ ante fuerat, non durat, vt ait Vossius de vit. serm. L. iv. C. vi. Siue, vt idem, à barbara voce *Feida* pro inimicitia. Ita apud Frederic. L. ii. feudal. tit. 59. *Perpetua damnamus infamia, diffidamus, atque bannimus*. Pet. de Vincis. Epist. L. iii. Cap. 85.

Diffi-

Diffides eos tanquam inimicos nostros. Et in Legg. Longob. tit. *de diffidationibus*, idest de ratione bellum denunciandi hostibus. Idem L. 2. C 6. *Faida, & feida inimicitia, à Germ. quibus inimicus feind, vel fiant*. Nec tamen quasuis signat inimicitias, sed capitales, vnde *Faida* inglossis vindicta mortis exponitur. Exempla apud eum vide. Prior tamen opinio magis placet, scilicet fidem liberare, remittere amicitiā, vt prouocatus sibi deinceps caueat. Hispani *Desafiar*. Vel de læsa fide aliquem appellare, siue de infidelitate ad certamen prouocare. Vita Ludouici Pij. pag. 212. *Bera Comes, cum impeteretur à quodam vocato Sanila & infidelitatis argueretur, cum eo secundum legem, equestri prælio congressus est, & victus.*

DISGRATIATO. Infelix. Quod in sortiendo, cum sors exit, *gratia*, appellatur. Item pro improbo accipitur, quique infortunio dignus sit.

DISLAGARE. Dilatari. Dant. Purg. 11.

Che 'n verso il Ciel più alto si dislaga.

Nempe à lacu, cum aqua exundans diffluit, & cuncta occupat. Quod *allagare* dicitur.

DISOTTO. Desubtus. Desubter. Pap. *Deorsum, desursum*, idest *desubter*. Lege *deiusum*. V. *Giuso*.

DISPICCARE. Disfigere. Nam *appiccare* est affigere, vt supra ostendimus. *Dispiccolare* etiam dicitur, quod à pediculo deduci potest, *dispediculare*, præcipuè de fructibus cum ab arbore euelluntur. *Piccollo*. pediculum. Pap. *dispicatus, decoriatus, ruptus*.

DISPREGGIARE. *Depretiari*. Pap. *Depretiatus dictus, quod non sit aliquo pretio dignus*.

DISVENIRE. Linqui animo. *Disfinire*. Veneti *desceontre*. *Fine* enim *chino* dicunt. *Inchino*, pro, in finem, vsque.

DITALE. *Digitabulum, digitale*. Vet. Glos. *Digitabulum*. δακτυλήθρα.

DITTA pro fortuna, præcipue in ludo *hauer ditta*, Fortunatum esse. *Dictum* est *fatum*, quod fando Deus statuit. *Dicta, fata*. *Desditta*. infortunium. Hisp. *Dicha*. & *desdichado*, pro infelici, vt paulo ante diximus.

DIVENTARE. Euadere. *Euenire, euentum, deuentare, diuentare*.

DIVISA. pro varietate colorum in vestitu. Olim enim diuersis coloribus vestis variabatur, vt thoracis pars alba esset, altera rubra, ex cibi alibus alterum viride, alterum flauum. Vnde diuisa, quod vestis in varios colores diuideretur. Vil. L. XII. 107. *Vestiti tutti insieme d' vn panno diuisato. Et oltre à ciò ciascuno almeno dne donzelli, e chi tre vestiti d' vna assisa, & vna partita*. Corius Hist. Mediol. parte 3. pag. 511. edit. Patau. *Sforza alloggiando con Brazzo fece la diuisa sua che era la calza stanca bianca, & azzurro dentro in longo, e la manica rossa, le gornee a quartieri seguitando la calza; mà la diuisa era ad onde strette, e Brazzo la mutò al contrario con le onde larghe*. Quod elegantissimus Iouius in vita Sfortiæ Cap. XIV. ita expressit.

Cum vno autem Braccio, ætate, fortuna, virtuteque ferme æquali, arctissima familiaritate coniunctus, adeo fraterne, & liberaliter amicitiam excoluit, vt aliquot annis inter se duo longe omnium in Italia maximi futuri Duces consilia, arma, equos, pecuniam, & tabernacula in communem vsum conferrent, ijsdemque vexillis, & lacinarum coloribus vterentur. Militaris enim sagula singulis equitibus ab humero dextro in obliquum femur, coccineo colore: e contraria vero parte per transuersum, albo, & cæ esti, alternatim vndulato distinguebantur. Verum vt aliquod ex propinquo discrimen foret, peracutos Sfortia fluctus, obtusiores vero Braccius eleganter expresserant. Quorum insignium argumentis, atque coloribus, hodie quoque vtriusque factionis studiosos vti videmus: cum CLIV anni numerentur, ex quo ea ipsi authores & Principes gestare cœperint.

DOCCIA. *Doccione*. Tubus aquæ deriuandæ. Cic. de Leg. *Ductus aquarum, quos isti tubos, & Euripos vocant*. Glos. Ὑδραγωγόν. *Aquiductium, Aquarium, Aquagium*. Aquæductus, aquæductio, *doccio*, & *doccia*. Hisp. *Aqueducho*. Dant. Inf. XXIII.

Non corse mai si tosto aqua per doccia
A volger ruota di molin terragno.

Et XIV.

Poi sen' và giù per questa stretta doccia.

Vil. L. 1. 28. *Fece fare il condotto dell' acque in doccie in arcora*. Et L. XI. 1. *Poi li facea gittare nell' acquidocci del Campidoglio*. Etiam simpliciter *ductus* dicebatur. Glos. *Ductus*. Αγωγὸς ὕδατος. Ὑδραγώγιον. Et *Dogus* pro canali. Greg. Turon. de mirac. Lib. 1. 25. *Fossas in circuitu basilicæ fieri iussit, ne forte dogis occultis lympha deduceretur in fontem*. Quare potest etiam *doccia* à doga esse, vt Salmas. Hist. Aug. 408. existimat de qua mox.

DOGA. Olim pro dolio, nunc pro asseribus quibus dolia compinguntur. Vopisc. Aureliano. *Facta erat ratio Doga cuparum, nautarum, & operum*. Turn. L. XVIII. C. XIX. ex vet. Glos. *Doga* Βοῦτις. *Dogarius* Βυττοποιός. De butta supra diximus. Vt doga dolium sit à δοχὴ. Eædem glossæ. δοχὴ *Exceptio*. à vino capiendo. Turnebum sequitur Casaubonus quanquam dubitet, vtrum à Græco δοχὴ dicta sit, vt placet Cuiacio, an ab Hebræo. Hunc Vossius de vit. serm. L. III.

L. III. 10. Vt δοχὴ sit receptaculum. Ita tamen vt dogus *aliud* sit à doga. Hæc vas ipsum, *dogus* vero asser vasis. Quod nos *la doa*. Affert Acta de mirac. S. Mariæ de Ripuario. c. 5. *Posuerunt caput eius in tinam: cum vellent aquam immittere, dissoluta est à circulis, & dogis, quasi concisa esset securibus: ita singillatim dimminuta est, vt nec esset quod foco posset aptari*. Putat dogum dictum quia vasorum asseres liquorem recipiant ac contineant: vel à Germ. *daugben*. Fortasse *dogus*, q. asser dogalis. Ad cuius similitudinem vestium segmenta, & fascias Etrusci *dogas* appellant. Vill. L. III. 2. *E portar la sua arme addogata rossa, e bianca*. L. VII. 198. *La carpa di sopra accerchiata à trauerso, con larghe doghe bianche, e bige*. Vnde *addobbare* dictum credimus.

DOGANA, & *doana*. Locus in quo merces deponuntur, donec portorium soluatur. Aliqui à Gallico *douane*, & *douane*. Hoc autem, sicut & Hisp. *duana* ab Arabico *divvan*, quod Prætorium significat, trahunt. Sed quid telonio cum prætorio? Dogas dolia significare diximus: hinc quod merces pars magna dolijs, & doliolis, vt nunc fit conclusæ illic deponerentur, *Doganam* à dogis mercium receptaculis dictam putamus, quæ ibi reponebantur. Et duana. Falcand. Hist. Sicil. *Gaytus Martinus, qui Duana præerat*. Protospata in Chronico. An. 1459. *Armata Ducis Ioannis cum XIX triremibus apparuit in maritima Neapolis, in Dohana salis*.

DOMO. Templum maximum. Scilicet quia domus Dei. Sed & aliæ ædes sacræ idem sunt. Ergo à *Doma*, quod Græcis tectum. Quia olim mos Hebræis, vt in locis excelsis preces funderent, & in superiora oraturi ascenderent, vt Baronius, & alij docuerunt. Ergo in *domatibus* siue tectis, quæ quidem non fastigiata, & in decliue pendentia, vt nostra sunt, sed æquata, & complanata erant apud orientales. Hier. ep. 135. *Doma in Orientalibus prouincijs dicitur ipsum, quod apud nos tectum. In Ægypto & in Palæstina, vbi scripti sunt diuini libri non habent in tectis culmina, sed domata, quæ Romæ solaria, & mæniana appellantur*. (*Terrazze* nobis dicuntur) Eustath. ad Lib. x. Odiss. *Elpenor cadit è tecto cum sub dio iaceret in summa domo, quia tecta non fiebant è tegulis, sed vti videtur, erant qualia nunc quoque locis infinitis videntur, aggestam super trabes terram habentia, vt in huiusmodi tectis cubare etiam aliquis possit*. De quo multa præclare disputat Ramiresius in Pentacont. C. 27, siue eius præceptor Sanctius. Ergo in domatibus orabant, & sacrificabant. Act. x. *Ascendit Petrus in superiora vt oraret*. ἐπὶ τὸ δῶμα. Hieremiæ C. XIX. *In quarum domatibus sacrificabant Baal*. Lucian. etiam in Philopseude adolescentem per alias scalas ducit ad conuentum Christianorũ. Ex quo factum vt ædes sacræ *domata*, & *domo* dicerentur, & per excellentiam il *domo* pro templo maximo. Nam articulus *il* domui aptari non potest.

DON. Titulus, quem Hispanica grauitas inuexit, & aliqui etiam rerum humanarũ contemptum professi, adsciuere, quasi simplex domini appellatio satis non esset. Nam à Dominus, Domnus. Frodoardi Chron. p. 189. *Cui præsederunt Domnus Artaldus Antistes Remorum, & domnus Theudolus Turonensis Episcopus. Iube domne benedicere*. Ex domno *donno*, hoc decurtato *Don*.

DONNO. Dant. Inf. XXII.

Ch' hebbe inimici di suo donno in mano.

Et XXXIII.

Questi pareuame maestro, & donno.

Inde in *donnarsi* pro dominum fieri. Idem Parad. VII.

Mà quella reuerentia che s'indonna

Di tutto me.

Et *Donneare* pro dominari. Idem Par. XXIV.

La gratia, che donnea

Con la tua donna.

Dominatur vt Landin. Item Cant. XXVII.

La mente innamorata, che donnea

Con la mia donna sempre.

Alij *amare*, & cum dominis, siue mulieribus versari interpretantur, quod verisimilius videtur.

A domino, dominicus, dominiculus, dominicellus, domicellus, *donzello*, & dominicula, domicella, *donzella*, pro pueris & puellis in ministerio familiæ. Exempla vide apud Voss. de vit. L. III. C. x. Quibus adde. Marculfi L. II. Form. 52. *Dum generaliter ad omnes domesticos Regis ordinatio processit, pro natiuitate domnicelli nostri illius*. Vbi Regius infans *domnicellus*, siue paruus dominus nominatur. Quo spectat Papias. *Heri, domini: inde herilis, vel heri filius, vel vt quidam dicunt minor dominus, idest domicellus*. Sed ferme pro seruis, aut ministris honorarius. Hist. Pistorij. pag. 8. *All' hora vno de donzelli del Podestà*. Chron. Vener. *I quali menà con loro trenta giouani Zentilhuomini nobilmente vestiti, & haue cinque donzelli, & sette ragazzi da stalla per cadauno*.

Sicut à dominus domnus, & donnus, ita à domina *domna*, *dama*, & *donna*: vt iam omnes mulieres *donne* appellentur, & sint, cum ferme imperent viris. Sed *dame* nobiliorum titulus est, sicut *damigelle*, tum puellæ summates, tum honestiores ex gynecæo. Ludus *damarum* in auersa alueoli parte, idest *dominarum*, & ipsi cal-

calculi, siue lignei orbiculi *dame* appellantur.

DONNA igitur pro domina. Dant. Purg. vi.

Ahi serua Italia di dolor hostello,
Naue sanza nocchier in gran tempesta,
Non donna di prouincie, mà bordello.

Vil. L. iv. 17. *La quale regnaua in Toscana, & in Lombardia, e quasi di tutto fù donna.*

Madonna, mea domina. Venetis pro matre familias, sicut *missier* pro hero. Insubribus *madonna* pro auia. Glos. barbaræ. *Abauia*. μεγαλομάδονα.

Quemadmodum à dominico, dominicellus, ita à dominica dominicella *donzella*. Quæ vox Venetis significat eum, eamque, cui virginitas illibata sit, siue pro virgine habeatur: quod ferme tales in nobilium famulatum adsciscantur. Quanquam virgo de viro inferioris tantum æui vox sit, cum veteres Latini, eum inuestem appellauerint, vt monuit Vossius Rhet. L. iv. C. iv.

DONDARE. Nutare, titubare. à pendendo, siue pendundo, *dondare, dondolare, ciondolare*, nam qui pendet hac illac impellitur. Menagius ab *Vndulare*. Vel à *rotundare*, nam quæ rotunda, nutant, & crebro mouentur.

DONDE. Deunde.

DONNOLA. Mustela. Vox ὑποκοριστικὴ matronarum bestiolæ blandientium, quasi dominula, *domnula, donnola*. Domnulus apud Sidonium ep. xxv. Sicut etiam *Bellora* dicitur, bellula. Hispani. *Comadreja, Comaretta*.

DOPPIERE. Fax. *Duplarium*, à duplici funali, siue candela. *Torchio* ab intortis, & implexis faculis. Statut. Patau. 63. 118. *Dummodo habeat duplarium accensum, vel ad minus quatuor candelas accensas.*

DOSSO. Dorsum. *Indosso*, in dorso: pro uestitu. Marculf. Lib. ii. Form. 13. *Ita vt dum aduixero, victum, & vestitum, tam in dorso quam lecto, seu calciamento mihi in omnibus impertias.* In dorso, *indosso*.

DOSSI etiam pro pellibus, hoc est pelles dorsi. Scalig. exercit. in Card. ccx. 4. De Variq. *Sciurum, & Varium sub ijs nominibus latere suspicabar. Varijs albicat venter: dorsum cinereum est. Itaque Varam ventris pellem vocat Venetus: dorsum, dossum. Mus est Ponticus, & Sarmaticus.*

DOTTANZA, pro metu. dubitatio, dubitantia, *dottanza*. Villan. L. i. C. 24. *Mandò per lei, e per le figliole, che venissero sanza alcuna dottanza. Dottare*, timere. Vil. L. vi. 91. *E poco dottaua la venuta del detto Carlo.* L. vii. i. *Prode in arme, & aspro, e molto temuto, e ridottato da tutti li Rè del Mondo.*

DOVE. Deubi. *dovunque*, deubicunque. Non igitur probari potest, quod Celsus Cittadinus scribit, literam D. ab Etruscis euphoniæ causa multis vocibus adiectam, vt in *oue*, in *onde*, in *ovunque*, nam est præpositio De, *doue* deubi, *donde*, deunde, dovunque, *deubicunque*. Vt in *dentro, dietro*, & similibus.

DOZZINA. Numerus duodenarius. *Stare à dozzina* est in conuictu sumptum pro alimentis erogare, præceptori, obsonatori, aut cœnaculariam facienti. Fortasse quia duodecim conuictores iustum numerum explere credantur. Item *stare à spese*, quod ab impensis ductum est.

DRAGOMANO. Interpres apud Turcas. Curopalata, p. 72. *Magnus interpres primus est interpretum, quos vulgo nominat δραγουμάνος. Dragomenus.* Doctissimus Iunius docet corruptum nomen esse ex ἑρμηνεύς. Nam *Thargum* populis orientalibus, est interpretamentum & *Meturgem*, siue *Turgeman* interpres. (nos etiã *Turcimano*, pro medio, & proxeneta). Hinc *Targumenos*, vel corrupte *dragomenos* apud Codinum, itemque δραγουμανίζων apud Nicetam, agens interpretem. Glos. Isid. *Particus, negotiator, qui partes vendit, qui institor, & agomanus dicitur, eo quod in diuersa manus agat*. Fortè *dragomanus*, quanquam inepta notatio.

DRAPPELLO. Turma. *Truppa, Troppa, trappello, drappello*. Significat etiam genus telæ leuidense, & raro textu, id vero à drappo.

DRAPPI vestimenta. Vox scriptoribus sequioris æui familiaris. Marculf. L. i. 12. *Argento & auro, fabricaturis, drappis, vestimentis.* Vet. Formulæ 39. *Aurum, argentum, drapalia, eramen.* Varia scriptorum testimonia inculcarunt Bignonus, Vossius, vt nuperos ommittam, nullus tamen vocis originem tetigit. Vos. Gallicam vocem esse ait, sed vnde illa? Mihi ex *raupa* facta esse videtur. Quæ vox vestem significat. Marculf. L. i. 29. *In via adsalissetis, & raupa sua in solidos tantos eidem tulissetis.* Bignon, pro *rauba*, idest veste. Leg. Alamann. *Quicquid super eam rauba, vel arma tulit, omnia sicut furtiua componat.* Quod postea per vestimenta explicatur. *De fœmina si ita contigerit, dupliciter componat, vestimenta autem quæ super eam tulit velut furtiua componat.* Adiicit Bignonus. *Rauba, vis & vestis appellationem pro omni supellectile, & vestimentis accipi consueuisse*, inde *desrober, robare*. Item formula vltima. *Et exinde annonam, vel aliam raupam in solidos tantos furaui.* Cum ergo *rauba*, & *raupa* vestem significet inde *draupa*, & *drappa*, nam ea quoque vox teste Vossio vsitata, & *drappi* & *drappalia* pro vestimentis. Quæ vox Europæis fere omnibus familiaris. Sed rursus vnde *rauba* ducta sit in quæstione erit.

Si diuinationi locus est, quod ferme vestes rubræ, siue rubentes in vsu essent, à colore raubam Italice *robba*, & *robone* factum mihi persuadeo. Vt *birrus*, pro veste coloris russi. Et quælibet lacerna etiam alterius coloris. Si Græcos sequamur planius erit à *ῥάπτειν* consuere: nam Veneti omne genus vestimentorum appellant *Drappi*. V. *Robba*.

DROGA. pro aromate. Menagius ex Salmasio Ep. 1. de Cruce ait esse vocem Persicam, *drona*, & *drogua*. *Droghiere*, aromatarius, & exoticarum specierum venditor.

DRITTO. V. *Diritto*.

DRVDO. Fidelis. Idem ac *Vassallus* de quo alibi. Bignon. ad Marc. p. 567. *Drudi pro fidelibus à Germ. vocabulo Drouu, fides*. Capitula Episcop. Rhemensis, & Rhotomag. anno 818. *In comitatu drudorum, & vassorum*. Grot. in Lex. Gothico. *Druch. & Trud, Trouue. Fides. Drudos, Drudi, Drudes*. Itali pro amatore. Daut. Parad. XII. de Sancto Dominico.

Dentro vi nacque l'amoroso drudo
Della fede Christiana, il Santo athleta.

Idest summus amator Christianæ religionis. Ferme tamen in malam partem accipitur, & pro immodesto, ac lasciuo amatore. Idem Inf. XVIII.

Thaida è la putana, che rispose
Al Drudo suo: quando disse, ho io gratie
Grandi apo te.

DVGO. Auis, specie bubonis. *Tucus*. Glos. Arabico Lat. *Tucus, quem Spani Cuculum vocant à voce propria nominatus*. Eadem habet Isidor. sed diuersa auis à cuculo est.

DVNQVE. Vide *Adunque*. *Tunc, Tunche, Attunc*, adunq. Non à *denique*.

DVRASI. De malis Persicis. *Duracina*. Glos. *Δωράκινον. Duracinum*. Item uva duracina apud Sueton. Augusto.

E.



ELCE. arbor. Ilex. *Leccio*. Illice. Hisp. *encina*. quasi Ilicina. *Elcina*. *Encina*.

ELMO. Galea. Germ. *Helm*. Grot. Lex. Gothic. *Helmichis, Helm gis*. Galea fortis.

ENCINTA. & *Incinta*. Mulier prægnans. Villan. 1. 24. *Postumo, perche la madre rimase incinta di lui, morto il padre suo*. Et L. 11. C. XII. *La moglie di Luis il Balbo, Rè di Francia, rimase incinta d'vno figliolo*. Remigius Florentinus in notis. *Incinctam* grauidam interpretatur, quod mulieres Florentinæ cum vterum ferrent, sine cinctu, siue discinctæ incederent. Galli *Enceinte*, putantque cum Remigio eiusdem notationis esse. Hispan. *encincta* Coaruvias, quod fœtum cinctum gestet. Omnes satis ineptè. Est enim à Græco *Κύω*. in vtero gesto. *Εγκύω. Εγκύουσα. grauida*. Glos. *Pregnans*. *Ἔγκυος*, *Εγκυμονοῦσα*. Latinis etiam *Incinctam* dici ostendit Menagius.

ENDIGO. Color. Indicus. Philand. ad Vitruvium. L. VII. C. IX. *Indicum ex India apportari auctor est* Plin. L. XXXV. C. VI. *Veneti Endigo vocant, caeruleus est illi color, verum nigrior*. Ab eo fortasse ouum, quod in nidis gallinarum ponitur, *lendegaro*, appellatur.

ENTRAGLIE. Intestina. *Interanea*. Hisp. *Entrañas*. Gal. *Entralles*. & *Entrane*. Interaneum.

ENTRAMBI. Vterambo.

EPA. Venter. Dant. Inf. XXV.

Così parea venendo verso l'epe.

Landin. *Le pancie, e le trippe*. *Epa in thoscano significa quella parte che è dallo stomacho al pettignone*. A stomacho ad pubem. Et Inf. XXX.

Col pugno li percosse l'epa croia.

Fortasse ab epate. Continens pro re contenta. Idem Menaggio videtur.

EQVIPAGGIO. A Gallico *Equippage*. pro instrumento bellico, præcipue nauium ornatu. Hoc autem ab *Equipper* instruere. Germani nauem *schif*, aut *schiff* appellant, scyphum, siue scafam. Angli *ship* nauigium vocant. Inde *eschipare*, nauigium armamentis instruere, & ornare, vt Menag. in Orig. Gallicis. Math. Paris. ad annum MCCXIII. *Sicut se, & naues suas, & omnia sua diligunt, habeant illas in Portesmue, bene eschipatas, bonis, & probis marinellis, & bene armatis*. Hinc *eschifagium*, *equipaggium* postea ad alia translatum.

ERBIONI. Insubres Pisa appellant. Germ. *Erbs*. Pisum. Quod est *Eruus* quanquam diuersum leguminis genus. Hisp. *Alberjana*, *aluerjana*.

ERMELINO. Mus Ponticus: siue vt Scalig. ex. CCX. 4. Mus Suecicus, Aristoteli mus albus dictus: vel vt alij mustela Alpina, cuius pel libus eximij candoris, & pretij procerum vestes fulciuntur. Galfridus Monæmuthensis ap ud Vols. L. II. 9. de vit. serm. *Erminium* appellat. *Omnes Herminio induti*. Et. *Cuius Dapifer Herminio ornatus*. Vulgo *Armelinò* appellantur. Germ. *Armeleiin*. Barbarus in Glossario Pliniano, voce Brachiale, putat ab *armillis* dictos

ctos esse *armillinos* mures aspium, & septentrionis, quoniam ex ijs pelles ambire vestium manicas armillæ modo consueuissent: nunc totis vestibus subdi, & lectorum stragulis. Mihi nisi sit à Germanico *Bermlein* verisimilius videtur ab armis potius appellatos, quod armi ijs operirentur, vt nunc etiam Principum chlamydes ita ornantur, vt ab humeris in pectus demittantur. Quod insigne ad Doctores, & Canonicos translatum est. Horum pellis *Almutia* dicitur, quasi *Armutia*, ab armis, cum olim, vt in veteribus monumentis videre est humeris, siue armis iniiceretur. Vet. Iuvenalis Interpres *Armilausam* appellat.

ERPICE. Festus. *Irpices, genus rastrorum ferreorum, quod plures habent dentes ad extirpandas herbas in agris.* Seruius ad illud. *Vimineasque trahit crates.* *Ad agrorum* inquit, *scilicet exæquationem, quam Irpicem rustici vocant.*

ERTA. Cliuus. via erecta. Dant. I.

Et ecco quasi al cominciar dell' erta

Et VIII. Inf.

E gia di quà da lei discende l'erta.

Et XXIV. de scopulo.

Ch'era ronchioso stretto, & malagevole

Et erto più assai, che quel di pria.

Inde *stare all'erta*, arrecto animo esse, & cuncta veluti ex alto speculari.

ESCA. Fomes igni accendendo Pap. *Æsca vulgo dicitur, quod fomes sit ignis. Quasi eius cibus, & pabulum.* pro esca.

Esca ad capiendos pisces. Gal. *amorce.* à mordendo.

ESITARE. Merces distrahere, & ijs exitum siue finem ponere. Formulæ Vet. *Quicquid prædicta venditione ei vendidit, per suam fistucam contra ipsum, illum exitum fecisse.* Bignonus etiam exutum legi notat, vt sit sensus, cum possessione se exuisse: vtrumque ex eius seculi verbis retineri posse.

ESSO. *Ipso. epso, & isso, esso*, Dant. Par. VIII.

O che l hom per se isso

Hauesse sodisfatto à sua follia.

Quod pronunciationis vitium veteribus notum. Vnde Claudius Imperat. multauit Senatorem, qui *isse*, pro *ipse* dixerat.

ESENTE. Immunis, *Exemptus.* Exemptio, *essentione.*

F.



FACCIATA. Frons ædificij, Vitruvio Ortographia. L. I. C. II. *Ortographia autem est erecta frontis imago.* Quamquam Philander, & Barbarus, Orthographiam, non minus frontis, quam laterum erectionem esse dicant, sed Vitruvium ad frontem respexisse, tanquam nobiliorem partem.

FACHINO. Baiulus. Hisp. *Palanquero*, & *Palanquin*. Et *de la palanca*, quod est Phalangarius, à phalangis, sunt autem fustes, quibus transuersis onera gestantur. Nonius. *Phalangæ dicuntur fustes teretes, qui nauibus subijciuntur cum attrahuntur ad pelagus, vel cum ad littora subducuntur: vnde etiam nunc palangarios dicimus, qui aliquid oneris fustibus transuehunt.* Vitruv. L. X. C. VIII. *Onerum vero maxima pondera cum feruntur à phalangarijs hexaphoris & tetraphoris, per ipsa media centra phalangarum.* Barb. in Plin. L. VIII. C. XLIII. *Sunt autem phalangæ quibus baiuli ferendis oneribus vtuntur quas ἀχθοφορεῖ Plato nominat. Hinc phalangarij quoque appellantur modo exaphori, modo tetraphori.* Glos. *Phalangiarij* λιθοφόροι. Vel ἀχθοφόροι. Alibi Phalangarios explicat, qui lignis, siue trabibus pendentia onera simul portant. A phalangis phalangarij & *Falangini*, & *Fachini*. Menagius reprehendit Casaubonum, qui *Fachino* à φακός, scilicet lente dictos putat à cibi huius vilitate, quasi *facinos* lentis esitatores, sed neque ipse culpæ expers, qui à *fasciculo* deducit, fasciculus, fasculus, *Fasculino fachino*. Ita & Coaruvias monuerat ex aliorum sententia.

FADA. Mulier diuina, à fatis canendis. Faunus fatuus etiam dictus, & vxor fatua, quæ & Bona Dea. De his mulieribus multa apud Italos poetas, & eorum principem Ariostum. Inter quæ, quod corpora vulneribus imperuia redderent, atque hi *fatati* dicti sunt. Omnia vulgò notissima.

FAGOTTO. Fascis, fasciculus, *fasciculottum*, *fagotto*. Perion. p. 62. φάκελος, fasciculus, *Fagot* dicimus. Ita & Bouillus.

FAIA. Manipulus spicarum. Fascis. Hisp. *haça.*

FALCONE. Genus accipitris, siue potius Aquilæ: ab vnguibus incuruis. Festus. *Falcones dicuntur, quorum digiti pollices in pedibus intro sunt curuati à similitudine falcis.* Ita Vet. Glos. item Isidori, Papias & reliqui. Isidor. L. XII. Cap. VII. *Capus Itala lingua dicitur à capiendo. Hunc nostri Falconem vocant, eo quod incuruis digitis sit. Nempe instar falcis.* Non esse autem vetus hoc vocabulũ obseruat Vois. L. II. C. XII. Quod Falco, nonnisi Constantini M. ac liberorum eius temporibus in vsu esse cœperit. Nam primus apud quem inue-

niatur est Iul. Firmicus.

Inde bellica tormenta *Falconi*, e *Falconetti* ab huiusmodi auibus nominata, vt & *Sagra*, quod est accipitris genus, nempe hierax, & grandiores tubi *Moschetti* ex eodem auium genere.

FALDA. Vestis rugæ, & plicæ, ac fermè extrema pars siue ora, quæ quoniam gossipio, lana, aut alia materia farciebantur, inde *fartum*, & leniore litera *faldum*, & *falda*. Hinc pro latere, aut extrema parte montis Villan. 11. 26. *Vna falda della montagna di Falterona*. Nam etiam ad latera vestes, farciebantur. Bocar. Filoc. *Fatteli metter le maniche, e cinger le falde*. Hispani. *Fartsquera*, & *faltiquera*. Sacculus ferme ad oram saguli gossipio farti, aut braccis & fęmoralibus adsutus.

FALDISTORO. Sirmondus ad epigramma xv. L 11. Theodulphi, cuius Inscriptio est, *In Faldaone Episcopi*. *In Sede*, inquit, *sen ca thedra Episcopali. Ab eodem enim fonte Faldistorium pro sede passim legitur in Ritualibus Ecclesiæ Romanæ &c.* Menagius in dictione *Fauteuil*, quod corruptum ait pro *Faudestuil*, sequitur opinionem Spelmanni, qui à Saxonica voce *Fald* deriuat, quæ septum siue claustrum significat. Vnde sedes Episcopi cancellis circumclusa *Faldistorium*. Sed Sirmondus notauerat sedem Episcopi proprie à Faldistorio distinctam, quæ & aliorum clericorum erat. Pap. loco misere corrupto. *Clepo, clericorum faldistorium, Cleothedrum: in quo pluma sternuntur sessoris*. De *Clepo*, & *cleothedrum*, corruptas voces apparet, nec qui corrigam suppetit, reliqua ita restituenda. *In quo pluma sternuntur sessuris*. Ex quo licet conijcere *faldistorium* sedem episcoporum, vel clericorum dictam inde, quod plumis, vel gossipio ad molliorem sessum farcirentur, vt hodie omnes fere sellæ, ac cathedræ communes. Vnde non à *falda* quam septum, siue cancellum, sed à fatto *faldistorium* dictum verisimilius est.

Etiam faldistorium non tam sedes dicitur, quam reclinatorium instar sellæ curulis veterum, cui puluinis instructo, Episcopi flexis genibus precaturi cubitis innituntur, idque prius fluente vestis sinu operiunt, vt à faldis sic extensis *faldistorium* dici potuerit. In quo vestis *falda* componuntur, vel quod puluinis pariter insternatur.

Ceterum diximus *Falda* fartum fuisse ex lana & gossipio, inde *falda di neue*, pro eo quod Latini, tacitarum vellus aquarum, dixerunt. Dant. Canzon. vii.

E poi si solue, e cade in bianca falda
Di fredda neue, ed in noiosa pioggia.

Idem audaci translatione *falde di foco*. Inf. xiv.

Piouon di foco dilatate falde
Come di neue in Alpe senza vento.

FALLIRE. Decoquere, fidem fallere, & *fallare*, ac *faltare* pro deficere. Dant. Purg. xiii.

Così li ciechi à cui la robba falla.

Et *diffalta* pro defectu. *Diffalta di vettonaglie* apud Villanum. Et Dant. Purg. xxviii.

Per sua diffalta qui dimorò poco.

Colpa, mancamento, & alibi etiam *Falta* pro delicto, siue errato, *fallo, fallito, faltum*. *Diffalta*. Dant. Par. ix.

Piangerà Feltro anchora la diffalta
Dell'empio suo pastor.

Hoc est scelus, flagitium.

Nam & Latinis *fallare* pro fallere vsurpatum notat Scalig. ad illud Carulli. *Bononiensis Rufula Rufum fallat*. Attius Alcmena. *Tanta vt frustando vanans, lactans protrahat*. Lactare, vanare, fallare, est falsa spe producere.

FALO'. Festus ignis, Pyra, siue lignorum strues lætitiæ causa accensa. Villan. xii. 3. *La sera fecero grande luminare, e falò*. x. 24. *In Pisa sempre se ne fece Falò, e festa*. vi. 3. *I Gibellini ne fecero feste, Faloo*. Hist. Perus. *Ne fecero gran festa d'armeggiare, e di far falò, & altra allegrezza*. Græcum est. Φαλὸς. *Phalos*, & Φάλως splendidus, à φάω, λάμπω, fulgeo. Glossæ. Φαλός *Habus* Lege. *Albus*, splendidus.

Galli *Phalots* laternas appellant. Vel indidem, vel vt alij à φανὸς, N. in L. Phannutus, *Phalot*. Est enim Φανὸς, Fanò, Fanale, ignis nauticus, laterna in naui Prætoria. Villan. vii. 140. *Tagliarono le quattro torri, che erano in mare alla guardia del porto, el Fanale della Melonia*. Glos. *Laterna* φανὸς, & *Candela*. φανὸς. *Phanalium, Fanale*. Ἀπὸ τ῀ φαίνειν, vt Eustath. Iliad. T. A Fanale, fanello, & panello. Villan. xi. 92. *E torchi, e candele, e panelli per i Priori*. At Venetijs Laterna communis *Farale* dicitur, vel à *Phanale, farale*, vel quod rectius à Pharus, Farale.

FALPO. Color. German. *Falb*, eluus.

FAMIGLIO. Familiaris, seruus. Nam homines seruæ conditionis, familiæ titulo antiquitus censos, peruulgatum est. Sen. ep. 47. *Ne illud quidem videtis, quam omnem inuidiam maiores nostri dominis, omnem contumeliam seruis detraxerint: Dominum patrem familiæ appellarunt, seruos familiares*.

FANCIVLLO. V. *Fante*.

FANFARONE. Iactator, ostentator. Hisp. *Fanfaron*. Quod ab Arabico Menagius deducit *Fanfar*, leuis, inconstans, garrulus qui plura promittit quam præstare possit. Potest etiam esse à Latino *Affannia*, idest nugæ fabulæ, quibus scatet iactatoris oratio. Vnde & *fanfaluca*. Hisp. *fanfa*, fabula, *affannia*.

FAN-

FANGO. Lutum, cœnum. Festus. *Familicosam, vel famicosam terram palustrem vocabant.* *Fangosa*.

FANO. *Fanale. Farale.* V. *Falò*.

FANTE. Seruus, & serua. Infans, pro puero etiam grandiori. Victor. Vticens. de persecut. Vandal. Pueros Ecclesiæ cantores *infantulos* vocat. Venant. Fortun. Lib. 11.

Pontificis monitis clerus, plebs psallit, & infans. Surius, Mens. Febr. in Vita S. Datiui. *Apprehenduntur Saturnus presbyter cum Felice lectore, Maria sanctimoniali, Hilarione infante.* Pueri pro seruis etiam Latina locutione. Non. *Pueros pro seruis.* Var. Eumen. *Vix vulgus confluit non furiarum, sed puerorum, atque ancillarum.* Vnde *Publipores*, & *Marcipores* apud Plinium. Publij, ac Marci pueri, siue serui. Boccat. *Fante, ò ragazzo.* E *fante, e famiglio.* *Fante* pro ancilla, & *fanticella*, & *fantesca*.

Inde etiam milites qui pedibus merent *Fanti*, & *Infanteria* peditatus.

FANTINO autem, & *Fantolino* pro infante. Infantulus. Infantinus. *Fanciullo.* Fanticulus. *Fanticellus*.

FARDA. Screatus, præpinguis saliua in vnum contracta. A *fartum*, quod sit densa, & constipata, vt ea quæ farciuntur.

FARDELLO. Fartum. *affardelato, raffardellato.* Suffarcinatus. *Fastello* à fasciculo. *Fascitello. Fastello.* Crescent. 168. *Fasciatello*, & alibi. *Legata in fastelli*.

FARFALLA. Papilio. *Farfalloni.* Papilliones, quorum similitudine Boceat. præpingues ac fœdos screatus appellauit, Laber. 37. *Sputana farfalloni.* Ceterum tentoria inferiori æuo dicta sunt Papiliones, *padiglioni*, non quod id animal dum flores delibat, alas instar tentorij extendit: sed quod generica voce Culices *papiliones* dicti sunt, aduersus quorum tædium Conopœa lectis obtenta, à quorum similitudine tentoria militaria, pariter *Padilioni* sunt appellata, & *Panioni*, quia Papilio Italis etiam dicitur *Panezo*, præcipue Venetijs. Multa autem de Farfalla, prout à Græco originem trahit, præclare disputat Menagius, quem videre operæ sit.

FARSETTO. Fartum à farciendo. Quod thoraces ferme gossypio, aut lana farcirentur, non quod plenum corpore vestimentum, & in quo vacui nihil. Ita Plaut. Fartum vestis, corpus interpretatur, quod vestem farcit, impletque Mostel. *Non vestem*, inquit *amatores mulieris amant, sed vestis fartum*. Nunc fartum, vestis farta. *Esser in farsetto*, solo thorace, sine sago, aut pallio. *E spogliarsi in farsetto.* Boccat. *Et trarre la bambata del farsetto*, idem eleganti, sed oblecna translatione. Nam & farsum veteres dixisse pro fartum notauit Turn. L. 24. 22. ex Varrone de gallinis, *Farsura, à farciendo.* Hist. Pistoriensis p. 6. *Che li facea vn farsetto di cendado*.

A *Farso*, Comœdiam *Farsa* dictam putat Menagius, quod rerum varietate farta sit: nec aliud aptius succurrit.

FARSOLA. Sartago. Venetis *Frixorium*, à frigendo.

FASCINA. Lignorum fascis. Fascicula. Glos. ξύλων δέσμη. *Fascicula.* Ραβδων δέσμη. *Fasciencla. Fascinata.* Isidor. Glos. *Fascenina. Clausibilis vallatio circa castra.* L. Fascinia.

FASOLI. Faseli Virgil. viles, Plin. Faseolos vocat Glos. *Fasioli.* λοβοὶ, λόβια. *Fasiolia.* Cum sunt intra siliquam, id enim λοβός.

FATICA. Defatigatio.

FATO. Insipido. *Fatuus.* Veneti *desauio.* Dissipidus. Mathæi. v. *Vos estis Sal terra, quod si sal euanuerit in quo condietur?* Bud. in Pandectas, verti debuisse obseruat. *Quod si Sal infatuatus fuerit*, μωρανθῇ. *Quemadmodum enim hominem insipientem dicimus, translatione à cibis ducta, ita etiam fatuum hominem, & salem fatuum dicimus, non qui euanuit, idest in nihilum abijt, sed qui sapientia, aut sapore caret.* Fatuas betas Martialis appellat salis saporis expertes. V. *Sciocco*.

FATVRA. *Faturare.* à fatis, siue Strigibus. *Fatuare.* Infatuare. Etrusci duplici T. *Fattura*, *Fatturare*, à male faciendo, *malie.* Fascinatio. veneficium.

FATTO. *Di fatto.* subito, Actutum.

FATTORE. Villicus. Agens. Isid. Glos. *Vilicus, actor, exactor Villa pensionum. Insularius.* L. *Villicus.* Insularius autem ab Insulis vrbanis, vt apud Petronium. Bignon. 468.

FAVELLA. sermo. Fabulari loqui. Fabula, sermo. *Fabella*.

FAZZOLETTO, linteolum à tergenda facie. Orarium. *Faceolum. Facialis.* Glos. *Faciale.* προσόψιον. Et *Da facialem.* Δος προσωπίδιον. Quanquam Salmas. ad Hist. Aug. 409. φακιόλιον interpretetur fasciam, vel vittam cingendo capiti. Sed cum Hesychius *Faceolum* orarium interpretetur, quid vetat pro sudario sumptum, dicere? Insubres *panetto*, quasi pannulum lineum.

Vicentini. *Manipulo*, quæ vox in sacris durat, quanquam cum olim linteus esset, postea sericus factus, & brachio sinistro alligatus.

Veneti etiam *Fazzolo* velum, siue ricam nubendo capiti: Etrusci *Accettolo*, linteum mamillare, quod ceruici iniicitur. *Fazzollo da collo*, non ab acia, sed à facie per aphæresin. Faciolium. *E fazzolo da mano.* Mappam tergendis manibus dicunt. De faciali multa Vols. L. III. 12.

FE-

FEGATO. Epar. Mirum eſt quod olim iecur anſerinum multa ficu fareiretur, ex quo ficatum dictum eſt, Græcè *συκωτὸν*, inde etiam iecur humanum *ficatum*; & *fegato* dictum. Ita Salmaſ. ad Solinum, & alij. Pap. *Iecur ficatum*. Gloſ. *συκωτὸν ficatum*. Iſidor. Gloſ. ficatum quod Græci *συκωτὸν*. Quod autem iecur ficis farciretur translatitium eſt. Inſubres *fidego*, Germ. *Bedeckft*. Fidicheium.

FEGGIA. Dant. pro feriat. Inf. xv.

Quando il foco il feggia.

Et xviii. *Fà che feggia*

Lo viſo in te di queſti altri mal nati.

Ideſt feriat vt Landin. Alibi *fiede*, à findendo vtrumque. Inf. x.

Per vn ſentier che ad vna valle fiede.

Findit. Par. xxxii.

Dal grado in giù che fiede

A mezzo il tratto le due diſcrettioni.

Vnde *feditori*, *feritori*.

FELLO. *Fellone*, *Fellonia*. Perfidus, perfidia. Cuiacius de Feudis tit. 2. ἀπὸ τῆς φηλώσεως, vel φήλωμα: impoſtura, deceptio, fallacia. Voſs. de vit. ſerm. L. ii. C. vi. à Germ. *Faelen*, vel *feelen*, ideſt errare, delinquere, cadere. Eſt vero *Felonia*, vt Hoſtienſis, ait, culpa, ſeu iniuria propter quam Vaſallus amittit feudum. Sed Germanicum *feelen* eſt à Latino fallere fidem frangere (quod & Guieto apud Menagiũ, probatum video) ob quod feudum amittebatur. *Anima fella*. Dant. Inf. viii. Et alibi. *Diſdegnoſo, e fello*. Boccat. *Con fellone animo contro alla donna ſe ne venne.*

FELPA. Texti ſerici craſſioris genus eminentium villorum denſitate pexum, à Germanico. Fulp: & *beltz*, vel à multis filis, ſiue villis.

FELTRO. Penula e lana coacta, coactilium, ſicut & pilei. Gloſ. Πιλωτὸν. *Coactile*. *Piloton*, *pilτrum*, *feltrum*. Latini *impilia*, à pilis coactis. Cæſar. 3. de bel. Ciuili. *Omnes fere milites aut ex ſubcoactis, aut ex centonibus tunicas, & tegumenta fecerant, quibus tela vitarent*. Vlpian. *Coactilia*. Plin. *lanas coactas* L. viii. 48. *Lana per ſe coacta veſtem faciunt, & ſi addatur acetum, etiam ferro reſiſtunt*. Veneti *felze*, quo cymba integitur, idque quaſi *filtrum*, à ſoloci, ſiue craſſiore filo, non enim coactile eſt. Itẽ *felzada* lodix craſſior, & villoſa. Vox inferiori æuo vſurpata.

FERAGOSTO. Kalendæ Auguſti. *Feriæ Auguſtales*, quibus ob conditas fruges, læti conuiuia agitabant. Sicut vindemiales feriæ poſt condita vina. Galli *Fair l'Aouſt*, eſt metere, & *Aouſter*. Non quod eo die genio indulgerent, vt poſtea toto eo menſe ſobrie viuerent, vt à morbis cauerent, qui per id tempus graſſantur: ſicut per bacchanalia, ſe carne mortales ingurgitant, vt ferias eſuriales melius reſideant. Quod Taſſonus cenſet. Logi. Veterem morem tetigit Horatius Epiſt. ii. i.

Agricolæ priſci fortes, paruoque beati
Condita poſt frumenta leuantes tempore Feſto
Corpus, & ipſum animum ſpe finis dura ferẽtẽ
Cum ſocijs operum, & pueris, & coniuge fida
Tellurem porco, Siluanum lacte piabant
Floribus, & vino Geniũ memorem breuis æui.

Quanquam de menſe ſileat, in quem hæc feſta incidebant, quod erat notiſſimum.

FERABVTTI. Sicarij, graſſatores, itinerum infeſtores, quia ferme ob latrocinia exules *forbannitus*, ex *foras banditus*, ſiue *deſterrado*. V. *Bando*: *Foras factus*, *forfatto*, *forfante*.

FERAROLO. *Feraiolo*. Palliolum. *Feraiolo* etiam à φᾶρος pallium, vt Monoſinius.

FERMA pro Conductio. *Ferma del ſale*. Cironius apud Menagium. *Firma vocabulum ſumpſit originem ex conſtitutione Zenonis in L. 34. de locat. & conduct. quia intra annum licebat reſilire à contractu, ſed quia fides dabatur non recedendi locatio dicta eſt* Firma. Vel vt alij volunt à mercede certa, & firma quæ promittebatur, contractus dictus eſt *firma*. Ipſe Menagius à loco firmo, ſiue mœnibus firmato: quem vide. Sed in additionibus priorem opinionem corroborauit aliorum auctoritate, ex quibus etiam patet *firmam* dictam pro ſubſcriptione, quæ *firmitates*, & *firmationes* in veterib. chartis, quod annulo ſignatorio, aut chirographo interdum proprio ſanguine fiebant, Vita Caroli Magni. *Quod præceptum Bartol. Cancellarius eius ſcripſit, & ipſe Domnus Rex manu ſua firmauit, & de annulo ſuo ſigillauit.*

FERMAGLIO: Fibula quæ morſu veſtem ad fauces, vel latera nectebat. *Firmaculum*. Math. Pariſius ad an. 1250. *Capam pretioſam dilacerauit, & firmaculum, quod vulgariter morſus dicitur, auulſit. Fermaglio*. Math. Vil. vii. 91. *In ſul petto li trouò il fermaglio Papale con pietre pretioſe.*

FERRIGNO color. Ferrugineus.

FERZA, *Sferza*. Ferula ſcutica, *ferulacea ferza*. Non à feriendo quaſi *feritia*. Ferula enim pueros vapulaſſe etiam pueri malo ſuo didicerunt. Matt. xiv, 80. *Ferula. Inuiſa nimium pueris grataque Magiſtris, Clara Prometheo munere ligna ſumus*: ſcilicet fruticis genere leuiſſimo: quod ligni loco fungoſam intus medullam habet, vt Plin. & ideo Columella *mites ferulas* appellat. Dant. Canzon. i. *Che fatti ſon per me, ſcudicio, e ferza*. Scutica, & ferula. Idem Inf. xviii.

Vidi dimon cornuti con gran ferze.

Et Parad. xviii.

Et letitia era ferza del paleo,

Alibi

Alibi pro Solis radijs.
Come il ramarro sotto la gran ferza
De dì Canicular cangiando sepe.
Quod radijs veluti flagellis sol verberet. Vil. VIII. 71. *Alla ferza del Sole.*

FESTICHINO. Color viridis, à festucæ colore virescente. Alii à colore pistacij, quod Turcæ *Festich* appellant.

FETTA. Segmentum: non à *vitta*, aut Germanico *Bet*, feda. Verum à *Fessa*. Fissum, à findendo, & *fissum*. *fetta*. Boc. 92. 1. *Li portò due fette di pomo arrostito.* Alibi. *Fetta di fiame*. Veneti *fonda* à scindendo. *Affettare*, secare, in frusta scindere. Morgant. *Quei Saracini affetta come pani.* Et *fesa d'aglio*. Spicum in partem fissum. Et *fesse* pro natibus. Bouillus *fesses*, à vesica, vel quod fessi in ijs sedeant, ridiculè. Horat. *Fissa nate sitis*. Dant. Inf. xx. *Che'l pianto de gl'occhi Le natiche bagnaua per lo fesso.*

FEVDO. Genus esse clientelæ, quo vel prædium, vel dignitas, vel vectigal cuiquam datur, vt & ipse, & posteri beneficij auctorem agnoscant pro patrono, eiusque caput, honorem, ac fortunas defendant, nemo ignorat. Sed vnde vox, ambigitur. Alii à fœdere, alii à fide, quos sequitur Magnus Cuiacius præfat. ad feuda. Isidorus à fœdere deduxit. Obertus à fidelitate, vel fide; quod rectius puto, vel eo maximè, quod hi qui rem à domino iure feudi acceperunt, dicantur esse eius *leudes*, siue *leodes*, quod est, Francorum lingua *fes leaux*, vel *loyaux*, (*leals, fideli.*) Vnde puto Germanos *feudum* appellare *leudum*, siue *lehet*. Nam & pari ratione iidem illi, *leudes* feudales dicuntur, quod est Francorum lingua *feaux*. (fideles) & feudum ius, siue res, cuius acceptione fidei Dominis exhibendæ vinculo adstringuntur.

Itaqui latine loquuntur Ius fiduciarium appellant.

Ex quo *fidalgo*, & *hidalgo* apud Hispanos nobilis, quasi *fidalicius*, sic *fidalicus*, feudi possessor, siue vulgo *feudatarius* in qua voce explicanda multum laborat Coaruvias, nec proficit hilum, cum à fide dictū putat, & quod fit illud *algo* vix tribus paginis frustra exponit.

FIABE. Veneti fabulæ. *fable*, & *fole*. fabulæ. *faole*, *fole*.

FIACCO. Flaccus. Flaccidus. Nam vt Salmas. ad Hist. Aug. 292. Flaccum & flaccidum veteres Latini vocarunt quid quid ita molle esset, laxum, solutumque, vt facile rei cuilibet insistenti cederet: quodq; ob debilitatem pendulum est. Hinc *flaccere*, & *equi flacci*, qui aures flaccidas, & dependentes habent, & flacci canes apud Varronem: tum de folijs quæ marcida sunt. Sed & aures flaccæ prægrandes, & dipendulæ. Glos. Μαραίνομαι, *Marceor*, *Marcesco*, *Flaccesco*. Lucret. v. *Flaccidiore etiam quantum iam turbine fertur*, languidiore; Flacceo, langueo, vt apud Afranium Nonio teste. *Iam flaccet fortitudo*. Germ. *Platschen*. Veneti *Fiappo*, flaccido. Vnde etiam *fiaccare*, pro frangere. Hoc autem à frango, fractum, *flactare*, vt Menagius. Dant. Inf. VII.
Quali dal vento le gonfiate vele
Caggion auolte poi che l'alber fiacca.

FIACCOLA. Facula.

FIADONE. Genus edulij ex herbis ouis, & caseo Brixiæ eximij saporis, à Germanico *flade*. Galli *flan*, nec multum dissimile Bergomi quod à caseo *casoncello*, appellant.

FIALE. Cellæ apum. Favus, fauiale, *fiale*, & *fiare*.

FIANCO. Ilia. Quidam à Græco λαγὼν addito F. *flanco*. Belgæ. *Lanke*. Rectius videtur ab Ile, *Iliacum*, *flancum*. Glos. λαγὼν *Ile*, *Ileum*. Hisp. *Ijar*, *Ijada*.

FIASCO. Lagena. *Flascum* à Germ. *flasch*. Hoc à Latino *Vasculum*, *Vasclum*, *fasclum*, *flascum*. Et *flasca*. Floroardus Hist. Remens. L. 1. *Vas quod vulgo flasconem vocant.* Fallitur Isid. L. xx. 6. qui à Græco ductum putat. *Flasca à*, *Græco vocabulo dicta, ha pre vehendis, ac recondendis phialis primò facta sunt, inde & nuncupata* (quasi phialascæ.) *Postea in vsum vini transierunt.* Exempla vide apud Rigaltium Lex. Græcobarb. vbi notat apud Leon. Phontinum *Phlascia* dici pyxides militares seruando puluerí tormentario. *Fiasca della polvere.*

FIATO. Fiata. *In vn fiato.* Vno spiritu, vno flatu, siue momento. *Beuere in vn fiato.* Vno spiritu ducere. Græcè ἀμυστί. Horat. *Bassum Threicia vincat amystide.*

Vnde *fiata* pro tempore, *vna fiata* aliquando, non à vice, sed à flatu, & *longa fiata* pro diu. Dant. Purg. xxx.
L'occhio lo sostenea lunga fiata.
Obseruat autem Pergamenus, nunquam poni hanc vocem nisi addito, *vna*, *due*, *mille*, *tale*, *tutta*, *lunga*, *molte*. *Tal fiata*, *tutta fiata*, *mille fiate*,

Item *fiato*, *fiatoso*. pro fœtore: olfactus, olfactosus. *Fiatoso*. Vel à fœtido, *fetidoso fiatoso*.

FICA. *Figa*. pars muliebris, arvum genitale, Idque antiquissimis Græcorum vsurpatum. Aristophanes Pace in extremo. Nuptias recensens, & hymeneum canens,
Ἀλλὰ συκολογοῦντες.
Τοῦ μὲν μέγα καὶ παχύ
Τῆς δ' ἡδὺ τὸ σῦκον,
Atque ficus legentes
Ingentem habet hic quidem
Ficum illa suauem.
Vbi Interpres. Σῦκον δὲ καλεῖται τὸ τῆς νύμφης αἰδοῖον.

cidoîon. Sponsæ fœminal. Non ergo à *buca, bica, fica*.

Inde *far le fiche* subsannationis genus, quo pollicem indice ac medio digito insertum contumeliæ causa ostentant. Dant. Inf. xxv. initio.

Al fine delle sue parole il ladro,
Le mani alzò con ambedue le fiche,
Gridando. togli Dio, che te le squadro.

Lan. *Per dispreggio le mostrasse el dito grosso trà minori.* Antiquus fabulator. *Quel donzello li fece la fica quasi infino all' occhio; dicendole Villania.* Vil. vi. 5. *In su la Rocca di Carmignano havea una Torre, & haveavi su due braccia, le mani delle quali faceano le fiche à* Firenze.

Hispani *Higa.* De qua Ramiresius Pentacont. Cap. xxxvi. Vbi de fascino & eius amuletis. *Nostris inquit pueris pictura illa quam vocant* Higa: *virgines etiam, & matronæ nostrates eandem figuram ex lapide Gagate vulgo suspendunt, religiosum id gestamen arbitrantes amovendo fascino ita vocata à Græca voce Iynx, quæ motacillam avem significat. Qua venefica ad amorem conciliandum, & odium depellendum vtebantur.* Idque ex sententia Fr. Pennæ cuius carmina adscribit. Higa

Vt pueri caveant lædentia lumina matrum
Collo appensa regunt signa Priape tua.
Nomine nostrates dixerunt Iynga pudico.

Sed quid Priapo, cum aue motacilla? Et nos frequenter in antiquariorum loculis huiusmodi amuleta vidimus, præcipue apud nobilissimum Comitem Io. de Lazara, qui splendore, atque animi magnitudine incomparandis numismatis, & venerandæ vetustatis reliquiis, vel Magnos Principes provocat. Non semel etiam in patria Hispanicum amuletum aspexi, ipsasque Matronas, cum formosos infantes laudant, sublata manu & in turpem gestum commota, & conformata, ipsis blandiri, his vocibus. *Dios te beniga, Mira esta higa.* Scilicet ad depellendum fascinum. Veterum amuleta, siue, vt Varro ait, *Res turpicula, quæ de collo puerorum bonæ scenæ causa,* & præfiscini suspendebatur, ab altera parte mutinum habet, ab altera pollicem proximis digitis insertum, quæ figura, non autem Iyngem, sed vel naturam omni parentem, vel quod verius puto, nam est turpius, fœdis ficos, siue exuberantes mariscas repræsentant. Quo nihil fœdius fingi potest. Nam quid sint fici, ex Martiale notius est, quam vt in hisce pudorem lædamus.

Dicemus ficos Ceciliane tuos

Alibi.

Vt pueros emeret Labienus vendidit hortos
Nil nisi ficetum, nunc Labienus habet.

Et alibi cuiusdam familiam totam fuisse ficosã.

Coaruvias ait ex gagathe, aut succino id amuletum in Hispania fieri, quod vtrique vis inhibendo fascino indita credatur. Sed vnde vox manarit non ponit.

Res autem turpes depellendo fascino vim habere constans veterum opinio fuit, sicut sputum, & similia; vnde res illa turpicula, quæ de collo puerorum pro amuleto suspendebatur, *fascinum* appellata. Plura addere pudet.

FICCARE. Figere, figitare. *Fictare.* V. *Attaccare,* & *appiccare*.

FIERA. Nundinæ, Mercatus. Poletus de Foro Romano putat à foro *feram* appellatam, sed est à *feria*, quod Nundinæ ferijs fierent. Festus. *Ferias antiqui festas vocabant: & alia erant sine die festo, vt Nundinæ, alia cum festo vt Saturnalia.* Alibi. *Nundinas feriarum diem esse voluerunt antiqui, vt rustici convenirent mercandi, vendendique causa, eumque nefastum, ne si liceret cum populo agi, interpellarentur nundinatores.* Quod alijs obseruatum. Etiam *fera* dicitur, quod propius origini est.

FIEVOLE. Fragilis, imbecillis. Quidam haud recte à *flebilis* deducunt, est enim à *flexibilis*. Hoc fragile, illud triste, ac fletu dignum significat. Laberius apud Macrobium L. ii. Saturn. *Fortuna immoderata in bono, atque in malo, Cur cum vigebam membris præviridantibus, Satisfacere populo, & tali cum poteram viro, Non flexibilem me concurvasti vt ea carperes?* Dant. pro imbecilli. Inf. xxiv.

Parlando andava per non parer fievole.

Vil. i. 35. *Scemati & affievoliti si partirono dallo assedio.* L. ix. xix. *Onde il podere de Bresciani molto desfievolito.*

FIFARE. Veneti lugere. Vide *Pipare*.

FIGLIASTRO. Privignus. Isid. Glos. Filiaster *Privignus, qui antenatus est,* idest antequã vitricus ipsius matrem duceret. Valla elegant. L. i. *Filiaster pro privigno non parvus filius est, sed imitans filium.*

FIGLIOL D ANIMA. Pietatis causa adoptatus. Glos. Græcobarb. *Adoptivus.* Ψυχοπαίδι. *Filius animæ*.

FILARE, nere. Sed Vos. distinguit inter filare, & nere: quod prius fœminæ nent, postea filant, idest fila rhombo circumuoluunt. Sed nere, est fila e colu deducere, illud vero glomerare.

FILO DELLA SPADA. Acies, siue Acia, quod filum significare diximus ab acu. *Filum* pro lamina. Ennius apud Nonium. *Deducunt habiles gladios filo gracilento.* Ita *fie de Soldati*, acies.

FILISELLO. Crassius sericum, quod folliculis adhæret, & inde avulsum in fila fuso deducitur. Plin. L. xi. 23. *Quæ vero capta sit lanicia humore lentescere.* Vt legit Salm. ad Ter-

tul.

ful. *Lanitia* pro lanitio, lanugo hirsuta, & hispida bombicis, quæ adhæret cortici folliculi, quæque sic implexa, & implicita, vt euolui expediriq; nequeat, nisi prius humore lentescat. Sequitur. *Mox in fila tenuari innecto fuso*. Veneti *Bauella*, quod fit veluti crassior bombycum saliua.

FILZA DI PERLE. Linea vnionum. Series margaritarum pertusarum, quæ sint filo insertæ. Ita IurisConsulti appellant. Filum *filitium*. Linea enim, & linum, filum. Glos. Τρίλινον, κόσμος γυναικός. *Trifilum gemmarium*. *Vna filza di tre fili*. Ita in smaragdis, corallijs, & reliquis. Item *Vezza di perle*, à filitio.

FINCO. Fringllla. Germ. *Finche*. à voce quam edit. Etiam *Fringillus*. Glos. Σπῖνος, ὁ στρουθός. *Fringillus, Fringillas*.

FINO pro perfecto, præstanti, & absoluto, nempe à fine. Nam & *fine*, dicitur. *Fine amistade*. Guit. Cant. I. *Fine crostata, erafo, annello*. Vil. II. 18. *Hauendo ornato il suo Cauallo di freno d'oro fine, e ferrato di fine ariento*. L. VI. 64. *Ed allora si cominciò à battere la buona moneta del fine oro di 24 carati*. Morg. XVI. *Traditor di fine razza*. Casaub. ad Pers. Sat. V. vbi de recti fine disputat. *Praclare*, inquit, *& nos in idiomate nostro res in suo genere præstantes, tanquam finem vltimum assecutas, vocamus* fines, *siue* finitas, *vt pannum, telam, & similia*. Ita Græci τελείας, à τέλος.

Translate *homo fine*, pro callido & astuto; nempe perfectæ sagacitatis: contra *goffo* pro hebeti, & rudi, nam pannum crassiori, & soloci filo contextum significat. Non bene qui *vinnulum* excogitarunt.

FINO, & *fine*, pro vsque, Infinem *infino, fine, e fine*. Sallust. Fragm. *Fine inguinum ingrediuntur mare*, idest vsque ad inguina. Apul. L. II. Miles. *Paulisper inguinum fine lacinia remota*, idest vsque ad inguina. Et Lucret. *Fine palati*, quousque palatum pertinet. Vt Palmerius in spicilegijs obseruat. Etrusci *Fino, alla fine*. Vsque ad finem.

Affinare, Raffinare, & *raffinato* ex eodem.

FIO. V. *Fitto*.

FIOCCO. Floccus. *Fiocca di neue*. Vellus tacitarum aquarum Martiali. *Fioccare* pro ningere. Dant. Par. XXVII.

Si come di vapor gelati fiocca
In giuso l'aer nostro.

Varro de re rust. L. II. C. II. *Alij floccum lana*. Veget. Veterin. L. I I I. *Floccum etiam competenti oleo tinctum vena admoneto*. Etiam villi vestium, vnde vestes, quæ perdidere floccos, defloccatç. Translatè Plautus senes caluos defloccatos vocat.

FIOCO. Raucus, item infirmus atque imbecillis, à faucibus, faucus *fioco*, vox faucibus hærens, qualis ægrorum, & languentium. Effectus pro causa, nam imbecillitas tenuem vocem reddit, & faucibus interceptam. Dant. I.

Chi per lungo silentio parea fioco.

Infra *voci alte & fioche*, nam ex clamore raucedo. Nec multo post translate *fioco lume*, pro tenui, & obscuro. Nam & vocem claram appellamus, quæ non est rauca, contraria translatione, vt recte Landinus obseruat. Ita & lumen raucum, siue fioco. Sicut Parad. XI.

Hor se le mie parole non son fioche, idest obscura, ac submissâ voce edita verba, quæ non facile audiuntur. Et Cant. XXXI.

Tanto ch'haurebbe ogni cuor fatto fioco.

FIONDA. *Fromza*. Funda. Veneti *Frandibolo*. *Fundibula*, & *Fundibulum*. Glos. *Fundibali*. Λιθοβόλοι. Alibi. Σφενδονῖται. & *Fundibulary*, Glos. Arab. Lat. *Fundibulum, quasi fundens, & emittens*. Vegetius tamen videtur distinguere inter fundibulatores & funditores, nam conjungit. Steuechius legit *fustibulatores*, cui assentitur Vosf. de vitijs serm. Lib. III. 12. Vide Ofium ad Morenam. p. 86. *Fromba*. *Frombolatori*. Vil. I. 39.

FIORINO. Florenus nummus, qui aureus primò Florentiæ cusus, in cuius auersa parte lilium impressum erat, vt Landin. ad illud. Parad. IX.

La tua Città
Produce, e spande il maladetto fiore
Ch'hà disuiato le pecore, e gli agni
Però che fatto hà lupo del pastore.

Alij à flore, idest lilio impresso, *Florenum* appellatum tradunt.

FIORDALISO. Lilium, flos lilij. Dant. Purg. XXIX.

Coronati venian di fior d'aliso.

Inde *Fiordiligi*, e *Fiordalise*.

FIOTTO. Maris æstû Dantes appellat Inf. XV.

Quale i Fiamenghi tra Guizante e Bruggia
Temendo il fiotto che'n ver lor s'auenta,
Fanno lo schermo perche 'l mar si fuggia.

Fluctus concitatus, & æstuans. Vil. XII. 6. *Come li portaua la marea del fiotto*. Et 65. *Donde la rinuera facea vn gran marese, che fiottaua*. Fluctus litori impingebat.

FISCHIARE. *Fischio*. Exsibilatio. *Fistulare, fistlare, fischiare*. Isid. Glos. *Fistulor, sibilo*. Nam sibilus sonus fistulæ. Pap. *Fistulare, sibilare cum fistula*. Ita Plin. & Cicero. Fistulator. Muretus, & Turnebus *Pastoricium fistula* apud Ciceronem I. ad Attic. exsibilationem interpretantur. *Mirandas ἐπισημασίας, siue vi la pastoricia fistula, auferebamur*. Eximias scilicet significationes, & gratulationes populi, cõsequebamur, fine vllo sibilo, (*senza fischiate*.)

O Sæpe

Sæpe enim pastoribus sibilus loco fistulæ est, ac sibilo oris, vt fistula canunt. Plut. in Orbone. *Cum in theatro visus esset Otho, illudens populus, exsibilabat: equites insigni plausu excipiebant: sed rursum populus sibilos augebat. ἐπι-χεῖν τοὺ συριγμοί.* Glos. *Exsibila.* ἐκσφλαζω.

FISOLERA. Venetis cymbula qua vtuntur in auium marinarum aucupio. *Phaselaria*, parua phaselus.

FISSO, & *fiso*. Figere oculos. Etrusci simplici S. scribunt: sed cum aiunt differre à fisso, quod est à figere, dicere debent, vnde hoc formetur. Nec aliunde quam à figendis oculis, & oculos fixos habere, siue defixos. Magis ergo vsus, quam ratio tuetur. Dant. Inf. IV.

E fiso riguardai

Per conoscer lo loco dou'io fossi.

Etiam *fisso* pro spisso, vnde pro multo, & magno vulgo apud Insubres. *Fisse, e fiss.*

FITTA. Cœnum, lutum tenax, non à fimo, sed in quo pedes figuntur, vt sit limus vorax. *Fitta* etiam Venetis dicitur dolor acutissimus, quod veluti ictus infigatur. Greg. Turon. L. III. mirac. D. Martini. Cap. x. *Tempore quo transactis parturitionis doloribus me edidit, dolorem in vno tibia musculo incurrit. Erat autem subitaneus, tanquam clavus affigens, atque ita fictam grauissimam dabat.*

FITTO, *affitto*. & *Fio*. Census. pensio, tributum quod fidei nomine, siue fiduciarium conductor pendet pro prædio, aut domo, aut alia re locata. Non à figo, sed à fide, *fidium*. Vt supra de Feudo notauimus, debitum clientis siue Vasalli ob feudum. Vill. IV. 20. *E molti Nobili, e gentilhuomini largamente dato loro, sotto Fio, si fece Vassalli.* Et VII. C, V. *Dolle quali Baronij, e Signoraggi, Fii di Caualieri, riuestì tutti coloro.* Eadem ratione conductor domino fiduciarius, siue stipendiarius est, vnde fidium ad omne tributum, & pensionem translatum est. Translate etiam *pagare il fio*, pendere pœnas. Dant. Inf. XXVII.

Che cuopre il fosso, in che si paga il fio.

Landin. idest Feudum, & tributum. Pap. *Fictum etiam dicitur, quod inter duos componitur omni anno reddendum: qui & census.*

Vnde *Affiato*, stipendiarius, vectigalis, tributarius, etiam *feudum* pro pensione. Stat. Patau. XXIX. 66. *Intelligo quod ex hac cessione etiā fruges feudorum refutentur.* Ita tamen vt fidium, non sit à feudo, sed hoc ab illo, quamuis confundantur. Borghinus apud Menagium ait se in vetere Instrumento reperisse *Fiatoli* pro *Fittaioli*, idest *Fidiatoli: Fittaoli.*

FIVTARE. Olfacere, odorari. *Flatare*, olfire, *olfiutare*, *fiutare*, quod in odorando spiritus, siue flatus trahatur. Non autem à *florare* pro florem odorari, quod verbū Latinis ignotum. Per transpositionem *tofa*, & *tofare*, quod proprie de canibus, quibus odora vis, & sagax, & *tuffo* pro odore ferme grauεolente, sicut *fiatoso*, male olens. Nisi malis à *fætidoso*.

FLAVTO. Fistula. à Germ. *fleutte*. Idque vt opinor ab αὐλῇ. Siue à *flator* Tibicen, quod erit à *flatu*.

FLOTA. Cataplus. Multitudo nauium. Siluius Isagoge p. 33. *Fluitare floter. Flote pro numerosa multitudine præsertim nauium, & pro ipsa fluitatione.* Hesychio πλοῦς. expeditio naualis. Petronius. Iam *classes fluitare mari*. Ita *murena fluta*. Martiali.

Quæ natat in Siculo pinguis murena profundo

Non valet exustam mergere sole cutem.

Flutæ, flotæ. Cataplus Indicus proprie nunc *Flota* dicitur. Ita Lucret. Fluctare pro fluctuare, vt Giph. in Indice. Si quis malit à Græco πλοῦς haud sane repugnauerim. De Fluta videndus Vossius in Etymologico.

FOCATIA. *Fugazza*. placenta. Isid. L. XX. 2. *Panis subcinericius, cinere coctus, & reuersatus. Ipse est, & focatius.*

FOCILE. Ignitabulum Pyrites, petra focaria. Isid. L. XV. 4. *Est alius pyrites vulgaris, quem vivum lapidem appellant, qui ferro, vel lapide percussus scintillas emittit, quæ excipiuntur sulphure, vel aridis fungis, vel foliis, & dicto celerius præbet ignem. Hunc vulgus* focacem *petrā vocat.* Alii à chalybe siue acciario, quo scintillæ excuduntur *Azzalino*, ignitabulum vocant.

FOCOLARE. Focus domesticus. Quod in eo Lar familiaris coleretur. Pap. *Focillares domus dicuntur.* L. *Foci, lares* &c. Leg. Long. L. I, tit. 19. L. 2. *Si quis focum super nouem pedes à foculare portauerit, & damnum ex ipso foco, sibi, aut alteri factum fuerit,*

FODRARE. *Fodro*, hoc proprie vagina dicitur, & quicquid rei velandæ, operiendæ, aut includendæ extra, siue foris sumitur, quasi *foro*; vt Veneti, & *fodro* della spada, vagina. *Fodretta, foretta*, tela, quæ puluinis circumponitur. Sed postquam vestes pellibus suffultæ sunt, & pelles, & quicquid, siue ex eadem materia, siue ex leuiori, vestibus subsuitur *fodra* appellatum, & ad exterioris differentiam, *intima* dicta est, genus telæ crassioris, ferme ex gossypio. *Intima di stramazzi*, culcitæ pars exterior, siue inuolucrum, *Intimela*, qua puluini operiuntur. *Fodretta.* Insubres. Senenses. *Foderetta.* Non ergo foderare à Germ. *foeren*, sed hoc ab Latino, contractum, nempe à *foras*, *forare*, *foderare*. Hispani *Aforar*, & *Aforro*. Perion. à φρούριον quasi sit munimentum: nimis operosè. Math. Paris. apud Vols. *Cappa Choralis, pellibus varijs furrata.* Et alibi. *Furrucia*,

pro

pro veste duplici. Boccat. xcix. 3. 1. *Due paia di Robe, l'uno foderato di drappo, l'altro di vaio.*

FOGA. Impetus. Cursus velox. *Foga.* Boccat. xvii. C. 11. *Fu tanta è si grande la Foga della neue.* Vnde Veneti *Vogare* pro remigare, sed proprie, est valide, veluti in fugam cymbam impellere. *Voga. Foga.* Vil. 11. 1. *Tutta l'aqua ch'era nella Città ricorse con gran foga all' Arno.* Dant. Purg. xxx. *E con men foga l' hasta il segno tocca.* Boccat. Amet. *La saetta tocca i segni cercati con volante foga.*

FOGGIA. Modus. Forma. Viris doctis assentimur, qui aiunt factum à Gallico *foit*: hoc autem à Latino *vice*, vnde & *Guisa* dicitur F. in V. *vicet, foit. Foia*, e *foggia*. Non à *facie*, neque à *fabrica*. Inde pro modo, siue figura. Id enim *vices* etiam significat. Dant. Inf. xi.

E se non gl'hà: perche sono à tal foggia?

Cur tali modo excruciantur? Et xiv.

Lo spazzo er' vn arena arida, & spessa
Non d'altra foggia fatta.

Similis scilicet illi quã Cato calcauit in Lybia.

Inde *foggia*, nouæ vestium, & cultus formæ, & exquisita ornamenta recenter inducta. *Foggia nuoua.* Noui paratus, nouaque vestium nomina, & amiciendi ritus. Boccat. Laber. *Le donne alle foggie nuoue, alle legiadrie non vsate, & alle disdiceuoli pompe si danno.* Math. Vil. 1. 4. *Trouando ne vestimenti strane, e disusate foggie. Foggiare*, & *isfoggiare*, nouis vestium formis, & ornamentis immodice lasciuire. Villan. xii. *Vna correggia con isfoggiate fibbie, e puntali.* Quibus quoniam amantes delectantur Veneti *far la foia* procari, & *foiano* puellarum sectator, & assecla dicitur.

FOGLIETTA. Vini mensura Romæ vsitata. Budæus de asse. L. v. à *fidelia* deducit. *Fideliam li ngua nostra* filletam, (quasi *fidelieta*) *corrupta vocabulo dicit. Filieta, folieta.* Sed fideliæ mensura, qualis incertum.

FOGNA. Cloaca, aquæ ductus, subterranea colluvies. Villan. 1. 38. *Nel quale l'aqua del fiume d'Arno, per gora, con cauata fogna veniua.* Non à ... *siphonia*, neque à fodina, sed à Fouea, *fogna*. Idem 111. 2. *Per vn fossato, ouer fogna, che raccoglieua quasi tutta l'aqua pionana della Città.* L. xi. 58. *Fù loro insegnato d'entrar per la fogna, ouer caterata della gora delle mulina.* Fouea, fouèona, *fogna*. Foueones, *Vaones*. Stat. Pat. xxxvii. 81. *Aperire Vaones, & cauare fossatos.*

FOINO. Meles, siue mustelæ genus gallinis infestum, alij *Martam*, & *Martorello appellant*. Silu. in Hag. xxxi. à *Fœno. Fœnum foin, & foine mustela fœnaria, quod in fœno versari gaudeat.* Salmas. ad Solin. quod fusco pilo sit *fuinam* quasi *fuscinam*. Sed quia de genere felium est: nam & Martial. *martes, cattas*, appellat, potest esse *felinus*, felis agrestis, *feinus*, & *foinus* paruus felis. Etrusci *Faina*, quod vel à fuluo, quasi fuluina, vel à φαιός, idest fuscus Menagius factum putat. Coaruvias à Germanico *Fuich*.

FOLA, Fabula, *Faola, fola. Fabla, fiabba* Veneti, e *fiabbone*, fabulator.

FOLCE. *Folcione.* Falcastrum. Isid. L. xx. 14. *Falcastrum è similitudine falcis vocatum. Est autem ferramentum curuum, cum manubrio longo, ad densitatem veprium succidendam. Hi & Roncones à runcando dicti.* Eius vocis exempla congessit. Vols. p. 427.

FOLLA. Turba densa, ac multitudo hominum se prementium, à *fullonibus*, qui vestimenta pedibus premunt, & stipant. Hinc *folto*, pro densus, quasi *follitatus. Folta*, & *frotta* pro eadem re. V. *Affollare.* Vnde *affollati*, stipati. Vil. xii. 66. *Affollati, e ristretti al Carrino.* Morg. vii *E tutta via più la turba s'affolta.*

FOLLE. *Folo*, e *folletto* à *follis* translate, vanus, vento plenus, etiã insanus, væcors. Dant. 1.

Temo che la venuta non sia folle.

Alibi *folle strada.* Galli *Fol.* quod Menag. ex Cuiacio L. 111. Cod. qui accusare non possunt. *Fol, ab inanitione ventosi follis.* Isid. Glos. *Folonitia vanitas.* Vnde *follia* vanitas. *Folleggiare, & infollire*, insanire. Et *folletti* lasciui genij, ac lemures risu, ac strepitu domos implentes, Dant. Inf. xxx.

Mi disse quel folletto, e Gianni Sebicchi.

FONDACO. Quod mercium sedes, ac fundus sit. Hispan. *Albondiga.* Quod Vrrea apud Coaru. Turcicum verbum putat. Sed à *fundo*, vel *apotheca*.

FORAGGIO. pabulum. Vols. de vit. L. 11. C. vi. *Foderum, siue fodrum, notat alimentum; pabulum, estque non à fouendo, sed à Germanico* foden, *vel* voeden, *idest pascere; vnde & Belgæ* Voeder. *Aimoin in Vita Ludouici Pij. Inhibuit à plebejs vlterius annonas militares, quas vulgo foderum vocant, dari.* Sigon. L. viii. de regno Italiæ. Ex Conradi 1. diplomate. *Fodrum autem de Castellis quod nostri Antecessores habuerunt, habere volumus: illud vero quod non habuerant nullo modo exigemus.*

Foderum, inquit *Sigonius, summa quædam frumenti fuit, quam aduenienti in Italiam Regi populi soluere tenebantur: pro quo sæpe etiam æstimata pecunia pendebatur.* Guntherus L. viii.

Id quoq; quod Fodrum vulgari nomine dicunt
Et Capitolicium certo sub tempore censum
Hæc Ligures sacro tribuerunt omnia fisco.

At Cuiacius ad feuda ad illud diploma Conradi à Germ. vocabulo *fater* deducit, quod pabulum equorum, siue farraginem significat:

Quæ sententia magis arridet, nam *foraggio*, est farrago pabulum.

Inde ad alia etiam alimenta translatum. Varro de re rust. L. I. *Inde quod far ferro casum, farrago dictum: aut quod primum in farracea segete seri cœptum. Ea equi & iumenta cetera verno tempore purgantur, & saginantur.* Festus. *Farrago appellatur id quod ex pluribus satis, pabuli causa datur iumentis.* Hinc *fodera* pro annona. Cola de Rienzo. *Vedere la traccia longa delli vetturali, che veninano con fodere in Pellestrina.* Mox. *Portano farina, e grascia per infoderare la terra che non affamassi.* Et p. 273. *Poiche videro che in Tarpeia non era sofficienza de fodero.*

FORRIERE. Foderarius, hospitiorum metator. German. *Furierer*. Sirmond. ad Carolum Calvum p. 26. *Fodrum, siue foderum interdum est annona militaris, & à fodro, fodrarij, qui fodrum exigunt. Hodie dicuntur metatores mansionum & hoc munere in equestribus turmis qui funguntur* Marescalci *hospitiorum nuncupãtur.*

Puto idem quod Boccat. *Friere.* Prouisor hospitij, præcipue nosocomiorum, *Friere dello spedale.* Et Vil. L. VIII. 95.

FORBICE. *Forfice.* Forfices. Isidor. L. xx. 13. *Forfices sunt sartorum: forpices, tonsorum (idest volsellæ) forcipes, fabrorum* (tenaglie) *alij tamen confundunt immo forcipes nusquam extare aiunt.* Est tamen apud Paulum Festi abbreuiatorem. *Forcipes quod his forma capiantur, idest ferrum ignitum.* Seru. ad illud tenaci forcipe ferrum. *Forfices quibus incidimus, forcipes quibus aliquid forbum tenemus, quasi forbicapes. Nam forbum est calidum.* Has tamen forcipes in medicinalibus Græci ἀρδιοθῆρες appellant, quibus solent vulneratis spicula extrahi. Dantes *force*, pro forfice, vt Veneti *forfe*, & *forfesta*. Par. XVI.

Lo tempo và d'intorno con le force.

FORBIRE. Tergere, Fortasse a purgare, nam tergere nimis longe ducitur, & à *furuio*, quod aliqui excogitarunt, qui esse possit haud intelligo. Dant. Inf. xv.

Da lor costumi fa che tu ti forbi.

Quia autem ferme pro tergere obscæna accipitur, fortasse à foria, *forire, forbire*: aluum etiam purgare.

FORESTA. Nemus. Germ. *Forst*. Voss. de vit. serm. L. II. 6. vbi vocis huius vsum apud plures scriptores notauit, adijcit, dubitari an *forestum* originis sit Latinæ, ex eo dictum, quia foris esset, siue extra Vrbem, & agros: an potius Galli, & alij id acceperint à Normannis. Grotius. Lex. Gothic. *Forestum. Forst.* Nemus. alijs dialectis *Hurst. Horst.* Prioris sententiæ est Alumnus. *Foresta la campagna, e selua lontana delle habitationi.* Quem sequitur Coaruuias, licet Hispani dicant Floresta; *non* inquit *à floribus, sed à Gallico forest, à foris quod extra Vrbem sit.*

Non ita tamen absurdum videatur *florestam* non à floribus, sed à viriditate appellatam. Bouillus incertæ originis esse ait, nisi quis à voce foras deduci velit. *Item foresto. Luogo deserto, e foresto.*

FORESTIERE Extraneus. Veneti *foresto*, quod extra siue foris natus sit, *Forasticus, forestarius.* Pap. *forasticus exterior.* Et *forese*, pro agresti *foroscetta, e foresozza* rustica puella Boccatio, & alijs.

FORFANTE. Vafer, etiam improbus, à Gallico *forfaict*. Hoc autem à Latino *forfactus*, quasi foris factus, vt Voss. L. III. de vitijs sermon. C. XII. Scilicet qui pro graui delicto à cœtu, & societate, aut Vrbe eiectus sit, scilicet anathema. Item pro ipso delicto, & graui facinore. Et pro mulcta pecuniaria ob delictum, ex Isidori Glos. *Forisfacio, offendo, noceo. Item forisfacio, officij limites egredior.* Et ob delictum bonis priuari, bonorum possessione eijci. *Forfare* pro delinquere, & *forfatto*, pro delicto. V. Lexicon Etruscum.

FORMA instrumentum ligneum ad formandos calceos. Latinum est. Forma. Horat. epist. *Si scalpra & formas non sutor.* Glos. *Forma caligaris.* Καλοπόδιον & Καλόπους. *Forma calcis, norma.* Vulc. *Calcei.* Pap. *Callas fabrorum foramina.* Leg. *Fabrorum forma.* Et *Calopodia forma sutorum dicta à calo, idest ligno, & pede.*

FORMAGGIO. Caseus. *Formaticum* à forma. Columella. L. VII. C. VIII. *Liquor in fiscellas, aut in calathos, vel in formas transferendus est.* Mox. *Deinde vbi formis, aut calathis exemptus est. Forma. Inde formella, quæ etiam informationes casei significat, vnde, & formaticum dicitur.* Plin. Lib. XVI. 38. *Humor ficis lacteus: huic ad caseos figurandos coaguli vis est.* Figura, est forma.

FORNIRE. Instruere, munire. *Ornare* ex quo etiam *guernire* pro eodem. Dant. Inf. XXIV.

Leuam' all' hor mostrandomi fornito
Meglio di lena, ch'i non mi sentia.

Lucret. L. II. *Feruere cum videas classem lateque vagari, Ornatamque armis, belli simulacra cientem.* Nepos in Annib. *Effecit, vt ea elephantos ornatus tre posset.*

FORNIMENTO pro ornamento. *Fornimenti de caualli*, phaleræ, ornamenta. *Sfornire*, contrarium. *Fornito* paratus instructus. Dant. Inf. XXVIII. vbi loquitur de Curione Cæsarem ad bellum ciuile hortante apud Lucanum,

Questi scacciato il dubitar sommerse
In Cesare affermando che 'l fornito

Sempre

Sempre con danno l'attender sofferse.

Quod ad verbum expressum est ex illo Lucan. *Tolle moras, semper nocuit differre paratis.* *Fornito.* Paratus, instructus. Inde *fornire* pro absoluere, perficere, finire.

Ben fornito dicitur peculiatus, & bene vasatus.

FORRIERE. V. *Foraggio.*

FORTE de vino, quod acescit: Acre enim pro forti. Cic. 2. de orat. *Sed genus hoc totum orationis, in iis causis excellit, in quibus minus potest inflammari animus iudicis acri & vehementi quadam incitatione. Non enim semper fortis oratio quaritur, sed sape placida.* Hisp. *Vinagre.*

FORTEZZA. Arx. propugnaculum. *Fortalitium.* A *fortia.* Quæ vox etiam cum violentiam significat, *far forza*, e *sforzare*, deforciare, & *per forza*: Marculf L. 1. 28. *Eo quod Pagensis eisdem terram suam per fortiam tulisset.* tum fortitudinem, siue vim, vtrumque a *fortis fortitia, forza*, vel *fortia facta.* V. Vossium L. III. C. XII.

FORSENATO. *Fuora di senno*, mentecaptus. Insensatus. V. *Senno.*

FORVSCITO. Exul. Quod foras, siue extra regionem suam exierit. Glos. Ἐξορία. *Exilium. Extra fines.* & Ἐξορυσμὸς.

FORZA. V. *Fortezza.*

FORZIERE. Cophinus, cista corio obducta. Glos. Φορτίον. *Onus, fascis, merx, sarcina. Phortiarium*, ferendis mercibus, ac sarcinis. φορτηγία, mercium, quæ in nauem imponuntur, portatio. Vide Salmasium de vsur. p. 517.

FOSSA, & *fossato*, recentioris Latinitatis auctores, pro castris, & pro exercitu dixerunt, quod fossa circumdarentur. Capitolin. Gordiano. *Castra omnia, & fossata eorum circuibat.* Ex correctione Salmasij. Turn. L. 11. 13. ex Digest. de re militari. *Aut qui à fossato recedit. Fossatum recentiores vocauerunt castra, quia fossa cingi solerent.* Glos. Ταφρός. *Fossa, sepes, fossatum.* Pro exercitu. Moschopolus. *Fossatum*, ὁ στράτος. Annal. Franc. *Alter Saracenus, qui in confinio Africa in fossato prasidebat.*

FOSSA pro sepultura. *busa*, Venetis. Glos. Ταφή. *Sepultura, sepulchrum, bustum, fouens, humus.* L. *Fossa*, vel *fouea*: *humus*, pro humatio. Lex. Long. tit. de homicid. L. XV. V. Iunium ad Codinum p. 281. Osium ad Morenam p. 96.

FRA'. *Intra. trà* & corrupte *Infra, frà.*

FRACASSO. Strepitus, tumultus. Frango, fractio, fractitatio. Crepitus rei fractæ. Seruius 1. Georg. *Fragor etiam à fractarum rerum nominatus est sonitu.* Ita Landinus interpretatur illud Dantis Inf. IX.

Vn fracasso d'vn suon pien di spauento.

Esse enim sonitum rei fractæ, atque magno impetu ruentis. Fracassare, non à *fra*, & *cassare*, pro quassare, sed à frangere, fractitare. Sicut ab eodem *sfracellare*, frangere, comminuere, & conterere. Morg. VII.

Che chi toccaua il battaglio vna volta,
Lo sfracellaua dal capo alle piante.

FRACIDO. putris. Fraces olei, fex. Glos. ἐλαιόξυγία. *Amurga. Fraces. feces.* Et. Ὑπόστασις ἐλαίου. *fraces. feces.* Ita apud Catonem de re rust. *Fraces laticis feces.* Vnde *fracidus.* Et *fracidume, infracidare.* putrescere.

FRAIA. Veneris sodalitas, societas sacrorum causa. Varro. L. IV. de Lingua Lat. vbi loquitur de fratribus Arualibus: *Sunt qui, à Fratria dixerunt. Fratria est Gracum vocabulum partis hominum, vt Neapoli etiam nunc.* Rigalt. Lex. Græcobarb. *Fratria, multitudo.* Scholiastes Callimachi. Νυμφῶν φραΐα, καὶ ἄθροισις. Glos. φραΐα. *Contubernium.* Alijs *Confraternitas.* V. Salm. ad Ius Atticum p. 57.

FRALE. Fragilis, & *frollo*, præcipue de carne molli, minime dentibus responsante. Eadem *floscia*, quod est *fluida*, siue *fluxa.* Illud est apud Plin. L. XVI. C. VI. *flosso*, pro languido. Hisp. *Afloxar*, remittere, laxare quod intentum est. Non à flocco vt Coaruvias, sed à fluxo quod est molle. Quanquam in verbo *floxo*, & si ambigat, hanc quoque notationem posuerit. *Fragile, frale, & frollo.*

FRANCO. Liber: sui iuris. Vox Germanica. Siue vt Bodinus Method. Hist. C. IX. Gallica antiqua. *Est autem Francus*, inquit *lingua Gallica (non Latina aut Graca, multo minus Hebraica) nihil aliud quam liber & immunis. Ex quo non modo verisimile, sed etiam perspicuum sit, Gallia populos seruitutis Romanorum impatientes, trans Rhenum ad veteres illas Gallorum colonias migrasse: & cum primum potuerunt excusso Romanorum iugo, in patriam remigrasse, accepta Francorum, idest liberorum hominum appellatione.* Pap. *Liber*, *Francus homo.* Dant. 11. Inf.

Ch'i cominciai come persona franca.

Land. metu libera. Paulo supra.

Perche ardir, e franchezza non hai.

Et XXVIII.

La buona compagnia che l huom francheggia.

Idest libertatem dicendi affert.

Sed de hac voce. Fuse disputat summus vir Hotomanus Franco galliæ Cap. V. *Franco d'ogni incarico.* Vil. III. 30. immunis. Et. 1. 18. *Il detto Imperatore li fece Franchi dieci anni del tributo.* 1. XII. *Franchi, e fuori d'ogni giurisditione, e signoria d'altra gente. Franchezza*, audacia, & constantia. *Francheggia.* Asylum. Item immunitas à vectigalibus. *Francare*, liberare, redimere à captiuitate.

FRAN.

FRANGIA. *Franza* à Germ. *Frantzen*. Hoc magis placet, quam vt fit à *Phrygio*. Nam franza est limbus, siue lacinia in fila diuisa, ac floccos scissa, vt etiam à frangendo dici potuerit. Phrygio autem vt mox dicemus opus acu pictum, siue *ricamo*. Et *freggio*. Perionius à fimbria, *frania*, *frange*. Mengius à frimbia. Fortalse à *filitia*, *filatia*, *frangia*. Hinc *frappare*, minutim concidere, & in villos, ac filamenta carpere, non à *vapulare*, vt fit veluti *filappare*, *frappare*, concerpere; Morgant. v. *Rinaldo gli hà frappato la persona, E molto sangue in terra hauea gettato.* Inde *Frappatore*, Lexicon Etruscum explicat Auuiluppatore, à filis, siue villis implicandis.

FRASCA. Vocis huius notatio adhuc doctis in quæstione est, qua ramus frondens intelligitur. Dant. Inf. XIII.

Se tu tronchi

Qualche fraschetta d'vna d'este piante.

Subijcit.

E colsi vn ramuscel da vn gran pruno.

Est autem non à ramo, neque à *Raus* Germanico, sed à viresco, & virasco. Frons virascens, *vrasca*, *frasca*. Θάλλος. Dant. Purg. XXXII.

Trasselo al piè della vedoua frasca,

idest folijs orbata. V. *Fresco*.

Quia autem frondes, & ramusculi vento agitantur, inde pro leui, & instabili *frasca* accipitur, idq; in pueros conuicium expetit. *Frasche*, etiam pro nugis & *fraschegglare*, ineptire.

FRASIO. Quod facile teritur, & comminuitur. *Friabile*. Vitruv. *Lapidicinæ quædam molles, vti sunt circa Vrbem rubra Pallienses, Fidenates, Albana. Sed hæc omnia, quæ mollia sunt, si sint in locis tectis, sustinent laborem, sin autem in apertis, & patentibus, gellicidijs, & pruinis congesta, friantur, & dissoluuntur.* German. *Frisch*: recens panis facile frangitur, & friatur.

FRATTA. Densitas dumorum, ac veprium. Frutex, fruticetum: fruticeta, frutecta, *Fratta*. Vt Caricetum, carecta apud Virgilium. Glos. *Frutetum*. Θαμνοὶ. *Fructicescere* θαμνῶσαι. Plinius Lib. XVI. 38. *Sed fruticosi generis sunt inter aquaticas, & rubi.* In manuscripto, *Frutectosi*. Lib. XXV. 2. *Radicem siluestris rosæ blanditam sibi aspectu in frutecto.* Menagius mauult à Græco φράγμα, φραγμὸς, φράκτη sepes, sepimentum, ex Monosinio. Sed aliud *fratta* significat, quanquam etiam rubis, ac fruticibus sepes nectantur: & vbi Latina præsto sunt, nil opus Græcos sollicitare. Prudentius Psycomach. *Non piget attritis pedibus per acuta frutecta, Ire voluptatem?* Et de coronis. *Hic ex frutetis proximis exegit immanem lupum.*

FRECCIA. Vide. *Frezza*.

FREGATA. Nauigij species, cuius etymon non est facile odorari. Nam si à remo ducatur, omnes actuariæ, *fregate* dicerentur.

FREGIO. Limbus, vel instita acupicta ferme ad oras vestimentorum, à Phrygionibus, siue opere Phrygio, acu picto. Inde pro alijs ornamentis. Philander ad Vitruvium L. I. 2. *At non in earum Zophoris, (quæ fregia vulgo vocantur, voce vti existimo, à phrygionibus, quæ acu faciunt ducta. Vt enim eorum opera acu picta, figuris quibuslibet insigniuntur, ita Zophororum fere ratio scalpturam desiderat) triglyphi scalpuntur.* *Fregiare*, pro ornare. Dant Infer. VIII. *Bontà non è, che sua memoria fregi.* Etiam contrario sensu, pro nota, siue labe, & macula. Idem Inf. XIV. *Li suoi dispetti, Son al suo petto assai debiti fregi.* Boccat. fiametta. *Pensa di quanta infamia & eterna vergogna rimarebbe la tua memoria fregiata.* Ex quo vulneris in os illati cicatricem *Fregio*, & *sfriso* appellant: & *sfrisare* inhonesta hac plaga aliquem deturpare.

Nam à *fregio*, *friso*. Ita Vossius ait apud Mathæum Parisium *Aurifisium* corrupte legi, pro *Aurifrisio*. Et Leo Marsicanus Chron. Cassin. *Planetam purpuream cum Phriso, & aquila margaritis contexta.* Nec *Phrygiare* scribendum, vt idem censet, nam ea ætate *Friso* pro opere Phrygio sumebatur.

FREGOLE. Micæ. à *friando*, quod est digitis panem, & alia terere. Idque rectius, quam à *fragmentis*. Lucret. L. I. *Sic licet & glebis in terram sæpe friatis*, idest comminutis. A *fria*, *brisa*, salis mica *friccia*, *briccia*: vnde Insubres aliquid valde salitum, *salato come brisa*: instar micæ salis. Veneti, *ehei sbrega*, quasi linguam carpat, & laceret.

FRESCO. Id duo significat, lenem auram, siue frigus opacum, & quod recens est. Primum non à frigeo, frixi, frixum, & frictum: sed à frigusculum, & contracte friscum, quod Germani, & Hispani retinent. Est enim *fresco* frigus tenue recreans, non vrens. Secundi prout *fresco* recens significat notatio hactenus latuit, sed eadem ferè quæ vt diximus vocis *frasca*. Vt enim illa à *virascens*, hoc à *virescens*, *virescũ*, *frescum*. Nam viride est florens, & vigore præditum, quale quod est recens. Virgil. *Sed cruda deo, viridisque senectus.* *Vecchiezza fresca*. Clarius Cic. 3. Tuscul. *Sed quandiu in illo opinato male vis quædam insit, & vigeat, & habeat quandam viriditatem, tandiu appelletur recens.* Et de amicit. *Senectus aufert eam viriditatem, in qua etiam tunc erat Scipio.* Columel. in præfatione *viridem ætatem appellat*, quod nos *fresca*. Idem L. VII. C. VIII. *Caseus viridis*, idest recens. Et *virides pineæ nuces*. L. VIII. 17. *Ex pomis viridibus ficus*. Faseoli virides. Pro *vegeto*, Stat. L. III. Theb.

Qualis leò, rupe sub alta
Quem viridem quondam silua montesque tremebant.

Ità panem à furno calĕtem, fresco appellamus, recentem, & oua è nido tepentia, *oue fresche*. Ita Dant. Inf. IV.

Giugnemo in prato di fresca verdura.

Aut *fresca*, prò leni aura, quæ à viriditate adspirat posuit, aut florescentem viriditatem, vt *pateris libamus, & auro.* Virescentem viriditatem: Ita *arsura fresca*, pro recenti posuit. Infer. XIV.

Senza riposo mai era lo tresca
Delle misere mani hor quindi hor quinci,
Iscotendo da se l'arsura fresca.

Flammas scilicet, quæ subinde recenter in miseros renouato ardore cadebant.

Ita *fresco smeraldo* pro viridi, siue virescente appellat, Purg. VII.

Et *Rinfrescare* pro renouare. Inf. XIII.

Tua fama rinfreschi
Nel mondo sù. Memoriam tuam tenòuet.

Vols. ait Germanicum esse *Frisch*, pro nouo, ac recente, Belgicum, *Vrisch.* (virescens) Anglis *Frisch*, Hispanis *Frisco*. Omnia ab eodem fonte: vt nulla iam dubitatio supersit.

FRETTA. V. *Affrettarsi*. & *Affollarsi*. *Follita*, non à fulto, sed à fullonibus, pannos insultu densantibus. Inde *Fretta*. pro turba densa hominum, ac conserta, & *frottole* cantica, quæ à turba ludibunda effunduntur, siue ex plutibus sententijs, & adagiis in vnum coniectis, ac veluti per satyram constipatis, vt Bembus VI. Epistolarum. Qualem esse ait Odem. Petrarchæ, quæ incipit. *Mai non vò più cantar com' io soleua.* Vt sit ex illa congerie densata. *Follita*, & *fretta*, & *frottola*: quod Menagius, à farcio, fartum, *farta*. Sed prius, verisimilius videtur.

FREZZA, *Freccia*. Sagitta, à Germ. *flits*, & *schfeil. Fleccia*, *frezza* & *frizza*. Non à feriendo, *feritia*. Nisi quis putet à Latino *infligere*, *afflixa*, *flictus*, *flixa*. Quod valde placet. Erythræus a freto, quod celeri ferueat rapiditate, vel à fluvijs celeriter in fretum de currentibus, quæ sunt inepta.

FRISA, Filum sericum crassius, quasi *filitium*. Et *filisello*, quod nempe in fila ducitur, siue filatur: cum sericum, e folliculis trahatur. Vid. *Bauella*, & *Filisello*.

FRITTOLE, & *Fritelle*, & *Frittata*, à frigendo.

FROLLO. V. *Frale*.

FROMBOLA. Funda. Fundibalum Venetis *Frandibolo*, Insubres *Fronza*. Est etiam Onomatopeia à stridore lapidis excussi, aera ferientis.

FRONTIERE, ait Vols. L. III. 12. *Frontaria, limites regionum, ex eo quod frontis instar primo in conspectum veniant*: immò, quod hostibus primo opponantur. Vnde *fronteggiare*, pro obsistere. Dant. Inf. XX.

Siede Peschera bello, e forte arnese,
Da fronteggiar Bresciani, e Bergamaschi.

FROSNA. Fuscina.

FROTTA. *Frottola*. V. *Fretta*.

FRVGARE. Pungere, stimulare. Dant. Inf. XXX. *La rigida giustitia, che mi fruga.* Landinus. *Stimulat.* Purg. XVI. *Così frugar conuiensi i pigri lenti.* Et XVIII. *Ed io, cui nuoua sede ancher frugaua.* Videtur à *fodicare*, quod est aculeo pungere, & stimulare. *Frugone*, ictus punctim illatus. Morgant. VII. *Alcuna volta menaua frugoni, Che si sentien le corazze sfondare.* Item in scrutando, baculo, aut alia re humum lodere, quod est *furugare*, & *rugare* vulgo dicunt: nisi hoc sit ab eruere, *eruttare*. Boccat. XCVI. 2. *L'vna delle quali frugando in quelle parti, doue sapeua, che i pesci si nascondenano.* Rectius tamen, fodicare, *foricare*, *furugare*, *frugare*, & *rugare*.

FRVLLO. *Frullare*, *frullone*. Vide *Bula*.

FRVSCO. *Fruscolo*. V *Busca*.

FRVSTARE. Flagellis cædere. Fustigare, fustuario plectere. Glos. *Fustigatus* Βαχλιθείς. Ξυλοκοπω. *Defusto*, *fustigo*. Dant. Inf. VIII. *Nuoui frustatori.* Post. *Vidi Dimon Cornuti con gran ferze, Che li batteau crudelmente diretro.* Mox. *E quel frustato.*

FRVSTO. Lacerum, detritum, à frustis: in frusta conceptum. Idque à *fruor*, vel *fruo*. Veneti *fruare*, consumere, conterere, frustatim comminuere. Ammianus Lib. XXXI. de Huunis. *Sed semel obsoleti coloris tunica collo inserta non ante deponitur, aut mutatur, quam diuturna carie in pannulos defluxerit defrustata.* Glos. *Concisus, frustatus.* Idem Lib. XX. *Defrustanda Mesopotamia epistulari.* Sidon. Lib. IX. epist. IX. *Maxima ex magnis capita defrustans.* Florus L. II. 2. *Punica præda omnibus promontorijs; Insulisque frustarentur*, vt ad Ammianum Lindebrogius correxit.

FVCINA. Officina. Ferme pro æris, aut ferri fabrica.

FVIO. V. *Buio*.

FVRBO. Deceptor, sycophanta. Menag. à *furare*, vel à *furuo*: quod niger, pro malo. Horatius. *Hic niger est, hunc tu Romane caueto.* Cui sententiæ fauet Pap. in *latro*. *Fur vero est qui alliorum occulte subtrahit, à fatturio (L. a furuo) idest nigro dictus.* Ex Isidor. L. V. Imo Nonius. *Fures significantiam habent à furuo, quod veteres atrum appellauerunt. Eo quod per obscuras, atque atras noctes, opportuna sit eius mali affectio.*

ctio. Varro rerum diuin. Lib. XIV. *Fures ex eo dictum, quod furvum atrum appellaverint; & fures, per obscuras noctes, atque atras facilius furentur*. Sed *furbo* proprie est calidus, vafer, veterator, malitiosus. Quare crediderim, vt *forfante à foris facto*, siue *eiecto* dictus est, ita *furbo*, quasi *four bourg*, ob delicta expulsus, & exterminatus, ciuitate mulctatus, inde pro malo, & veteratore. *Fourfaict: Forfante, Forfo, Furbo*.

FVRO. Veneti pro guloso, & lurcone. Tales enim edulia furantur. Morg. IV. *Tu debbi esser vn ghiotto, ò furatore*.

FVSCELLO. *Festuca. Festucello, fuscello*. V. *Busca*.

FVSELLO. *Fusolo* minus brachij os, Latinis Radius, à fusi similitudine. Galli. *Petit focile*, aut *focile minor*. Hisp. *Canilla*, clauicula. Maius autem os, siue vlnam, Galli vocant. *Grand focile. Maggiore fuscello*.

FVSTA. Lembus piraticus. Fustis lignum, nam & naues *Legni* hodie generica voce, dicuntur. Proprie tamen quæ Græci Monoxyla. Latini lintres: nauis ex arbore cauata: sed vox ad alias naues translata.

FVSTO. V. *Busto*.

FVSTAGNO. V. *Bombaso*.

G.



GABANO. Lacerna, siue tunica exterior. e lana crassiore, ac duriore. Scalig. exerc. CCCXX. 10. vbi agit de coloribus. *A plantarum excrementis, galbaneus: Vnde Gaban pro penula apud vestrates: quē colorem in eiusmodi amiculo videmus etiā nunc*. Quod scilicet galbanum gummi species sit, de quo Plin. XII. C. XXV. colore subluteo, vt & auicula, luteis pennis, *Galbula* vulgo *Galberio*. Marcel. Donatus in Vopisc. illud Martial. *Iacet occupato galbanatus in lecto*, oris colore subluteo infectum interpretatur, sed de vestis colore capiendus est. Bap. Pius in annot. à tunica *galbina*, & ipse *gabano* dictum putat, & *gabana*, tunicam exteriorem.

Simplicius puto, a cappa, *cappanum* & *gabbanum* factum esse, vt credit Menagius, aut *gausapum, gausapinum*, crassam ac villosam lacernam. Nisi quis a καββάδιον tractum putat, cujus meminit Codinus p. 21. Sed id genus tunicæ Assyrium fuisse, quasi dicas honoratissimum docet Iunius ad eum locum.

GABBARE. Deludere, decipere. Acharisius à *Cauillo*: sed est à *Captare, cappare*, & *gabbare*. Captare proprie est conari decipere, a capere frequentatiuum (vnde & *chiapare* pro deludere Veneti dicunt). Terent. Hecyra. *Insutia est, qua vta captent se, eadem ipsos capi?* Non est igitur à German. *gabberen* quod significat, nugari, inepto sermone vti, vt Vols. Lib. II. C. VIII.

GABBO pro ludo, & ioco. *Scherzo*. Dant. Inf. XXXII.

Che non è impresa da pigliar à gabbo
Descriuer fondo à tutto l'vniuerso
Ne da lingua che chiami mamma, ò babbò.

Land. *à scherzo, & à gioco voler scriuere. Gabare* etiam rustici dicunt ramos arboris, ac summitatem amputare, quod est à decapulare, siue decacuminare. Colum. L. VI. *Adhuc tenera decacuminetur*. Decapare, *gabare*. Onomast. Græc. *Decacumino, ἀκροφυσιάζω*. Pap. *Scapus, summitas, vel cacumen*. Quanquam Plinius *decapulare* pro deplere, & euacuare vsurparit, loquens de oleo. *Piante di gaba*. hoc modo ramis ad stipitem recisis, vt repullulent.

GABBIA. V. *Cappia*.

GABELLA. Varias, ac discrepantes de huius vocis origine auctorum sententias attulit Menagius. Magna pars Hebraicam vocem censet. Quibus adhæret Spondan. Epitome annal. Baron. ad an. 31. *Et Zacchaus dictus princeps publicanorum, qui dicebatur Syriacè Res Gabbaer: ceteri vero publicani Gabbain, vnde fortasse deductum nomen* Gabella. Caninius à Punico *Cabala* Hispani *Alcauala*. Coaruvias tradit quando primum vectigalia imposita sunt, cum Iudæi publicum conducerent, Hebræa voce vsos esse. *Alcauala* à verbo *Canal*, quod est recipere, Vrreas apud eundem ab Arabico *Canele*, quod idem significat, vt *Alcauala*, locus fit vectigalibus recipiendis. Quibus vt refragari non ausim: ita venit in mentem vocem esse Latinam, sed truncatam, *Vectigalia, vectigabilia, gabella*. Nam vectigalia proprie esse portoria docti ostenderunt. Vel à *Capital*, quod pro capite dependitur. *Capitalia, Capella*, & *gabella*. Prius magis arridet.

GAGGIO. pignus. *Vadium*. Siluius pag. 87. Isagoges. *Vadium, ouagè, Picardi, gage Galli, idest pignus, vel salarium. Vadare gager*, idest oppignerare, & *degager*, *repignerare*. Salmas. de modo vsur. C. XIV. *Quod vades olim dicebantur sponsores, qui pro altero vadimonium promittebant, nomen inde factum est à barbaris Vadium pro pignore, quod guadium, & guaggium*

gium ex eo vocamus. Et inde inuadiare oppignerare. Sape legi in varijs instrumentis donationum, & testamentorum, ante annos descriptis, fundum ea conditione donari, vel legari, ne vendi, inuadiari, aut quocumque alio modo alienari posset. Et Cap. XVI. *Longobardi, Visigothi Vadium dixere pro pignore in suis legib. & in dialecto ipsa retinuere* Vvede. Vita Caroli Magni pag. 23. *Perterriti Saxones Regi Carolo per Vvadium mauibus suis reddiderunt patriam, & spoponderunt se esse Christianos.* Hinc *Gaggio* pro stipendio. Vill. L. x. 131. *Stato per lor gaggi promesso lor prigione. Et pagando le masnade di loro gaggi sostennti. Et che volle rimanere à suoi gaggi.* L. XI. 31. *Promisono per lo Rè i gaggi, e soldi à gl' Alemani. Ingaggiare*, oppignerare XI. 76. *Conuenne ch' engaggiasse à vsura la sua corona, e tutti i suoi gioielli.*

Hinc *gaggio della battaglia*, chirotheca cruenta, quæ mittebatur hosti, prælii indicii signum, ac pignus. Vil. v. 85. *Perche lo Rè d' Aragona ingaggià la detta battaglia.* Et CXXX. *E riceuuto da Fiorentini, allegramente il gaggio della battaglia.* Insubres baptismi sponsorem, qui infantem ad sacrum fontem suscipit, *guidazzo* appellant, vadem, siue vadantem, siue pollicentem. Veneti *Santolo*, sacrum vadem. *Vadius* pro vade. Synodus Bauarica. *Liber qui se loco Vvadij in alterius potestatem commiserit, ibique constitutus damnum aliquod cuilibet fecerit, qui eum in loco Vvadij suscepit damnum soluat.*

Quoniam autem in sponsionibus pignore certatur, & *Vadium* pignus, Insubres *far guaia* dicunt pro pignore contendere, siue *guadiare*. Galli *gager*. Grot. Lex. Goth. *Vvad Latine barbaris Vadium. Vvedde pignus. Francis Gage. Vvadiare gager, pignus dare.* Et. *Inuadiare, est Vadio supponere, idest oppignerare, nam Vadiũ, nunc pignus notat, nunc mulctam.* Vols. L. IV. Cap. II. Quia etiam in alea, & quolibet ludo ferme pignus pro pecunia opponebatur, inde *guadagnare* pro vincere, siue *guadium* adipisci, & translate pro lucrari, & *guadagno* pro quolibet lucro. Germ. *Geuvinn. & Geuvinnen. Guadagno, guaagnare.* ab eodem. Galli *Gaignage* & *gain*, lucrum.

Ridicule Bouillus. Quod *gaigne* est vagina, *gaigner* lucrari, est lucrum immittere intra vaginam, crumenæ speciem habentem. *Vadium*, & *vadanium*, & *guadantare* vadium, siue pignus auferre, & lucrari.

Hispani contractius *ganar*, pro lucrari, & *ganancia*, pro lucro. Vnde baiulus *ganapan*, qui humeros locando victum lucratur. Ex quo fortasse *ganado*, pro grege ouium, quod in ijs olim magnum lucrum, & diuitiæ essent. Et *ganan* pastor; quanquam Coaruuias à Græco γανόω lætifico trahat, ob voluptatem, quæ inde existit; alij Arabicum censeant. Et quia magna semper lucri cupiditas. Fortasse etiam *gana* apud eosdem Hispanos pro cupiditate accipitur. Et *gana de comer* pro orexi, siue cibi appetentia. Ergo *vadantare, vadagnare, vagnare.* Dant. *guadagnare.* Inf. XXIV.

Poi riede, e la speranza ringauagna.

Rustici Patauini *guagnar*, dicunt.

Sed vt ad vadium redeamus, cum, vt diximus in alea, & ludo pignus pro pecunia opponeretur, factum est, vt in ludo pilæ, tesserarum, & pictarum chartularum, vox *vada* vsurpetur, cum pignus, siue pecunia duplicatur, vt victor, alterum tantum lucretur. Vt *vada* sit alterum vadium, siue pignus. Galli *regaguer*, & *regain*. Novum lucrum, novum gaudium.

GAGLIARDO. Fortis, robustus. Siluius à gaudio. *Gaudeo, gai, gailardo.* Menagius *à gale*, quod lætitiam significat, & in Italicis originibus, à *Valeo*. Scaliger exercit. 325. 13. *Color balius equi. In quo si fulgeat nitor spadiceus, ab eo quasi ardore Balsardum vulgus nominat: sicut à Gallica audacia Galliardus nuncupatur is, qui fortiter adit pericula.* Vols. L. II. C. VIII. *Guilardus, vel Galliardus, agilis, hilaris, à Gallico Gailard. Vel à Gallico ardore, vel ab ard, siue aerd, significante ingenium.* Omnes parum recte. Est enim à *validus, validator, gagliardo*. Vt à Leccator *leccardo*, Futiliator *bugiardo*, validus, *validator, gagliardo*. Vel gallans *Gallator*. V. *Gallante*.

GAGLIOFFO. V. *Gaio*.

GAGNIRE, *Sguagnire, gagnolare*. propriè canum. Non. *Gannire cum sit proprie canum, Varro asinos rudere, gannire canes dixit.* Lucret. L. v. *Gannitu vocis adulant.*

GAIO. Duplex notatio. Prima à Vario, *vaio*, & *gaio*. Dant. I.

Si ch' à bene sperar m' era cagione
Di quella fera la gaietta pelle.

Supra enim dixerat.

Vna lonza leggera, e presta molto
Che di pel maculato era coperta.

Quod est pellis variata, varia, *gaia*, & *gaietta*. V. *Vaio*.

2. GAIO est lætus, cupidus, à gaudio, gaudens, gaudiosus, *Gaiosus. Gaio*. Idem Par. XV.

Et però chi mi sia, & perch' i paia
Più gaudioso à te non mi dimandi
Che alcun altro in questa turba gaia.

Vbi *gaudioso*, & *gaia* idem sonat, lætum, gaudentem. Et XXVI.

Quant' ella à compiacermi venia gaia.

Bocc. Gior. VII. *Ne era ancho ra loro paruto alcuna volta tanto gaiamente cantare gl' vsignuo-*

P   *li.*

li. Et Gior. x. *Se gaia giouinezza in bello amante Dee donna appagare*. Et *gaggio* pro eodem. Parad. VI.

Mà nel commensurar de nostri gaggi
Col merto, e parte di nostra letitia
Perche non li veder minor ne maggi.

Gaggi Landin. gaudia interpretatur. Alij pro pignore, siue hostimento accipiunt.

Cęterum Veneti *Gheia* pro sinu dicunt, Vicentini *Ghaia*: quod puto à barbaro verbo *Gaydes* dictum esse, cuius mihi origo ignota. Morena Hist. Laudensis. *Sed qui tunc vidissent mulieres parvulorum suorum alium in collo, alium in brachijs suis deferentes, aliosq; ad gaydes vestium suarum se tenentes*; vbi Morena instias, & limbos vestium intelligit, quæ à sedentibus contractæ sinum efficiunt. Nisi quis putet à *Laisus* factum esse, quæ vox pariter incertę originis, sinum significat, extatque Lege Salica. Tit. 48. *Festucam in Laisum iactet, & ipse in cuius laisum festucam iactauerit*. Glos. *In laisum, in sinum*. Hinc *laisoverpire* in sinum iactare, de quo Vos. L. II. de vit. serm. C. XI. & in Verbo *Guerpire*. Neque absurdum videtur cum *gherone*, vt infra dicam sit fascia, siue limbus, qui in gyrum vestem ornat, à gyro *gera*, & *gheda*, & *gaida* formatum esse, quæ & *gasi* dicuntur Venetis.

Quid quid sit à *Gaia* factum est *gaioffa*, quasi *gaiofula*, parvus sinus; quodque olim pecunia in sinum conderetur, inde vox eadem pro pera, siue sacculo, præcipue apud Insubres. Et *Gaglioffo* de mendico agyrta, & ærufcatore, qui laboris fugitans, stipem corrogans, de pera, siue sacculo viuit, translata vox ad nebulones, & fruges consumere natos. Caualcante. Pungiling. *Come veggiamo che li poueri, e li gaglioffi, si mostrano piu tristi, e più infermi, e più miseri, che non sono, per prouocare le genti à fare à essi limosine*. Vit. S. Pat. *Mà quell'altra per poter meglio accattare, come gaglioffa studiosamente si vestiua male*. Morgant. XIX.

E disse gaglioffaccio pien di broda,
Morgant' il prese alle gauigne stretto,
E misel nella tomba al suo dispetto.

GAGLIVOLO. V. *Galla*.

GAIONI. Veneti tonsillas appellant, faucium morbum, cum glandulæ inflantur. Glandia, glandiones, *gaioni, gaioncelli*. Plin. XI. 37. *Tonsilla in homine, in sue glandula, qua & glandia*. Et *Gangole*. Cresc. p. 590. *Due quasi cocce, ouero gangole, che sono quiui*. Insubres *Gandioni*, & *Cantarte*, à voce *Antiada* apud Medicos, & Iurisconsultos, vt Budæus ad Pand. 344. cum glandulæ ex fluxione in tumorem attolluntur, vnde *Tolles*, Latinis dictæ. Turneb. Lib. II. 2. Lexicum Etruscum easdem *Gauignas* appellat. Vnde *Aggauignare*, collum stringere, & torquere. Morg.

Sed vnde nam ea vox? Non à *capus*, prout manipulum significat, sed a *glandia, glannia, glauinnia, gauigna*. Vt *Gauocciolo*. Vide.

GALANA, & *gaiandra* Veneti testudinem appellant, haud dubie Gręca voce χελώνη. *Chelone*. Glos. *Testudo*. χελώνη. Glos. Arabicolat. *Golora, testudo*. Infra. *Testudo animal, quod testam gerit*, idest *Golola*. Forte legendum *Galana* vel *chelone*. Scalig. exercit. CXXIII. χελώνην *testudinem esse eius vocis vestigia docent*. Galanam *enim dicimus*. Et exercit. CXCVI. 2. *Etenim Taurini, serpentem cuppariam, à cuppa: alij Itali serpentem scutellariam à scutella*. (*Insubres* bissa scudelera, ab integumento, quod scutellæ formam refert.) *Nos* Galanam *Grace vocis vestigio*. *Hispani*, Galapago: *vt puto ab eodem*: Coaruvias ab Arabico deducit.

GALANTE. Elegans, venustus, concinnus, alacer, festivus. Cittadinus Cap. I. putat factum per transpositionem ex *elegans, elegante, galante*. Sed viri docti rectè à Gallis Matris Deûm deduxerunt auctoritate Varronis apud Nonium. *Cum illò aduento, video Gallorum frequentiam in templo, qui dum esset iam hora, vt Deam allatam imponerent adis: signo, Deam gallantes vario retinebant studio*. Item. *Namqua venustas his adest gallantibus?* Sed quod iidem existimant *gallante* dici, quod illi baccharentur, aut vino se inundarent, vim vocis non sunt assecuti. Nam quæ venustas est furentibus, & quod proximum est ebriosis? Verum quod illi semiuiri in Venerem fracti, muliebri ornatu incederent. Quicumque eorum morosam in cultu elegantiam apud Apuleium legerit, facile intelliget, vnde galanti dicantur, elegantes, & ornati. Lib. VIII. Miles. *Die sequenti varijs coloribus indusiati, & deformiter quisque formati, facie cænoso pigmento delita, & oculis obuncitis, graphice prodeunt: mitellis, & crocotis, & carbasinis, & bombycinis iniecti* (quæ muliebria impudicorum ornamenta.) *Quidam tunicas albas in modum lanciolarum quoquo versum fluente purpura, depictas cingulo subigati, pedes luteis induti calceis*. Quid elegantius? Vnde *galante*, & *galanteria*. Hispani *Gala*, & *galan*, non à *regalar*. Vestitus scilicet varius, & ornatus, quod Coaruvias à γάλα *lac* parum aptè deducit, quia albæ vestes lætitiæ causa sumerentur, vel ab Arabico *Galan* amator, elegantiam affectans, & *mas galano* qui cunctis ornatu, cultuque antecellit.

Ab eadem re *Gale* Veneti vittas, siue fasciolas sericas, quibus vestimenta distinguuntur, & *galone* aureum segmentum, siue instita appellant. Quanquam *galon*. Germ. *gelaun* appellent.

pellent. Boc. *Ne fe gli è meglio alla cotal Roba, mutar le gale.* Vt non *Galanti, à gala*, sed contra ab illis hæc ornatus species profluxerit. Hinc etiam *Galloria* pro effusa, & gestiente lætitia non male quidam derinarunt, nisi sit à gallis gallinaceis lasciuè tripudiantibus.

GALAPAGO. Hispani appellant testudinē. *Gala* est χηλὼν, vt supra diximus. Paguros est de genere cancrorum, quod distortis cruribus cancrum referat. Vnde & *tortuga* iisdem dicitur.

GALAVRONE. Crabro. *Carabrone, calabrone, galauerone*.

GALBERO, *galbè*, auis galbula lutei coloris. De qua Vide Turneb. L. XVI r. 8.

GALEA, & *galera*. Nauis longa, siue triremis. Vols. de vitijs serm. L. 1. C. 1. *Galea militare capitis tegumentum. At posteriori auo galeam vocitarunt nauigij genus, quod Belgis Galeie, nec multum variente voce Gallis, Italis, & Hispanis dicitur.* Chronicon Augustense in Epist. Friderici I. *Conuenire fecimus apud Pisas victorioſū ſtolium galearum. Quæ vox etiā Græcis vſurpata, vt ex Cedreno conſtat, & Etymologico magno.* Γαλία, εἶδος πλοίου λῃστρικοῦ. *Genus nauigij prædatorij.*

Subijcit Vols. non deesse, qui vocem Galeæ esse putent ex Latino galea, quasi dicas nauim galeatam, quod crebro nauis in prora παράσημον, siue insigne haberet *galeam*, vti illa apud Ouid. de Trist. L. 1. eleg. 11.

Est mihi sitque precor flaua tutela Mineruæ
Nauis, & à picta cassidc nomen habet.

Quod scilicet in prora pro insigni cassidem haberet, vnde ei galeæ, vel cassidis nomen. Quod autem hoc insigne frequens esset, inde extensam significationem etiam ad eas, quæ id insigne non haberent. De quo multa Villiomarus aduersus Titium L. VII. C. V. Id in prora insigne videre est in nummo, quem de militia nauali protulit doctissimus Schefferus L. II. C. VI. p. 156. At Lil. Gyraldus de nauigijs Cap. XII. tradit. Consueuisse veteres in summis nauium bellicarum malis galeę nescio quid simile addere. Sed id nusquam mihi obseruatum est.

Multas huius vocis notationes congessit Coaruvias, sed ferme ineptas. Nonius inter vasa vinaria galeolam ponit. *Sinum, & galeola vasa sinuosa.* Varro de vita pop. Rom. L. 1. *Vbi erat vinum in mensa positum, aut galeola, aut sinus.* Quæ vox, si à galea deducta, cum illa ferme rotunda esset, nauibus longis aptari non potuit. Hodie etiam vas vinarium, quo vinum in vrceos defunditur, *galera* appellatur, quod pariter rotundum, ansa, & fistula instrumentum est.

Ceterum quod Vossius ibidem falli viros doctos putat, qui pro galea triremem dicere iubent, quod nauis longa, & triremis multum differant, eum ratio fugit. Nam licet longe antiquior longa nauis trireme fuerit; quia & longa initio vnius tantum ordinis remorum, siue vniremis fuerit, postquam biremes, & triremes, & id genus plurium ordinum in vsum venere, omnes naues longæ dictæ sunt, ad distinctionem onerariarum, quæ rotundæ erant, & ob id corbitæ dicebantur, vt Salmas. ad Ius Atticum docuit. Quare etiam postquam biremes, & triremes abolitæ sunt, *galee*, siue *galere* promiscue, & naues longæ, & triremes Latine, à magni nominis scriptoribus sunt vocatæ, ad discrimen onerariarum, quæ *Vascelli*, quod rotundi sint, appellantur. De Etymo nihil habeo, quod iam dictis addere possim.

GALERIA. Ambulacrum. Pinacotheca. Non a forma *Galera* siue triremis, vt ineptè Coaruv. quique eum sequuntur. Petionius cum ferme vbique aberret, hac voce scopum tetigit. pag. 95. *Hinc porticus Galerie, quasi alerie ab eundo, idest allet appellauimus.* Quanquam in eo fallens fallitur, cum existimat *aller* esse ab ἐλαύνειν, vt omnia superstitiose à Græco deriuat. Sed est *ambulare, ambler, aller*. Loca igitur ferme in superiori ædium parte ad ambulandum, atque animi causa spatiandum, idest xisti, siue porticus *Allees della maison, allerie, & galerie*, quasi ambulariæ, & ambulatoriæ dictæ sunt: quæ quoniam tabulis pictis ornabantur, vox pro pinacotheca vsurpari cœpit. Cuius similitudine in re militari machinæ ligneæ, quę repleta fossa mœnibus admouentur, idem nomen sortitæ sunt.

GALFIONI. Genus cerasorum. Salmas. Sol. 958. *Bigarella appellant Franco celtæ: Burgan di nostri Graphiones. Nominis vtriusque eadem ratio, & significatio, quod vario colore sint, ita appellarunt.* Γραπτὰ ποικίλα *sunt varia. Inde graphiones* τὰ χραπτὰ κεράσια. *Bigaratum Galli vocant, quod est variegatum.* Ergo *Galphioni*, quasi *Graphiones*, quod vario colore, albo, rubro, nigroque variegata cerasa. Hisp. *Garrofal. Garrofales.* Cerasa maiora. graphiones.

GALLA. Glans, fructus quercus. Latine Galla. Virgil. *Proderit & galla tonsum admiscere saporem.* Dant. Purg. XIV.

Trà brutti porci più degni di galle.

Vnde *gallare, galleggiare*, & *andare à gallo*, pro innatare, quod is fructus aqua non mergatur. Idem Inf. XXI.

Non altrimenti i cuochi ai lor vasalli
Fanno attuffar in mezzo la caldaia
La carne con gli vncin, perche non galli.

ne supernatet. Frustra ergo à *nagare*, quod pu-

to apud Isidorum, corruptè legi pro *natare*. Quod enim non mergitur, innatat, vel supernatat, & *Nager* Gallorum, est natare.

Ex quo folliculi bombycum *Gallette* appellantur, quod in sericificio non mergantur, sed supernatent.

Et *Gagliuolo*. Siliqua faseolorum, pisorum, similium, à gallæ similitudine q. galliculum. Et *Galle* tumores in pedibus equorum. Cresc. x. 3. *Galla è una enfiatura à modo d'una vesica piccola, di grandezza d'una noce, la qual si genera intorno alle giunture delle gambe allato all' unghie.* à forma *galla*, siue glandis. Nam *Callum* pro vesica dici non potest.

GALLETTI, *Gatizzoli*, *Gattaruzoli*. Titillatio, cum leui alarum, aliarumue mollium corporis partium attrectatione, risus excitatur. A Græco Γαγγαλισμός. Glos. *Titillat* Γαγγαλίζει. Et Γαγγαλισμὸς *Titillatio*, *Vellacio*. L. *Vellicatio*. Vt supra. *Titillat*, *fatigat*. L. *Vellicat*. *Dilliticare* etiam dicunt, & *solleticare*, quod à *titillare*, & *titillicare*, & *subtitillicare* factum est. Galli. *Chatouiller*.

GALONE pro instita siue segmento, ac limbo. V. *Gala* Insubres pro fœmore à Græco Ἀγκάλη. Glos. Ἀγκάλη. *Gremius*, *seu gremium*. Fœmora gremium efficiunt. *Ancalone*. *Galone*. Alii à λαγὼν, sed hoc *Ile*, non fæmur significat.

GALLORIA. V. *Galante*.

GALOPPO, *Galoppare*. Equi cursus incitatus, à Græco καλπάζειν, quod est currere, *calpare*, & *calupare*. Vt Budæus in Pand. pag. 212 vbi καλπάζειν esse dicit equum ad ingressum exultantem vrgere. Gallice *gallopare*, & gallopum κάλπην voce à Græcis translata. Et Salmas. ad Hist. Aug. 245. & Vols. L. IV. C. IX. Hesych. Κάλπις, Βαδιστὴς ἵππος καὶ εἶδος δρόμου. Dant. Purg. XXIV.

Qual esce alcuna volta di galoppo
Lo Caualier di schiera che caualchi
E và per farsi honor del primo intoppo.

Et Inf. XXII.

I non ti verrò dietro di gualoppo.

Vbi Landinus. *Gualoppare è in mezzo trà il trottare, el correre*. At Salm. Græcam vocem καλπάζειν proprie ait esse, quod *trotum* appellamus, medium inter galopum, & passum. Hodie tamen *galoppare*, pro cursu incitato accipitur. Olim pro molli incessu. Suidas καλπάζειν τὸ ἁβρῶς βαδίζειν, molliter incedere. Quod Hesych. supra. Βαδιστὴς ἵππος. Incessor, siue gradarius. Quod & Plautus *badizas* dixit. Puto ergo *galoppo* initio pro passu, siue incessu dictū: deinde additum *gran galloppo*, vt etiam Galli dicunt, postremo *galoppare* pro currere vsurpatum.

GALVPPO. Seruus militaris, agaso, non à Calo, siue Calone, sed quod currentem equum pedes insequatur, aut præcedat, vel quod instar equi calpantis, cito cursu feratur.

GALLOZZE, & *Gallozzette* Veneti pro fœminarum socculis, siue crepidulis. *Gallicula*, *gallocula*, *gallocchie*, & *gallezze*. German. *Galloschè*. Galli. *Galloches*. de quibus Menagius. Glos. *Gallicula* Τροχάδες. Quod ad cursum aptæ.

GAMBA. Crus. Καμπή. *Campe*. *gamba*. Barbarus Glos. Plinij. *Dicitur & versura quam Græci Campen vocant, flexus ipse angulorum in ædificijs, & parietibus exterior Vitruuio: propter quod & crura ipsa Vegetius in iumẽtis gambas vocat, quasi campas, nam & Aristoteles* campen *nominat in pedibus, quæ suffragines poplitesque habentur*. Locus Vegetij est in Veterinaria L. I. C. LVI. *Post quod equus admonitus iniuria tollit altius crura, & inflectione geniculorum, atque gambarum mollius vehit*. Et Lib. IV. C. IV. de venis equorum. *Vena de fœmini bus quatuor, de femoribus vero duæ, de subgambis duæ*. Sic Silnius, Bouillus, & cæteri. Sic Casaub. in Trebellium.

At Salmasius ad eundem scriptorem negat *Campen* apud Vegetium esse crus, sed propriè partem, quæ tibiam pedi iungit, quod Græci καμπὴν appellant omnem artuum, articulorumque commissuram, & inflexionem, quem sequitur Vos. L. III. C. XIII. Idque Salmasius probat ex loco Vegetij adducto.

Sed cur non & partem qua tibia fęmori iungitur, *campam* dicere potuit Latinitas æui inferioris? Nam si *gamba* est tantum flexus tibiæ ad pedem, quid erit *suggamba* apud eundem, cum nihil pede inferius sit? Immo *gamba* est crus, siue tibia, suggamba qua tibia pedi nectitur. Ita Budæo καμπὴ *poples*, *suffrago*. Sed Salmas. nullam Casaubono viro summo obtrectandi occasionem prætermittit.

Gallis *Iambe*, & *regimber*, calce petere, crura iactare.

A *Gamba*, *gambinare*, & *caminare*, & *camino* dictum, supra ostendimus.

Gambo. Caulis, scapus, & stylus herbarum, & florum. Crus, siue pediculus.

GAMBARO. *Gammarus*. Mart. L. II. *Concolor in nostra Gammare lance rubes*. Et Iuven. Sat. V. *Sed tibi dimidio constrictus gammarus ouo*. Alijs. *Cammarus*. Glos. *Cammari*. Καρίδες. Et Καρὶς *Scilla*, *galbacus*. L. *Squilla*. *Cammarus*, *vel gammarus*. De eo disputat Scalig. exercit. CCXLV. 1. 2. Et Hist. animal. L. IV. Cap. III. & alibi.

GANASCIA. *Guancia*. Mala, maxilla, mandibula. Græcè Γνάθος. *Gnatos*, vnde addito A. *ganascia*. Nisi simplicius à *gena*, *genitium*, & *guan-*

guancia. Guanciale. puluillus, capiti, genilque subiectus, ficut *origliere*, puluinus auricularius.

GANGHERI. Portarum cardines, quasi *cancetres* quod distorti sint. Dant. Purg. IX.

E quando fu ne cardini distorti
Li spigoli di quella regge sacra.

Etiam *polesi* dicuntur, idest *poli*, siue *polices*. Nam polus est vertex à πολῶν vertere. Iidem & *guerzi*, & *sguerzi* dicuntur, nempe vertices. Gloss. Καρζῖνος, χαλζίους. *Forfex.* Lege. *Vertex*, Cancer, & vertex idem, vertex enim Latinis est cardo. Hispani *Quicio* ab eodem *verticium*. non à quiescendo vt censet Coaruvias. Ex quo translatè hominem distortis, ac deprauatis oculis etiam luscum *sguerzo*, & *guercio* Itali appellant. Dant. Inf. VII.

Et egli à me: tutti quanti fur guerci
Si de la mente, in la vita primaia.

Villan. x. 144. *Mà la guercia, e disleale sempre inuidia de Cittadini di Firenze.*

A verticis figura *guerzetti* dicuntur clauiculi, quasi *verticula*. Pap. *Verticula, cardines.* Alijs *brocchetto*, à veru *veruchette, brochette.*

Hispani fibulam, siue vncinulum *corchette* appellant, non à curuo, sed à *vertice*, cuius figuram referunt, quasi *verticette, guerzette, corchette*. Iidem *gancho* ferrum aut lignum incuruum appellant. Non à γάμψος, sed à *cancer*. Sicut Galli *Gauchi*, ò *gauche*, tortus ab eodem. Et *Gauche* qui sinistra vtitur manu, quod dexter rectus, sinister siue læuus, obliquus sit, *Gauchir* à recto deflectere, & sinistrorsum. Itali *sfenestrarsi vn piede*, est torquere, siue luxare. Hispani *Cacho* & *Gacho*, pro curuo inflexo, Ire à *gachas* corpore depresso: non à iaceo, sed à *Cancer, gancho*, gacho, & cacho. Et cachete, pugnus, manu in digitos contracta.

GARA. Contentio, certamen licet à *Guerra* esse videatur: quæ & *verra*, & *vuarra*, de quo infra, ductam vocem à ludis Circensibus, & aurigatione, cum bigæ, & quadrigæ cursu contenderent, existimo. *Aurigare*, & inusitatum *garare*, & *gareggiare*, & *gara*. Sicut *regata* certamen nauium, & nauales Circenses Venetijs ab *aurigatio, regatio*, & *regata*. Vide *Regata*. *Garrare* contendere. Dant. Inf. XV.

Purche mia conscienza non mi garra.

idest, contraria sit, quanquam & à *garrio* pro increpo. Petrarcha.

Con amor, con madonna, e meco garro.

Galli, *gar*, & *gare*, *gare*, pro caue, fuge. Est à *guarda*, *guarda*, de quo infra. Salmas. Solin. 946. à *vararo*, quod est flumen traijcere, inde profugere. Quæ omnia sunt præter rem. Sicuti quod *exuarrati*, siue *exgarrati*, qui à recta via aberrant, hoc enim à *Varo* distorto, vt paulo post dicemus.

A gara. certatim. Vil. VII. 88. *Che à gara non fosse fatto, inuitare da dette brigate.*

GARBO. Sapor acris. *Acerbus, gierbo, garbo.* Sed &

GARBO sumitur pro modo, forma, ac venustate. Vnde *garbato*, decorus, venustus. Landinus ad illud. Dant. Par. XXXI.

Danzando al lor Angelico carribo.
Cioè al lor Angelico modo. Carribo vien da carbo, & carbo significa modo, e forma. Sed vnde *carbo*, id significet, Landinus non exponit. *Garbo* est fasciculus spicarum. German. *Garbe.* Gal. *Gerbe de blè*. à carpo manus, siue vola. Spicæ benè collectæ & dispositæ, suoq; vinculo constrictæ. Translate ad homines ornatos, & comptos. Cerda Aduers. c. LXV. 6r. adducit locum ex Althelmo. *Sic demum decies metens ex aquore garbas, Ternas accipiet, qui vincla iugalia nectit.* Adiicit. *Mergitem, siue manipulum appellant Germani* garbam, *vulgari sermone* garbi. Hinc *Garbo* Patauini vocant aream in qua manipuli spicarum teruntur, pratum etiã & locum herbidum. Statut. Pat. XLI. 80. *Nisi emat de nouo vnum garbum, vel vnam domum.* Et infra. *Ædificet in eo Garbo, vel domo.*

GARBINO. Ventus Africus. Barbar. in Plin. L. x. C. VII. *Vulgo eam* (erithacen) *vocare solent Carbinam in Etruria, & Liguria: credo quia flatu Africi nascatur, quem* (vt inquit Vitruvius) *Carbam, nostri nauta Carbinum cognominant.* Etiam Onomasticum vetus Vulcanij *Carba.* Ventus. Λίψ.

GARBVGLIO. Confusio, tricæ, implicatio, præcipue capillorum. *Incapillato, incarpilato, ingarbugliato.* Insubres, *ingarbiato, garbuglio*, e *garbuglio.* Veneti, *incatiato*, quasi *incapilato*. Quod etiam de villorum, & tricarum implicatione dicitur. Ita *garbuglione*, Triconem, & ardelionem appellant. Aliter *ravuiluppamento*, à villorum implicatione.

GARGANELLI. Anates aquaticæ. Querquedulæ, *querquedunelle*. Varro.

Aquatiles querquedula natantes.

GARGATTO. Guttur. *Gurgulio*. Hispan. *Garganta*, & *gargantilla*, pro monili. Galli *gorge*, a gutture. Festus. *Ingluvies à gula dicta, hinc & ingluuiosus, & gluto, gulo, gumia, guttur, guttus, gutturiosus, & gurgulio.* Germ. *Gorgel.* Vnde *gorgogliare*. Dant. Inf. VII.

Quest' hinno si gorgoglian nella strozza,
Che dir nol posson con parola integra.

idest, obstructo gutture, ægrè verba eluctantur. *Gargato*, *Ichiatto*, præpinguis salua, quæ veluti trochleis à penitus faucibus, siue imo gurgulione attrahitur.

GARIGLIO, quod tenerum in nuce includitur. Nucleus. *Garoso*, Insubres *grialo*. Κάρυον. *Carion.*

Carion. Nux. *Cariolus*, nucleus, & *gariglio*. *Sgaruiar*, enucleare. Plaut. *Qui è nuce nucleum esse vult, frangat nucem*. *Caruspio* etiam Insubres vocant interiorem partem lignosam, quæ nucleos quadrifide complectitur, in pomis etiam, & alijs fructibus, cui nempe semen, & acini adhærescunt.

GARETTO, & *garottolo*. Crus, & qua poples flectitur, & qua tibia pedi iungitur. Galli *Iaret*. A Latino *varus*, quod curvum significat. Ita & Menagius censet, vt sit poples varus, inde pro crure: sicut *gamba*, vt supra diximus καμπὴ cum sit poplitis flexus, pro crure sumitur, ita & *varus poples*, & *crus varum*, & *varetto*, & *garetto*. Vt valere, *guarire*, vadanium *guadaniũ*, & similia. Festus in Valgos. *E contrario vari dicũtur incurua crura habẽtes*. Hesych. Ιεῤῥόχρειαι τλῶ ἰσφλῶ ἰταλαί. Hodie dicunt *Garletto*. Sed est poples, non costa, aut lumbus.

Quod autem *garetto*, sit poples, siue cruris flexus ad genu docet Iordanus Rufus in Veterinaria de partibus equi. *Le cosse ample, e carnose: li gariti, ampli, ficchi, e tenduti: le falce plecte, & ample: le gambe altretì, bene ample, e pilose, e fatte*. Vbi à coxis, ad *garitos*, siue poplites, inde ad crura descendit. Et Cap. sequēti de Morbis equorum. *Alla fiata el Chauallo nasce cum iardi in li garitti, e cum galle in le gambe. La iarda si è vna tendera inflatione alla grandezza de vn ouo, la qual nasce in li gareti in la partia de nanci, e in la partia de dreo*. Et Lib. II. Cap. XXXIV. *Della Iarda, e de li gareti. Quamuis deo, che la malatia, che hà nome Iarda auegna alla fiaa naturalmente alli gareti delle gambe del Chauallo*. Vnde videtur ipse morbus à gareto *iarda* quasi *garda* dictus, non à clauo, *Clauendus*. Etrusci *Giarda* & *Giardoni*. Cresc. 9. 10. *Alcuna volta nasce con giarda ne garretti, e con galle nelle gambe*. Iidem *far la giarda* pro deludere. Morgant. *E duolsi assai che gli hà fatto la giarda*. Quod puto dictum à ludi genere, quo transuersum crus deridiculi causa, alterius capiti imponitur. *Far la gambarola*. inde pro illudere.

Hinc *gareto*, & *garotolo* pro crure etiam hominum: siue poplite *ab varo*, quod curvum, & distortum significat. Ex quo *sgarare*, à via deflectere, siue à recto aberrare. Sic Persius. *Fallit pede regula varo*: *Varum* pro obtorto. Et *sgaratato* proprie de pullis gallinaceis, quibus crus fractum, aut lumbi luxati sunt, quod ad homines delumbatos, & distortis cruribus translatum. Item *sgarratare* est suffraginare, quod Græci ἀγκυλοκοπεῖν. Veteres Latini subpernatare. Catul. *Subpernata securi*. V. Scaligerum ibi.

Hispani *Garras* pedes, siue vngues auium rapto viuentium in curuos appellant, idest varos, *varas manus*, *garras*. Sicut Ouid. IX. Met. *Tenuique à pectore varas In statione manus*. Et Martial. L. VII. *Vara brachia*. In quo multum Coaruvias æstnat. *Desgarrar*, frangere, vnguibus lacerare. *Desgarron* laceramentum. *Desgarrar*, etiam fugere siue è varis vnguibus elabi. *Garabato*. Vncus, harpago. *Garrapata*, Ricinus: quod curuis pediculis ita cutem stringat, vt inde ægre auellatur. Et *garillas* pelles crurum, ac pedum martarum, Itali *gambette*, quæ pretiosiores. Etiam inferiores Brittones *en garr* crus appellant. Et Angli *Garterium*, siue *Gartier* fasciam cruralem, siue periscelidem insigne ordinis equestris ab Eduardo III. instituti appellant, vt Voss. L. II. C. VIII.

Rustici Patauini *garetti*, e *garotoli* appellant *Tirare i sgaretti*, pro mori, & calces extendere.

Sicut autem *gareto* pro crure, ita credo *Garon*, & *Galon*, Insubres pro fœmore vsurpasse. V. *Galone*.

Garrot autem apud Gallos iaculum, sagitta à veruto vt Menagius docuit. Vnde & *Garrocha*, & *Garrochon* hasta, siue pilum quo tauri in venatione impetuntur. *Verruculum* est enim hasta ferro præfixa. Sed *garrot* apud eosdem Gallos & *garrote*, apud Hispanos crassior baculus, aut breuior fustis. Est à Vallum, *varum*, *varot*, & *garrot*. Vnde *garroter* arcte constringere, quod scilicet in farcinis, ac mercibus colligandis eo fuste funes torti arctius constringuntur. Vnde Etrusci pugnos *Garontoli* appellant, quod manus in pugnum flexa, & contracta, id instrumentum referat.

GARRIRE. Duo significat. Iurgari, siue rixari: & cantus auium. Vtrumque à *garrire*, nam qui iurgantur inter se garriunt; Nam si a *gara*, potius *garrare* dicendum esset. Et stridula voce aues garriunt, præcipue passeres, vnde Hispanorum *Gorrion*.

GARZA. Hisp. *Garça*. Ardea, ardeola. V. *Airone*.

GARZERIA. Locus vbi panni poliuntur, quod *cariee* fit, ex quo *Garzo*, e *Garzadore*. Hispani *Carrizo*. Notum autem est caricem esse herbam durissimam, & acutam, vt eam Virgilius appellat. Et *cariee pastus acuta*. Et, *Tu post carecta latebas*, idest cariceta. Glos. Φραγμός. *Sepes*. *Carecta*, *Carrectum*. Et Βατόμον. *Spina alba*, *Carex*. Etiam cute Erinaceorum pannos pecti solitos constat. Glos. κτεὶς κναφικός. *Remaecus*. Lege. *Erinaceus*. Male Vulcanius. *Pectinaceus*. Nam fullones erinaceorum cute pexa vestimenta reddebant.

Garzaria, locus amplus Patauij ad hoc artificium non procul à nobiliori officina, vbi ingenia poliuntur. Statut. Patau. XXX. 67. *Et ad Gar-*

Garzariam artis lanæ.

GARZONE. Puer, ferme à pedibus, aut opificum minister. Huius quoque vocis cubile doctorum solertiam hactenus elusit. Siluius, quod militum pueri sic appellentur, milites autem *garnison* à granario, inde *garson*: idque ferme in malam partem, turpi corporis obsequio. Bouillus à garciendo: cui mirum, adstipulari Lipsium. epist. XLIV. Cent. III. *Iam vero*, inquit, *& Gallorum Garzons, sunt Garriones Latinis à garritu*: alii ex Arabico. Pontanus à *Varo*, *Vuarson*: alii demum à *Verna*, *vernaculus* satis dure, traxerunt.

Omnino ab *Agaso*, *agasone*, *garzone*: sicut ab eodem, *agaso*, *ragazzo*, eiusdem plane significationis. Vtrumque enim nomen proprie ab agendis, curandisque equis. Festus. *Agasones, equos agentes, idest minantes.* Cornutus in Persium. *Agaso, iumentorum ministerio deputatus appellatur, quem sic nullius meriti esse dicit; vt eum tribus nummis valere concedat.* Glossæ. *Agaso δοῦλος Κτηνοτης.* Lege ἐπὶ κτήνεσιν, Iumentarius, vt Scaliger ad Festum. Item Ἱππόκομος, *Agaso, equitio.* Lege *equisio*. Notæ Senecæ: *Calo, Lixagatho.* Lege, *lixa, agaso, meretrix.*

Postea pro quolibet puero, siue famulo, vt apud Horatium. *Si patinam pede lapsus frangat agaso.* Isidorus. *Adsecla, agaso.* Vox *Garcio*, inferioris æui scriptoribus vsitata. Lipsius attulit locum Cedreni, qui ait Constantinopoli conflagrasse mediam aulam templi magni, quæ *Garsonostasium*, dicitur: in margine autem adscriptum, *Garsonostasium*, puerorum statio. Gulielmus Brito. *Hunc præcedebat cum parma Garcio.* Blesensis epist. CII. *Interim exeunt de domibus hospitum garsiones, cibarijs onusti, & ebrij.* Quia autem puer Latine, & *puto* Italice, pro meretricio accipitur, ita & *garzone*. Boccat. L. II. *La potentia delle meretrici, e de garzoni in impetrare qualunque gran cosa non v'era di picciolo potere.* Galli *Garse* scortillum appellant, & *Garçoner* fœminam alterius attrectare.

Quod ad *Ragazzo* pertinet, quæ vox eiusdem originis, proprie pro puero stabulario. Dant. Inf. XXIX.

Et non viddi giamai menare streggbia
A ragazzo aspettato da signor sò,
Ne da colui, che mal volentier vegghia.

Vil. L. VII. 6. *Mà per dispreggio à loro ragazzi, che menauano i caualli a bere.* Additam autem literam caninam puto, a voce agalonum iumenta minantium, & incitantium, *Arri, Arri*, siue illud ab ἴρρε, sit siue ab ἄρρυ. Muliones tamen Ligures si bene memini *Arri* clamant eum mulos sistunt. Postea pro quolibet puero à pedibus, interdum pro cauponio, siue lenonio, & pathico. V. *Bagaio.*

Ex *Agaso* fortasse etiam *Lacayo*, & *Lacbè* seruus à pedibus, siue cursor. *Agaso, l'agaio, lachaio.*

GARZVOLO. Summitas olerum, vt cauliū, & lactucarum, foliis in vertice constipatis. Caulis, cauliculus, *caulicciolo*, *carziolo*, *garzolo*. à caulium, siue cymularum similitudine. Quod rectius cadit, quam si à *thyrso* traheretur eris. Idem & *Grumolo*, quod veluti in cumulum folia teneriora collecta, & compacta sint, qui *Grumus* dicitur, vt infra. Insubres *Cirolo*, quod cirros referat.

GASTALDO. V. *Castaldo.*

GATTO. Felis, siue ælurus. *Catus* vel *Cattus.* Glos. *Catus.* Γαλῆ. Et Αἴλουρος. *Falax, hæc catta. Catta.* αἴλουρος. & Κάττα. *Catta.* Glos. Isid. *Murilegus. Catus.* Multa congessit Vos. L. II. C. IV. C. III. *Cattare* prouidere (de quo infra.) Isidor. L. XII. C. II. *Hinc alij cattum, à captura vocant. Alij dicunt, quod cattat, idest videt. Nam tamen acute cernit, vt fulgore luminis tenebras superet.* Glos. Arab. Lat. *Musium, cattum, quod cattat, idest videt.* Hoc reprehendit Vos. in Etymolog. & à captando dictum putat, sed meram vocem Germanicam esse. *Cat*, & *Kes*.

Veneti *Gattoli* appellant colliquia in via deriuando imbri, & colluuiel, in quæ canum ac felium catulos mortuos cum sordibus proiiciuntur. *Andare à gattone*, Hispan. *Agatas*, depresso corpore, more felium insidiantium. Non ab *aguato*, vt Coaruvias.

GAVAZO, & *gauazare*. Est effuse, & intemperanter lætari: a gaudeo *gauiso*, & *gauesco*. Vt Vols. L. IV. C. IX. Glos. *Gauescite.* χαίρετε. & *Gausio.* χαίρω. Hisp. *Gozar*, Galli *Gausser*. Itali *gauazzare*. Ariost. Cant. XXVII.

Da cio si ride la discordia pazza,
Che pace, o tregua omai più teme poco
Scorre di quà di là tutta la piazza
Ne può trouar per allegrezza loco
La superbia con lei salta, e gauazza.

Vita Nicolai Laurentij p. 259. *Hora lacremana, hora sganacciaua. Gazarra.* Vil. L. VII. 75. *Menando gran gazarra, e trionfo.* quasi *gauazarra*. Insubres *Gauazo*, & *gauazone* nebulonem appellant, hominem minimi pretij, & sine causa immodice exultantem. Idem *Gogò*, & *gogorone*, quod est ab *Agagola*. Isid. *Agagola, lenocinator.* Pap. *Agagula conciliator, lenocinator*, à Græco Καγχάζω, & Καγχαλάω effuse rideo, & intemperanter lætor. *Fargoghetta*. Simplicius tamen à *gaudere*. Vt *gogolo* sit qui intemperanter lætatur, & gaudet. Vt *gauazo*. Boc. g. V. n. X. *E parendole conoscere, tui tutto gogolare, percio che per man tenea vn sò bel giouinetto*

uinetto. Inde etiam *Gozzoniglia* à gaudendo. Boc. g. VIII. n. II. *E più volte fecesono poi insieme gozzoniglia*.

Hispani *Ganachos* homines seruili ministerio operam locantes. Coaruvias à *Gabalis* Galliæ populis: vnde in Hispaniam lucri causa se conferunt. Fortasse eandem cum voce Itala originem habent. Vnde ijdem Hispani *Ganasa* meretricem appellant.

GAVETTA. Chordulas, siue fides citharæ in orbem complicatas, item fila linea, aut serica ex metaxa deprompta *ganette* appellant. Galli *Iaucau*, & *Iaucelle*, quod Menagius à *cauellus*, & *cauella* deducit, idque proprie pro spicarum fasciculo, siue manipulo. Nam Philargyrius ad illud Georg. II.

Aut fetu pecorum, aut Cerealis mergite culmi. Merguses, inquit, *fasces culmorum spicas habentium, quas metentes brachys sinistris complectuntur. Quidam* cauos *dicunt*. Hinc *Cauellus*, & *Ganellus*, Hispani *Gauilla*. Itali *Ganetta*, funiculos, & chordas, siue fides in orbem conuolutas appellant. Quare cum *Achâta* filum significet per acum ligneam transmissum, quo retia texuntur, nempe ab acu, *Achata* (sicut *gucciata*) verisimile est ab *Acatha*, factum à *chaueta*, & *gauetta*: Veneti *Aucia* quasi *acucta*. Erithræus tamen ad illud, *Deductum dicere Carmen*, Vetam à vehendo dictam putat, quod à colo deuehatur, vel à vinciendo, idest luendo, scilicet viere, vitire.

GAVOCCIOLI. Timores inguinum. Glãdes; *glandicula*, *glandocula*, vnde *gianduſſe*, *giandozzo*, *gianocciolo*, & gauocciolo. Non autem à clauo. Vel à *galla*, *galliculum*, *gallocculum*, *ganocciolo*. Nam & Gagliuolo, siliqua, *bacello*. Et *gallozza*, & *gallizola*, glandiferarum arborum excrementum, siue glans ciatia. *Gallozzola*, gauozzola. Villan. L. x. I. 83. *Apparendo nell'anguinaglia, ò sotto le ascelle certi enfiati chiamati* Gauoccioli, *e tali* Ghianduccie, *e tali chiamauano*, boze, *e sputauano sangue*. Boccat. initio magni operis. *Nasceuano certe enfiature, le quali volgari nominauano* gauoccioli, *hora si chiamano* ghianzoit, *o carboni*. Mox. *Infra breue spatio cominciò il già detto* Gauocciolo *mortifero*. V. *Ghianducce*.

GAZA. Pica. Becanus L. II. *Nostrates picas varias olim Gasos vocabant, vnde Gazzas Itali quidam Gothicum sermonem corrumpentes vocant*. Vere *Gasus*, vt supra notauimus ex vario factus est. Varius, *vaio*, *gato*, vt Pica varia apud Petronium. Sed *Gaza* contractum videtur, à *pica*, *picacia*, *gaza*, & *atazza*: Germani *Atzel*. Galli *Agasse*, & *Picasse*. Hispani *Pega* & *picaça*. Pica, & picacia. Iidem *Hurraca*, quasi *Furaca*, à furando, quicquid enim inuenit, occultans. Et quia Gallis *Agasse*, inde *agaser*, pro lacessere, atque irritare, non *ab acco*, & *acaciare*, sed quia id genus auis maxime irritabile. Ex quo Itali hominem iracundum, quique facile excandescit, *Scazzoso* appellant: & *Agazzare*, irritari, atque excandescere. *Acêre* enim & acescere, minus quid significat, quam irritari, & bilem effundere.

Etrusci *Ragazza* picam vocant, quæ vox est blandientis, ipsamque appellantis: vt Veneti *puta* vocant. Insubres *berta*, à balbutiendo, quod humanum sermonem conetur. *balbetta*, *berta*. Sicuti *Bertuccia*, simiam, quod menti, & labiorum motu balbutientes imitetur.

GAZZO, e *gazzolo*. Oculorum color. *Glaucus*, vt Cittadinus p. 9. Simplicius à picarum oculis, qui glauci, siue Cæsii.

GAZETTA. Veneta moneta argentea duorum assium. Sed vnde appellata sit nondum mihi compertum est. Quo pretio cum olim nuncij rerum toto orbe gestarum, quæ Tacitus diurna appellat, pararentur, ipsa diurna *Gazette* vocitantur.

GECCHITO. Abiectus. V. *Aggecchire*.

GELATINA. Iusculum congelatum, & veluti glaciata mucilago pedum vitulinorum, rerumque aliarum.

GELSO, & *Gelsa*. Morus, & mori fructus. *Morus celsa*, nam & mora in rubis nascuntur, quæ arbuscula humilior, ad cuius differentiam morus celsa, & gelsa, etiam pro fructu. Dant. Purg. XXVII. *Allhor che'l gelso diuentò vermiglio*. Et XXXIII. *El piacer loro vn Piramo alla gelsa*.

GEMO. Filum in globum conuolutum. *Glomus*. & *glomitulus*, *glomitellus*. *Gomitolo Gomisello*. Insub. *Nemisello*. Hisp. *Ouillo* à forma ouali.

GENTILHVOMO. Nobilis. patricius. Cicero in Topicis. *Gentiles sunt, qui inter se eodem nomine sunt: qui ab ingenuis oriundi sunt: quorum maiorum nemo seruitutem seruiuit: qui capite non sunt diminuti*. De quo multa Budæus in Pandectas. Inter cetera, tria fuisse iura apud antiquos, agnationis, gentilitatis, stirpis. *Sed nobiliorum*, inquit, *fuisse videtur gentilitas, vt ex illa definitione. Ciceronis apparet, eorum scilicet qui imagines generis sui, siue gentis proferre poterant. Inde Tranquil.* Vespas. *Flauia gens inquit, obscura illa quidem, ac sine vllis maiorum imaginibus. Vnde imagines pro nobilitate generis ferme accipiuntur. Pro quibus postea gentilitia insignia, quæ arma vulgo vocantur, successerunt*.

Hinc *gentilhuomo* qui gentem habet, siue ex magna gente est. Subiicit Bud. *Non temere igitur lingua vernacula* Gentiles homines *pro nobilibus appellat: quasi ingenuos ab origine gentis, & quorum maiores seruitutem nullam prorsus*

Jus seruitrunt: videlicet ab adscriptitijs, & conditione quadam obnoxijs distinguere eos volens, qui ob id eadem lingua Villani *dicuntur, quod Villa adscripti, & colonaria conditioni addicti, aut ipsi sint, aut maiores fuerint. Quod tamen nomen, loquentium inscitia in contumeliam vertit.* Villanum *enim & vilem vernacula simplicitas conuertit.*

Etiam *gentile* simpliciter pro nobili. Dant. Inf. VII.

Et quel sanio gentil che tutto seppe.

Nobilis, generosus. Et pro eleganti, ac lepido. *Gentile, e garbato.* Vt & *Falcone gentile* apud Fridericum Accipitr. pag. 154.

GERGO, & *Zergo*. Sermo obscurus, & solis impostoribus, ac sycophantis notus, occulta, & perplexabili verborum ad libitum significatione, qua alia aliis vocabula subiiciunt. Quæ loquendi ratio, ita & eius etymon mihi ignoratur. Satius enim est hoc profiteri, quam vel à *Graco*, vel à *clerico*, vel à *barbarie*, notationem ducendo, eo ritu loquentes imitari.

GERMOGLIO. Germen, *germiniculum, germiculum, germoculum, germoglio*, vt feniculum *fenocculum, fenocchio*.

GESTA. pro stirpe. *Cespite. Cespita, cesta, & gesta. V. Cespuglio.* Et *gesta* pro factis egregijs, siue rebus gestis.

GETTO. *à getto.* Æs fusile. Fundere enim iactare.

GETI, & *Getti*. Vincula quibus accipitrum pedes colligantur. Retinacula *Iacti*. Frid. Accipitr. p. 142. 193. 198. 223.

Quod scilicet ijs solutis accipiter ad prędam inuadendam de manu aucupis veluti iactetur.

GHEMBO. Curvus, distortus. Dant. Purg. VII.

Tràerto è piano en'vn sentiere ghembo.

Scambus. Glos. Σκαμβὸς. *Scaurus. Valgus.* Σκαμβὸς. *Curvus, & Varius.* Ἰονθος, σκαμβὸς, ποικίλος. Lege *Varus &c. & Varius* ποικίλος. Aliud enim *Varus*, aliud *Varius*.

GHERMIRE. Rapere, vnguibus constringere. *Carpere.* Dant. Inf. XXII.

Così volse gl'artigli al suo compagno
E fù con lui sour al fosso ghermito
Ma l'altro fù ben sparuier grifagno
Ad artigliar ben lui.

Vbi *artigliare*, & *ghermire* idem, vnguibus scilicet, (*artigli*) arripere, ac premere. Land. *Lo ghermì, cioè lo prese cogl'artigli.* Inf. XXI.

Et ei tenea de piè ghermito il nerbo.

Carpere, carpire, ghermire, vt Menagius. Par. IX.

Che già per lui carpir si fà la ragna.

Ad eum capiendum retia texuntur.

Vnde *Ghermінelle* doli, præstigiæ, ac strophæ ad homines capiendos. De qua voce. V. Lexicon Etruscum.

GHERONI. Institæ, siue limbi vestimentorum: quod in gyrum ambiant. Boc. *Alzandosi i Gheroni della Gonnella.* Hisp. *Girones*: Pontanus Glos. Celtico. *Gheeren* limbos vestium, & institas interpretatur. Vil. L. VIII. 57. *Portaron l'arme agghcrronata gialla, e nera.* Et *Gorrato.* Vit. Nicol. Laur. *Vestuto era di bianche vestimenta, gorrate de cennale.* Et infra. *Era vestuto con vna vonilla bianca de seta, inzaganato de auro filato.* quasi *ingironata*. Et pag. 224. *Cappa de Scarlatto, forata de Varo, infrescata de auro fino. Infrisata*, Opere phrygio. Alibi, *infresata de auro filo. Galone* Veneti pro fascia, siue segmento, vt supra notauimus. Quod etiam à *Gherone, garone, & galone* duci potest. Etiam pro fragmento. Vil. VIII. 3. *Si fecero intorno à San Gioanni i pilastri de gheroni del marmo*, idest *Liste*. *Ghiera* etiam Etrusci appellant circulum ferreum ligneis tubis, & alijs instrumentis ad oram appositum, ne rimis findantur, à *gyro*. Villan. pro pharetra. VI. 72. *Faceuano far per gonfalone vn bello, e nobil balestro, e tre ricche ghiere.* Non à vagina.

Veneti *guateroni* vela, siue plagulas conopeorum, lectorum fulcra ambientes appellant. Passauant. 63. *Concederoti, vn Gherone, ouero Guazzerone del mio vestimento.* Inde ad conopæa translatum.

GHETTO. Stabulum Iudæorum. Ignotæ originis.

GHEZZO. Insubres, pro lacerto. Quem Hisp. *Lagarto. Lacerto. Laghezzo, ghezzo. Verde come vn ghezzo.* Virg. *Nunc virides etiam occultant spineta lacertos.* Veneti, *leguro*, à lacerto. Etrusci *Ghezzo* pro nigro: cuius origo mihi ignota.

GHIADO. *Morire, e far morire à ghiado*, aliquem excruciatum necare Etrusci dicunt. Sed quod supplicij genus fuerit non plane liquet, & quæ vocis origo. Nam licet Lexicon Etruscum, & Pergamenus in additamento, à gladio deducat, quod *morto à ghiado* sit occisus, scriptores non idem exprimunt Villan. VIII. 92. *Nosso fù impiccato, el Prior morto à ghiado.* Et VI. 71. *Doppò la morte del padre ch'era stato morto à ghiado.* Ariost. *Venir ghiado al cuore*, quod spasmum, siue convulsionem interpretantur. Et *Ghiado* ijdem extremum frigus appellant, & *aghiadare*, quod vel ab algore, siue algido, vel a glacie Menagius deducit, & *Ghiado*, à *Guet*, siue aguato, ex insidiis. V. *Aguato.* De *Ghiado* quærant doctiores.

GHIANDVSSA. Pestis, à glandulis, ac tumoribus, qui axillas, & fœmina infestant. Etrusci *Ghianducce, glandicula.* Vil. XII. 83. *Apparendo nell'anguinaia, ò sotto le ditella certi enfiati chiamati gauoccioli, e tali ghianducce, e tali*

chiamano bozze. V. *Gauocciolo*.

GHIARA. *Ghiaia*. glarea. Dant. Inf. xxv.

Così vidd' io la settima zauorra.

Land. *Zauorra, e sabbione, e ghiaia posta nella sentina delle naui*. Saburra. Vitru. L. II. C. IV. *Si autem non erunt arenaria vnde fodiatur, tum de fluminibus, aut è glarea erit excernenda*. Et L. VIII. C. I. *Glarea vero mediocres, & non certa vena reperiuntur. Item sabulone masculo*. Philander. *Idest serra, quæ sabulosa erit, & plena lapidibus minutis, cuiusmodi qui ad fluuiorum ripas sunt, qui glarea etiam vulgo Italorum dicuntur*, vt apud Colum. Lib. II. Cap. II. In Gallia Cisalpina *Ghiara d' Adda* tractum Abduanum appellant. *Ghierone* pauimentum glarea constipatum. Glos. Arab. Lat. *Glarea idest pauimentum*.

GHIEVA. *gleba*, & *ghiona*, quasi *globa*, & *zolla*, *globula*, *glebula*. Cresc. II. 26. *La zolla, ouero ghiona non sia bianca, e nuda, e che non sia magro sabbione*. Alb. C. LXIV. *La ghiena percioche ella è graue, si stà quietamente, mà la poluere per leggerezza si spande, e si perde*.

GHIGNARE ridere, *soghignare*, subridere. *Cachinari*, & *subcachinari* non à *Gelasinare*. Insubres. *Sgrignare*. Quod scilicet in ridendo diductis labris dentes ostendantur, quod faciunt canes cum hirriunt, siue ringuntur, quod *digrignare* dixit Dant. Inf. XXII.

O me vedete l'altro che digrigna.

Land. *Digrignare, significa storcere el volto in forma che la bocca s'apra, & mostri i denti. Il che significa ò dolersi, ò adirarsi, ò alcuna volta ridere*. Vnde fortasse *schernire*, pro illudere, siue subsannare. Insubres *sgrognire*, quod labiorum diductione fit. Plaut. *Labiis ductare* dixit. Quanquam ea vox Germanica sit, de qua infra.

GHIOTTO. Ganeo. Helluo. gulæ deditus. Item cupidus, auidus, demum callidus, & veterator. *Gluttus*, & *glutto* à glutiendo. Pers. Sat. v. *Nec glutto sorbere saliuam*. Casaubonus 161. *Gluttus, inquit, est pars colli qua cibi transmittuntur. Ficta vox per onomatopœiam: nam Glut est imitatio soni quem edit liquor per angustum tramitem means*. Vetus poeta, *Glut, glut murmurat vnda sonans*. Isid. L. x. *Glutto à gula, idest gulosus*. Glos. *Glutus*. Βρόγος. alibi Βρόχτος. L. Βρόγχος. Eædem Glossæ. *Gluttus*. Βρόγχος. *Guttor*. Lege *guttar*, *glutta*, *vel glutto*. Iidem & *ambrones* dicebantur. Pap. *Ambro, deuorator, profusus glutto, ganeo, popino*. Et *Gulosus. gluto*. Dant. Inf. XXII.

Et in tauerna co' ghiottoni.

Hisp. *Gluton*. Non à glossa, vel lingua, sed ab ingluuie. Galli. *Glout*. Pro cupido, idem Purg. XVII.

Si che, si fà della vendetta ghiotto.

Et XXXII.

Che del su pome gli Angeli fà ghiotti.

Cose ghiotte, cupedia appellat Boc. Lab. 33. r.

Ghiottoncello. *Giottonia*, & *Ghiottoneria*, & *Ghiottornia*. Ganea, auiditas. Morgant. XIX.

Che fussi sta fornirsi dentro il seno
Di ghiottornie per due giornate almeno.

Vil. I. 44. *La ghiottornia del buon vino*. Alibi. *Ghiotornia della ruberia*. Cupiditas prædæ.

GHIRIBIZZO. V. *Chiribizzo*.

GHIRLANDA, Corona, sertum. Quasi *gyranda*, *giraudula*. Vitru. L. IV. C. I. *Cymatijs, & encarpis pro crinibus dispositis*. Philand. *Encarpus Græcis fructuosum significat, hoc loco ornamentum: hoc est florum, frondiumque & pomorum implexum, atque contextum, coronario luxu folijs, flores, & fructus intercursantibus: cuiusmodi sunt, quæ serta, & corollas triumphales nostri vocant, Itali* ghirlandas, *& festones, à festiuitate appellant*. *Hisp*. Guirnalda. *Et* Girnalda.

GIACCO. *Zacco*. Lorica ex annulis ferreis, siue maculis contexta. Quidam à *Iach* Germ. trahunt. Fortasse à *Zaba*, quæ vox inferioris æui id significat. Quod & Menagius suspicatur. Turn. L. XXII. 16. *Mauricius de militia Rom. Bucellarios equites esse scribis armatos zabis. Sic ille armaturam loricarum prope talarium appellat*. *Zabba, zabica*, idest lorica, *zacco*. Glos. Arab. Lat. *Lorica, zaba*. Iustinian. Nouel. LXXXV. apud Vos. Lib. II. C. XXI. Καὶ τα; χαλυμάτας ζάβας ἤτοι λωρίκια. Et Suidas *Zabeum locus in quo zaba reponuntur, quæ sunt arma bellica*. Zaba enim est lorica.

Crederem tamen à *sago* loricio, quæ eiusdem Menagij coniectura: & antea Pontani in Glossario Prisco Gall. p. 265. Idest lorica instar Gallici sagi nempe manicata.

Initio *Sago di maglia* dicebatur, deinde *saga* simpliciter, & *giacco*, & *zacco*. Quod si est à Germ. Iach, vt ferme omnia armorum nomina, non ineptum fortasse fuerit illud a Latino *Iaculum* deducere, vt significat retis genus quod *rete iaculum* dicitur. Scilicet lorica retis instar maculis distincta (vnde *maglia*) quod & *Giacchio* Italis dicitur. Bocc. g. III. n. 7. *Et quale col giacchio il pescatore d' occupare ne fiumi molti pesci ad vn tratto*. Cresc. 693. *Anche si pigliano pesci con ghiaccio*. Nunc venit in mentem posse etiam esse à *Scacco*: quod maculæ instar tesserarum, siue tessellatim nexæ sint. Nam tesseras appellarunt, versicolores quadraturas, in quibus calculi, siue *scacchi* reponuntur. Patauij familia nobilissima *Zaccorum*, in gentilitio insigni, tessellatum alneariium præfert, discoloribus maculis: Atqui in anti-

antiquo Chronico repperi, olim *Scaccos* appellatos, mox leniori pronunciatione *Zacchi*, dicti sunt.

GIALLO. Color croceus, siue luteus. Alij à *galbo, galbeo*. Turn. L. XVII. C. VIII. *Galbus in Latino græco Lexico explicatur* χλωρὸς *viridis, pallidus, flavus. Hinc Galbula auis, quæ huius coloris erat*. (vulgo dicunt aliquem esse giallo, come vn galberio.) *Inde & galbanus color, & galbinus apud Iuvenal.*

Quem sequitur Salmas. Histor. Aug. 410. *Galbum, vel galbeum, & galbinum colorem supra docuimus esse aureum: idque nomen hodie retinemus: quem enim colorem iaunum dicimus, is est galbinus, vel gaubinus.* Gaubinus est geaune, vel iaune. *Sic & Germani* Gal, oder galb, oder geelb. *Flavus*. Scalig. exercit. CCCXXV. 10. *Quem vulgus* Giallo *vocant, dictio mera Germanica*. Geel. *Iureque Egnatium reprehendit qui Venetum colorem* Giallo *explicat, cum sit caruleus.*

Alij à *Gilvus*, vt Cels. Cittadinus C. I. de quo Scalig. eadem exercit. XIII. *Gilvus est qualis lateri semicocto: ὠχρὸν Græci: figlinum quidam vocant: etiam heluum dictum sciunt*. Et Philand. in Vitr. Lib. & Cap. VII. *Melinum colorem Latini gilvum, auctore Seruio ad Georg. III. appellant: in floribus pro luteo dici animaduertes Dioscoridi & cæteris.* Quod origini propius est quam galbeus. *Gilvus, giallo*, vt & Germ. *geel*. Pap. *Gilvus, aurosus*.

Perperam Perion. qui ab ἴον viola, quanquam & aliquæ Violæ luteæ: peius Erithræus in Virg. ab *hyalo. Hyali, saturo fucatu colore*. Nam ille vitreus est.

GIA MAI. Iam magis, pro nunquam.

GIANNETTO. Equus Hispanicus, à *Gineto*. V. *Chinea*. *Giannetta*, lancea equestris, siue iaculum, non tamen à *Iaculo* dicta, sed quod propria equitum, vt sic dicam *Ginnetariorum*.

GIANIZZARI. Turcici Prætoriani, à *Ianua*. Iunius ad Codinum p. 247. *Ianua vero, vel θύρα ex Orientalium vsu dicitur metaphoricè quisquis aditum ad superiorem præbet: quem lautè eum, Festo admissionum, aut cum recentioribus admissionalem commodè nuncupaueris. In hunc modum narrat Calcondilas L. I. de reb. Turcicis. Othomanum Othopuli filium Othomanici generis principem, satellites sibi adhibuisse, & allegisse, quos ianizaros, id est ianuas Regis, seu Principis appellauerit.* Vols. L. II. C. X. tradit, quod aula Turcica porta nuncupetur, putari à *Ianua* eius custodes Ianizaros dictos. Sed cum ex Prætorianis ianuæ custodes eligerentur, non videri omnes à Ianua Ianizaros appellatos. Præterea non videri verisimile Musulmannos, potius ex lingua latina, quam ex sua nomen illis dedisse. Quare approbat eorum sententiam, qui inde vocabulum arcessunt quod *Ienizeri*, lingua eorum signet nouos homines, siue milites, qui Latinis tyrones, vt Leunclauius in Pandectis Turcicis. Et Vrrea apud Coaruv. Turcicam vocem putat, quæ novum militem, siue exercitum significat: Quod antea Lazarus Superantius adnotauerat.

GIARDINO. Viridarium. à Germ. *Garten*. Quod tamen ab *Horto* factum puto. Vel à *viretum*, virte, garte. Lips. Epist. XLIV. Cent. III. *Virid holera*: & *Virti herba*. Nam *Viretum*, & *Viridium*, pro Viridario. Vitruv. L. & Cap. VI. *Habeantque dextra, ac sinistra lumina fenestrarum valuata, vti viridia de lectis per spatia fenestrarum prospiciantur.* Philand. *Ea alij viridaria appellant: sunt autem loca virentibus arboribus consita*. Viridium, virten, garten, gartino, giardino. Bouillus à *Corte*, quasi *Cortin*. Perionius ab ἀρδεύειν, *irrigare*, inepte deducunt.

GIARRA. Vas vinarium, & aquarium. Non à *garro*, vel à *glacie*, sed ab *hyalum*, quod vitrum, & hyalinum vitreum significat. Qua voce etiam Virg. vsus est, *hyali saturo fucata colore*. Sicut *phiala* dicta, quod ex vitro fiant. Vitrum enim ὕαλος. Inde ad vasa cuiuscumq; materiæ translatum. Hisp. *Iarro*, & *Iarra*, pro lagena argentea, item terrea. Veneti *Zara de vino* Vas figlinum amplum, ventriosum, ansatum. Et *giarra d'aqua*, vas vitreum minoris formæ, quo lymphæ vino miscentur. Vnde & *caraffa* quasi *giaraffa*, & *carafino* butticula. Meurs. Lexic. Γιαλὶ pro ὑαλὸς. *Vitrum*. Γιαλὴς. *poculum*.

GIAVARINA. Pilum, venabulum, contum extrema parte ferro præfixum, vt sunt baculi viatorum. Galli *Iaueline*, non à capulus; *capulina*, sed à *clana*, *clanelina*, quod clauæ speciem referat. Hisp. *Iaualena*, quod Coaruvias à *Izeali* voce Arabica, quæ Aprum significat, deducit, sed fallitur, *Gianelotto*. Vilan. VIII. 78. *Con balestri, dardi, e gianelotti à fasone*.

GIAVAZZO. Insubres appellant globulos ex vitro, aut chrystallo, inter puerilia crepundia, & amuleta, grana etiam piacularia, ac precatoria. A Germanico *Glatz*, quod vitrum significat, vt glacies pro chrystallo. Vnde *Giavazza* pro homine vili, ac minimi pretij, vt sunt vitrea, & vitrea fracta.

GIBOLLARE ijdem Insubres dicunt os ita percutere, ac obtundere, vt ex ictu, cutis liuoris maculas contrahat. A Latino *fugillare*. Quæ vox Plinio frequens. Vt *caseus recens cum melle sugillata emendat*. Alibi *sugillata, aut liuentia emendat. Sugillata* ὑπώπια. liuoris vestigia,

gia, ferme sub oculis.

GIGA. Tibiæ, siue fistulę genus. Dant. Par. xiv.

E come Giga, & harpa in tempra tesa
Di molte corde fan dolce tintinno.

A Græco Γίγγρας, paruula tibia, lamentabilem, flebilemque emittens vocem teste Polluce L. iv. C. x. De qua Steph. in Appendice. Vnde & Γιγγραίνειν, tibia illa canere. Insubres rustici *Gringraia*. asperum quoddam, & stridulum sonans. Latini teste Festo *Gingrire* anserum proprium dicunt: indeque genus quoddam tibiarum exiguarum *Gingrina*, & *Gingrinator*, Tibicen.

GIGOTTO. Insubres vocant genus farciminis. Galli *Gigot*, quod aiunt factum à Giga coxa. *Cuisse*. Sed vnde *Giga* nesciunt. Hispani *gigote*, qui & farcimen, idest carnem suillam minutatim concisam interpretantur. *Coxa*, *Coxoto*, *Chixotto*, *Gigotto*. Quare ijdem Hispani femoralia ferrea *Quixotes* appellant (à quo *Don Quixote della mancha*.) Non à *Gigote*, vt Coaruvias, sed contra *Gigote* à Chixotte. *Coxa*, *Coxote*, ferreum coxale, ex quo *Cosfalette*, & *Corsalette*, quanquam pro thorace ferreo sumatur, sed laminæ illę fęmorales thoracis partes sunt, & ab eo dependent. Quia ergo à coxa suilla, quæ maxime pulposa ferme farcimina conficiuntur, à coxa *coxote*, & *chixote*, & *gigotto* dictum est.

Gigotto di reffe. Insubres etiam vocant aciæ, siue fili fragmentum truncatum. Quod vbi intestinum totum farctum est, in multa farcimina conciditur, & truncatur.

GINETTO. Equus Hispanicus. Aristoteles i. Animal. 63. *Nam ea quæ iubata sunt, & iumenta vocantur, vnum quoddam genus commune: vt equus, asinus, mulus, hinnus, ginnus*. Et in vi. *Hinnum ex equa, & mulo ortum prodit, quod genus nobis ignotum*. Ibidem ginnum, esse ait, quod νάννον, nanum in homine appellamus, & μετάχοιρον in porco. *Qui ginni vocantur ex equa generantur. Cum intergestandum male affecti fuerint, quemadmodum inter homines pumiliones: & in suillo genere porculi*. Ginnus ergo, vt Scaliger ibi, à Latinis mulus pumilus dictus est. Fortasse igitur initio equi humiliores *ginni* appellati, ob similitudinem, vox deinde ad alios translata. A quibus etiam *Ginetti* equites dicti, & *cavalcare alla Ginetta* Arabum more subductis cruribus, & staphijs, siue suppedaneis contractioribus. Cuius vocis origines multas conquirit Coaruvias, vt nulla plane satisfaciat. Iidem & nani, siue nanni, postea *mannus* equi exigui tollutim vestigia glomerantes, qui ab Asturia, Asturcones. Non quod man[s]uetudinem manuum sequantur: sed nanni, manni, & mannuli. V. *Chinea*.

GINOCCHIO. Genu. *Genuculum*, *Genuclum*. Vt *Feniculum*, *fenuclum*, *fenoculum*, *fenocchio*. *Ingeniculare*, siue vt Tertul. de geniculis adorare, *inginochiarsi*. Glos. *Genuclat*, Γονατίζει, & Γονυπετῶ. *Geniculo*, *geniculor*. Hinc signū cœleste. *Ingeniculum*, & *ingeniculatum* veteres dixêre. Vitru. L. ix. 6. *Non longe positum est caput eius, qui dicitur nixus in genibus*. Mox. *Pes ingeniculati*. Iul. Firmicus L. vi. *Ingeniculum*. *Inginocchiato*. Hercules scilicet genu dextro nixus, sinistro pede caput serpentis premēs. Veget. veterin. L. iv. C. iii. *Ab armis vsque ad geniculum nerui duo*. Galli *Genouil*: *palette de genouil*. Mola genu. Celso *patella*. Hisp. *Rodilla*, ab osse poplitis rotundo. *Rotùla del ginochio*.

GIOCOLARE, & *giullare*. Scurra qui iocis oblectat. *Ioculator*, *iocularis*. Glos. *Iocularis* Γελωτώδης. Et Γελοῖος. *Ioculax*. Item præstigiator qui acetabulis, & pilis spectantium oculos præstringit. Idemque *Caucalator* siue *caucularius*, à Germ. *Sauchler*, quod tamen à *cauco*, pro calice, nam acetabula, caliculi sunt de quibus Vols. L. ii. C. iv.

GIOGAIA. Boum palearià, à iugo, quasi *iugaria*.

GIOIA. & *Gioire*. Gaudere, *godere*, *godire*, *gioire*. Gaudium, *godium*, gaudia, *godia*, *gioia*. Vt aliis obseruatum video. Dant. Par. viii.

Tutti sem presti
Al tu piacer, perche di noi tu gioi.

Gaudeas. Gaio pro gaudens, vt diximus. Hispani. *Gozo*. gaudium, *godium*, *gozo*. Et *Regozijo*. Magna lætitia. Etruscis *Gozzoviglia*: à gaudendo vna, & comissando, non à *Gozzo* siue gutture quanquam & hoc ferri possit. Nam Morg. xix. *E pane, e carne ingozzoviglia, e'ntresca*.

Hinc *Gioie* pro gemmis, & lapillis pretiosis quod sint gaudia, & summa voluptas mulierum: siue vt Salmas. ad Solinum p. 1123. *Iocaria*, & *iocalia*: & *iocalarij*, gemmarij. Vols. L. iii. C. xvii. *Iocalia*, *monilia*, *gemmæ*, *ac vasa pretiosa*: *Ex eo quod iocum*, *vel ioculum nuncuparent*, *vndecumque caperent voluptatem*. Exempla ab eo petenda: quæ tamen ad gaudium referri possunt.

Veneti *gioia*, & *Zoia* appellant coronam, quod nempe è gemmis conficiatur, qua in funere eorum caput cingunt, qui integri, castiqz æuum exegêre. Est etiam vox blandiendum Gioia, vt apud Græcos Ζωὴ καὶ ψυχή.

At *giolino*, & *giulino*. est iubilans. Gal. *Iolì* non à *Iulius*, aut *Iovialis*.

GIORNO. Diurnus. *Giornale*, diurnum, diurnale. *Giornata*, vniuersa dimicatio: nam diem pro summo prælio latinis vsurpatum iam Casaubonus adnotauit ad Suetonium.

GIO-

GIOSTRA. Pugnæ simulachrum, cum equites in spectaculis infestis hastis ludicri causa concurrunt. Salm. ad H. Aug. p. 73. à recentioribus Græcis deducit, qui ζυστρα dicunt, quod veteres ἀγῶνα, nempe luctam ἀπὸ τοῦ ἀγωνιζειν, quod lucta, non aliud sit, ἀγωνισμός.

Verisimilius videtur, quod & Menagius cēset esse à Latino *Iusta*, & *iustare*. Vnde Galli *Iouste*, etiam *ioustra*, dicunt. Et Hispani *Iusta*. Iustare est æquare, siue pariare. Quod non nisi pares concurrant, vt olim paria componere, & gladiatorum paria. Vt *Iusta*, & *giostra* sit pugna parium siue æqualium.

Barbarus in Plin. glos. voce *Euripi*, putat dictum à *Claustra*, *clostra* à septis nempe, quibus hippodromus clauditur. *Euripi*, inquit *fossa in ludis circundata pro septis, quorum loco temporaria prius clostra fuerunt, auctore Plinio.* (qui tamen loquitur de clatris ferreis, quibus in interiori parte Circi spectatores aduersus incursus belluarum muniebantur). *Hinc natum existimo, vt ludi equestres vulgari verbo* clostra *nuncupentur, hoc est, clostrales.*

Siluius & Bouillus à voce *Iuxta*, quod certantes inuicem accedere, & collidi oporteat. Quos sequitur Coaruvias. Neque tamen conjecturæ meæ me pœnitet. Nam Itali *giostrar del pari dicunt*. Vt Petrarcha.

Il Mantouan che di par seco giostra.

GIOVANE pro seruo, vt & puer. *Iunior.* Greg. Turon. L. v. C. xxvi. *A iunioribus Ecclesiæ iussit bannos exigi pro eo quod in exercitu non ambulassent*, idest à ministris Ecclesiæ. Sicut *seniores* pro dominis vt suo loco dicemus. Bignonus p. 443.

GIRELLI. Bracteæ, vel petala in summis tēplorum, atque ædium pyramidibus, à vertendo, siue *girando* dicti, quibus pro ventorum indicibus vtimur, vt Philander ad illud Vitr. L. 1. Cap. vi. *Supraque turrim metam marmoream perfecit, & insuper Tritonem areum collocauit, & ita est machinatus vti vento circumageretur, & semper contra flatum consisteret.* Iidem *penelli* Venetis dicuntur, à *petalis*, siue bracteis.

GIV. Giuso. Deorsum. *Iorsum*, *Iosum*, *Iusum*, *giuso*, & *giù*. Pap. *Iusum*, *inferiori parte*. Ado Martirolog. xvii. Ian. *Qui ligatis manibus sursum, & pedibus iusum*, xiv. Maij. *Deinde tridno capite iusum suspendi.* Quod in alio Martir. *Capite iorsum suspendi.* Vols. Lib. 11. Cap. xxvii. *Iosum, vel iusum valet deorsum.* Echeardus de Monast. S. Galli C. iv. *In ipso antiphonario primus ille literas alphabeti significatiuas, notulis, quibus visum est, aut sursum, aut iusum, aut ante, aut retro assignari excogitauit.* Lex Alem. tit. 45. *Pausare arma sua iosum.* *Posare giù le arme.* Menagius addit locum D. Aug. tract. 8. ad ep. 1. S. Ioannis. *Quod susum facias iusum: quod deorsum facias, susum. Iusum vis facere Deum, & te susum?* Dant. Gine. Infer. xxxii.

Per la freddura pur col viso in giue.

V. *Suso.*

GIVLEPPE. Hisp. *Iuleppe.* Quod Coar. Arabicū esse docet, idem quod *Iarope*, *Potio dulcis.*

GIVSO. Insubres pro succo, siue herbarum, & pomorum expresso liquore. *Giuso di naranzo.* *Ius, iuris.* Festus. *Iusa: iura.* Plin. L. ix. Cap. xxxix. de conchilij temperamento. *In conchilia veste cetera eadem sine buccino, praterque ius temperatur aqua, & pro indiuiso humani potus excremento.* Vbi ius vocat succum purpuræ, medicamen, quod in aheno coquitur tingendis lanis. Et L. xxxv. Cap. vi. *Proximum egesto eo addita creta in ius idem.* Vt Pintianus, & Dalech. & ex ijs Salm. ad Tert. de pallio 141. *Giusaffa.* Colluuiēs, magna iuris copia. Morgant. Cant. iii. *Ecco di molta broda comparire In vn paiuol, come si fa'l porcello, Et ossa doue i cani impazzarebbono E in giusaffa non si ritrouerebbono.* Hisp. *Iugo*: quod etiam à *succo* dici potest, vt Coaruvias.

GIVBBA. Et *giubbone.* Thorax, & tunica superior. Germ. *Iuppe.* Quod opinor esse ex *Sparus*, siue *tunica supara*, aut *superaria*. Nam tunica interior subucula. Exterior indusium, & supparum. Quanquam Nonius linteum fęmorale interpretetur, quod scilicet super alias vestes sumitur. Papias. *Lineum brachiale puellarum.* Et. *Supara rugatura dicuntur, quasi camisia manica mulierum, vsque ad humeros.* Vt supparum sit quod Veneti *Velo da spalle* appellant. Nempe quod Lucan. L. ii.

Humerisque harentia primis
Suppara nudatos cingunt angusta lacertos.

A *suppara* igitur siue tunica superaria *Giubba*, & *giubbarello*, & *giubbone*, quod supra subuculam induitur. Villan. Lib. ix. 179. *E spogliato in giubba col capestro in collo.* Et L. x. 54. *Giubbetti di cendado, e di drappo.* Meurl. Lexic. Ζιππόν, *tunicula interior.* Et Ζῶμα *vestimenti genus, quod vestibus reliquis super inijciebatur.* Inde Ζωμάριξ *præfectus vestiary princeps.* Quod intelligendum est de vestimentis interioribus subucula thorace, quibus super induebatur. *Giubba*, nam ipsa pallio, amiculo, chlamydi, & similibus subijciebatur. Iosaphat Barbarus in Itinerario ad Mœotim. Cap. ix. *Et incontinente trasse di dosso à detto figliolo vno iubbo, ch'egli haueua, & m... .so indosso à me.*

Vita Nic. Laurentij. *Che poco differentia de gire à lo spitale con sio iuppariello à dosso.*

GIVBIANA. Insubres vocant ex veteris superſti-

perstitionis reliquijs, cum æris, & cimbalorum crepitu, atque inconditis clamoribus laboranti lunæ suppetias ferunt. Idque cum olim in eius sideris defectu fieret, alias etiam à vulgo vsurpatum, etiam cum luna æra illa auxiliaria non posceret. Sed vocis origo omnes hactenus fefellit. Vt ergo Magnus Scaliger ad Var. L. vi. de L. Lat. docuit Casca voce, & obsoleta ex carminibus Saliaribus *Deiuos Ianos*, siue *Dinianus*, idem est qui Sol, qui divus Ianus vocatus; ita & luna (quam Ianum nuncupatam, ex Varronis de Re Rust. L. 1. C. 37. discimus) appellata est *Dea Iana*, vel vna voce *Deiana*, aut *Deiniana*, *Diniana*. Vt ex Scaligero Voss. de arte Rhet. L. iv. C. vii.

Cum igitur veteri ritu putarent se lunæ magicis rhombis è Cœlo tractæ, æris crepitu, & insanis clamoribus opitulari: cum id fieret, etiam non obseruato eius defectu, *Giubiana* dixerunt. *Diniona*, *Giubiana*, vt *diurnus*, *giorno*, & *deorsum*, *giuso*, & similia.

GIVGGIOLE. *Zizzole*, *Zenzaini*, *Zizifa*.

GIVLIVO. V. *Gioia*.

GIVNCATA. Lac coactum, à cauea è iuncis, qua clauditur. Isidor. Glos. *Iunceum latile*. Meursius, *flexile* quod iunci flecti faciles. Sed rectum est *lactile*, vel *lacteum*. Prud. hymn. 3. de coronis. *Iuncea pectora dilacerant*. Quod vulgo *bianco come vna giuncata*. Isid. infra. *Iuncia lactare*. L. *Iunceum*, *lactare*, vel *lactatum*. Pap. *Lactatum*, *potio è lacte*. *Vna lattada*.

GIVNGERE. Aliquo peruenire, & antecedentem assequi. Iungi, & Coniungi alicui. Dant. 1.

Ma poi che fui al pie d'vn colle giunto.

Et xviii.

I mi raggiunsi con la scorta mia.

Et xxxi.

Tu vedrà ben, se tu la ti congiungi.

Anastas. 125. 126. Sergio II. *Quem Pontifex in gradibus Apostolicæ aulæ expectauit. Coniungente vero eodem Rege*. *Giungendo*. Hispani dicunt *Llegar*: & *allegar*: *allegar à Roma*. Quod non est a *ligando*, vel *legendo*, vt Couaruvias, sed ab *applicare*, *plicar*, *liegar*. Sicut *plorare*, *llorar*, *pieno lleno*.

GNACCARE. Voss. Lib. iii. Cap. xxii. Tympani genus facit. Ex Sugerio in vita Ludouici Grossi. *Tympanis, & Macarijs, & alijs similibus instrumentis horribiliter resonabant*. Meursius recte corrigit, *Anacarijs*. Qua voce vtitur Curopalates. C. v. *Parato iam, & equitante Imperatore οἱ ἀνακαρισταὶ κρούουσι τὰ ἀνάκαρα pulsant anacara*. Vbi Iunius recte eos reprehendit, qui tubas esse dixerunt: Ipse tympana fuisse existimat, rotunda ab omni parte, præterquam, quà corium obducitur, quare *Anechara*, idest vasa siue cacabos, & lebetes vocales ab Arabibus dici.

Fuisse tympana assentitur socero Vossius. In origine vocis discordat. *Anacara* inquit *fuere tympani genus inferiori parte rotundum, vt puto ab ἀνάκαρι, quod Hippocrati in superiorem partem: ex ἀνὰ, pro ἄνω sursum: & κάρα, caput*. Sed Sugerius *nacaras*, à tympanis distinguit. Certe Itali *Gnaccare* testarum crepitus appellant, vt scilicet testas pro ostreorum putaminibus, siue conchis intelligamus, generica autem voce, crotala ita appellant, pixidulas buxeas, & puerorum crepitacula, mortariolum scilicet ligneum, quod pistillo die S. Martini tunditur, item ossicula digitis intercepta, quidquid denique manibus versatum crepitum edit *gnaccare*, appellant. Proprie vt dixi testarum collisarum sonum. Cuius vocis vt originem hactenus ignotam eruamus, prius quid Nicchi sint explicandum est. Nam recentioris Græciæ vox *Anacara*, cum mille alijs à Latinis, & Italis illuc transijt. Philand. ad Vitruvium L. 1. C. 1. *Sigilla etiam* inquit, *imagunculaeque relictis in parietibus ædiculis* (Italia nichios appellat,) *credo quod imbricatis conchis soleat earum superior pars ornari. Conchas enim Etrusci* nicchios *nominant*. Sed vnde nam conchas Etrusci *Nicchios* appellent, quærendum est. Lexicon Etruscum. *Nicchio guscio di pesce marino*, Latine ostrea. *Per similitudine si dicono Nicchi quelli scauati del muro, doue si mettono le statue*. Lat. Ædicula. Philander existimat ædiculas dici *Nicchi*, quod eorum superior pars, siue concameratio ferme conchis ornaretur, vt etiam nunc præcipue in statuarum ædiculis prope fontes; Etrusci autem à similitudine testarum concauarum. Verior tamen Philandri opinio mihi videtur. Quanquam has ædiculas à neutro *Nicchi* mihi dictæ videntur. Sed à Latino nidus, & *nidulus*, *nitlus*, *nicchio*. Quod postea etiam Menagio obseruatum vidi. Sicut in tabernis nidi, in quibus libri, & aliæ merçes separatim collocabantur, Mart. *De primo dabit, alteroque nido*. Inde & loculamenta statuarum *nidi*, *niduli*, *nicchi*. Quicquid sit, de hoc enim nunc non disputamus; videndum est vnde testæ, siue conchæ, & ostreorum putamina *Nicchi* appellentur.

Nempe à *mitulo*, qui ex genere testaceo est, *mitulus*, *mitlus*, & facili transitu M. in proximam literam, (vt *mappa*, à mappa, miluus *nibbio*, *Nizzolino*, *Muscolino*, *Nespola*, mespilum, & id genus) *mitlus*, *Nitlus*, & *Nicchio*, pro ipsa concha, siue testa. Morgant. xv. vbi pecus marinum describit. *Gambero, e nicchio, e calcinello, e seppia*. Plin. Lib. xxxii. Cap. ix. *Purgant & Myaces, quorum natura tota in hoc loco dicetur*.

Vbi

Vbi Dalech. *Mίαξ generis nomē, complectitur μύας grandiores, ampliores, maiores, longiores; Is sunt latinorum mytuli. Continet & minores, & rotundiores miscos, siue musculos.* Quod autem è genere testaceo sint: Idem paulo infra. *Degenerant* (myaces) *in duas species, in mytulos, qui salem, vtrusque resipiunt, & myscas, quæ rotunditate differunt, minores aliquanto, atque hirta, tenuioribus testis, carne duriores.* Mitulo, *nitlo, niclo, nicchio, nicla, nacla, nacra,* & *naccara*, grandior scilicet testa, siue concha, *Nacchere*, duæ testæ quæ vtraque manu collidebantur. Hisp. *Nacar, la concha dentro della qual,* vt ait Coaruvias, *se erian las perlas, Latine, vt Nebrissens, Margarita callum, siue concha margaritarum.* Qui tamen originem eius se nescire fatetur. Galli *Nacre di perle. Madre perla.* testa, siue conchilium. Successu temporis potuere etiamex alia materia fieri, vt ex argento & ære, qualia veterum cymbala, sphera scilicet dimidiata, quæ allisu coniungebatur, & sonitum ciebat: quale instrumentum etiam apud Turcas hodie vigere accepimus.

Non enim naccaras parua semper fuisse instrumenta indicat Curopalates pag. 96. cum ait. *Inter hac stant qui dicuntur Pagniota, puta tibicines, buccinatores, anacarista, ijsque solis. Nam ex minoribus instrumentis ne vnum quidem adesse soles.* Mediolani per bacchanalia turmæ personatorum lasciuientium incedunt, qui, vni carmen præeunti cæteri succinunt, testisque, siue naccaris & crotalis, cymbalisque adstrepunt, quæ *Cipollata* appellantur à cymbalis, quasi *Cymbalate.*

Quod autem conchæ incuruæ sunt, & in vnum contractæ, *Far vn nicchio* est corpus contrahere, & incuruare. Morg. x.

Quando Morgante il battaglio giù piomba,
Che quel Vegurto si faceua vn nicchio.

Et xvi.

Orlando che pel duol si fece vn nicchio.

Porro aut testæ, aut testarum species sunt quas Hispani *Castagnetas* appellant, cum scilicet saltantes, vt digitorum crepitus validius sonet, pollici, ac medio dimidiatum crotalum ferme è buxo alligant, atque ita digitos concrepant. Notum enim est testarum crepitum à Gaditanis puellis Romam inuectum, lasciua saltatione prurientibus. Iuven. Sat. xi. *Audiat ille Testarum crepitus, cum verbis, nudum vlido stans Fornice mancipium quibus abstinet.* Ita. *Copa Syrisca caput Graia redimita mitella, Crispum sub crotalo docta mouere latus.*

GNIFFI. Insubribus species naporum rubescentium. napuli, *gnissi.* Veneti *Carotte*. Vide.

GNOCCO, tumor ex percussione instar nucis, vnde *nochtum*, & *gnocco*. A cuius nucis similitudine, & lagana in globum compacta, & conuoluta *gnocchi* appellantur. Item

GNVCCA, siue *nucca*, cranium, siue caluaria, quasi *nuca, nucula*, quod sit cerebri, & aliarum partium opermentum, vt cortex nucleorum, veluti nucis putamen, siue nucamentum. Hisp. *nuca*. Quod à Nῦς quasi mentis sedes, vel à nuce ballistæ frustra deducit Coaruvias.

Ferme tamen accipitur pro parte posteriore capitis, siue occipitio. Inde *Gnucchi* tauri appellantur torosa, & opima ceruice: & translate *Gnucco* pro contumaci, & dura ceruice prædito.

GO'. piscis. *Gobius.*

GOFFO rudis, tardo, & pingui ingenio. Salm. ad H. Aug. 391. *Gufam pro cufa scribit Isidor. in Glossis.* Bigerra, vestis gufa, vel villata, *vbi* Gufam *appellat, quæ optimo Glossario cufa: pallium nempe & vestimentum spissum, & villosum. Inde nos* gufum, *&* gotum *appellamus quidquid soloci filo, & pingui Minerua factum est.* Hæc ille. Pap. *Bigerra vestis fussa, idest valla, quæ & bilis dicitur.* Lege. *vestis guffa, idest villosa, vel villata, quæ, & biuillis dicitur. Bigerra* enim quasi bicirra, nam cirri, sunt villi; vndè & *biuillis*.

Hinc bubo *Gufo* dicitur, quod densis circa rostrum plumis inhorrescat: & gallina *goffa* Insubres, cuius caput densitate plumarum stipatur. Vide *Cuffia*.

GOGA. Insubribus dicitur, cum digito indice, vel medio pollici adpresso, & conuoluto ictus gutturi incutitur. Nam guttur *gozzo*. Galli *Chichenaude*: parvus nodus. Itali *Frignocola*, strictus nodulus. Alij *foggozzone*, cum manu in pugnum contracte, eadem pars pulsatur. Veneti contracte *Gazotto*. Græcis Κονδύλος, Athen. L. ix. *Puerum, quem Hercules κονδύλῳ interfecit, propterea quod cum aquam manibus daret eum madefecisset.* Vel illiso pugno, vel inflexi digiti percussu, vngue conuerso. Latinis *Talitrum*. Suet. Tib. LXVIII. At

GOGOLO, & *gogò* Mediolanenses nebulonem, ac minimi pretij appellant, Agagola.

GOGNA, Supplicij genus, quo noxij inecta boiæ, siue numellæ ceruice, in suggestu omniū sibilis ac ludibrio exponuntur. *Berlina*. Malim ab ἄγχω, quod est ango, præfoco, ob ferreum vinculum collum stringens, quam ab *Agonia*.

GOLFO. Sinus maris a Græco κόλπος. *Colpus, colfus, golfus.*

GOLONDRINA. Hispani hirundinem dicunt. Chelidonia.

GOMBITO. Cubitus. Veneti *Gomio*. *Veste à gomio*, vestes talares manicis ad cubitum laxis. *Manica à Comio*, ad cubitum. Senatorum, & Magistratuum, manicæ laxiores & ad imum de-

dependulæ. *Maniche larghe.*

GOMENA, & *Gomona*. Funis nauticus, siue anchorarius. Insubres *Gamiro*. *Camelus*, à Græco κάμηλος, rudens, funis. Pap. *Camelus, Funis nauticus*. Vt in Euangelio. *Facilius est camelum per foramen acus intrare, quam diuitem in regna Cælorum*. De quo Menagius verbo *Chable*, qui non recte *Gomona*, à gemina chorda deducit, *Gumina*. Ariost.

L'ancora con la gomona in man prese
Poi con gran cuor l'horribil mostro attese.

GOMMARE. dicitur de dolijs, cum guttatim exstillant: à similitudine arborum, quæ gummi exsudant. Et *gemmare*, quod guttæ instar gemmarum irrorent. Crescent. I. 10. *Crepati, e fessure, che giemono*.

GONDOLA. Cymba Veneta. Optima est Coaruviæ coniectura dictas esse à *contis*. Quod naviculæ huiusmodi contis, non remis agantur. Contus enim non solum hastam significat, sed lignum oblongum ferro præfixum, quo cymbæ impelluntur. Virg. *Duris detrudere contis*. Vt *gondole* sint *contelada*: cymbæ quæ conto subiguntur, quæ vox mansit etiam si remis agantur, sed vbi aqua breuior est, remis pro contis vtuntur. Brodæus ad Lib. I. Anthologiæ. *Scapham quoque, quæ in maius nauigium incuberetur, vulgo Βαρκαν, & κοντιλάδα nominarunt, teste Harmenopulo L. II. V. Barca.*

Gondola autem à *Gonda*. Morgant. XV. *E brigantin, caronelle, e marrani, Liutti, faettie, gonde spalmate*. A *Conto*.

GONFANONE. V. *Confalone*.

GONFIARE. *Sgonfiare, suffiare*. Scribon. 134. *Benefacit ad hydropicos hæc compositio, & maxime in intisys, quorum sufflatum corpus est. Sufflare, insuflare, exsuflare, sconfiare*. At *conflare* aliud significat.

GONNA vestis muliebris, & *Gonnella* virilis. Proprie *Guna*, vestis villosa, aut pellicea. Cerda Aduers. Cap. CXXI. 18. *Guna vestis pellicea Cineardus ad Lullum Episcopum. Orarium, & cuculam, & gunam breuem nostro more consutã. Guthbertus in epist. Gunnam de pellibus luttarum factam tua fraternitati misi. Concil. Salisburg. In pileis suffaraturas non habeant, nisi forte de nigro ecitalo, vel panno, aut nigra pelle, aut guna. Luitprand. in Legat. Nec ipsa capiet eum in qua ortus est pauper, & gunnata, idest pellicea saxonica.*

Gonna autem, & Guna est à Græco Καυνακὴ, *Caunace*. Varro de L. Lat. *In his multa peregrina, vt sagum, reno, Gallica. Gaunacum maius sagum, & Amphimallum*. Scalig. Interpretatur Gaunacum, maius sagum, quod esset crassum vestimentum. *Caunace* Hesychio sunt stromata, siue vestimenta ab altera parte villosa.

Quæ vox apud Aristoph. in Vesp. *Posito pallio sumere καυνάκην*, vbi Interp. esse ait genus lenæ Barbaricum seu Persicum. *Caunace, cauna, gonna, & gunna*. Ferme autem pro duro viliquæ vestimento sumitur. De Gaunaco vide Bochart. L. I. 42. Geographiæ sacræ parte secun. Petr. *Sul duro legno, e sotto l'aspre gonne*. Bocc. XXII. 2. *Partitosi in gonella, che parea, che venisse da seruire à nozze*. Villanus pro tunica, siue stola matronali. L. VI. 71. *E passauansi le maggiori d'vna gonnella assai stretta di grosso scarlatto*. Pro tunica virili. Vit. Nicol. Laurentij. *Ma cappa me cune furata. Monaco sacrato, sono in gonella: me ne vajo legeri à modo de sparanieri*.

GORA. V. *Gorna*.

GORGA. In cantu vox tremula, & longo inflexu vibrans, à gutture, siue gurgulione. Vita Caroli Magni. *Excepto quod tremulas, vel vinnulas, siue collisibiles, vel secabiles voces, in cantu non poterant perfecte exprimire Franci naturali voce barbarica, frangentes in gutture voces potius quam exprimentes*.

GORGIA, *gorgozule*. Non à gutture, aut gurgite, sed à Gula. *Gurgulio*, & *Gorgera*. Dant. Inf XXXII.

Di cui segò Fiorenza la gorgiera.

Hisp. *Garganta*. Gal. *Gorge*. Germ. *Gurgel*. Sumitur etiam pro monili, & pro millo canum.

GORNIA, & *Gora*. Colliquium deriuando imbri. Vel à suggrundia, quod idem significat suggrunda *grunda, gorna*. Vel simpliciter à *gula*, canalis scilicet tectorum extremitati adiectus colligendo stillicidio. Chron. Venet. *Per el gran chalor del fuoco el colana el piombo per le gorne, che è à torno alla Giesia. Gora* etiam aquæ ductus vertendis molis frumentarius. Dant. Inf. VIII.

Mentre noi correuam la morta gora.

Vbi tamen carminis causa poetam improprie locutum notat Laud. cum de fluente aqua gula dicatur, non de ea quæ stagnat. Villan. L. I. 38. *Nel quale l'acqua d'Arno per gora con canata fogna venia*. Lib. II. 38. *Fù loro insegnato d'entrare per la fogna, ouer e aueratta della gora delle molina*.

GOTTO. Poculum Venetis. Guttus apud veteres vasculi genus angusto collo, dictum à gutta, quod propter colli gracilitatem humor inde guttatim efflueret. Diuersum igitur à poculis nostris. Insubres *Gotto* appellant vitream lagenam rotundam refrigerando vino, quam Veneti *bufone*, vt in eo vocabulo dictum est. A *Gutto*, puto detracto T. genas, *gotas* leniori pronunciatione appellari: buccas scilicet tumentes, ac pleniores: & *Gotata* alapa. Veneti *Galte*, simpliciter pro maxillis. Fortasse etiam

inde

inde Hispani *bigotes* appellant pilos in superiore labro, qui hinc inde ad maxillas extenduntur. Iidem poculum *Alcuza* vocant, cuius origo frustra ab Arabico petitur. Est quidem AL, articulus Arabum, sed *Cuza* est guttus, *guza*, & *cuza*, *Alcuza*.

GOZZO. *gosso*, gula, *guttur*. Ingluvies, præcipue in auibus. *Ingoiare*, pro *ingluttire*, *ingluviare*. Dant. Inf. VI.

Graffia gli spirti, & ingoia, & isquatra.

Et *Ingozzare*. Inf. VII.

A chi del fango ingozza.

Land. *Ingozza, inghiottisce. Perche gozzo significa el gorguzule. Onde sgozzare significa tagliare el gorguzule.*

Gozzuto. Chi hà il gosso. Gutturosus: cui tumor in colli parte nascitur, vt ait Plin. homini, & suillo generi, ab aquis, cui vitio alpinæ gentes obnoxiæ. De quo Scalig. exercit. LX. 2. Inferior ætas *Guteriam* quasi *gutturiam* appellauit. In Vita S. Gundulæ. *Nulla huius generationis persona extitit, quin clauda, vel dira affecta gutteria, præteritum luat facinus*. Cerda Adu. XXV. 12. articulorum dolorem intelligit, quem Itali *gotta*. Sed eum merito reprehendit Voss. L. III. C. XIII. vbi ostendit esse vitium gutturis. Inter cætera ex Rhatasio Veron. Episcopo in vita S. Vrsmari. *Orta est quadam in eius collo sæua nimis infirmitas, quæ gutteria dicitur sermone Gallico.*

A *gozzo* Insubres strumam *magozza* appellant, quasi magnum guttur, sicut *magozzo* guttur auium cibo fartum. Nisi *magozza* est à magna maxilla, quæ strumis intumescit. Scilicet à *magulo*. Voss. L. II. C. XII. *Magulus vt arbitror is qui veteribus fellator. Nempe à voce Græcobarbara μάγυλον, qua gena, siue maxilla Niceta, Moschopulo, atque alijs significatur.* V. Int. Iuven. *Peribomius nomen Archigalli cinædi, quem magulum conspurcatum dicimus, qui publice impudicitiam perpessus.*

GRACCHIARE à *graculis*. Gracculus, Hisp. *grajo*. *Graula*. Glos. *Graulus*. Κολιός. contractum ex gracculus. Et *Graccula* κολιός. *Graula, ciaula*: vnde *ciarlare*. Quæ & *tacola* à voce, *tacolare*, *ciaccolare*. Et *gracidare* quasi crocitare, quod tamen ad ranas transtulit. Dantes

Et come à gracidar si stà la rana.

Cornacchiare, nam *cornicula*, *cornacula*, *cornacchia*. Quod Persius *Cornicari*, dixit.

GRADELLA. *Cratilla*, *Craticula*, & *grata*. Dant. *Come tenne Lorenzo in su la grada*. Gal. *Gril*. Germ. *Rost*, quod in ea cibi torrentur. Et *Grada*, *grata*, pro claustris ferreis sacrarum virginum. Boc. g. IX. n. 2. *Essendo vn dì ad vn suo parente alla grata venuta.* Sed hoc est à *clatris*: quæ lignea, aut ferrea repagula cancellatim compacta. *Feriate* vulgo dicuntur. Horat.

Obiectos caueæ valuit si frangere clathros.

Graticcio. Craticeus. Patauij. *Il ponte di Graducci*. Villan. XI. 53. *Fece fare più ponti di graticci, e doue di legname. Doue, doghe*. Stat. Patau. XXXVII. 80. *Exceptis ferralijs factis in hortis de gradicijs, vel cannis.*

GRADIRE, gratum, & acceptum habere. *Riceuere in grado. Venir in grado*. Dant. Par. XV.

Tanto per ben oprar, li venne in grado.

A mal grado, aliquo inuito.

GRAFFIARE. vnguibus scalpere, & cutem lacerare. *A graphio*, stylo, quo olim scribebatur, siue tabellæ ceratæ exarabantur: cuius acumine perstricta cutis *graphiata*, & ab eo *graffiare*. Dant. VI. Inf.

Graffia li spirti, & ingoia, & isquatra.

Et XVII.

Che la si graffia con l'unghia m.

Boccat. LXXXV. *Corse con l'unghie nel viso à Calandrino, e tutte gli le graffiò*. Vel à scarificare, scarifare, graffiare. Quid sit autem scarificatio docet Plinius L. XVII. 27. loquens de arboribus. *Est & scarificatio, cum macie corticis agritudine adstringente, seinstoque plus vitalia arborum comprimente exactam falcis aciem imprimentes, perpetuis incisuris deducunt, ac veluti cutem laxant*. Vide Salmas. ad Solinum p. 590.

GRAGNOLA. Grando. *grandine*, *grandinola*, *grandinocula*, *gragnocula*, *gragnola*.

GRAMO. Mœstus, tristis, etiam pro misero: vox Venetis familiaris. Dant. Initio.

E molte genti già fè viuer grame.

Et Inf. XV.

Sen và con quella turba grama.

Inf. XXX. *Nel mondo gramo*. Land. *Gramezza in Lombardo significa miseria, e graue voglia di quello che non può hauere*. Alibi *parole grame*, idest miseræ, & infelices. Inf. XX. de Mincio.

Non molto hà corso che troua vna lama
Nella qual si distende, e la impaluda,
E suol di state tal hor esser grama.

Vbi Land. *gramo* cupidum, & egentem interpretatur. Sed *grama* ibi pro noxia intelligendum videtur, quod Mantuanum illud stagnum vitiatis aquis sit incolis insalubre, & aere palustri, ac grauitate Cœli homines lædat, & *gramos*, siue miseros efficiat. Quam interpretationem apud Danielem postea repperi Dantes Scholiastem. Demum Purg. XXII. *Giostre grame*, idest dolentes. Boc. Amet. XCIX. 2. *Malinconia, & eterna gramezza*. Contractum ex *lachrimosus*, *gramosus*, *gramo*. Sunt quidem apud Festum, *Gramia oculorum vitia, quas alij*

glamas vocant. Scal. λῆμη. Æolicè. γλάμα, vnde gramia. Plin. Lib. xxvi. 11. *Gremias oculorum.* Barbar. ibi. *Nonius gramias non gremias. Sunt autem*, inquit, *gramia oculorum pituita, vnde gramiosi oculi: à quo qui tristes sunt in hodiernum quoque gramiosi vulgo vocantur.* Glos. *Grama.* λήμη, pro *Gramia*, & λῆμα. *Glama*; pro gramia lippientes oculi, seu sordes oculorum cum lachrimæ, & pituita concrescit, ac veluti glutinat palpebras. Nonius id confirmat ex Cæcilio. *Gramosis oculis ipsa, atratis dentibus.* Scalig. etiam Iulius in Aristotelem de animal. L. x. Cap. 1. *Gramia à Latinis dicitur, Græcis* γλάμη. Vnde *gramo* à gramijs dictum videri potest. Sed quia possunt esse homines, lippi, & gramiosi, neque tamen miseri, & infelices, simplicius existimo ex lachrimoso contractum. *gramaso. gramo, & gramazzo*; homo ob miseriam luctui indulgens, & in lachrimis versans. Nam *ingramirsi* dicunt, cum ex dolore, aut pietate lachrimæ suboriuntur, & inuitis cadũt. Et *gramaglia*, pro pulla veste, funerea, & atrato cultu.

Hispani tamen *Gramalla* vestem purpuream, siue coccinam appellant, Iudicum, ac procerum indumentum. Apud reliquas gentes funebre vestimentum est.

GRAMOLA. Instrumentum ligneum, siue pressorium, quo lino cortex detrahitur. Crescent. 170. *So'l tempo sarà humido, il lino conmolti panni scaldati al foco, si prepara alla gramola.* Et gramolare. Idem. *Il lino al Sole caldo si pone, e quando sarà scaldato si gramola: & in questo modo si monda ottimamente, e la stoppa gramolando si rompe.* Sicut à λήμη, *glama*, & *gramia*, ita à *gluma*, *gramula*. Festus. *Gluma, hordei tunicula: dictum quod glubatur id granum: vnde & pecus glubi dicitur, cuius pelles detrahitur.* Glos. *Gluma.* λέπυρον κρίθης, cortex hordei. Ita *gluma*, etiam pro cortice lini, & *deglubere linum, gramolare*, instrumentum *gramola* quasi *glumula*. Dant. *Macciulla* appellat. Inf. xxxiv.

Da ogni bocca, dirompea, co' denti
Vn peccatore à guisa di maciulla.

Comment. *A guisa d'vno strumento detto maciulla, che dirompe il lino.* Quod est à malleo *malleola, macciula.* Siue rectius à machina, *machinula, machinulla, maciulla.* A quo *macinare*, vt suo loco dicemus, molere, & *gramola*, vice molæ est. A cuius instrumenti similitudine aliud instrumentum quo farina aspersa, siue massa apud pistores subigitur; & densatur *Gramola* dicitur, & pane *gramolato*, siue *gremolato*. Græcis *Magis* à μάττω, quod subigo vel pinso. De qua voce Budæus. *Potest & magis appellari orbiculatum instrumentum, quo panifices, & dulciarij pistoris, quos pastillarios vocamus, subigendis farinis opificij sui vtuntur*; rondellum *appellant*.

Veneti dentes molares, *gramole* vocant, quibus cibus subigitur, vt in magide farina, siue massa. Hispani, *muelas*, ab eodem.

GRANA. Color coccineus. Nam coccum Græcè est granum, Plin. L. ix. C. xli. *Galatia coccum rubens, & granum in maxima laude est. Grana* scilicet infectoria, siue tinctoria. Idem color *Vermiglio* à vermiculis, qui grano siue cocco innascuntur, ac vino albo macerati & in Sole arefacti puluerem tingendis vestibus reddunt. De quibus fusè Coaruuias. V. *Cocco.*

Marcellus Donat. in Spartian. Hispaniæ prouinciam olim Beticam nunc *Granatam* dici existimat, à *Grano* tinctorio, quod *Grana* dicitur, cuius copia in hac Hispaniæ parte nascitur teste Strab. L. x. & Martiali. Quanquam Voss. L. iii. Cap. xiii. à *granario* quasi horrei domum dictam putet ex Mendoça Præfatione in Concil. Hiberitanum.

GRANFO. *Granchio, ranfo.* Neruorum torpor, præcipue in pedibus, & cruribus. Germ. *Krampff.* Sed fortasse à *cancro*, quod crura acutissimo dolore contrahantur, vt *Cancri*, chelas referant.

GRANCHIO. Cancer, & *Granceola.* de qua Ales Hist. An. L. iv. C. iii. *Maximum eorum genus quas maias vocant.* Scaliger. *Cum Græcum* μαῖα *transfertur à nobis vt dicatur Maia, sane arridet eorum magnitudini.* Granceolas *Veneti vocant: Ligures Araneas.* Sed exercit. cclv. 2. Maias dictas putat, quasi obstetrices, quod cum Pagurorum paruitate tanquam cum infantibus comparentur. Hinc rectè Menagius *Granciporo*, cancrum marinum à cancro, & paguro dictum existimat.

GRASPO. *grappolo*. Vuæ racemus, siue botryo. Quidam à Germ. *Traube, trape, grape*. Sed est a *racemo, raspo, graspo*, & *grappolo*. Vel à ramusculo, *raspolo, graspolo*. Pap. *Racemus vuæ modicus ramusculus: cum acinis vua parua.* Neque hoc inepte Papias. Nam Turn. Lib. xxv. 26. ex Plinio interesse inter vuas, & racemos ostendit: vuas enim maiores, & crassioribus granis, racemos minores, & minoribus granis. Ita nos *graspa* proprie vuæ partem appellamus. Veneti *Recchiotto*. paruus racemus, *racemulotto*. Hisp. *Razime.* Gal. *Raisin*.

GRASSO. pinguis. *Crassus.* Pap. *Popa pinguedo: ponitur pro grasso: vel grans spisso.* Lege, *Carne spissa.* Intra. *Popina, caquina a popa, quod est spissa caro.* Respexit autem Papias ad illud Persij. *Popa venter.* Glos. Arab. Lat. *Fasidis grassus.* L. *Fartus.*

Grascia Etrusci Annonam, siue annonæ vber-

vbertatem vocant. Vita Nicol. Laurentij. *Che li Baroni dejano fare la grascia soppina de mille marche d'ariento.* Alibi sæpe. Nam quod pingue est, carne abundat, inde pro annonæ vbertate, & victualibus.

GRATTARE. Scabere, scalpere. German. *Gratsen*, & *Gretsen*. Quod à χαράσσω, non ita recte Voss. deriuat in Etymol. id est sculpo, incido. Alii à radere rasum, *ratum*, *ratare*, & *grattare*. Sed est *atterere*, *atteritare*, *gratare*. Spartian. in Adriano. *Nam cum veteranum quendam dorsum, & reliquam corporis partem vidisset atterere* (in balneis) *percontatus est cur se marmoribus destringendum daret.* Mox. *Cum plures pariter se attererent.* Plin. *Anguilla atterunt se scopulis.*

GREBBANI *Greppi*. Crepidines. Festus. *Crepidines, saxa prominentia.* Vnde pontis extrema pars. Iuvenal. *nulla crepido vacat?* Quia mendici ad pontem. Sed *grebani* sunt Venetis aspreta rupes. Dant. Inf. xxx.

Rispose, quando pioui in questo greppo.

But. in Dant. *Imperochè l'authore finge, che le bolge hauesson greppo, dall' vna parte, e dall' altra. Greppo, e cigliare di fossa sommità di terra.* Ariost. *Io me n' andai come la cosa seppi Il traditor cercando per què greppi.* Ab eodem *Greto*. Glarea scilicet ad marginem, & crepidinem fluviorum. Ricord. Malesp. *Congregato il popolo di Firenze nel greto d' Arno, à pie del ponte Rubaconte.* Sen. ep. Italicè. *I fanciulli si dilettano in cose di piccol pregio, si come son pietre, che homo troua nel riuaggio, e nel greto del mare, e de fiumi.* Non à *concreto*.

Greto etiam pro spisso, sed est à grumo *grumeto*, *greto*, nam & *gremito* eadem res dicitur.

At *Greppe* pro vasis figlinis, quassis, & curtis. V. *Creppe*.

GRECCHIA. Scopa breuior, & longo vsu detrita, quasi *Reschia*, *Resche*, sunt spinæ ab Aristis, quod ergo spinis horrescat, *Reschia*, & *Grecchia*. Insubres, *Reschignone*, ab eodem.

GREGGIO. *Grezo*. Rudis, *rozo*, *rezo*, *sgrezo*, & *gregio*. Tela *sgreza*. & tabula, non dolata, aut polita. Glos. *Rudis*. Ατίλεστος ἄγραφος. *Desgrezare*, polire, dedolare.

GRIDARE. Clamare. *Quiritare*. V. *Cridare*.

GREMBIALE, & *grembiule* linteum, siue semicinctium à gremio. Optat. Mileu. Lib. IV. *Nunquid de subducto vestimento, aut de inuolato gremio, aut de aliquibus rebus, qua ablata, vel lucra, vel damna inter homines faciunt?* Cerda Adu. XXXVII. 14. *Inuolato gremio*, ait esse volare in gremium. Sed vel gremium sumitur pro linteo, quod gremio obtenditur, vel legendum est, *gremiali*. Et inuolare est furari. Vt infra, *Diabolus qui volebat quasi fur aliquid inuolare*. Insubres *Cossale* à coxis, quas velat, Veneti *Trauersa*, semicinctium etiam opificũ, & pauperiorum, ab hominis parte qua succingitur.

GREPPIA. V. *Gruppia*.

GRIFALCONE. Scalig. ad Al. Hist. anim. L. I. *Quadam rotatibus scandunt aerem, vt accipitrum genera. Quadam directo subnixu superant, vt columba, passer, Aquila genus nobile, quod Gryfalcum vocant.* Et exercit. CCXXXI. 2. *Hanc è Germanis quidam putarunt eius esse generis ad quod Grifalcones referuntur. Alij malunt Hierofalcones appellari.* Quidam ergo à volatu, siue gyro, *Grifalcones* quasi *gyrofalcones* dictos putant: alij quod sit medium genus inter accipitres (*hierax* enim est accipiter) & Falcones. Hisp. *Girifalte*. Frid. 150. 152. Gal. *Gerfaut*. Alibi de Falcon. 366.

GRIFO. Rictus, rostrum. à Græco Γρυπὸς, vt Hesych. qui naso, vel rostro est adunco, vel inflexo. Dant. Inf. XXXI.

Però ti china, e non torcer lo grifo.

Torcer il grifo Danti est, grauari, *fastidire*, atque indignari, Nec γρυπὸς solum rostrum significat, sed & alias partes incuruas, & flexas. Vnde *Grifi* etiam de vnguibus auium, præcipue rapto viuentium. Ex quo *agrifare*, & *aggrappare*. Frid. 132. *agrifando se*, idest grifis, siue vnguibus apprehendere, & scandere, ac reptare & *grafignare* siue *sgrafignare* vnguibus scalpere, & lacerare. Et *sgrifare*, & *sgrimfare*, rapere. Galli *Gripper*, rapere. Hinc *grafi*, & *raffi* Danti pro vncis ferreis, vt supra dictum est. *Grifagno*. Dant. Inf. IV.

Cesar armato con gl' occhi grifagni.

Quales sunt oculi accipitrum. Laudin. *Perche li sparuieri mudati in selua hanno simili occhi.* Et XXII.

Mà l'altro fù ben sparuier grifagno.

Grufolare de suibus cum *grifum*, siue rictum cœno immergunt.

GRINZA. *ruga*. V. *Cagnazzo*.

GRIMA. *Vecchia grima*, ab impexis, & turbatis capillis, quasi *crinita*. Hisp. *Creña*, coma impexa, & horrida: quasi *descrinata*, & à *Creña Grima*. Iidem appellant horrorem ex metu contractum, & *Grimazos* in pictura terribiles & monstrosas species. Idem & *Grinza*. Vide. Erythræus à rimis, quod eius frons rugis arata sit. Satis durè.

GRISO. *Griggio* color cinereus, vel cineraceus, mixtus ex albo, & fusco, Græcis Leucophæus, vt censet Voss. à Germ. *Grys*, & *Grauu*. Quod puto contractum ex *cinericius*, *criticius*, & *grisus*. Vt & Menagius obseruat. Dant. Inf. VII.

Al pie delle maligne piagge grige.

Land. *bige* interpretatur, idest obscuras, siue fuscas, quod is color ex albo & fusco mixtus. Galli *pan gris* pro cibario. Quod male Perionius ab ordeo deducit, scilicet à κριθῆ. Præcipue autem *Grisi* appellantur qui canescere incipiunt, albusque color serpens nigredini misceri. Vnde quidam *Grisanes* Rhætos appellatos putant, & *Caninos*, à canis. Am. Marcel. Lib. xv. *In Rhetias camposque venit Caninos.* Lindebrog. *Vnde & Rhætos ipsos à cano colore Grisones dictos putant.* Sed ridiculum est, quod ex Becano Lib. IV. Hermath. pag. 86. refert Coaruvias, esse hanc vocem è Germanico Grijsen, quod est plorare, nam qui lugent mortuos, pullis vestibus induuntur, huius scilicet coloris. Præter notationis ineptiam, lugentium vestes pullæ, siue atræ sunt, non Leucopheæ. Subiicit Coaruvias has vestes veteri Hispanica lingua, vocari *Burieles*. Nempe à colore lacernarum, siue byrrorum, qui cum vulgo hoc colore gestarentur, colori nomen dedere. Vide *Beretino*: qui idem cum *Griso*.

GRISOLI, *sgrizoli*. Rigor qui ferme febri imminente, artus tentat. *Frigusculum.* Glos. *Algeo* Ῥιγῶ. *Algiosus* δύσριγος. Festus. *Algeo ex Græco ἀλγῶ dicitur, idest doleo, vt sit alger, dolor quidam membrorum rigore collectus.*

GROGRANO. Panni genus leuidense à Germanico. *Grobgran.* Galli. *Grosgrain.*

GROLA. Veneti appellant Gruem per diminutionem. Itali *Grola*, & Galli *Grole* cornicem, quod non est à garrula, sed à graccula, *graula*, *grola*.

GROMMA. Situs, mucor, præcipue doliorum. Dant. Inf. XVIII.

Le ripe eran grommate d'vna muffa
Per l'alito di giù che vi s'appasta
Che con gl'occhi, e col naso facea zuffa.

Idem distinguit *gromma*, à *muffa*, vt hæc fœdo odore sit, illa nequaquam. Parad. XII.

Sì ch'è la muffa dou'era la gromma.

Land. *In forma che doue solea essere la gromma, che rende ottimo odore del vino, che è stato nel vaso: hora v'è la muffa che getta cattiuo odore.*

Videri potest *Gromma*, quasi *cremor*; ita enim appellatur vini fex dolijs adhærescens. Sed Latini cremorem appellarunt lac ex ptisana expressum. Quare existimo gromma factum esse ex *grumo* de quo infra. Nam teste Festo. *Grumus est terræ collectio minor tumulo.* Vnde vini fex coalescens, & dolijs affixa *Groma*, & *gromma*, quæ non ingrato odore est, vt situs, siue mucor. Insubres *groppa*. Quod etiam Acharisius suspicatus est.

GRONDA. Suggrundium. Vitruv. L. II. C. VIII. *Habeatque proiecturas coronarum.* Philand. *Corona hic dicuntur proiecta, siue proiectiones. Gallis larmierij vocantur. Bononiensibus grundæ, idest prominentia, & veluti supercilia parietum, arcendis stillicidijs inuenta. quod etiã admonuit Budæus.* Idem ad L. II. C. X. *In subgrundijs. Subgrundia sunt tecti partes prominentiores.* Ita appellat Iabolen. Pandect. L. I. de verbor. signific. Græci Γεῖσα, & ὑπογεῖσα. Glos. Ἐξθέτης, ἐξώστης. *Proiectus. Aggrunda.* Vnde eleganter Dantes Parad. XXX.

Et si come di lei beue la gronda
Delle palpebre mie.

GROPPA. Equi clunes. Non à *Curuo*, sed à Græco Ὀρροπύγιον. *Orrhopygium.* Sacri ossis acumen. Vltima pars spinæ, qua vertebræ definiunt. Quasi ὄρρα τῆς πυγῆς: quod & ὄρρος dicitur, *spinæ terminus*. Propriè quidem de auibus. Qua voce vsus Martial. Latinæ vocis defectu, *Anatis habens Orrhopygium macra.* Vox inde etiam ad equi clunes, translata *Orrhopygium*, *groppione*, *groppa*, & *groppone*. Dant. Inf. XXI.

E voi chel tocchi
Dicean l'vn con l'altro in sul groppone?

XII.

Et che porti costui in su la groppa.

Groppiera. Lorum quo Epiphium caudæ subnectitur, quę Latinis *Postilena*. Isidoro *Postella*. Curopalatæ Κωπριτώριον. *Copriturium*. Quod Iunius putat nouiter factum, quasi *fimocaudiũ*, ex fimo, & cauda, quod postilena caudæ equi subiecta, fimo infici soleat. Sed est ex *Crepiturium*, *Croppiera*. Alibi enim *Copritarion* appellat p. 21. v. 27. & p. 23. *Copritorion*.

GROPPO. nodus, vinculum. Salmas. ad Solin. à *curvus*: nodus scilicet arboris, vel ligni, curuo, *cruvo*, *crupo*, *groppo*: inde & pro nodo fili, aut funiculi. Galli. *Accroupir*, dorso incuruo subsidere. Hispani. *Corbo. Groppo.* Vel à Germ. *Knopff.* quod est à nodus, *gnoppo*, *groppo*. Et pro re implexa. Dant. Inf. XIII.

Di se è d'vn cespuglio fece vn groppo.

Et XVI.

Porsila à lui aggroppata, & rauolta.

Disgroppare. nodum soluere. Purg. II.

Perche ella è quella che'l nodo disgroppa.

Gruppi, ventorum vortices, ac turbines. Morgant. XX.

Cominciano apparir baleni, e gruppi,
E par che l'aria, el Ciel si rauuiluppi.

GROSSO. Veneti appellant nummulum argenteum, quatuor assium, quod *grossior*, siue crassior sit, altero, cuius pretium duorum assium, & simplici asse argenteo.

GROTTA. Specus, cauerna. *Crypta*, *Crutta*, *crotta*, *grotta*. Vitr. L. VI. 8. *In ædibus crypta, horrea, apotheca. Crypta*, inquit *Philand. dicuntur fossa testudinata subterranea, aut concaua.*

ia loca, & scrobes vbi triticum conditur. Hinc Cœmeteria Sanctorum Martyrum. *Crypta*, & *crypta arenaria*. Et picturæ *Grottesche* Italis. De quibus Vitruv. L. vii. C. v. *Nam pinguntur tectorijs monstra potius, quam ex rebus finitis imagines certa*. Phil. ibi. *Nec mihi obijcias, antiquorum huiusmodi opera etiam nunc ostendi, & quod picturæ genus mox reprehendit, Italis dictas* grottescas: *non possunt vera dici picturæ, quæ sunt à veritate aliena*.

GRVGNO. Rostrum suis. ῥύγχος. Rostrum. à *grunnitu*. Vnde vetus testamentum *Grunnij Corocotæ Porcelli*. Vel à χοῖρος porcus *Chirinnium, Grunnium*, & *grugno*. Gal. *Groin*. Hisp. *Ocico*, vncum, vncicum, pandum, sicut ex eadem re Itali *Grifo* appellant, & *Grufolare*.

GRVMO. Cumulus. Collectio. Festus. *Grumus, terræ collectio, minor tumulo*. Vitr. L. ii. C. i. *Maximos grumos è terra*. Phil. *Congestitios globos, tumulos*. Colum. L. ii. C. xviii. *Grumos quos ad versuram plerumque tracta faciunt Crates dissipabimus*: Vnde *exgrumare* dicitur Varroni L. iii. C. xiv. Nonius *Grumus dicitur agger à congerie dictus*. Glos. *Grimini*. L. *Grumi*. Οἱ διορίζοντες τοὺς ὅρους λίθοι. Et λί- θοι οἱ τῶν ὅρων. *Grumi*. Pap. *Grumulos, strues, agger, congregatio cuiuscumque rei, à grumo*. Grumus salis. Plin. L. xxxvii. Cap. iv. Virg. Moreto. *Interdum grumo spargit sale*. vt Parrhas. ep. xxxi. Hinc *Raggruzzolare*, in cumulum, siue grumum contrahere: & translate, pro membra attrahere.

GRVPPIA. Præsepe. Alueus in quo iumentis pabulum apponitur. à Germ. *Krippe*. Gall. *Creiche*, quod non est à præsepe, sed à *Krippe* factum. Illud fortasse, à *crepidine*, quæ veteribus fluuiorum ripa dicebatur, vt putei extrema ora. Nam transuersum tabulatum ripam fluminis pars concaua, alueum refert. Calabro Veterin. *Cioè chel chaual debbia sir ligato alla grepia, alla qual grepia sia due retene*. Etrusci *Greppia*. Morgant. Cant. iii.

E come il braccio alla greppia distesso.

reliqui *mangiatoia*. Quanquam *Greppia* aliis dicantur cancelli lignei præsepi incumbentes, quibus fœnum imponitur, & iumentorum pabulum.

GVADAGNARE. V. *Gaggio*.

GVADO. Vadum. Breuis aqua. Acron. Horat. i. Od. iii. *Ideo enim vada dicta sunt, quod breuitate sua vadari, hoc est ambulari possint*. Dant. Inf. xii.

Che ne demostri la oue si guada.

Et *Guazzo* pro stagno. Dant. Inf. xii.

Poi si riuolse, e ripassossi il guazzo.

Land. *Ripassando el medesimo vado*. Et *Guazzoso* ex aqua pluuia. *Aquazzone*. Vil. L. vi. 84. *Maggiormente per grande acquazzone conuenne, che si partisse l'oste*. *Guazzare*, & *diguazzare*, perluere. *Guazzetto*. Iusculum. Vel à Tuceto, quod idem significat. Glos. *Tucetum*. ζωμὸς παχύς. Micæ carnium cum aruina, minutimque insecta ilia: siue *Coceto*. Nam veteres Nestoris κυκεῶνα, *cocetum* dixere, vt Casaub. ad Theoph. notauit, Tertul. *Nestoris cocetum*. Festus. *Cocetum genus edulij ex melle, & papauere factum*. Inde & *Guazzare*, pro fundere, prodigere, nepotari. Nam & Latini *eluere*, pro eodem dixerunt. *Scialacquare*. Vide.

GVADO, pro colore, Glastum. Vitr. L. vii. 10. *Indici colorem debit imitari*. Philand. ex Ruellio. *Isatim satiuam, quæ Gallis, auctore Cæsare, & Plinio* Glastum *dicebatur, nunc* Guadum, *alij* pastellum *vocatur, herbam & si insignibus vireris cauliculis notatam succo tamen sufficientem caruleo, trusatilibus molis premant, vt herbaceam saniem excludant, deinde ex ea digerunt in pastillos, post cortinis infectorijs coquunt, & post tinctos pannos caruleam illam innatantem, feruentibus cortinis exemptam, siccant pictorum vsibus* Indum *vocantes*. Scalig. exercit. cclxxii. 2. *Saltem diceres eo pratinctas lanas felicius recipere colores, fidelius retinere, prohibere ne inter tinzendum deuorantur. Tenta in guado*; Galli *Guesde*. Hisp. *Gaudre*, & *gualda*. Quanquam Salm. ad Solinum. p. 254. quod est apud Plinium L. xxii. i. *Glastum, Guastum legit*.

GVAI. Gemitus, lamentationes. *Va*, interiectio dolentis: per dialysin *Vai*, & *guai*. Vt *valere, guarire*. Dant. Inf. iii.

Quiui sospiri, pianti, & alti guai. Land. *Voci querule, & ramaricose*. Et v.

Et tanto più dolor, che punge à guaio

ad gemitum. Et translatum inde ad curas, infortunia, & calamitates, quæ gemitus pariunt. Vil. x. 49. *Con molti guai de Pisani*. Petrarca p. i. Canz. vi.

Italia ch'i suoi guai non par che senta.

Non igitur à *vagire*, aut à canum *gannitu* cum percutiuntur. Et *A guaio*, pro vix, *à pœna*, ægre, cum molestia. Id enim *guaio* significat, vt diximus. *Guai à te*. Væ tibi. Plaut. *Va tibi*. N. *Hoc testamento seruitus legat tibi*.

GVANCIA. V. *Ganascia*.

GVALDANA. Acies, turma equitum, præcipuè excursiones militares. Dant. Inf. xxii.

Corritor vidi per la terra vostra,

O' Aretini, e vidi gir Gualdane,

E ferir torneamenti, e mouer giostra.

But. *Dice di gualdane, ouer caualcate*. Videtur à *Gilda*, quæ auctore Vossio L. ii. 8. Erat societas, vel collegium à mercatoribus, siue aliis institutum, in quod adscripti bona quædam habe-

habebant communia, tanquam fratres, vnde & Confratria dicta. Causa nominis ex eo, quod pecunia quædam (hæc Germanis, & Belgis *Geldus*, & *Geldum*) communis foret, partim ad conuiuia publica, partim ad alios sumptus, Collegij totius nomine vtiles. Hinc *Gildones*, & *Congildones*, socij eiusdem *Gildæ*: & *Gildinia*, cuius mentio in Capitul. Caroli M. L. I. Cap. CXXIX. Hinc vt opinor *Gualdane* societates, ac turmæ militares, præcipuè equestres: *compagnie di caualli*. Math. Villan. III. 29. *E raffrenarono alquanto le loro Gualdane*. Et VI. 56. *Apparechiato di tenersi stretti nelle loro Gualdane*.

GVALDRAPPA. Stragulum equorum, quod Ephippijs super inijcitur, ne crura, pedesque equitantis, cæno, aut puluere fœdentur. Coaruvias putat corruptum ex *Guardapes*, quod pedem tueatur. Glos. *Vastrapes* Φιμινάλια. Fœminalia, & braccæ. Rufin. in translatione Iosephi L. III. antiq. C. II. *Primum quidem induebatur Machanasim, quod constrictorium poterat dici: est autem cinctorium circa femora subtile, ex bysso contorta contextum, ingredientibus per eum pedibus veluti de Vastrapis*. In Græco. ὥσπερ ἀναξυρίδας: de fæmoralibus. Vois. L. II. 19, ijs assentitur, qui ex *Vestipes* corruptum censent: quod vt fœmorum sic pedum esset tegumentum. Eadem ergo ratione à similitudine, *Gualdrappa*, & *Valdrappa*, *Vastrapa*, quæ crura, pedesque à luti, ac pulueris iniuriis defendit. Menagius à *guardare*, & *drappo*, quod vestimenta à cæno præseruet. Barbaram tamen vocem ignotam esse opinor.

GVANTO. Chirotheca. Siluius à *Vanto* vagina manus. Vois. L. II. 12. *Vuantus, chirotheca ex Germ. & Belgico* Vuante, *Galli Gante, Itali Guanto*. Vnde *redditio per guantum*, de qua Bignon. ad Marculf. L. I. 13. Papias. *Chirotheca Vants, idest manus theca. Guanto di Sparauiere*, chirothecam accipitrariam, χειρότιον appellat Curopalates pag. 41. idest manticam siue chirothecam.

GVARDARE. Videre contueri: item seruare, & custodire. Fronto. *Videmus natura, spectamus voluntate, intuemur cura, aspicimus ex improuiso, animaduertimus sensibus præsenti animo vtentibus. Plerumque enim aduertimus rem aliquam oculis, aut quouis sensu corporis, sine aliqua attentione*. Ab *Aduertere guardare*, vertere oculos scilicet, & animum, *vuardare guardare*. Sicut tueor, & videre significat, & seruare, siue custodire, defendere, quia quæ seruamus, intentis oculis aspicimus. Isidorus Lib. X. *Tutor, qui pupillum tuetur, idest intuetur*: ita & *Guardare* pro vtroque sumitur. Imò *Aspicere* pro custodire posuit auctor Vitæ Caroli M. *Dominus Carolus iuit ad Engolismam ciuitatem, & inde sumpsit plures Francos, qui ciuitatem ei ipsam adspiciebant, cum omnibus vtensilibus, & praparamentis eorum*. Quanquã Grammatici inter *Tuor*, & *Tueor* discrimen posuerint. A *Guardare* pro aspicere, *Guardo*, & *Sguardo*, pro obtutu: vt autem seruare significat, *Guardia*, custodia, tutela, & *Guardiano*, custos, à Germanico *Vvarden*, quod est à Latino, *Aduertere*. Ita *Guardianus* pro Ecclesiæ, itẽ Monasterij Antistite, & defensore, & *Gardingus* Regis ac Palatij custos, & *Guardio* apud Vois. L. II. C. VIII. *Guarda*, & *guardia*, præsidium militare. Capitul. Caroli Magni L. III. C. LXVIII. *Vt non per aliquam occasionem, nec pro varcta, nec de scara, nec de vuardia, nec pro heribergare, nec pro alio banno, heribannum Comes expectare præsumat*. Et *guardingo* pro Arce, siue castro vbi præsidium habetur. Dant.

E fummo tali
Ch'anchor si pare intorno dal gardingo.

Vil. I. 38. *Alcuni dicono che fu, oue hoggi il gardingo, di costa alla piazza la quale era vn' altra fortezza*. Item *Guardingo* pro circumspecto. Et *saluaguardia* pro tutela, siue fide publica. Et *guardarobba*. Vestiarium *Guarda guarda*, idest caue, caue. Galli *gare, gare*, quod non est à varare, vt censet Salm. ad Solin. 946. Veneti *Vara, Vara il toro*, sicut & *Guerra* dicunt *Verra*.

Postremo *Guaragno* antiqua voce Equus admissarius, quod diligenter seruaretur, & custodiretur. Crescent. IX. 2. 3. *Il cauallo dee esser generato da stallone, volgarmente appellato Guaragno, il quale sia diligentemente guardato*. Vnde nomen.

GVARENTIRE. Defendere, protegere. Ex eadem origine. Nam sicut tueri significat videre, & defendere, vt supra dictum, & *guardare*, siue aduertere, vtrumque significat, *guarentare* est protegere, præsidio esse. Quod Voss. à Germ. deducit *Vvarenta, Vvaranda, Vvarandare*, tueri, patrocinari. Sed Latinum est. Galli *Garantizare*, & *Garandia*, indidem. *Valentizare*, securum, & valentem reddere. V. *Guarire*.

GVARI multum. Siluius à *Varium*, quod eum negatione semper coniungitur. Sed quid vario cum multo? est ergo à *Valde*, vt *guarire*, à valere. valide, validum, *guaridum, guari*. Boccat. *non guari lontano*, non valde distans. Dant. Inf. VIII.

Ma ei non stette là con essi guari.

Non est ibi multum, & valde moratus. Boccat. *Doppò vn guari spatio*. post validum, siue magnum spatium. Et sicut multum viæ & temporis dicimus: Ita *Guari di tempo, & guari di via*. *Et guari più*, valde plus. Casteluetrus tamen putat non significare multum, sed aliquantum, & à Latino formatum *aliquare*. Assensum sustineo.

GVARIRE. Quis non videt esse à *Valere*. *valescere*, *guarere*, & *guarire*? *guarisce*, *valescit*. Galli *guerir*, & *garir*, non à variare valetudinē, neque à Germ. *Vuaeren*, quod est seruare, sed ab eodem *valere*. Lucret. I. *Sed potius tali facto recreata valescat*. Conualescat. Veneti *guarentare*, quod *valentare*, *valentizare*, siue valentem reddere, & securum. Chron. Venet. *Per guarentarsi contro la potenza de Genouesi*. Barbari *Vvarantizare*. Defendere, ac securum reddere, vt supra dictum est. Vil. L. VI. 36. *Il sopradetto calzolaio da quei de fuori fu guarentito*. Et L. XI. C. VI. *Per guarentire il Legato, e sue genti*. Matth. Parisius ad An. MCCLVII. *Terras quas Rex Vvarantizare, nec voluit, nec potuit in cinerem redegerunt*. Quod Vols. L. II. C. XXVI. à Germ. *Vvaren* seruare. Hoc autem à *validare*, & *Vvarantum* breue regium, siue securitas, qua quis probat se facere regio iussu, & qua venditor se emptori obligat. Et *Garenne* Gallicè septum, siue viuarium, vbi feræ & animalia custodiuntur. Sed hæc omnia ad dictionem *Guarentire* paulo supra referenda sunt.

GVARISCHI. Tumores, & vlcera in dorso iumentorum. *Varices*. *Varicula*. Barb. Glos. Plin. *Varices*, *siue quod idem est Varicula*. Lib. XXVI. C. VIII. *Non aliud sunt, quam intumescentes plus aequo venæ, in temporibus, in ventre, in testibus, & inguine, potissimum in cruribus*. Pap. *Varices in dorso iumentorum exeunt*. Variculæ *varischi*, & *guarischi*, & *guidareschi*, & *guidaleschi*. Cresc. IX. 30. *Vi si fanno pieghe piccole, ouero grandi, le quali tutte s'appellano volgarmente, guidaleschi*. Festus *Petimina* appellat; sed quomodo à Petimen *Guidalesco* duci possit, haud video. Hoc enim pacto nullum erit verbum, ex quo vel diuersissima flecti non possint.

GVARNACCA, *Guarnaccia*. Non à Syriaca voce *Granatza*, quæ apud Codinum Imperatorium indumentum est, & prælongis ad talos vsque dependentibus manicis, non cingebatur. Nihil enim simile habet cum vulgari *Guarnaccia*, quæ ferme muliebre indumentum siue tunica, sed ab Ἀρναχὶς. *Arnacis* vestis è pellibus. Glos. *Pellis lanata*. Μηλωτὴ, Ἀρναχὶς. Et Ἀρναχὶς τὸ προβάτειον δέρμα. Pellis lanata, siue agnina. Vita Nicol. Laur. *Vestuto era con vna guarnaccia, e cappa Alemanna*; Quod indicat etiam aliquando à viris vsurpatam. Potest etiā deduci à *Gaunaca*, simili vestimenti genere, de quo in *Gonna*. A *guarnacca*, *guarnello*, crocotula. Hispani tamen *Garnaccha* vestem appellant procerum insigne, quâque magistratus, & Consiliarij ab inferiori ordine distinguuntur.

GVARNIRE, & *guernire*, ornare, instruere ab ipso verbo Ornare, & *fornire*, vt dictum est. *Guarnito* ornatus. Gal. *Garni*, *Vuarnitus*. Sigmond. ad Capit. Caroli Calui. tit. 43. c. 24. *Et ad hoc omnes vuarniti sint*, idest *parati*, *& necessarijs rebus instructi*. *Qua nunc in vernacula nostra eius vocis est notio*. *Vt cum domum vuarnitam dicimus omni instrumento*, *& supellectile omni ornatam*, *atque instructam*. Quod tamen non est à Germ. *Vuaren*, siue *bewaren*, quod significat *guarder*, *conseruer*, vt Vols. & alij censent, sed ab ornatus, instructus, paratus. Insubres *guarnare*, pro recondere, & seruare. *Guarnitione* segmenta, institæ, & alia vestium ornamenta.

Item pro munire, hoc est necessarijs instruere. *Guarniggione di guerra*. Vil. VI. 56. *Contra la forza de Sanesi guarnirono il detto Castello*. *Guernimento*. Commeatus, annona. *Pane di guarnitione*. Interdum pro exercitu. *Guarnimentum*. Rolandin. passim pro exercitu. Statut. Patau. L. III. 110. *Guarniamentum esse intelligimus, quotiescumque, vel quandocumque cætus, vel turba hominum factus, vel facta fuerit; in qua fuerint decem homines armati zanolacijs, vel scutis, lanceis, siue lancionibus, ceruellerijs, & curtellerijs*.

GVASTADA. V. *Inghistara*.

GVASTARE. *Vastare*, diruere, solo æquare. *Guasti* Patauij appellantur circumiecta Vrbi planities, sine ædificijs atque arboribus, ad propulsandas hostium insidias. Vt *guasti* sint vasta planities. Et *Guastare*, pro lædere, corrumpere, imminuere, atque rei alicui ineptum reddere. Frid. accipitr. *Falcones namque ab indocto redderentur inepti, aut forsitan deuastati*; guasti 115. & 120. Dant. Inf. XXIV.

Che come noi venimmo al guasto ponte.

Et XXXIII.

Del capo che gl' hauea di retro guasto.

Erythræus ad illud. *Vastum æquor*; notat hanc vocem ab Italis retineri ex Latinæ linguæ reliquijs; vastare, addito G. *guastare*.

Item pro *consumere*, Vnde Hispanis *gasto* pro impensa, siue sumptu. Non enim recte Scalig. Hist. anim. L. I. 112. *Etiam nunc vulgus à ventris auara receptione gastare, consumere aut quasi à γαστὴρ*.

Guasto etiam pro putrido, & marcescente, vt de pomis, & alijs fructibus.

Et *Guastadori*, fossores, & operæ castrenses, quod obstantia diruant, & solo æquent, ac deuastent.

GVATTARE. Videre, inspicere. Non à *Cattare*, sed visere *visitare*, *guattare*. Vt à *Guardare*, *guardia*, à *valere*, *guarire*. Nam *visitare*, est sæpe videre. Plaut. Curc. *Ibi me interrogat, & quem in Epidauro Lyconem trapezitam nouerim?*

vim? Dico me nouisse. Quid lenonem Cappadocem? annuo visitasse. Et Epidico. *Visitaui antidhac.* sæpe antea, ex quo inferius æuum *Cattare* dixit pro videre. Isid. L. XII. C. II. *Hinc alij cattum à captura vocant. Alij dicunt, quod cattat, idest videt.* Glos. Arab. Lat. *Musium, cattum, quod cattat, idest videt.* Neque tamen vt Salm. ad Solin. p. 1009. à *captando*, quod est speculari, obseruare, nam eadem esset notatio *Catti*, quod captat, & captat idest videt. Sed contractum, ex *visitat, guatat, cattat.* Dant. I.

Si volge all'aqua perigliosa, e guata.

Et Purg. XIX.

Che hai che pur in ver la terra guati?

Et Par. XXIX.

Et tu vederai, se bene guati, idest oculos intendas. Pap. *Visere, visitare, cupide intueri.* Fronto. *Visum semel, visitatum sæpius esse scito.* Hispani *Catar* aspicere, contueri, non à catus sagax. *Acatar* reuereri, reuerenter aspicere. *Recatar.* circumspicere. Et *catar la olla* pro gustare, siue gustu saporem explorare. Nam videre pro explorare. Veneti *Cercare*: Insubres. *Tastare.* Iidem Hispani *Diuisar*, e longinquo aspicere, (*sguisire*, Insubres.) Item. *mala catadura*, toruis oculis. Et pro cogitare, aduertere, guardare. *Catafular* aduerte.

Ex quo Gallicum *Guet*, pro speculatore. Quanquam hoc, vt Germ. *Vuart*, excubiæ, vigiliç, potius ab accubando, siue quod corpore depresso insideant dictum sit, vt in *Aguato*, ostendimus. Et *Cattare* Italicum alius originis est, vt pariter demonstrauimus.

GVATTARO. Lixa. Mediastinus, culinæ minister, *Aquarius, Aquariolus, aquotarsolus, guattaro*, & *guattaro.* Glos. *Aquarius* Ὑδρηχόος, Ὑδροφόρος. Iuv. Sat. VI. *Veniet conductus aquarius. Guattaro. Aquarsolus.* Glos. *Aquarsoli.* Βαλλάδες. Forte legẽdum. *Aquarsolus* Βαλανεὺς Balneator. Mediastinus. Aquarioli apud veteres lenonum, ac meretricum asseclæ. Festus. *Aquarioli dicebantur mulierum impudicarum sordidi asecla.* Tertul. *Primi erunt lenones, perductores, aquarioli.* Lamprid. Com. *Aquam gessit, vt lenonum minister.* Vide Lips. antiq. lect. L. I. 12. Glos. Arab. Lat. *Lexus, aquarsole.* Lege. *Lixa*, vel *luxa, aquarsolus.* Coaruv. *Guattero* dictum putat, quasi à *gatas*, quod incuruo, & depresso corpore fit more felium, cum latrinam lauat. Satis inepte. Germanicum igitur *Vuater*, ab eodem est.

GVATTO. V. *Quatto.*

GVAZZO. *Aquagium.* V. *Guado.*

GVEFFO. Podium, mœnianum, proiectum. Villan. XII. III. *E al gueffo, cioè sporto sopra'l giardino, oue il Re Andrea fu gittato, strangolato, e morto.* Cuius vocis origo adhuc inuestiganda est.

GVERCIO. V. *Gangheri.*

GVERRA. bellum. Vt Voss. L. II. C. VIII. Non solum bellum publice susceptum, sed etiam quod priuatim geritur à familijs inter se dissidentibus: à Germanico *Vuerre*: hoc est dissidium, inimicitia, bellum. Vnde *vuerra*, & *guerra* apud scriptores infimę latinitatis. Constit. Caroli Calui. tit. 33. *Rixas, & dissensiones, seu seditiones, quas vulgus* Vverras *nominat.* Hoc tamen vt puto à Latino *bellum, bella, vella*, & liquida in asperam, *vuerra*, & *guerra*. Vel à *duellum, guellum, duella, guella.* Nam *duellum*, pro bello sumptũ, nemo ignorat, vt diurnus, *giorno, deosum, giusum.* Veneti Vera. Chron. Ven. *In tempo della detta Vera.* Et. *Comincia à verizare.* Vit. Nicol. Laur. *Maestri de Vera.* Et *guerra guerriata.* Vill. VIII. 49. *Si mise à fare guerra guerriata co' suoi Catalani à M. Carlo.*

GVFFO. V. *Goffo.*

GVCCIA. *Gusella. gucciada.* V. *Aguccia.*

GVGLIA. Pyramis. Ædium, ac templorum fastigium coni, aut metæ figurà. *Aculeata summitas, aculea, guglia. La Guglia di S. Pietro.*

Gugliato. guiado. Stimulus, ab *aculeo.*

GVIDA. Dux. Bouillus à *videndo*, quasi *videns.* Rectius fortasse à *viator*, idest viam indicans. Hisp. *Guia*, & *guiador*, viator. Bocc. *Vn grandissimo Caualiere, il quale per aspetto pareua guidatore, & maestro di tutti gl'altri. Guidatore, guida.* Vil. L. I. 29. *Se non per tanto, ch'erano capo, e guidatori.* Viatores, vel ductores. *Vie, guide.* Vita Nicol. Laurentij. *Che giouà de ire de là, e de chà pe locora senza vie?* guide. Nisi compositum est ex *via dux, Guidux*, & *Guida*, & *Guidare*, deducere. Vel *via index.* Et quoniam aliquando illi non bona fide iter indicant, ac decipiunt, *guidone* pro plano, & impostore accipitur. Item pro errone, ac mendico. Ex quo fortasse *Gueux* Gallis mendicus, nomen Belgarum conspiratione nobilitatum. Nisi à glutto. *Ghiottone, Guittone, Ghittone*, & *Guidone*, quod verius puto. Qui enim à χίτων *tunica* trahunt, nugantur. Nec melius, qui à *Vadare.*

GVIDERDONE. merces. Id Vossius L. II. Cap. XX. à Germ. *Vuerdung*, pretij æstimatio, à *vueerderen*, ære æstimare, censere. Sed si à German. ducendum est, rectius fortasse erit à *Vvirgild*, quod est pretium compositionis, de quo Vossius eodem capite. Quodque in Leg. Long. dicit *Guidrigelt*, vnde *guiderdone.* Sed cur non potius a Latino, *donum guida*, siue merces, ac pretium datum duci, non solum, qui viam indicat, sed deducit, & comitatur, dein-

de

de pro præmio quolibet, ac mercede? Boc. G. 2. n. 8. *Ch' hauendo prima certezza d'hauer il guiderdon promesso.* Mox. *Doue secondo la grida fatta guiderdonare il douesse.* Statut. Patau. Rubr. XIV. 40. *Ad vsuram, & guardonem.* pro mercede vsuræ. Et 42. *Guerdones* pro vsurariis. *Secundum quod pro tempore guerdones præstant.* Hispani *Guardon*, & *Gelardon*.

GVIGGIA. Pars superior socci. Si est à *Coriacea*, vt censet Menagius, propius erit à *Corigia*: quod ita prius lora, & habenæ, quibus solea religabatur, dicerentur, sed postquam superior pars pedis tegi cœpit, idem nomen remansit. Sed non plane liquet.

GVINDOLO. V. *Arcolaio*.

GVISA. Forma. modus. instar. Cluver. L. I. C. IX. Germ. veteris, à Germ. *Vveise*: quod morem, seu ritum, ac modum significat. Vnde Italis, Gallis, & Hisp. *Guisa*. Menagius à *Visa*. Alii à Syriaco *Ghisa*. Nec viderunt esse à Latino *Vice*, *visa*, *guisa*. *A guisa*, vicem, sine *ad vicem*. *In guisa*, *inuicem*. Horat. *Fungar vice cotis*, idest instar cotis ero. *A guisa d'vn cane*. Vice siue more canis. *In guisa di mio figliolo*. Filij vicem. Hispani. *A guisa de pelear*. More pugnantis. *Hombres de alta guisa*. *Guisado* ap-tus, formatus, concinnus. *Guisar la comida*. Instruere epulas. *Guisado*, *Guisandera*, & his similia. *A vice*, *fiza*, & *foza*, & *foggia*, pro eodē. Gal. *Fois*. V. *Foggia*.

GVITTO. Sordidus, spurcus. Vnde sit ignoro.

GVIZZARE, e manibus elabi: proprie de pisc ibus. *Fluitare*, *guttare*, *guizzare*. Non tam enim pisces eunt, quam labuntur. Dant. Inf. XI.

Ch'è pesci guizzan su per l'orizonta.

Land. *Hebbe rispetto alla natura del pesce, el qual* guizza, *idest con gran facilità trascorre per l'aqua.* Et XIX.

Perche sì forte guizzauan le giunte.

de humanis cruribus loquitur. Translatum inde ad motum celerem, & velocem. Inf. XXVII.

Su per la punta dandole quel guizzo.

Land. *Moto. Guizzare, è velocemente mouersi.* Et Purg. XXV.

Et se pensassi come al vostro guizzo
Guizza dentro allo specchio vostra imago.

Alibi. *Guizzo della corda*. Quare & *guizzar l'hasta* pro vibrare *Passau. 67.* Nam & *fluitare* pro nutare, labascere. Tacit. *Vnde creditur Cacinnæ fides fluitasse.* Hor. L. II, Sat. III.

Cæca fluttantia sorte.

GVSCIO. V. *Coccia*.

H.



ARPA. Instrumentum Musicum. Fortunatus L. VII. Carm. 8. apud Vossium. *Romanusque Lyra plaudet tibi, barbarus harpa.* Pap. *Harpa, dicta est à gente Arporum, qui hoc instrumentum Musicum inuenerunt.* Sed Puto à Græco dictum, quod extrema parte curvum sit, & inflexum non ab ἁρπάζω, vt Coaruvias, quod chordæ vnguibus rapiantur, sed quod *Arpe* genus gladij incurui, qualem mercurio, & Perseo vetustas adscribit, qualisque Turcarum *Scimitara*. Dant. Parad. XIV.

E come Giga, & harpa in tempra tesa.

De ea Scalig. ad Manilium p. 419. De origine vocis eadem est Menagii sententia.

HASTA. Hispani, hucusque, ab *Hactenus* non à *Fas*, *Fasta*, vt Coaruvias.

HIDALGO. Hispanicum est. Neque ab *yodalgo*, neque ab *Italico*, sed à *fide*, *fidalicus*, *fidalico*, *hidalgo*.

HASTIO. Nausea, *Fastidium*, *hastio*, vnde pro odio, & maleuolentia.

HOCICO. Hispanis rostrum suis. Vncum, *vncicum*, non à faucibus.

HOLGAR. Hispani. Quiescere. *Collocare*, non à follicare.

HOGGI. hodie. *hozi*, *hoggi*. Isidor. L. XX. C. X. *Mozica, quasi modica: vnde & modicum, Z, pro D. sicut solent Itali dicere* ozie, *pro* hodie. (*mozo*, & *mogio* frumenti modius.)

HOMAGGIO. Clientela. Tributum. *Hominium*, & *Homaticum*. *Homo* enim pro cliente, ac subdito. Imò & pro seruo. *Homo meus, & tuus*, inferiori æuo. Bignon. 490. Vox Feudalis: qua quis dicitur alicuius *homo*, idest vasallus. Chron. Nangij ad an. DCCCCLXXVII. *Baronum recepit homagia.* Chron. Cassin. Anon. An. 1128. *Capuanus Princeps illi hominium fecit.* De quo multa magnus Cuiacius in Obseruationibus, & in Præfatione ad Ius fiduciarii. Hispani *Omenage*. Iuramentum, siue sacramentum quo fides principi obstringitur, ab *Hominium*, *hominaticum*. Cuius varias notationes affert Coaruvias.

HONESTAMENTE. Abunde, copiose. Asconius honestos vetuste dici interdum pro diuitibus in tertiam Verrinam testatur. Vlpian. L. 52. §. 15. D. de furt. *Cum Titio honesto viro pecuniam credere vellem, subiecisti mihi alium Titium egenum, quasi ille esset locuples.*

HORMAI. Iam. Nunc magis. *Hora* enim pro nunc. Vel ab *hodie magis*. *Hoggi mai*, *homai*.

HORREVOLE, pro *honoreuole*, onorabile.

Dant. Inf. v.

Ch' horreuol gente possedea quel loco.

HORSV. Vox hortantis. *Hora* pro nunc, *sursum*, vel *surge*, scilicet excitandi causa. Vel *ergo surge*, & te expedi.

HOSPITALE. domus publica peregrinis, & ægrotis excipiendis. *Domus hospitalis*, siue Xenodochium. Glos. Ξενοδοχεῖον *Hospitalium*.

HOSTE pro exercitu hostili. *Hostis*. Vtriusque generis, sed ferme sequioris. Boc. *Congregata vna bella, e poderosa hoste. Bandire hoste, fare hoste, por si ad hoste*, & similia pervulgata.

HOSTE. *Hostiere*. Caupo. Hospitarius, *hostiere, hoste*. Et *Hosteria*. *Hospiterium, Hospiteria, Hospitalaria*, & *Hostello*, *Hospitiolum*. *Hospitellum*. *Hostello*. Albergo. Dant. Purg. vi.

Ahi serua Italia di dolor hostello.

quanquam Galli pro palatio, etiam pro Regia accipiant. *Maistre d'hostel*, Maior domus, Præfectus Palatio.

HVSBERGO. Thorax ferreus, pectoris munimentum. Voss. L. II. C. IX. *Halsberga, vel halsperga, vox est Saxonica, proprieque significat thoracem ferreum, siue armaturam colli & pectoris, ab hals collum, & bergen, tegere, munire*. Glos. Theotisc. *Collicium, Halsberga*. Galli. *Hauberg, & Haubert, quod loricam è maculis, siue annulis implexis interpretantur. Asbergo*. Dant. Inf. xxvii.

Sotto l'asbergo del sentirsi presa.

I.



L. ille *ello, el, il. Lui*, Illius *illuius, lui*. Fœminino *lei*, quasi *illa, illa, illai, laia* per dialysin, ad discrimen lui, *leie, lei*. *Li* illi. *Loro* illorum. *Lo* illic. *Là* illac, *il quale* ille qualis, *la quale*, *illa qualis*, & sic de reliquis. *Il di che*, pro quamobrem, illud de quo.

ILLVIARE eadem licentia Dantes dixit, quasi illum eundem fieri, qua, *intuare*, & *immiare*, pro tuum, & meum reddi Loca obuia sunt.

IMBACCVCARE, & *Imbambacolato*, V. *Baua*.

IMBALCONATA, de rosa dicitur, cum scilicet folliculum aperit, & purpuræ honorem veluti de fenestra (Itali *Balconi*) ostentat. Aliud color *balaustinus*, aliud purpureus denotat.

IMBAMBOLARE. V. *Bambino*.

IMBANDIRE. Conuiuium instruere. Proprie, partes cuique suas assignare, nam *Banda*, vt supra diximus est pars, & partes olim in cōuiuio factas notum est. Ab eo igitur more vox ad hæc tempora durauit. Quanquam & nunc ex communi ferculo, partes cuique à structore diuiduntur. Quæ *Imbandigioni* appellantur. Nisi sit à *Bando* conuiuium indictivum.

IMBARAZZARE. *Impedire*. Transuersis palis, ac trabibus obstruere. V. *Barra*. Item *Imbarrare*. Ioan. Villan. *Imbarrattare le vie*.

IMBATTERE. V. *Battere*.

IMBASTIRE. V. *Basto*.

IMBOTTARE, est vinum defundere, à butta siue dolio. V. *Botte*. & *Embutto*. *Imbutto*. infundibulum.

IMBAVAGLIARE. V. *Baua*.

IMBOTTIRE est farcire, siue infarcire, à *botulo*, siue *botello* farciminis genere de quo alias dictum. Translatè ad vestes gossypio, aut alia re fartas. *Imbottitura*, fartura.

IMBRATTARE. Fœdare, conspurcare. *Impuritare*. Nam *imbruttare*, & *imbrattare* pro eodem accipitur. V. *Brutto*. *Imbratto* etiā colluvies, quæ suibus apponitur in alueo. Morgantes translate.

E nel paiuol si tuffaua all'imbratto.

IMBROGLIARE. V. *Broglio*.

IMMANTINENTI. adpræsens. Subito, nulla interposita mora. à *manutenente*. Quod quæ ad manum sunt ad præsens esse dicantur, vt Menagio demonstratum est. Galli *maintenant*. Quod etiam *Incontinente* dicunt. Quæ vox Latina. Glos. Ἐν τάχει. *In continente, quam cito, quam maturius*.

IMPACCIARE. *Implicare*, quod significat rem curare, aut se negotio immiscere. Boc. n. 98. 28. *Presupponendo ch' essi di niuno nostro fatto s'impaccino*. Et inuoluere, atque adstringi. Idem n. 17. 28. *Credendosi al suo piacer sodisfare se stesso, miseramente impacciò*. Dant. Purg. I.

Si torse sotto'l peso, che lo impaccia.

impedit, occupat. *Impacciata*. Impeditus, implicatus. Dant. Purg. xxi.

Per la impacciata via.

Pergamenus à pice, *Impeciato*, vnde quis ægre se expedit, & *impacciato*, vt D. Inf. xxii.

E noi lasciammo lor cosi impacciati.

Paulo supra *impaniati*, pice illiti. Potest etiam à pedica, quasi *impedicato*.

IMPANIARE. V. *Pania*, & *Appannare*.

IMPARARE. Discere. *Parare*. *Adparare*. *Apparare*. Parare se ad artem, & exercere. Vel de addiscere. Dant. Purg. xiii.

E for-

E fors' à lei sarà buon' s'è l'apparo.
Boc. LXXVII. 6. *La sua casa apparata, dauanti v'incominciò à passare*. Et *Imparare*. Nam parare, & præparare est meditari, commentari. Cic. de Clar. Orat. *Ad dicendum veniebat magis audacter, quam parate*.
IMPERO CHE. V. *Perche*.
IMPICCARE. V. *Appiccare*.
IMPIGLIARE. Intricare. à pilis, siue villorum implicatione. idem atque *inuiluppare*, à villis, & tricis. Dant. Purg. v.
Corsi al palude, e le cannuce, el brago M'impigliar sì.
Alibi translatè.
Perche l'animo tuo tanto s'impiglia,
Disse il maestro che l'andar allenti?
Impiglio, & *Impigliatore*, tricò, *imbroglione*. V. *Garbuglio*. Etrusci etiam *Acciarpare*, & *ciarpone*. *Incapigliare*, Veneti *incattare*, *carpigliare*, *ciarpare*, & *ciarpone*.
IMPIRARE. Filum immittere, *infilare*, *impirare*. Veneti *Pirone* fuscinulam appellant, qua cibus ori admouetur; quod in esculenta infigatur.
IMPIRIA. Infundibulum. Pes vtris, siue pediculum. Festus. *Amicinum. Vtris pediculum, ex quo vinum diffunditur*. *Pediclum*, *Pedrium*, *Pidrium*, *Pidria*, (ita Insubres) *Piria*, *Impiria*. Et *Penera*. Simplicius ab implendo, quasi *Impletorium*, *Impletium*, *Impirium*. Dicitur etiam *Imbutto*, & *Combutto*. V. *Botte*. Hisp. *Embudo*. non ab imbuendo, vt Coarravias, sed quòd in dolium, siue *botte* vinum infundatur. Vide & *Lora*.
IMPOI. Præter, hoc excepto. *Amplius*. *Amploe*, *imploe*, *impoi*. Calaber. Veterinaria. Cap. VI. *Le impoe da sauer*. amplius sciendum est.
IMPORTARE. referre. Nam ferre est portare. *Questo non importa, ne à me, ne à te*. Nec tua, nec mea refert. Pro *Valere*. *Importò cento feudi*. A more putandi, siue referendi in rationes. Pro indicare, significare. Petrarcha. Od. 47. *Che vogliono importar queste due frondi?* Quid referunt, quid sibi volunt? *Molto*, *È poco importa*. Magni refert, & parui.
IMPRESA. Inceptum. Et ipsum opus.
IMPRENDERE. discere, apprehendere, comprendere. Item aggredi, & aliquid faciendum suscipere. *Interprendere*. Item Inceptare. Villan. x. 98. *Imprendeua di fare il passaggio di Terra Santa*. Et VI. 60. *Ciò che per la detta Hoste s'imprese, venne loro ben fatto*. Lib. x. 71. *La sua impresa guerra*. VII. 54. *Anchora imprese tenza col Rè Carlo*. Inde *Intrapresa*, & *Impresa*. *Alta impresa*, *magnanima*. *Metterſi à impresa*. *Recare à fine l'impresa*, coepta perficere, Ex quo symbola, & Emblemmata, susceptum opus, ac destinatum ingeniose, & eruditè indicantia *Imprese* appellata sunt. Haud audiendus Erythræus, qui insignia galeę imposita *Imprese* dicta putat, ab impressione, quam nos strenue facturos in hostem pollicemur.
IMPRONTO. Signum, typus, nota nummis impressa. Ab imprimendo. Veteres *Imprenta* dixerunt. Et *imprentare*. quasi *Imprimitare*. Vil. VI. 51. *L'imprenta del giglio*. D. Par. VII.
Che da lei non si moue.
La sua Imprenta, quand' ella sigilla.
Pet. *La diuina bontà che'l Mondo imprenta*. Et Par. XXIII.
O' diuina virtù che si gl'imprenti.
Vil. VI. 22. *Da l'vn lato era imprentato il viso dell'Imperatore*. *Impronta*. Vil. XII. 52. *Moneta con l'impronta del Giglio*. Alibi. *Impronta dell' Imperatore*.
INAFFIARE. Adspergere, irrigare. Proprie *adflare*, leuiter adspergere, irrorare. Pap. *Afflare*, *aspirare*, *adspergere*. Cum scilicet leniter inspirando liquor ore spargitur. Quod & *sprunzare*, & *sbrufare* dicitur quasi *subflare*. Et *sbrofadelli* lagana ex farina roratim inspersa, vel ut veteres dixerunt, *insipata*. Qualia Insubres *menafaiti* appellant, farinæ inspersione densam, granorum congeriem, quasi *manufacta*: *siue coacta*. Postea *inaffiare* pro irrigare, atque humectare.
INCALZARE. Insequi, instare. *Calce premere*. Vt sit illud Virgil. V.
Ecce volat, calcemq; terit iam calce Diores.
Dant. Inf. XXIX. *Rincalzo*, pro fulcro, siue fulcimento posuit: e duobus ita connexis inter se, vt alter alterum regat, & sustineat. *All'hor si ruppe lo commun rincalzo*. Proprie est ad arborum radices terram aggerere, ac veluti calceare. Cresc. III. 17. *Et all'hora à presso del pedale la terra si ragunа, ouero si rincalza*. Et Lib. II. 23. *Acciò che per lo raccoglimento della terra, ouero rincalzamento la pianta innestata, si difenda*. Quia ergo terræ aggestione arbor firmatur, & fulcitur, translate, *rincalzare*, pro fulcire, & firmare. Dant. Purg. IX.
Lettor tu vedi ben com'i inalzo
La mia materia, e però con più arte,
Non ti marauigliar s'io la rincalzo.
INCALMARE. V. *Calma*.
INCANTO. *Incantare*. Auctioni subijcere. Subhastare, à præcone res venales modulata voce, & veluti cantu proclamante.
INCAPPARE. Incidere in laqueos, in insidias. Boccar. Nou. 77. *Mille lacciuoli ti hauerei tesi intorno à piedi, che di necessità ti conuenìua in vno incappare*. Alibi. *Incappare negli aggua-*

 ti,

ti, e nelle panie. Incippare. à cippo, siue laqueo, & tendicula, excipiendis feris. In cippum Induci, non à cippis sepulchrorum. Qui cum eminerent, nisi cęcus in eos impingere poterat. Iumenta quidem facile illidebant. Ceterum nequaquam in viis cippi, & sepulchra erant, sed in agris, ad orā & crepidinem viarum. Cippos autem capiendis feris dispositos occultè, notum est. Galli. *Acchoper,* & *Acchopement,* offendiculum. Glos. Isid. *Incippat: includit.* Quod tamen intelligi potest, *cippis includit.* Alii legunt *Illidit.*

INCARNATO. *Incarnatino.* Color roseus. Scalig. exerc. cccxxv. *Igneus rubicundior est, qui & rutilus dicitur. Nunc à carne Incarnatum vocant, qui valde est dilutus.* Veneti *Sguardo,* quasi ardens, qui color intensior. Erythræus ad illud. *Rosea ceruice. Niueum candorem, rubore sanguinis penitus diffusum, lingua vernacula à colore ipso corporis, incarnatum nominat, quod corpus hominis carnem vulgo appellamus.*

INCASARE. Veneti de carbonibus cum accensi sunt. *Candescere, incandescere, incausum. Incasarsi.* Nempe ab antiquo *Cando,* & *candeo,* vnde accendo, & incendo vt Voss. in Etymologico.

INCASTRARE. Tabulas, vel quid aliud cõmittere, inserere, compingere. Galli *A dents.* Compaginationes denticulatim commissæ. Qua voce *incastratura* vsus interpres Exodi xxvi. *In lateribus tabula, dua incastratura fiét, quibus tabula alteri tabula committatur.* Quod ita explicat. Papias. *Incastratura, tabularum compaginationes.* A *claustro,* veluti *inclaustrare.* Senec. de benef. L. vii. C. xxi. *Deinde per clostrum, qua se commissara laxauerat.* Petron. *Dum frater sororis sua automata per clostellum miratur:* quod alibi per *rimam improbe diductam.* Vnde & gemmæ auro inclusæ, *incastrate.* Galli *Chaton de bague.* Hisp. *Gaston.* Quod nescio quomodo à *castro* deriuauerint: sicut & *incastrare. A claudendo claustrum.* Nam proprie gemmæ auro includi dicebantur, & *Inclusores* aurifices. Hispani. *Engastar.* Cuius vocis quatuor notationes affert Coaruvias, nullam veram. Est enim *inclaustrare.*

INCASTRO etiam dicitur cataracta sustinendis, vel emittendis aquarum riuis, ad irrigandum. *Claustrum aquarum. Inclaustrum, Incastro.* Græcis Epistomia, claustra, siue obturamenta canalium, ab ἐπιστομίζειν quod significat os claudere, siue obturare. Hodie *claustra,* & *Inclaustra* Monachorum peristulia, & Cœnobij ambitum appellant.

INCENDIOSO pro amaro Veneti dicunt, quod linguam, & palatum veluti adurat. Ita *incendiosum* pro caustico, & corrodente apud Cœlium Aurelianum, & Apuleium de herbis legimus.

INCIAMPARE. Offendere, in aliquod impingere. Etrusci *Incespicare.* Vtrumque à *cespitando.* Boc. Filoc. *Alcani incespitando, & auuolgendo le gambe, caddero.* Equus cespitator qui sæpe impingit. Vel ab *incippare.* V. *Incappare.* Et *Scapucciare.*

INCIGARE est canes irritare. *Instigare.* Quod & *Issare* dicunt à voce qua instigantur. Dant. *Aizzare.* Inf. xxvii. *Più non t'aizzo.* Idest prouoco, irrito, vt Landinus.

INCHIOSTRO. Atramentum. *Encaustum,* vt docuit Barbarus ad Plin. L. xxxv. Cap. vi. *Erat vero vsta, qua primus Nicias vsus est, quod genus pictura dicitur Encauston, Plinio, Martiali, ceteris. Hinc ortum, vt vulgus atramentum librarium appellare ceperit encaustum.* Glos. Isid. *Sepia, Incaustum.* Ex Persio. *Et infusa vanescit sepia lynfa.* Pap. *Sepia piscis de quo fiebat Incaustum.* Galli *Encrè,* contracte, Angli *Inche,* Belgæ *inchet.* Quanquam Voss. pro *kinck* dictum putet de arte Gram. L. 1. 39. Hinc sacrum encaustum Imperatorum ex murice. L. vi. Cod. de diuers. Rescript. *Hanc autem sacri encausti confectionem nulli sit licitum, aut concessum habere. Encaustum,* & *encaustaria.* L. ix. Cod. de agricol.

INCINTA. V. *Encinta.*

INCOZZARSI, e *incuzzarsi.* Subsidere sarcinatorum, & Turcarum more complicatis pedibus sedere. *Incoxare,* ingenua sidere. Nonius. *Incoxare: in coxam sidere.* Pompon. Pannuceatis. *Neque interim cacandi causa vnquam incoxaui nate.* Infra. *Cossim dictum est, quasi coxim.* Pomp. Porcaria. *Hoc sciunt omnes, quantum est, qui cossim cacant.* Scalig. ad Festum. *Cossilires. Cossim pro coxim, est varicitùs.* Veneti *Cuzzo,* canum cubile appellant: quasi *Cubitium.*

INCRESCERE, & *Rincrescere.* Tædere. Hoc aliqui discrimen ponunt, vt *Increscere* sit dolore affici ob casus amici aduersos, & commiserari. *Rincrescere* autem, tædere, vel tædio affici. Sed vtrumque ab eodem verbo est. *Ingrauescere,* & tam grauis mihi est calamitas alterius, quam eius tædio afficior. Vt tædet me longæ disputationis, eam grauiter fero, & miseret me fortunæ tuæ, ea mihi grauis est, siue *grauescit,* & *ingrauescit.* Nam particula, In, addita seculo Latinitatis inferiori, vt Inculpare, Incriminari, & alijs huiusmodi. Dant. Inf. xxvii.

Non t'incresca restar à parlar meco
Vedi, che non incresce à me, & ardo.

Ne graue tibi sit, non tædeat te, hic nullus dolor, aut commiseratio. Et infra.

Ciò

Ciò che pria mi piacena, all'hor m'increbbe,
Tædium me eius cœpit, id grauiter tuli. Etiam pro commiserari. Purg. XIII.
A cui di me per caritate increbbe,
Vtrumque igitur ab ingrauesco, *incresco*.
Non igitur ab *Increscere*, augeri. Posset etiã ab *aegrescere* deduci. *Increscit* ægre fero, hoc ægrè mihi est. Isidor. Glos. *Ægrescit, aeidiatur*. Sed ingrauescere rectius videtur. Vnde *Pesare*, pro eodem. Dant. Inf. VI.
Mi pesa sì, ch'à lagrimar m'inuita.
Nou. ant. c. 15. *E diffelt, come li pesaua, che egli era stato tanto rinchiuso à disagio*. Ita & Hisp. loquuntur.

INDARNO. Frustra. Incassum. Vel ab *Inanum* corruptum est, vel vox Germanica vetus vt Lips. in ep. XLIV. ex Gloss. *Andran*, vel *Andarn*. *In vanum*. *Nonne Italorum est Indarno?* Videant acutiores.

INDIVIA. Intyba. Glos. Ἐντυβον. *Intiba*.

INDOVINO. Vates. *Diuinus*. Petron. *Ego diuinam putabam*.

INDVGIARE. Morari, prolatare. Ab *Induciys*, *Indugio*. *Indugiare*, *indutiari*. Vt aliis adnotatum.

INFIARE. Etrusci *Enfiare*. tumere, *inflare*. *Enfiato, inflatus*, Vulgo. *Bisinfio*. *Subinflatus*, *sufflatus*. Nonius. *Sufflatum dicitur proprie tumidum, & quasi vento quodam elatius factum*. Varro. Agathone. *Neque auro, aut genere, aut multiplici scientia sufflatus, quarit Socratis vestigia*.

INFINGARDO. Piger. Ignauus, à *non faciendo*, siue nihil agendo. Insubres *Infincifcio*. Lexicon Etruscum ab *infingendo*, hoc est infirmitatem simulando.

INGANNARE. Fallere: decipere. Salmas. H. Aug. pag. 290. χάνα, *Ganna, vnde gannare, & subgannare, deridere*. Vols. Etym. de perm. lit. *Ganna, vnde Gannare, & subgannare pro deridere à χάος, rictus oris hiatu maximo deducti*. Sed plus est decipere quam deridere. Nam vt *gannatura* sit derisio, quod veteres Glossæ confirmant. *Gannat* χλευάζει. *Gannator*. χλευαστής, χλευάζω. *Seduco, Increpo, Derideo*. χλεύη *Illusorium ludibrium*. Probabilius videtur, dictum esse quasi *Innanare*, *vanum*, & inanem reddere. Pap. *Frustrari, decipere, eludere, fallere, inanem reddere*. (Sicut inferior Latinitas dixit *Inanefacere*, pro abolere. Vt inane facere chirographum,) siue vana, idest falsa memorare. Vanare enim est decipere. Hispani. *Desuaneeer*, adulari. Nonius. *Vanans, dictum pro fallens. Vnde vanare, & inuanare, fallere, decipere*. Auius Alcmena. *Tanta vt frustrando lactans, vanans protrahit*. Et eadem tabula. *Sic illum vanans in angiportum deduxit*. Et. *Vanum est mendax*. Virg. I. *Ni frustra augurium vani docuere parentes*. Cic. L. I. de Offic. *Nihil enim proficiunt, nisi admodum mentiantur: nec vero quidquam est turpius vanitate*, idest mendacio. *Vanum, insidiosum, idest deceptorem*. Virg. 2. *Nec si me miserum fortuna Sinonem finxit, Vanum etiam mendacemq; improba finget*.
Vanare, vana loqui, idest falsa, mentiendo decipere, addito G. vt valere, *guarire*, vadanium, *guadagno*. Particulam autem *In* additam frequenter supra notauimus.
Contra, *Sgannare*, & *disingannare*, est deceptum ab errore reuocare. Dant. Inf. XIX.
Et questo fia suggel, ch'ogni huomo sganni.

INGEGNERO. Architectus. Nam ingeniũ pro artificio, & machinatione. Tertul. de pallio. Arietis machinam vocat, *nouum & extraneum ingenium*. Bignonus p. 529.

INGHISTARA. *Inguistara*. Vini mensura, & ipsa lagena. Puto factum ab *Hemisextarim*. Vel potius ab ipso *sextario*, siue enim XXIV. vncias vini caperet, vt quidam existimant, siue ferme XX, vt Agricola, non multum à vulgata vini mensura recedit. Vt ab *vnus sextarius*, factum sit *Inghistara*. Et *guastada*. Romæ *folietta*, quam Budeus, putat a fidelia factum esse, melius fortasse à phiala, *Phialetta*, & *foglietta*. Fabulæ antiquæ. 43. *Hauea due Inguistare di finissimo vetro*. Glos. Ἡμίξεστον. *Hemina*. & *Guastada*. quam Monosinius à Γαστροειδής deducit, alii à Germanico *Vvater*, Aqua. Vas aquariũ.

INGOIARE. Deglutire. Quid opus erat à *Glumia* reuocare, cum sit ab ingluttire, & quasi *ingulare*?

INGOMBRARE. Occupare, infercire, impedire, obstruere. *Incumulare*, vt Guyeto visum apud Menagium. Nam *combras* pro concædæ, & arborum strue apud veterem scriptorem est *Cumulus*.
Contrarium est *sgombrare*, id quod occupat, & obstruit auferre. Hist. Pist. 178. *Ciò che haueano in casa, sgomberarono, & mandaronlo alle Ville*.
Incumulare, *Incomlare*, *Ingombrare*. *Excumulare*, *sgombrare*.

INGORDO. Auidus, inexplebilis. *Ingurgitans* siue vt Festus. *Ingluuiosus*. Aliud est *Gurdus* pro stolido, quam vocem Hispanicam tradit Quintil. L. I. *Gurdus, quos pro stolidis accipit vulgus, ex Hispania duxisse Originem audiui*. Mirum est Hispania oriundum Hispanicam vocem ex aliorum auditione prodidisse. Nunc Hispani *Gurdum* pro pingui, & crasso accipiũt. Quod scilicet, vt obseruat Vols. L. II. 8. Pinguis pro obtuso sumatur. Isid. in Glos. *Gurdus lentus, inutilis, vt ferme sunt pingues*. Pap. *Gurga, inutilis, inepta, stulta*. Sed legendum *Gurda*.

Ceterum fallitur Coaruvias, qui *Gordo*, pinguem, quasi *lordo* dictum putat, à larido. Est enim ab *Ingurgito*. Nam *Engordar*, dicunt pro pinguefacere, vt in pullis altilibus. Quod Martial.

Pascitur & dulci facilis gallina farina:
Pascitur & tenebris: ingeniosa gula est.

vt nunc Iudæi anseres farciunt; Quod igitur auidissimum animal infercirent, & ingurgitarent, *gordo* pro altili pingue facto dixerunt, & ad hominem pinguem, siue crassum transtulerunt, *ingozzare*, & *ingbiozzare*, pro eodem, In guttur ingerere, ingurgitare, *ingordare*.

Inde etiam pro auaro, & pro inexplebili cupiditate. Et simpliciter pro cupido. Dant. Inf. XVIII.

Perche se tu sì ingordo
Di riguardar più me che gl'altri brutti?

INNANZI. V. *Anzi*.

INNESTARE. Inserere, *Insitare*, *insetare*, per metathesin, *innestare*. *Innesto*. *Insitum*. Galli. *ente*. Crescent. L. 11. 7. *E la piante che si inesta, trahe il nutrimento*. Infra. *Et il sugo si digestisse alla natura della pianta insetata*.

Quomodo id factum docet Casteluetrus aduersus Carum. p. 21. *La voce* Inserte, *che è Latina per lo verbo* Inserere, *dal qual nascendo il participio doppio nel Latino* insertus, *&* insitus, *si rifiutò nel vulgare* insertus, *& si prese* insitus, *per deriuarne due verbi, cioè* insetare *usato da Dante nel Conuito, &* inestare, *in questa guisa. Si tacciò d'* insitus *la vocale I di mezzo, & scostata la sillaba IN. dalle consonanti ST. la qual naturalmente non può star loro à canto, si disse, come è da credere*, inisto, *e poi* inesto: *onde s'è fatto il verbo* inestare. Simplicius est. *In insitare*, *Insitare*, *Inestare*.

INSALATA. Veteres ab aceto, acetarium, nos à sale appellauimus.

INSEGNA. Vexillum. Signum militare, *Insignum*; vel potius *insignia*. Glos. *insignia*. Ἐπίσημα.

INSEGNARE. Docere. *Insinuare*, vt Salmas. ad Hist. Aug. p. 101. & in Solin. p. 15. Cuius verba sunt. *Apud optimos, & vetustissimos auctores duo verba sunt eiusdem notionis, intimare, & insinuare. Vtrumque* ἐμφανίζειν, *vel* διδάσκειν, *declarare, vel docere, significat. Nam intimare, est quasi in intimo ponere, vel intimum facere, sic & insinuare, vnde nostrum ensegner*. Glossæ, Intimare, γνωρίσαι, ἐμφανίσαι. Insinuate, διδάξατε. Insinuatio, διδασκαλία. Salmasii sententiam confirmat Papias. *Insinuare, intimare, aperire, inserere, ostendere*.

Menag. ab *Insignare*, à *signo*, quod idem ac significare: per signa docere. Quod Coaruvias etiam antea monuerat. Quanquam præferat *Insinuare*. Germ. *Ansagen*, sapientem reddere. *Anzeigen*. *Berichten*. peritum facere. Vita Nicol. Laurent. *Che hinca de inzegnare li guarzoni lo Alfabeto*. Quasi ab Ingeniare. *Inzegnare*, *Insegnare*. Coaruviæ opinio verisimilior videtur.

INSI, & *insci*, Insubres pro Ita. *Insic*. Galli *Ainsi*. Brixienses. *Iesi*. *Hoc sic*, vel *Idsic*. Vel *Etiamsic*.

INSIEME. Simul. *Insimul*. Pap. *Simul aduerbium congregatiuum, unde componitur. Insimul*. *Insimule*, *insimble*. L. in R. *Insembre*; vt assimulare, *assembrare*, ineumulare, *ingombrare*. D. Inf. XXIX.

Fossero in una fossa tutti insembre.

Deinde *Inseme*, quod Insubres *Insema*. Infer. XIII.

Così di quella scheggia vsciua insieme
Parole, & sangue.

Postea Insieme. Galli. *Assembler*. Congregari: simul esse, & *Assemblea*, congregatio. Hispan. *Ensambler*. Neque tamen vox Gallica, vt Coaruvias, sed Latina, Insimulare.

Exempla vocis *Insimul* congessit Osius ad Morenam p. 30.

INSINO. In finem. V. *Fino*.

INSTRVMENTO. *Strumento*. Tabulæ publicæ contractuum. Chirographum. Glos. *Instrumenta*. Γραμμάτια; ἀσφάλισμα, δικαιώματα. *Instrumentum* ἐξαρτυσις, ἀσφάλεια. Γραμμάτιον. *Chirographum*; *cautio*, *Instrumentum*.

INTAGLIARE. V. *Taglio*.

INTAMARE. tabo, ac sanie perfundi. Intabescere. Vill. VIII. 78. *Vidi tutti i corpi morti, ancora non intamati*. Nondum in tabum soluta. Lexicon Etrusc. *Intamalità*. Illud non à tarmis, sed à tabo.

INTARSIARE. V. *Tarsia*.

INTENDERE pro Intelligere, antecedens pro eo quod consequitur. Prius enim est mentem, & aures intendere, siue attendere, quam intelligere. Tibull. L. IV. El. I.

Intentaque tuis precibus se prabuit aure.

Et illud Psalmi. *Fiant aures tuæ intendentes in vocem orationis meæ*. Nam *intendere* pro attendere. Dant. Inf. VII.

Et io che di mirar mi staua inteso.
Vidi gente fangose in quel pantano.

Et XXI.

Pur alla pegola tra la mia intesa.

INTERAME. V. *Entreglia*.

INTERESSE. pro commodo, & vtilitate. Quod in re mea est, siue mea interest. Deinde pro vsuris. Salm. de vsur. 176. *Compensatiua igitur omnis vsura, vt quod interest, pensitur. Hinc omnem vsuram in Idiotismo Gallico interesse*

resse *vocamus*. *Et pecuniam dare ad* interesse, *idest fænore. Qua res plus & minus recipit, prout magis aut minus sua* interesse *creditori contingit*.

INTIMA. Tela interior, quæ vestibus subsuitur. Per catachresim, *Intimela* tela exterior, quæ puluinis, & ceruicalibus super imponitur. Rectius Insubres *Fodrette*, quod extra, siue foras ponitur: sed in eo abusio est, quod vestium telam interiorem *fodra* appellant, vt vestem pellibus suffultam *fodrata di pelle*. Cum proprie *fodra* sit quod alij *coperta* appellant. V. *Fodro*.

INTIMARE, vt diximus in Verbo *Insegnare*, est declarare, aperire, docere, insinuare, immittere in animum, veluti intimum facere, cuius exempla apud Vos. Lib. IV. 10. Vide Glos. *Intimare*. Γνωρίζω, ἐμφανίζω, σημαίνω. Hinc pro indicere, denunciare, decretum Iudicis aperire, quidque agendum sit commonere. *Intimare le difese*.

INTOPPARE, Offendere, inobstaculum, impingere. *Intoppo*, videtur esse, quasi in oppositum, vnde *intoppare*, in obstantia incidere. Dant. Inf. XXV.

Sopra le spalle dietro della coppa
Con l'ale aperte li giaceua vn draco
Et quello affoca, qualunque s'intoppa.

idest in eum incidit. Et Purg. XXXIII.

Sicure d'ogni intoppo, & d'ogni sbarro.

tutæ ab omni oppositione, atque obstaculo. Nam *sbarro*, & *sbarra*, transuersæ trabes. Inf. VII.

Come fa l'onda la soura Carriddi
Che si frange con quella, in cui s'intoppa.

Et XII.

Et disse à Nesso, torna, e si gli guidi
E fa cansar, s'altra schiera v'intoppa.

In vos incidat, vobis obsistat.

Rectius fortasse fuerit à *titubare* illud deriuasse, nam qui offendit, vel impingit titubat, Virg. V. *Vestigia presso Haud tenuit titubata solo*. Titubare, *intitubare, intoppare*. Iudicent viri docti. Prius tamen magis arridet, nam Dant, Inf. XXII.

Alichin non si tenne, e di rintoppo
A gl'altri disse à lui.

Vbi *rintoppo*, est ex opposito, ex aduerso, contra, vt Interpretes explicant.

INTORNIARE. V. *Tornare*.

INTRAGNE. Intestina. *Interanea*. Glos. *Interanea*. Ἔντερα. Alibi. *Interna*. Ἧπατα. Plinius, & Scribonius non semel ea voce vtuntur. Hispani *entrañas*. Galli. *Entrailles*. V. *Entraglie*.

INTRAMBI. Dant. Inf. XXIII.

Si che d'intrambi vn sol consiglio fei.

Vtrambo. Vtrique.

INTRATA. *Entrata*. Introitus. Sed translate, pro censu, siue annuo reditu. Quidquid scilicet ex possessionibus, aut pecunia conficitur, & in domum infertur, quasi prouentus domum ingrediatur, & subeat.

INTRIGARE. Implicare. à *tricis*. Nonius. *Tricæ sunt impedimenta, & intricationes: &* Intricare, *impedire morari, dictæ quasi tericæ, quod pullos gallinaceos inuoluant, & impediant capilli pedibus implicati*. Plaut. Curcul. *Quod argentum tu mihi, quas tricas narras?* Et Epidico. *Aliqua ope exsoluam, extricabor aliqua:* idest ex impedimentis liberabor. Afran. Epist. *Ita intricauit huius hanc rem temeritas*.

INVESTIRE. Vox feudalis, de qua Bignon. 517. Grotius Lexico Gothico. *Vestire, non Latino significatu, sed Germanico* Festen, *confirmare, idest ius alicuius solemniter affirmare, vt sine vitio possessionem adipisci possit*.

Vestiture etiam dicta: confirmatio non in feudis modo, sed etiam Episcopalibus. Ea à rege fiebat per annulum, & baculum: illud fidei signum in feudis, istud subsidij, quod beneficiarius, siue vasallus, præstiturum se domino suo pollicebatur. De quo Vos. L. III. C. XVI. Et pro possessione. Idem L. III. Cap. LV. Vill. L. IV. 26. *E volea rifiutare, e restituire al Papa tutte le vestiture de Vescoui, & Abbati*. Quia verò traditione festucæ, aut virgæ possessio prædii, aliusve rei, vel honos aliquis, aut dignitas tradebatur, vt ex Marculfo patet, *Infestucare* idem erat atque *Inuestire*: & *Exfestucare, deuestire*, siue honorem abdicare, *renunciare, resignare*. De quibus Vos. L. IV. C. VII. atque optimus, & doctissimus Angelus Nuce Rossani Archiepiscopus ad Chron. Cassin. L. II. C. LXXX.

INVILVPPARE. Implicare, idem atque *Intricare*, à villis, siue pilis, & tricis. V. *Viluppo*.

INVETRIARE. Erythræus ad illud *Vitreisque sedilibus*. *Obiter*, inquit *admonendus est lector, quod iam figlina vitreare appellant, à tectorio quodam antiquis ignoto, quo penicillo vasis inducto, quasi vitro fictilia solidiora fiunt, & ne imbibant incrustari solent. Id loricare, & loricam eam incrustationem dicere non ineleganter possumus*.

INVOLARE. Furari. Glos. *Inuolat* κλέπτει. Κλέπτης. *Fur, Inuolator*. Κλέπτω. *Furo, Inuolo*. Cornel. Fronto. *Vola est medietas palmæ, vel pedis, vnde & inuolare dicimus*. Et. *Inuolat, qui in die venit. (idest palam furatur) surripit, clam, idest furtiue*. Hyginus. Fab. CXXV. *Cum Vlysses condormiret, socij inuolarunt pecus*. Vnde fortasse Gallicum *Voleurs*, prædatores. *Volerie*, excursio: ab inuolando. Optat. Mileu. L. IV.

Nun-

Nunquid de subducto vestimento, aut de innolato gremio? Cerda Adu. C. XXXVII. 74. *Innolato gremio, volare in gremium*, ridiculè. *Gremium* pro semicinctio, siue linteo gremiali, per furtum subducto, vt supra diximus. Vnde pro abscondere. Dant. Inf. XXVI.

Che nessuna mostra il furto
Et ogni fiamma vn peccatore inuola.

Idest celat, inuoluit, neque furtum detegit. Et XXIX.

Se la vostra memoria non s'imboli
Nel primo mondo dall' humane menti
Ma s'ella viua sotto molti soli.

Ne temporum præda fit, atq; annorum furtum. *Imbolio.* Furtum. Villan. Lib. x. 60. *Hauer Montepopoli per Imbolio.* Furto occupare.

INZARE. *Incominciare*, Insubres. *Initiari*. V. *Cominciare*, Hispani. *Decentar*, & *encetar*, quod est initiare, de initiare, obsonium frangere. Coaruuias ineptè ab inceniando. Iidem *Quitar*, demere, tollere, adimere. Non ab Hebræo, sed à *dequotare*, quotam partem demere, & detrahere.

IO. Ego. *Eio, io.* Sicut Galli. *Ego, gio, ge, Ie.* Hisp. *Iò.* & I? Dant. I. *I non so ben ridir.* Et. I mi son vn. Salmas. tamen de Hellenist: p. 376. *Bœoti Ἰωὶ pro Ἐγωὶ dicebant.* Γωὶ, vel γὼ, pro ἐγωὶ. *Deinde gamma in Iota mutarunt, & sic Iωὶ fecerunt pro γωὶ. Vnde Itali* Io.

ISCEDE. Facetiæ. Dant. Par. XXIX.

Hora si và con motti, e con iscede
A predicare.

Land. *Attendono à dir motti, cioè parole giocose, & scede.* Ergo *scede*, sunt, lcita dicta, lepores, & facetiæ. Nam scitum argutum, elegans. Cic. de Orat. *Scitum est enim, quod Carneades noster dicere solebat.* Et de Diuinat. II. *Vetus autem illud Catonis admodum scitum est.* Scita dicta, *scede* addito I. *Iscede*.

ISNELLO. V. *Snello.*

ISSA. modo. nunc. Dant. Purg. XXIV.

O frate issa vegg' io, diss' egli, il nodo.

Land. *Issa, al presente: e vocabulo Luchese. Hora: testè: adesso: mò. Anale, certo, fanta, biecora, secondo diuersi idiomi importano vna medesima cosa. Issa*, est ipsa hora *adesso*, ad ipsum tempus. *Hiccora*, hac hora. Inf. XXIII.

Che più non si pareggia mò, & issa.

ISTESSO. Ipse. *Epso, esso, istesso, istesso.*

IVI. Ibi. *Iue.* Vicentini *Liue.* Illic ibi. *Inaloga.* Ibi eo loco. Calaber. Lib. II. veterin. Cap. I. *Rompe fora per le gambe, fazando inaloga, vie, e buse per mandar la putredine fora.* Agrestes, *Illoga*, & *chinceloga. Chiloga, Chilò.* Hoc in loco.

L.



A, illa. *Là* illac, & *colà. Là*, etiam vox hortantis, & incitantis, locum quo eundum est ostendens. Non autem à *Lolla*, siue *Lallare*.

LACCA color rubens. Scalig. exercit. LXXII. *An est Cancamum ea, qua vtimur, Lacca? est. Arabes enim libri sic sunt Cancamum interpretati. Est autem Lacca nomen Arabicum: nempe* Lach *ipsi etiam nunc vocant. Quin communis India quoque vox. Nam quæ in Martabane India oritur, cognomen habet à loco appositum nomini, Laccomartabani. ibi enim optima.*

LACCA, ripa, crepido, vt Landinus interpretatur illud Dant. Inf. VII.

Cosi scendemo nella quarta Lacca.

à *labendo*, quod è locis præruptis facilis sit lapsus, quasi *Labica*. Quanquam & à *Labes* deduci possit, quæ voraginem, & hiatum significat. Sed clare Dant. Inf. XII.

Era lo loco ou' à scender la riua
Venimmo, al pestro.

Et infra.

Al piano è si la roccia discoscesa;
Ch'alcuna via darebbe à chi su fosse.
Cotal di quel buratto era la scesa
E'n su la punta della rotta lacca
L'infamia di Creti era distesa.

LACCA etiam pro crure, vulgus, *slacca*, & *slacchetti*. *Laquens* poplitis. pro crure, & pro coxa. *Slaccato* luxatis cruribus, & diuaricatis, Vulgus *tirare le slacche*, pro mori, calces extendere. *Dilacco* Dantes pro dilacero, aperio. Inf. XXVIII.

Guardommi, & con le man s'aperse il petto,
Dicendo hor vedi come mi dilacco.

LACHE', *Lacaio*. Seruus à pedibus, Cursor. Gal. *Laquai.* Germ. *Lackeyen.* quod videtur ab *agaso*, sicut *ragazzo*, vt sit *Lagaso, Lacaio.* Cursores phaleratos, & gregem cursorum memorat Petronius.

LACCIO, laqueus. Festus. *Lazzare*, laqueare, inlaqueare. Festus. *Inlaqueatum, atq; pro vinctò vtuntur, alij pro soluto.*

LADINO, *Latino.* facilis, item agilis solers, & expeditus. D. Par. III.

Si che raffigurar m'è più Latino.

Landinus, *facilius* interpretatur, à lato, idest largo. Nam lato spatio, facilior explicatio, & expeditio. Villan. Lib. x. C. XX. *Era Latino di*

dar

dar audienza, e tosto spedina. Facilis alloquio. *Ladino della mano*, promptus, expeditus.

LAGGIO *della moneta*. V. *Aggio*. ἀλλαγὴ, permutatio. *Aggio*, *l'aggio*.

LAGNARSI, lamentari, ora, & capillos laniare in luctu, & lesso. Inde conqueri, & *lagna*, noxa, propter quam quis lamentatur. D. Inf. XXXII.

Leuati quinci, e non mi dar più lagna. causam dolendi. Hinc etiam *lai*, lamentationes. Inf. V.

E come i grù van cantando lor lai.

Quod amantium carmina ferme flebilia, & elegi, querelarum pleni. Non à *lamio*, aut *lamento*.

LAICO. Laicus, popularis, opponitur illi qui sacris initiatus est. Item doctis, & literatis. Villan. L. I. *Accioche li laici, si come li alletterati ne possano ritrarre frutto*.

LAIDO. Fœdus, sordidus. *Illautus*. Gal. *laid*. Neque à Germ. *laidig*, quod detestabile; sed ab, *illautus*. A, *Turpiculatus*, deriuari nemo credet. Hispani. *Deslaydado, feo*. Fœdus, dislautus, illuvie obsitus.

LALA, *Lalla*. Nænia infantium, siue cantus nutricis hortantis infantem, vt lac sugat. *Lalla* enim est *latte*, vel latta. Pers. Sat. III.

Et similis Regum pueris pappare minutum
Poscis, & iratus mamma lallare recusas.

Vbi Vet. Interpr. *Nutrices infantibus, vt dormiant, solent dicere sæpe, lalla, lalla, lalla, aut dormi, aut lacte*. Ad quem locum Casaub. sicut antea ad Theophrasti Charact. retulit hunc morem nutricum, cum somnum infantibus, cantillando conciliant, quod Græci, βαυκαλίζειν, & βαυκαλᾶν dixerunt. Hesych. Βαυκαλᾶν, κοιμίζειν, τιθηνεῖν, παιδία μετ' ᾠδῆς κοιμίζειν. Hinc καταβαυκαλήσεις, nutricum cantilenæ, quibus infantibus somnus conciliatur. V. *Nena*. Idem adnotauit Ios. Scaliger ad illud Ausonij. *Nutricis inter lemmata, lallique somniferos modos*. Cum scilicet infantes hac cantiuncula somno declinant oculos. Et Turneb. Lib. XVIII. 34. Lallum deum fuisse credit, qui præesset næniis illis balbis, quas nutrices pueris occinunt, & pueros reddere coguntquod nulla litera fit, quam facilius pueri sonent, quam Lambda, vt *lallus* fit à frequenti liquidæ huius ingeminatione. Sed est à *lalla*, idest *latte*. Et L. XIX. 21. Locum Hieronymi adducit. *Forsitan & laxis vberum pellibus, mater arata rugis fronte, antiquum referens mamma lallare congeminet*, idest eosdem modos soporiferos iteret. Exemplum huius Næniæ, siue baucalismi extat apud Theocritum in Heraclisco.

LAMA. Lamina. Lamna. *Lama*. Vitr. VII. 9. *Ferrea lamna sumatur. Lamella*. Senec. de breu. vitæ. C. XII. *Et maiorem diei partem in argentosis lamellis consumit*. Veneti *mela*, pro ense. *Lamella. Homo della mela*: gladiator, armiger. Vulgus Insubrum *melazo*, & *marazo*, appellant gladium, aut cultrum obtusum, & rubigine exesum, Hisp. *Mella*.

LAMA, palus, & Lacuna. & *Landa*. Dant. Inf. XVIII.

Dico che arriuamo ad vna Landa,
Che dal suo letto ogni pianta rimoue.

Landinus, planitiem arenosam explicat. Et Infern. XX.

Non molto ha corso, che troua vna lama,
Nella qual si distende, e la impaluda
E suol di State tal hor esser grama.

Locum depressum, & humentem interpretatur: hoc autem loco *lacum* intelligi. Alibi, Antenorei barathri crepidinem *lama*, appellat.

Che mal sai lusingar per questa lama.

Festus. *Lacuna, aqua collectio, à lacu deriuatur, quam alij lamam, alij lustrum dicunt*. Vetus Codex. *Limam*. Et nescio cur Scalig. cacoethes corrumpendi Scriptores appellet. quod quidam λίμνην substituerunt. Nam Glossæ. Λίμνη, *stagnum, lacus, palus*. Licet enim eædem Glossæ, *Lama*, τελματώδεις τόποι, *loci paludosi*, non obstat quin *lama* sit à λίμνη. Imò verisimile est, Longobardos ab eadem voce, piscinam *lamam* appellasse. Diacon. de gest. Long. C. XV. *Et quia tum de piscina, quæ eorum lingua, lama dicitur, abstulit, Lamissio eidem nomen imposuit*.

LAMBICCO. Voss. L. II. C. II. *A lambix, vel alembix, vasis genus apud Medicos recentiores, voce hybrida. Nam vt ex ab articulo Arabico, & Græco μεγίστη, est almagestus, ex eodem articulo, & χυμεία, alchymia; ita ex articulo illo Arabum, & ἄμβιξ, est alambix, vasis genus. Ἄμβιξ est apud Athenæum Lib. xj. imò & Dioscoridem Lib. v. Cap. cx. cuius verba interpretatus Plin. L. xxxiij. C. vij. pro ἄμβιξ, calicem dixit. Hesych. χύτραν, κάδον, ollam, cadum*. Hæc ferme Voss. ex Casaubono ad Athen. L. XI. Cap. VIII. & Scalig. in Culicem Virgilij.

LAMPO. Fulgor, splendor. Græcum λάμπειν, *splendere*, barbari *lampare*.

LAMPREDA. Salm. ad Tertul. de pal. Lampredam, non Lampetram dicendam censet, & esse eandem cum mustella Ausonij. Non enim à lambendis petris dictam, sed à colore. Λαμπυρίς, λαμπυρίδος, quæ colorem habet λαμπυρίς, vnde lampyrida.

LANDA. Regio, & planities arenosa, vt supra notauimus. D. Purgat. XXVII.

Donna veder andar per vna Landa
Cogliendo i fiori.

Scaliger ad illud Ausonij. *Arenosas non dedignare*

gnare Vasatas, locum Sidonij adducit ad Tigrettium. *Tantumne te Vasatum ciuitas, non cespiti imposita, sed pulueri: tantum Syrticus ager, at vagum solum, & volatiles ventis alternantibus arena possident? Quinetiam*, inquit, *totum illum tractum Vasatium, vsque ad fluvium Aturrum, patria lingua vocamus* Landas, *hoc est, deserta, & inculta, sola, & syrtes*. Et Bodin. meth. hist. C. IX. *Germani regionem incultam* Land. *nos lande appellamus*. Voss. L. II. C. VIII. *At Lantgrauius est Grauius, siue Comes Landa, hoc est terra, vel prouincia*.

LAPPARE. Lambere, lambitare. Germ. *Lappen*. Glos. λάπτω, ἐπιλιχνεύς. *Lambo*. proprie de canibus. *Lappone*, linctor, catillo.

LASAGNE. Lagana. Λάγανον. Licet enim laganum, ex Hesychio, sit genus placentæ, ex simila, & oleo, siue vt Isidor. L. XX. C. II. *Latus, & tenuis panis, qui primum in aqua, postea in oleo frigitur*: transfertur etiam ad minutas quadras, & segmenta massæ tenuissime subactæ, & veluti in foliola conceptæ. Vox in sacris literis frequens. Exod. XXIX. *Lagana quoque azyma oleo lita*. Item Leuit. II. Turn. L. IX. C. XIX. huc retulit illud Horatij

Ad porri, & ciceris refero, laganiq; catinum. Laganum scilicet fictum farinaceum, quod in sartagine ex oleo frigebatur. Lambinus tamen *Lachani* restituit, idest oletis. Vterque tamen cibus facilis, & parabilis.

LASCIARE. Laxare, relaxare, relinquere, soluere. Hispan. *dexare*, non à desinere. Item *Buendexo*. Vltimus sapor, Itali, *che lascia la bocca saporita*. & *maldexo*, contrarium delaxare. Germ. *Lassen*, à laxare. Inde pro legare, heredem relinquere. *Lascito*, legatum. καταλείψις: nam qui relinquit, laxat, siue relaxat. Inferius æuum, dimittere. Gal. *Lais*, & *lascio*, & *lasso*, copula canum, quod laxatur, cum in feram immittitur, non à laqueo.

LASSO. *Lassus*, delassatus, defatigatus.

LASTRA. *Latastrum*. Latus lapis, quadratus, ad pauimenta, & tecta. Vel laterculum, *lastricare*, laterculare. Hisp. *ladrillo*, laterculum, *ladrillado*, lateculatum, λιθόστρωτον. Insubres *Astrico* lacunar appellant, à ligneis quadraturis, quas veteres lacus appellarunt. Villan. L. VII. *Si lastricarono in Firenze tutte le vie*. Non à *lapidastrum*; Galli *Paué*, à pauimento, & *Pauer* lastricare. *Latastrum*, à lapidis latitudine. Nam laterculum à lateribus. Illud igitur rectius. Licet lastra ferrea: *piastra*.

LATTARO. Lactarius, *latticini*.

LATTOLE. Scandulæ, assulæ. Germ. *Latte*.

LATTOVARO. *Electuarium*. Quod à Græco ἐκλειγμα, ἀπὸ τοῦ ἐκλείχειν, quod est delingendo euacuare. ἐκλεικτόν, *Electuarium*, vt Vossius Lib. III. Cap. XI.

LAVANDA. *Lauendula*. Spicum. De qua Scalig. exercit. CLV. Alij esse Virgilij *Casiam*, alij Plinij *saliuncam*, aut *hirculum*, aut *nardum Celticam* existimant; quæ sic dicta, quod in lauacris, ac lotionibus expetatur, vt Voss. adnotauit Lib. III. 18.

LAVARE. *Lauare la testa*. Obiurgare, redarguere. Artemidorus L. II. C. IV. *Lauare enim, abusiuè, redarguere veteres dicebant, velut alicubi Menander*. Si tu meæ vxori malè inde dixeris, Patrem tuum, teq; & tuos ego lauero; *hoc est redarguam. Vnde etiam his, qui deprehendi, & redargui timent, terribile est, vestimenta lota gestare, ac videre*.

LAVDO. Arbitrium, quod inter barbara vocabula à leguleis recepta recenset Budæus, ad Pandect. Alijs *Laudamentum*, pro collaudatione, siue approbatione Lib. I. de Feud. tit. XVII. *Per laudamentum sapientum*, idest, iudicium, & sententiam Iurisperitorum; vt ex Cujacio obseruat Voss. Lib. III. C. XVIII. Et ex Radeuico, de gestis Frederici I. Lib. IV. C. XI. *Accepto de hac petitione fideli laudamento*. Qui modus loquendi inde profluxit, quod qui iudicium alicuius probat, is fere illud collaudat; vt Voss. ibidem. Vox Venetis Iudicijs familiaris, cui contraria *Taglio*. Reprobatio. Resciffio.

LAVELLO. Tumulus. V. *Auello*. Alueus, alueolus. Vulgus Patau. *Lisello*, e *Nisello*.

LAVEZI. Lebetes, *Lebetij*. Non à lauando.

LAVORO. Opus. Laboratum, elaboratum, *laborium*. *Laboragium*, non ab agendo labore, sed *laboratum*, siue *laboraticum*. *Lauorio*. Villan. L. I. 2. *Il lauorio della detta Torre*. Hinc labarum, vexillum, de quo tam multa viri doctissimi vaticinati sunt; cum alij à finiendis laboribus, alij aliunde deriuarint, quę non attinet hic attexere. Nihil enim aliud fuit quam laboratum, *laborum*, & *labarum*; vtraque enim vox vsurpata; scilicet exquisito artificio elaboratum. A Constantino in Crucis honorem institutum, & exquisito artificio elaboratum. Imo & *labratum*, quod à labris, & osculis labratis; alij à lauro, quasi *laureatum* deduxerũt; nempe *laboratum*, *labratum*. Sacri vultus Imperatorum populis adorandi, auro nempe, atque insigni artificio expressi, & elaborati. De quibus fusius in Electis. Quod autem labrum exquisite elaboratum esset, vel vnus Eusebius docuerit, qui eius artificiũ operosè descripsit.

Item *labores*, & *laboratum*, pro bonis, & laborum fructu. Lex Salica Tit. XLVII. *Si obi aliquid elaboraust, quia legem noluit audire, amittat*. Marculf. Form. L. II. 7. *Tam de Alode, aut de comparato, vel de quolibet adtracta, vbi-*

vbicunque habere videor, & quod pariter in coniugium positi laborauimus. Vbi Bignonus ex Traditione Fuldensi hæc affert. *Notitia traditionis Hrangbothen, qualiter illic, pro æterna retributione elaboratum suum omne tradidit; hoc est porcos lx, vaccas vj, oues xij*. Et alibi. *Trado omnem laborem meum*. Insubres *lauoro*, rem quamlibet appellant.

LAZARETTI. Nosocomia pauperibus excipiendis, præcipue tempore pestilentiæ inducta. A *Lazaro mendico* nomen sortita, qui vlceribus scatens, cum frustra ab Epulone opē implorasset, in sinum Abrahæ translatus est.

LAZZO. Acerbus. *Acidus*. Dant. Inf. xv.

Et è ragion, che trà li lazzi sorbi
Si disconuien fruttare il dolce fico.

Crescent. L. II. C. VI.

LEA. Fœx aquæ desidentis, ac palustris. Gal. *Lie*, à limo, *limea, lea*. Vel quia amurca, *lia* appellatur. Pap. *Lia, amurca*, olei fęx. *Olea, lea*.

LEALE. Fidus, sincerus, ingenuus. *Ligius*, fidelis: *ligialis*. Nam vt Voss. adnotauit L. III. C. xx. *Liga* est fœdus, ab alligando, quæ & *allianza*. Ligij homines, quasi ligati, hoc est obstricti ad standum semper à partibus domini aduersus cunctos mortales. *Ligia*, eiusmodi obligatio. Chron. Camerac. L. III. C. LXVI. *Balduinum, cuius Ligius miles erat, dereliquit*. Bernardus Epist. CCCXX. *Nam illa die filij Petri Leonis, omnes simul humiliauerunt se ad pedes Domini Papæ, & facti sunt homines eius ligij: iurarunt ei ligiam fidelitatem*. *Ligantia*, & *ligiantia*, de quibus ibidem Vossius. *A ligio, legiales*, & *leales*, fidus, sincerus, & ingenuus. Inde fidelis pro ligio, siue subiecto. Vill. IX. 309. *Che fù vna gran crudeltate, vils gente, e fedeli (ligij) eto fare à loro Signore*. Iidem & *Leudes* dicebantur, qui fideles Regi sunt, & qui nulli præterquam Principi obnoxij sunt, vt Bignonus ad Marculfum docuit. Vnde & *ligium hominium*, siue *homagium*.

LEARDO. *Liardo*. Equi color. Scal. exerc. CCCXXV. 13. *Græci in equis meliorem colorem, balium vocant: Vnde Valus equus Belisarij. In quo si fulgeat nitor spadiceus, ab eo quasi ardore, Beliardum vulgus nominat: sicut à Gallica audacia, Galliardus nuncupatur is, qui fortiter adit pericula*. Vt Scaligeri sententia, *liardo*, sit à *baliardo*. Nam de *Galiardo* alibi dictū est. Idem exer. CCCXXV. 15. *In equis Glaucum Virgilius, leardum vulgus Italiæ*. A λευκὸς deducunt alij. *Albus*. Sed ita albus est, vt maculis nigris interstinguatur. At *liardo* pro nummo, est *liliatus*, cui lilia impressa.

LEANDRO. Frutex. Pap. *Arodandarum, arbor, quæ corrupte dicitur Lorandrum, eo quod similis lauro sit folijs*. Leg. *Arodendrum*, à *lorandro*, siue *laurodendro* est *Leandro*.

LECCARE. Lingere, à λείχειν. Germ. *lecken, ablecken, ablapen*. Lambere, *leccardo*, leccator, gulosus, Catillo, à lingendis catinis. *Leccapiatti*. Isidor. Glossar. *Leccator, gulosus*. Glos. vet. *Gulosus*. λιχνός. Insubres *lecoria*, gulosum appellant, præcipue pueros auidiores. *Ligurio, liguritor*. ἀπὸ τοῦ λιχνεύω, quod cum fastidio suauiores escas delibet. Nonius. *Ligurire, degustare: vnde abligurire, multa auide consumere*. Horat.

Semesos pisces, tepidumque ligurierit ius.

Catul. Priap.

De meo ligurire libido est.

Glos. *Ligurio*. λίχνος, λίμβος. Eædem Glossæ. λίμβος. *ligurius*, λίχνης, *linctor*. Et. λιχνεύομαι. *lambo*. (lambo) *ligurio*. λίχνος. *Gulosus, ligurius, Catillo*. *Lecoria*: etiam pro obsonio vnctiusculo.

Leccarda. peluis quæ cibis subijcitur, cum torrentur, excipiendo liquamini. Vel à λεκάνη *peluis*.

LECHON. Hisp. Porculus lactens. Lac enim *Leche*.

LECCIE. Illex, illice. *Leccie*. Villan. L. I. 24. *Trouorono sotto vn leccie vna Troia bianca*.

LEDEGO. Insubres, liquamen, præcipue anseris pinguedo ab igne distillans. Liquidum, *ledego*. An à *lecytho*?

LEGA. Fœdus. *Liga, liganza, allianza*. Gal. *allianze, alligantia*. *Alliatti*. Hispan. *alliados*, quod fœdere copulentur. Iustinus. *Legatis, per quos in societatis fœdere alligarentur, in bellum prorumpunt*. Videndus Voss. L. III. Cap. xx. *Liga Grisa*. Rhæti fœderati.

LEGA. Mensura itineris. *Leuca*, & *leuga*. Hesych. λευγὴ, μέτρον τι Γαλάταις. *Leuca mensura quædam Gallis*. Olim mille & quingentorum passuum: hodie bis mille, vt Vossio ostensum Lib. III. 19. qui à Saxonico vocabulo *Leach* deducit, quod lapidem significat, vt Romani, ad decimum, & vigesimum lapidem. Vossium recentiores libenter exscribunt. Sed Bochartus, ab Eleph-canum, mille cannæ. Vide L. I. Geogr. 42.

LEGA etiam, & *liga*, pro metallorum mixtura, ac veluti alligatione, & nummorum materia. Gal. *alleage*. Dant. Inf. xxx.

Iui è Romena là, don' io falsai
La lega suggellata del Battista.

Florentinorum nummos Io: Baptistæ nota excusos. Et Parad. XXIV.

Assai ben è trascorsa
D' esta moneta già la lega, el peso.

LEGGIADRO. Comptus, ornatus, vrbanus. A *ligijs*, de quibus in *leale*, qui ferme nobiles, ac proceres, & ideo cultu insignes: &

moribus cultum ornantibus. Alij à λόγης, elegans.

LEGGIERO. Leuis, leuior. *Leuiarius. leuiero, leggiero*. Veteres enim *alleuiare* dixerunt. Agretius. *Eleuamus, & qua in altum extollimus, & qua alleuiamus*, ideſt leuiora facimus. *Allegiamo*. Fruſtra Bodin. in methodo, Celticam vocem putat. Hiſp. *Liuiano*, homo leuis, vanus, & inſtabilis, ab eodem. Et pulmones, ijdem *Liuianos* appellant, à *leuitate*, quod animæ ſpiracula ſint.

LEGNAGGIO. *Lignaggio*, ſtirps, proſapia, à ſtemmatis lineis, & flexuris. *Linea, lineatio*. Gloſ. σειρά γένους. *Linea*. Papias. *Propago, progenies, ſtirps: linea, originis, vel vitis*. Cornut. in Perſ. Sat. III. *An oportet te arrogantia inflatum diſſilire, quod in aliquo nobili Tuſco ſtemmate milleſimus à magno auctore numereris, & ramum aliquem, ac lineam ſucceſſionis, à genealogo, in ſtemmate numeratus obtineas?* Hiſt. S. Trudonis. *Claris, & diuitiarum gloria pracellentibus natus maioribus, tanta cœpit pietate, & religionis gratia floreſcere, vt lineam nobilitatis, nouo quodam virtutis genere longè ſuperauerit*. Quanquam & à *ligno*, ſiue *ſtipite*, ex quo gentis propago. Quare & arbor generis dicitur. Perſius. *Ramum milleſime ducis*. Vnde *allignare*, & *tralignare*, degenerare. Germ. *Geſchlet. Schiatta*.

LEGNAME. Materia. Ligna, *lignamen*. *Legnaro*. lignorum ſtrues. Gloſ. *lignarium*. ξυλοθήκη, vbi ligna conduntur.

LEGNI. pro nauibus. Protoſpata. 125. *Venerunt in Regno Rex Catholicus, & Regina, cum quatuordecim triremibus, & alijs lignis*.

LEGORINO. Auicula. *Lugarino*, lygurinus.

LEGORITIA. *Glycyrriza*.

LEGVRO. *Lacertus*. Hiſp. *Lagarto*. *Legurius, ragagno, Leguro*. Inſubres. *Leguzzo*, & *Ghezzo*.

LEI. Cum de fœmina loquimur. Illius. *Lei*, ad ſexus diſtinctionem, *lei*, Illa, Illæ, *luia*, *lei*, pro illius. Caſus apud Italos, omnibus caſibus inſeruit. Sicut quartus Hiſpanis. Eadem ratio in *lui*, & *loro*. De quibus ſuo loco.

LENA. Per metatheſim, anhelitus. *Anhela, lena*. Gal. *halcine*, & *halaine*. Hiſp. *anhelare*, & *aleniare*, anhelitare: ab halando, ſiue anhelando. *Aliento*, anhelitus, *tomar aliento*, recipere anhelitum. Lādinus ad illud D. Inf. XXIII.

Che con lena affannata.

Lena, ait, eſſe quam latine reſpirationem appellant, ideſt quietum, & tranquillum anhelitum. Qui cum placide ſpirat, homo vires conſeruat. Sed ex nimia, aut corporis defatigatione, aut perturbatione animi, crebrior, & anguſtior reſpiratio exiſtit. Quare, qui in aliqua exercitatione minime defatigatur, Itali dicunt, cum *hauer lena*, ideſt vires, ac robur. Dant. Inf. XXII.

E poiche forſe li fallia la lena
Di ſe, e d'vn ceſpuglio fece vn groppo.

Vigor, ac ſpiritus deficiebat. Et XXIV.

La lena m'era del polmon ſi munta,
Quando fui sù, ch'i non potea pu oltre;
Anzi m'aſſiſi nella prima giunta.

Ex nimia defatigatione, & laboris æſtu, adeo vitæ ſpiracula exaruerant, vt vltra progredi, & ſpiritum reciprocare vix poſſet, atque ita defectus viribus ſedere cogeretur. Paulò poſt.

Leuam' allhor, moſtrandomi fornito
Meglio di lena, ch'i non mi ſentia:
Et diſſi, và, ch'i ſon forte & ardito.

Purg. IV.

E quella angoſcia,
Che m'anacciaua vn poco anchor la lena,
Non mi impedì l'andar à lui.

Nam vt Landinus explicat, aucto in aſcenſu, calore, pectoris anguſtia crebros anhelitus accelerabat: neque tamen impediebat, quominus progrederetur. Optime autem quis, illud Dantis, initio operis, *con lena affannata*, expreſſerit verbis Horatij. *Sublimi fugies mollis anhelitu*. *Affanata* autem eſt à Græco ἄσθμα. Anhelitus, halitus, difficultas ſpirandi, ſuſpirium.

LENGVATTA. piſcis. *Lingulaca*. Βουγλώσσος. Solea; πετάλιον. *Sfogilo*.

LENZA. Lintea: *Lenzuoli*, linteola. pro retibus, quæ latinis *lina*. *Linea*, filum piſcatorium, cui hamus appenditur, omnia peruulgata.

LEO. Venetis, balbutiens, blæſus, *leus*, *leo*.

LEONATO. Color. Scalig. exercit. CCCXXV. 12. *Obſcurior flauo rufus, rufo fuluus. Rufus in boue eſt, fuluus in leone. Hunc in pannis leonatum vocant Itali*.

LERCI. *Lurci*, lurcones. pro guloſo, auido. D. Inf. XVI.

D'vn medeſmo peccato al mondo lerci.

Et XVII. *Et come la tra li Tedeſchi lurchi.*

LERZA. Vibex. Flagelli veſtigium. *Lorum, loritium*. Lori vibex.

LESEGNO. Panniculus, qui vulneri inditur. *Lacinium*. Item lini coma colo implexa. *Leſegno*, à lana ad linum translatum.

LESINA. Subula. à Germ. *Alſen*, elſen, *aleſina*. Gal. *Aleſne*. Hiſp. *Aleſna*. non à lædendo, vt Coaruuias: nam eodem modo omnia ferramenta appellari poſſent. Multo minus ab *Acu*.

LESTO. Agilis. Arrectus. *alleſto*. *Star all'erta, alleſtirſi*.

LETAME. *Ledame*. Fimus. Quòd faciat lætas ſegetes.

LETTERA. Scriptura, manus, chirographum. Salm. de vſuris. 138.

LETTIERA. *Lectarta*. Marculf. 255.

LET-

LETTORINO. *Leggio*. Analogium. Pluteus, in quo libri legendi reponuntur. *Lectorium*. Isidor. Gloss. *Lectrum, analogium, super quo legitur*. Vossius corrigit, *lectorium*. Ita Anastas. appellat in Leone III. Alij *legium* appellant.

LETTO *del vino*. Fœx. Barb. in Plin. Lib. x. 15. *A coeton, hoc est siue retrimento, sedimentoue, quod hodie quoque rustici lectum, stratumve, ac cubile in vino appellant*.

LEVATA. agger; via erecta, siue eleuata. Vitru. Lib. v. 12. *Expediantur progressus*. Philander. *Progressus appellat aggerum illam continuatam seriem; quem nos ab elata terra*, leuatam; *dicimus*.

LEVATO. *Lievito*. Fermentum, leuamentum; quod eo massa eleuetur, siue turgescat. Pap. *Fermentum, leuamentum, à feruore dictum*.

LEVRIERE. Canis leporarius, *lepriere*.

LEVTO. *Liuto*. Testudo, à Germ. *laute*. à *lautsen*, idest sonare, resonare. Vt Voss. L. II. II. Belgæ *luyden*, & *luyte*. Fortasse à *ludo*. Hodie etiam Galli dicunt, *Gioner du lent*. Ab hoc; *laudis* pro cithara, apud eundem ibi. Scalig. ad Manil. 424. 18. *Hispani à Mauris hoc instrumentum vocant* laud. *Hoc enim est alland*; Arabicè.

LEZZO. Fœtor, Putor. *Oletum*.

LIBARE. Veneti dicunt nauem, mercium parte exonerare, à *libando*. Chr. Venet. *Non potena intrar in porto, se non libaua*. Vt Lucret. L. VI. *Humoris paruam delibat ab æquore partem*. Nam libare, & delibare, vt notat Gilanius, est decerpere, deminuere, auferre. In Pandectis. *Legatum est delibatio hæreditatis*. Gell. L. v. 8. *Cœnas delibari*. Inde apes libare flores, & mel dicuntur.

LIGIO. Vox feudalis, pro subiecto. Vassallo. Vt Vossius; *à liga, ligij; quasi ligati, hoc est obstricti ad standum semper à partibus Domini, aduersus cunctos mortales*. V. *Leule*.

LISCA. V. *Resca*.

LISCIO. Læuis, planus, ac politus. *Leuis, leuissio, liscio*: Vel à *lingendo*.

LISTA. Fascia, institia, margo: Vel à *limbo*; vel à *linea*, vel à Germ. *lyste*. Scalig. ad Copam, censet esse ex λίσσα. Gloss. *lispo*, γραμμή. Vnde *sublesta pictura*, quæ Græcis ὑπόλευκοι, hoc est, μονόγραμμοι. Eædem Glossæ. *Lista*: ἡ ἐπὶ τοῖς ἀρμοῖς χαμαὶ γραμμή. Pro ἀρμοῖς Voss. legit, ἀροσίμοις, vel ἀρότοις. Vox frequens apud scriptores inferioris æui, præcipuè Anastasium, quorum loca adducit Voss. L. II. 12. & L. III. 20. Anast. in Leone IV. *Fecit super altare maius vestem de fundato, cum cruce in medio, & gammadijs, & in gyris listam de fundato, vnam*. Vbi clare apparet, fuisse limbum, siue laciniam, & institam oræ adsutam; vel intextam. Etiam pro meta, seu limite regionis, apud eundem. Ita *lista* pro segmento, siue Institia. Dant. Inf. xxv.

Fersi le braccia due di quattro liste.

Quod brachiis duo serpentis crura affixa erāt. Et Purg. I.

Portaua, e suoi capegli simigliante,
De quai cadena al petto doppia lista.

Veluti duplex capillorum tænia, siue crines hinc inde in pectus dependuli. Pro *linea*. Idem Purg. IV.

Che da mezzo quadrante à centro lista.

Vbi Consule Landinum. Pro fascia etiam Papias. *Fasces erant lanista*. (L. Listæ) *idest fasciola purpurea, quibus redimibantur coronæ lauri, quas qui gestabant, in summis fascibus, idest dignitatibus positi dicebantur*. Quanquam in notatione fascium ineptiat.

Lista etiam, album, siue Indiculus, in quem nomina referuntur, officiorum militum, debitorum, quod angusto margine, institam, & segmentum referat. *Capilistij* gens Patauij antiquæ nobilitatis. Alias *Forzatelli* dicti.

LIVIERA. Vectis, à leuandis oneribus. *Lena, sottolena*. Baldus. Vitruv. LIX.

LIVELLO. *Libella*. ad libellam exigere, *linellare*. Libella, *linello, niuello*; perpendiculū: amussis. Plin. L. XXXVI. Cap. XXII. *Structuram ad normam, & libellam fieri, & ad perpendiculum respondere oportet*. Distinctè Budæus ad Pandectas. *Normam nostri quadram vocitant, libellam, niuellum, perpendiculum, plumbum*. Vitruvius Lib. I. I. *Normarumque, & librationum, & linearum directiones*. Idest, vt Philand. *Libramenti quod perficitur libella, instrumenti genere, quo ad regulam vniuersa, quæ in plano iacent coæquantur*. Et Lib. VII. de tectorio Opere loquens. *Longitudines, ad regulam, & lineam: altitudines ad perpendiculum: anguli ad normam respondentes exigantur*. Philand. *Vtuntur etiam libra; quæ & libella dicitur, ad directiones exigendas. Nostri* Niuellum, *Itali partim* liuellum, *partim Arcipendulum nominarunt, sicut quod ad perpendiculum esse dicimus, id esse aiunt factum ad plumbum. Ideo autem à* libra *nomen inuenisse docet Baldus ad Vitruuium, quod librarum, lanciumve iugum innititur; dum neutra pars declinat, sed æqualiter pendet. Videtur autem in libra id esse examen, quod in libella, perpendiculum*.

Inde *linellare*, pro collimare, siue collineare, Galli *alligner*, veluti *adlineare*, ad lineam dirigere. Intubres *schioppo di linera*, ad collineandum, siue scopum feriendum. Pap. *Linellus, linelus, de plumbo*. L. *libella de plumbo*, pro perpendiculo.

Item LIVELLO. *dare à linello, & linellare*

lare, Itali dicunt, agrum, aut ædes, sub certo censu alicui tradere, interposito chirographo, siue *libello*. Doctissimus Angelus de Nuce, Archiepiscopus, ad Chronicon Cassinense, verba illa explicans. *Hic Abbas fecit libellum quibusdam hominibus de Termule, de omnibus rebus S. Benedicti, quas ibi possidebamus, pro censu xiv. solidorum, & medietate totius portionis*. Et infra Cap. XLV. *Libellario nomine ad censum concesserant*. Obseruat, contractum libellarium esse, eum sub vili pensione, seu censu, rem aliquam alteri, vel perpetuo, vel ad certum tempus, renouando contractu, vtendam quis concedit, interueniente chirographo, seu breui scriptura, vnde nomen *libellus*. Adiicit, in quo ab emphyteosi differunt. Vnde *libellatici*, *libellarij*, & *libellatica* ipsa pensio. Greg. L. II. epist. XLII. *Sed ipsa etiam libellatica, prout summa pensionis fuerit, moderentur*. Plura congessit Menagius.

LIVREA. Colorum insignia in vestibus familiæ. Menagius in Origin. L. Gallicæ, à *liberata*, deriuat. Ex Altaserra L. III. C. II. Cuius verba sunt. *Libratas dixerunt id genus vestiū, quod annuatim die solemni, eas liberarent suis, idest erogarent*. Item ex Costæo ad Leg. Quoniam, Cod. de Testibus. *Exhibitio in libris Iuris, vsurpatur pro alimentorum præstatione, quæ & liberatio dicitur, in veteri diplomate Philippi audacis, Regis Franciæ, quo Capellanis Capellæ Regiæ Parisiensis concedit, ad prandium, vel ad cœnam, vnam liberationem integram, videlicet viij. denaratas panis, vnum sextarium vini, de vino quod militibus liberatur, quatuor denarios pro coquina, & xij. Frusta minoris candela, in perpetuum. Et ita apud veterem Auctorem Historiæ Francicæ, passim legimus. Il bauet tant, d'hommes à se liuranee. Quos scilicet exhibebat, vel liberabat, idest, quibus necessaria subministrabat. Ideoque hodie, hac voce liuree, vtuntur. Videlicet hi, qui erant ex eadem familia, & ex eadem habitatione, vestibus eiusdem coloris vtebantur, quod pauci animaduertunt*. Addit, hanc vocem *libratam*, extare apud Valsinganum, in Vita Henrici IV. *Et quod ipsi, nec dignis illorum det libratas, vel signa*. Et librare, idem esse, ac dare, donare. Capitularij Caroli Calui. p. 446. *Post hæc lecta capitula, dedit omnibus licentiam, cum Dei gratia, & sua, redeundi ad propria, exceptis his, quos specialiter, pro specialibus causis considerandis, vel pro dona liberanda, secum, aliquantis diebus manere præcepit*. Ad quæ Sirmondus. *Liberare hoc loco est dare, quod alij deliberare, deliurer*.

Quæ notatio si vera est, *liberata*, non à liberando, sed à liberalitate profluxit, vt liberata, & liberatio, sit liberalitas, siue congiarium, & liberare, vt sic dicam, liberalitare, liberaliter largiri, liberalitate augere. *De vino quod militibus liberatur*, quid Princeps largitur. Et *liberalitates* pro donis, & congiarijs, sæpe apud veteres occurrunt: sicut *exhibitiones*, omnes à Principis liberalitate. Inde tamen colorum varietatem, qua eiusdem familiæ Serui distinguuntur, elicere non possumus, & longe petita videtur originatio.

Sit hæc simplex coniectura, vel potius diuinatio. Quod enim vestes huiusmodi institis, fascijs, & limbis versicoloribus distinctæ sunt, suspicor à *limbis* etymon formatum, vt sit *limbaria*, *limberia*, *librilia*, *liurea*. Constantin. Tactic. Κασσίδας ἐχούσας ἄνωθεν ἐις τάς κορυφὰς τυφία μικρὰ, ἤγουν λιβρία. Cassides habentes in summitate Tufias, idest *librilia*. Rigaltius in Glossario, *Liuree* reddit. Tuphæ autem, & flammulæ, tæniolæ, institæ, ex galeis, & hastis dependulæ, ferme rubræ: de quibus Idem. Sidonius L. IV. 20. de comitatu Segimeris. *Viridantia saga, limbis marginata puniceis*. Vndecunq; dicta sit, pro certo habeo, morem hunc à veteribus Circi factionibus deriuatum, Veneta, Prasina, Alba, & Russata: ita vt qui vni ex his factionibus fauerent, eius stadio colorem qui illius peculiaris esset assumerent. Atque ita secutis temporibus, tum Insignibus Gentilitijs, tum familiæ vestimentis, colorem cæruleum, aut porraceum, siue viridem, rubrum, aut album, eodem studio præferrent: alij etiam mixtos inter se. Sic olim, teste Plinio X. 24. Cæcina Volaterranus, Equestris ordinis, quadrigarum dominus, hirundines comprehensas in Vrbem secum auferens, victoriæ nūcias amicis mittebat, in eundem nidum remeātes, illito victoriæ colore; idest, eius agitatoris, qui palmam reportauerat, siue Venetus fuerat, siue Prasinus, colorem earum pennis illinebat, vt tabellarios victoriæ nuncios præcurrerent, & ex earum colore, penes quam factionem victoria stetisset amici intelligerent. Male Pintianus corrigit, illitā victoriā colore. Quænam enim ista victoria? Sed ille plurima in magno Scriptore peccat.

LIZZA. Hippodromus. *Liceia, Steccato*. Germ. *Renn platz*, ab arena, siue amphitheatro. *Stecchan, steccato*. Agon, locus certaminis, à palis, siue sudibus, quibus septum, *palicium, licium, lizza*. Villan. L. XII. C. XCV. *Tre campi affossati, e steccati intorno, e dentro dalle licee, si potea andare dall'vn campo, all altro*. Et infra. *Fece schierare sua gente dentro alle licee*. *Lizza* etiam tabulatum hippodromum interseeans, ad equitum hastis decertantium incursum dirimendum. *Entrare in lizza*, descendere in arenam, *e fuggire la lizza*, certamen detrectare.

re. Non autem à Græco λίασος, quod planitiem, siue aream significat. *Lizza* autem proprie tabulatum, aream interfecans.

Lizze de Soldati, acies in ordinem dispositæ. Ab *licio*, hoc est filo. *File d'ordinanza*, licia, *star in fila*, licium, & linea militaris. Acia enim est *filum*, siue *licium*.

LIZZARO. Liciarius, *Lissaro*, qui pectines textorios conficit, quibus *licia*, siue fila, & stamen discriminantur. Vnde iugum, *liciatorium*.

LO', ab *illo*: more scilicet Italorum, qui à sexto casu omnes alios formant.

LOCO. Stupidus. Hisp. pro insano. V. *Alocco*. Gel. L. XVI. 12.

LODOLA. Alanda, *alaudula*. Suet. Cæsare. *Qua fiducia ad legiones, quas à Rep. acceperas, alias priuato sumptu addidit. Vnam etiam ex Transalpinis conscriptam, vocabulo quoque Gallico (alauda enim appellabatur.)* Pap. *Landula, alauda*. L. *Laudula*. *Capelluta*. Galerita. Plin. L. 11. Cap. XXXVII. *Ab illa Galerita appellata quondam: postea Gallico vocabulo, etiam legioni nomen dederat, alauda*.

LOGGIA. Mœnianum. Pergula. Locus editior. ambulacrum. sine dubio à Græco λογεῖον, logeon, vt Monosinius Gloss. λόγιον τὸ ᾧ θεάτρῳ. *Pulpitum*. L. λογεῖον. Vitruv. L. v. 8. *Ampliorem habent Orchestram Græci, & scenam recessiorem, minoreque latitudine pulpitum, quod λογεῖον appellant. Eius logei altitudo, non minus debet esse pedum x, non plus duodecim*. Pollux. L. IV. C. XIX. Alio modo Βωμός, & Βῆμα, idest suggestum, gradus. Hinc etiam extra Theatrum loca editiora, mœniana, & ambulacra, *loggie* dicuntur. Item loca in foro, in quibus Hasta, & rerum venalium auctio exercetur. *Loggia*, *loza*, *e lozetta*. Insubres *lobiam*, mœnianum appellant, solarium, & apricas pergulas tectis impositas, à palis, *baltresche*. Ita & Germani *laube*. *lobium*, apud Godefridum Monachum. *Solus quodam Lobio, cum Episcopo Spirensi remansisset*. Vtrique à *logio*, siue *logeo*. Pap. *Scena, Theatri locus: nunc arborum cacumina, vel densitas ordinata. locus quasi lobia*. Patau. *lodia*. domuncula publicanorum. Statut. *Debeant sedere, vel stare sub Casella, seu Lodia posita in capite Pontis Molendinorum*.

LOGIE. Nugæ. Fabulæ. *logi*. Terent. Germ. *luegen*.

LOGORARE. *Lacerare*.

LOGORO. *Logra*, *lotra*. Vinculum, quo accipitres, & falcones alligantur. Lorum. Item lorum, additis alis, instar auis efformatum. Dant. Inf. XVII.

Come 'l falcon, ch'è stato assai su l'ali
Che senza veder logoro, ò vcello
Fà dire al falconier, oime, tu cali.

Aucupes enim lorum, plumis in auis figuram effictum, aut pastum ostentando, accipitres reuocant. Sicut translate idem. Purg. XIX.

Gl'occhi riuolgi al logoro, che gira
Lo Rege eterno, con le rote magne.

Gal. *leurre*.

LOLIA. Grani tunica, cortex, apluda. Recte Menagius à λέπω, quod est decortico, λοπὴ, *lopa*, *lolla*.

LONTANO. Longinquus, *longitanus*, *lomano*. Diuturna. D. Inf. 11.

Di cui la fama anchor nel mondo dura,
E durerà quant' il mondo, lontana.

Contrarium, *prossimano*. Idem. Inf. XXXIV.

Nel corpo suo, è d'vn suo proximano.

Hic tamen accipitur pro affini, & propinquo. Cresc. VII. 1. *Mà se sarà prossimano à natura di palude*.

LONTRA. *Ludra*. *Ludria*. Lutra. Scalig. exercit. CX. 3. *Lutra est Enydris nota omnibus, à Fibro, siue Castore longe alia: ne decipiaris à Varrone, qui confundit*.

LONZA. Lea. Leo fœmina, quasi *Leonitia*. *Lonza*. Menagius pro Panthera, à lynx, lyncis, *lyncia*, *lonza*.

Item *lonza*, caro vitulina, à lumbis, *lumbitia*, *lumbica*, *lunca*, *lonza*. *Lonza di vitello*.

LORA. Vinum acinacium, posca. Turn. L. x. 18. *Cato de re rust. C. CXLVII. Vinaceos illotos vocat, e quibus non est facta lora. Lora enim fit, vinaceis aqua perfusis, quod est lotis*. Rustici *lauandinam* appellant, *& graspia, à racemis lotis*.

LORA item infundibulum. *Lura*. Festus. *Lura; os culei, vel etiam vtris, vnde lurcones, capacis gulæ homines*. Scalig. notat, *loram* ab Ausonio poni pro ipso vtre, in Periocha decima Odysseæ, quod Homero, ἀσκός. Turn. Lib. VI. 17. *Luridum colorem existimauerim appellatum, à similitudine coloris luræ, idest vtris coriacei, atque adeo à similitudine corij*. Sed luridum est à *loro*, idest flagellorum vestigijs, & vibicibus liuidis, quasi *loridum*. Itali *lenza*, quasi loritia.

LORDO. Etrusci *Ordo*, sicut Galli, *Ord*. Sordens, *sordidus*. *Ordura*, lordura. Villan. VII. 101. *Per molta ordura, e carogna di bestie morte*. Idem censebat Menagius in Gallicis Originibus; at in Italicis, ab *horrido* ducit. Sed illud rectius, vel à luto, *loto*, *lordo*: nam Hispani, *enlodarse*, fœdari, collutulari. Quod autem *lercio*, ab *hirtus*, non ita recte: est enim à lurco, *lercio*.

LORO. Illorum, per omnes casus, vt in *lei*, & *lui*. Vide.

LOSCO. Hodie pro Strabone, quique oculis peruersis est, accipitur: olim pro eo, cui oculus

lus ademptus. De quo disputat Vossius. L. I. C. XXXIII. & Menagius vocabulo. Lousche.

LOTA. gleba, à *luto*.

LOTTONE. Aurichalcum. De quo multa præclare Scaliger ad Festum, vbi ait, ex Hesychio, ὕλην ὁμοίαν χαλκῷ, esse quod vulgo vocamus, *Letonum*. Id autem ex Germanico *letton*. Hisp. *laton*: Nisi sit à Græco αἴθων, splendens. Martial.

Pallida sic niueo radiant electra metallo.

Alij ab ἐλατοῖ, vel ἐλαφοῖ. *A lotone*, etiam *Ottone*. Casaubonus in Athenæum L. v. p. 225. à luteo colore. Χαλκὸς ἐρυθρὸς τὴν χρόαν ἐκ πυρὸς εἰληφώς. *periphrasis sunt eius speciei æris, quam nos appellamus* lotonum, *lutei plane coloris*.

LOTTO. Sors. *Mettere al lotto*, sorte ducere. Vet. Lex. apud Lips. Cent. III. Epist. XLIV. *H lotu. Prada, an* lot *nostrum, quia sæpe sorte?* Infra. *Los, sortem*. Germ. *lot*, Sors, hereditas. Vnde *allodium*, quia hereditates sorte ducebātur. Bignon. 435. 471. 2. *Allodium*, scilicet vt Iurisconsulti, & Voss. docuerunt. *Allode, & allodis*, Res mancipi: cuius scilicet proprietatem habemus, eoq; liberi est iuris. Cui aduersatur, sic ex regio habere beneficio, vt non in proprietatem sit datum, sed in feudum: vnde quis propterea alteri fidem, & operam debeat. Itaque *Allodium*, & patrimonium sæpe coniunguntur. Vnde *Allode esse*, & ex beneficio obtineri, opponuntur. Capitulum Caroli M. L. I. C. CXXXII. *Si Deo donante, aut in beneficiū, aut in allode, annonam habuerit*. Galli *lot*, bonorum partitionem in familia ereiscunda appellant. *Lotto* igitur à sorte, qua schedulæ, siue sortes educuntur, non quod res in diuersas portiones diuisæ sint. Lotti speciem descripsit Suet. in Augusto LXXV. *Solebat, & inæqualissimarum rerum sortes, & aduersas tabularum picturas in conuiuio venditare; incertoque casu spem mercantium, vel frustrari, vel explere*. Tales etiam hodie in *lotto*, sortes inæqualium rerum, licet non fiat licitatio, sed tantum schedulæ, hoc est sortes educantur.

LOVA. Siliqua, item panici, ac millij panucula. λοβός. Glos. λοβὸς σπερίου. siliqua. Vnde fasceoli λόβια. Eædem Glossæ. Λόβια. *Fasiolia*. Scilicet in siliqua. Vet. Lex. Gr. Lat. *Fasilia* (faseoli) λοβοί. *Faggioli in tega*. A specie, etiam *Cornetti*. V. *Panocchia*.

LOVERTISE Insubres *lupulos* appellant. *Luperticia*. Veneti, *Bruscandoli*, vt quidam putant apud Iunium in Nomencl. quasi *Bryonscandile*. Nam Βρύον. lupulus. Galli *Houblon*; Germ. *hopfer*, & *Hoppe*. à *lupulo*.

LVCCHETTO. Menagius in *loquet*. à λύκος lucus, deducit, lucbetus; nam Hesych. λύκος, ὁ τῆς θύρας μάνδαλος. *Lycus, forium pessulus*. Sed *lucchetto* diuersa res à pessulo, vt & ipse animaduertit. Addit, Anglos *lok, seram* dicere, & *locke* claudere, sicut Belgæ *luicker*. Vel ergo genericè accipitur pro claustro, siue closstello, & parua sera; vel amplius quærendum.

LVCCIARE. Lugere, *lurgitare*. Veneti, *Nicchiare*, quod qui lugent, crebro nictant.

LVCCIO. piscis. *Luzzo*. Scalig. exerc. CCI. *Lucium vero piscem caue appelles lupum. Tam enim ab eo distat, quam Asinus à lupo: est enim ex genere Asellorum, fluvijs, alijsque dulcibus aquis peculiaris. Lupo alia caro, facies, color*. Addit, quoniam piscis vorax est, eum etiam sui generis minusculos prosequatur, & deuoret, ab aliquo Græculo nomen naturæ conueniens factum esse. Vt esset *luctus*, quasi λύκος, lupus. Ita & Pap. *Lupus piscis, lucius*. Lupus veterum, Italis dicitur. *Spigola*, & *Varolo* Venetis.

LVCCIOLA. Noctiluca, à *lucendo*.

LVCIGNOLO. Elychnium. Lucernæ filamentum, ex gossypio, & papyro. *Stoppino, panero. Lacinium, lacinsolum*. Glos. Arab. Lat. *Lacinium, papyrum*. Infra. *Licinius quasi lucius; est enim cicindela lucerna*. Hoc ex Isidoro desumptum L. XX. C. X. *Lucerna à lychno dicta est. Lychnus autem quasi lucinius, est enim cicindela lucerna*. Rosueydus in notis ad Martyrol. Baronij corrigit, *lucerna, à licinio, licinius autem*. Ex quo emendat locum martyrologij. *Licinijs manus, & pedes eorum ligantur*. Quod in vulgato est, *lignis*. *Licinijs* inquit, *idest funiculis, stupeis, aut xylinis, e quibus candelarum elychnia fiunt*. Glos. Camberon. *Lucignum dicitur illud, quod de licinio candela ardentis, in fumo extinguitur*. Rectius fuisset, si in Martyrologio, *lacinijs*, legisset, *lacinia, stupea ligamenta*. Nihil autem in Isidoro mutandum. Quamuis tam lucernæ, quam lychni inepta notatio. Eiusdem Isid. Glossarium. *Licinus, candela, lucerna, vel cicindilia. Lychni*, vt Vulcanius. *Lucignolo* igitur, *laciniolum*. Vnde vt supra diximus, vulnerum filamenta, Celso *lemnisci, laciniola, lesegni*. Item lanæ, & lini particulæ, quæ à colo in fila deducuntur, *lesegni*, appellantur. Boccat. *Lucignoli, Biasmando, e lucignoli, è pettini, e gli scardassi insieme*. XXIII. 28.

LVEGO. Hispani. statim, continuo. *Illicò, e loco*. Non stando in loco, vt Coaruvias, sed è loco, siue de loco, de præsenti. Salmasius in Trebellium. p. 338. *E loco, statim & continuo. Significatio enim loci, breuitatem temporis notat*. Plaut. Trucul.

Ego isti non munus mittā? Iam modo ex loco
Iubebo ad istum quinque perferri minas.

Et

Et loco, vel è loco, est quod Græci dicunt, αὐτόθεν. Luego, illico, vel ex loco.

LVI. Illius per omnes casus, vt diximus in lei, & loro. Illus, illuius, lui. Dant. Inf. I.

Miserere di me gridai à lui.

Quasi ad illius. Marculf. L. I. 21. *Propterea iubemus, vt dum saliter vtriusque decreuit voluntas, memoratus ille vir, omnes causas lui, vbicunque prosequi, vel admallare deberet.* Vbi Bignonus. Lui, *corrupte, pro illius, infinitis locis, indeque dictio nostra* lui.

LVNATICO. Epilepticus. *Lunaticus.* Pap. *Comitialis, morbus quo caduci tenentur, Hæc passio caduca, siue epileptica vocatur. Hi qui eam patiuntur, lunatici dicuntur. Stralunare gl'occhi,* inuertere, quod lunatici faciunt.

LVSIGNOLO. *Rosignolo.* Luscinia, *lusciniola.*

LVSINGHE. *Lusingare*, illicere, illicia, illecebræ. *Illectare, illectiuncula: lusinghe.* Hisp. *Lisonjerar, lisonjas.* Vet. Psalter. apud Lips. Cent. III. Epist. XLIV. *Losen, dolosum: losin, doloso: losonga, dolos.* Galli *lozenger*, decipere. Nam assentatores blanditiis fallunt, & decipiunt. Menagius censet à *lusus*: Sed aliquid plus est *illicere*, quam ludere. Vel *Adludiare, ludinicare, lusingare*. Nam *Alludere* est blandiri. Plin. L. IX. de Delphino. *Hominem non expauescit, vt alienum: obuiam nauigiis venit: alludit exultans.* Et paulo post. *Et alludens natantibus, impositosque portans.* Terent. Eunucho. *Forte habui scortum: cœpit ad id alludere.* Seneca. *Cum tibi alludit huius vitæ prosperitas.*

LVSTRO. Nitidus, splendens. *Illustris*, & *lustro* splendor. Dant. Purg. XXIX.

Et ecco vn lustro subito trascorse
Da tutte parti per la gran foresta
Tal che di balenar mi mise in forse.

M.



MA. Sed, tamen. Contractum ex *magis*. Gal. *mais*. Magis, mais, *mà*. Siluius LXXXV. Nã ante dictis adiicitur. Præterea, magis, plus. Melius. Dantis Inf. XXXII.

O soura tutte malcreata plebe
Che stai nel luogo vnde parlare e duro,
Mà foste state qui pecore, ò zebe.

Ita & Latini. Virg.

Non equidem inuideo, miror magis.

Sed miror, vt ex Caninio Menagius obseruat. Vulgus Insubrum, *Nomà*, solum, tantum. *Non magis.* Veneti *masse* prorimium. Maius, Maximum. *Massima.* Hisp. *Mas*, magis, *demas*, de magis. Quo veteres vsi sunt, vt Festus adnotauit. *Maggio*, pro maius Dantes frequenter vsurpat. *Maggiorenti*, præstantiores. Villan. Lib. XI.

MACCARE. Contundere. à *Machina*, prout molam significat. *Macinare*, molere, *maccare*, Subigere. Amaccare. Morg. VII. *Col mio battaglio conuien che t'ammachi.* Vnde *maccare*, sugillare, os, atque oculos obtundere. Et tumores, *maccature*. Hisp. *majar*, contundere, conterere, non à malleo sed à *machina*, siue mola. *Majadero* instrumentum, siue pistillum. Item *majadero* vocant ineptum, ac vanum, non quod similis sit antę mortarij, idest ingenio vacuus, vt Coar. sed quod stupidus, & ingenio obtuso. Neque *Macar*, est maculare vt idem existimat.

MACCARONI. Pastilli subacti. Monosinius deducit à Græco Μάκαρ. Felix, beatus, quasi dapes, & fercula beatorum. Nam & Hesych. Μακαρία, βρῶμα ἐκ ζωμοῦ, καὶ ἀλφίτων. Cibus ex iure, & farina. Quæ glossa vt vera sit, à felicitate, siue beatitudine, id edulij genus dictum, haud equidem crediderim. Cum plebeium sapiat, viliorumque, & quibus dura ilia sunt prandia, ac deliciæ. Quanquam Neapolitanis, vulgato ioco, ganea sit. Esse autem rusticanæ mensæ cupedias, vel vnus Folengius docuerit, qui nouum carminis genus, eo titulo nobilitauit. Vel igitur à *maccare*, quod vt paulo ante diximus est subiger, molere, vel à μάζα, massa, offa, vt sint, grandes offæ, Sed hæc pistores, & coqui viderint.

MACCO. Edulij genus plebeium, ferme ex fabis elixis, apud montanos autem ex castaneis, & lacte. Vtrisque vbi decoctæ fuerunt contusis, ac bene subactis. Vnde nomen, nam *Maccare*, vt diximus, est conterere, & subigere. Non autem à Mactus. Morgante Cant. *E da pur broda, e macco all' huom ch' è grosso.* Et quoniam id genus cibi vile est, & facile exsaturat. *Mangiar à macco*, abundanter, & ad satietatem. Et *à Macco*. Morgant. XVIII. *E comincioro à rimangiar à macco.* Inde etiam pro magna alicuius rei copia *esser macco, abondanza*, & aut vili, aut nullo pretio. Vt *mangiar à macco*, asymbolum esse. Insubres, *dolce come macco*, quod lacte, & subactis castaneis nihil dulcius esse possit.

At *smaccare*, & *smacco* pro nota, & ignominiã alius originis est. Translatum enim à pomis, & fructibus vietis, ac caducis, qui *ammaccati* dicuntur, idest in cadendo obtusis, vel fu-

bactis, vnde vitium duxere, liuorem, ac putredinem. Quanquam & *smaccare* à *macula*. V. *Smacco*.

MACERARE, *mazzerare*, aqua, aut alio humore emollire. Inde pro genere supplicii quo fontes insuti culeo more parricidatum in flumen, aut in mare merguntur. Boccat. XXXIII. 2. 2. *Doverla quella notte istessa, in mare mazzerare*. Mox. *Hauendo vdito la Ninetta, esser stata mazzerata*. A lino, & cannabe quæ ad macerandum, merguntur.

MACINARE. Molere. Scalig. ad Festum. Verbo *Fanissas*. Liuius de Philopemene: Lib. XXXIX. *Admonent deinde quodam esse thesaurũ publicum sub terra, saxe quadrato. Eo vinctus demittitur, & saxum ingens, quo operitur machina, super impositum est. In quo adnotandum est*, inquit Scaliger, *à Liuio dici saxum, quo operitur machina, hoc est, mola inferior, quam metam vocat Paulus Iurisconsultus. Intelligit ergo Catillum, vt idem Paulus vocat, hoc est superiorem molam. Machina enim significat molam apud veteres: vnde Auson. dixit, machinale pondus, pro mola. Hinc Italicum vulgus machinare, pro molere. Macinare* Vlpianus L. XII. §. VII. de inst. & Instr. *Et molas, & machinas, stipulas, asinum machinarium, machinam frumentariam, vas aeneum &c.*

A *machina*, idest mola, lapis molaris, *macigno, e masegno*. Silex. Glos. Μολίτης λίθος. *Silex*. Μυλοκόπος. *Moliarius*, qui molas conficit. Μυλεργὸς. *Silicarius*, Μυλάνιον. *Molarium*, idest saxum. mola. Villan. L. 1. 57. *Si fecero le scale de macigni giù per la costa*. Dant. Inf. XV.

Ma quello 'ngrato popolo maligno,
Che discese di Fiesole ab antico
E tien anchor del monte, e del macigno.

Et Purg. XIV.

Tra due pareti del duro macigno.

A machina *maciulla*, quasi machinula, *Gramola* qua linum tunditur, Limptota. Dant. Infer. XXXIV.

Da ogni bocca dirompea co' denti
Vn peccator à guisa di maciulla.

Et *macena*. Vita Nicol. Laur. *Benne de sopra del torricello vna grossa macena, e percosse esso nelle spalle.*

Maquila. Hisp. certa frumenti, aut farinæ portio, quam sibi molitor pro mercede retinet. Quod non est Arabicum: sed pretium *machina*: quasi *machinale*, Venet. *molenda* molendini merces.

MADAMA, & MADONNA. V. *Dama*, & *Donna*.

MADIA. *Marna*. *MESA*. Arca panaria massæ subigendæ. *Mactra*, à Græco, Μάκτρα. Μάσσω. Subigo: pinso. Glos. Μάκτρα. *Magis*. Alibi. *Magidem*. Μάκτραν. Vulcan. legit. Μάκτραν, *mappam*. Sed rectum est. Nam *magis* est mactra, siue madia. Vt ex Polluce Budæus docuit. L. II. Ἡ δὲ μάκτρα, καὶ μαγὶς ἐκλήθη, καὶ σκάφη. *Mactra, & magis, & scapha appellatur*. Et Lib. VII. *Mactra, & magis, vas in quo farina subiguntur*. A μάζω, quod subigere, conspergere, pinsere, significat. Vnde Massa, conspersio, (*pasta*,) quæ Græcè *maza* dicitur. A *magis*, *mesa*.

MADRE. Loci muliebres. Vterus. Matrix. *Mal di madre*.

MADREGNA. Nouerca. Glos. Arab. Lat. *Matrasta. Matrea. Nouerca*. Hisp. *Madrastra*.

MADRIGALE. Breue carmen amatorium. Coaruvias. Quasi *Mandrigal*. Carmen quo Pastores lætantur à *mandra*, siue *mandria*. Quem sequitur Menagius. Aptius videtur, quod Hispani *madrugar* dicunt, diluculo surgere, & vt ita dicam *matutinare*, siue *mattinare*: inde *madrigali*, carmina, quæ ab amatoribus diluculo amicarum ostium ocentantibus, canebantur. *Nelle mattinate, ò serenate*. Glos. Ὀρθρισμόν. *Matutina*. Vulcan. Ὀρθρίζειν, Latine *manicare* dicitur. Hispanicè *Madrugar*. Bembo p. 78.

MAGAGNA. Labes, vitium, fucus. Neque à *manco*, neque à *mago*: sed à *mangonibus*, *mangonium*, *mangonia*, *magagna*. Notum enim mangones, idest venalitiarios, qui greges mãcipiorum alebant, mentiendi colores artem probe callentes, vt carius venderent, artificio, & fuco vitia corporis occultare solitos, & inani sagina robur mentiri. Plin. L. XXI. C. XXVI. *Radix hyacinti bulbacea, mangonicis venalitijs nota*. Et L. XXIII. C I. *Succus radicis vitis nigra, mangonizat corpora*. Vnde mangonium, & artificium ipsum, fucus, ac lenocinium. Idem Plin. Lib. X. C. L. *Nec tamen in hoc mangonio, quicquam placet*. Et vitium corporis *mangonio* occultatum. *Magagna*. Dant. Inf. XXXIII.

Ahi Genouesi homini diuersi
D'ogni costume, e pien d'ogni magagna.

Et alibi *magagna*, pro vitio, & peccato. *Magagnato*, res labefacta, quæque vitium duxit. *Frutto magagnato. Il frutto è bel, mà dentro hà la magagna*. Villan. *Fù magagnato in sua vecchiezza di vitio di lussuria*. Galli. *Maquignon*. Venalitiacius. Et *Maquereau*, leno. Nam mangones, ijdem, ac lenones. Nec displicet eorum coniectura qui ab *Aquariolus* deriuant: *Maquareolus*. Lenonum seruia congerenda aqua, cuius in re Venerea frequens vsus. Rectius tamẽ *mangonariolus*, *maquereau*, siue *maquignon* *mangon*. Alij à macularius, ob pallium versicolorium leui coniectura. Item *fard*. fucus, & *farder* colorem mentiri, à farciendo, quod arte saginam mentirentur.

MAGARI. Apud Venetos, vox optantis. *Μακάριοι*, vt Scalig. ad fragmenta Berosi. *Μακάριοι corruptum ex Μακάριοι. Sic Hispanicum oxala, Arabicum est, O si velit Deus. Magari*, beatus essem, si hoc eueniret. Fronto. *Beatus, qui apud Græcos, Μακάριος est.*

MAGATELLI. Oscilla, sigilla, imaguncula, quæ ludio intra siparium latens, digitis colludentibus, stridula voce dentibus intercepta, ostentat, & in scenam producens, non iniucundum spectaculum præbet. Vel à *bagatelle*, vascicula. Vide. Vel Imago, imaguncula, imagatula, *magatelli*. Ex his sigillum grandius ceteris, capite in humeros flexo Insubres *Magato* appellant, cuius instar, hypocritas, intorto collo pietatem mentientes, *Magatoni* vocant. Paulo diuersa veterum oscilla fuere, quæ descripsit Auson. in epist. quam Centoni præfixit. Ex correctione Scaligeri: *Simile vt dicas ludicro, quod Græci σῳμάτια vocauere. Oscilla ea sunt. Harum vertibularum varijs coagmentis simulantur species mille formarum: elephas, aper, anser volans, & mirmillo in armis subsidens: venator & latrans canis: & alia huiusmodi innumerabilium figurarum, quæ alius alio scientius variegat.* Talis, & Petroniana larua, *Magatelli*, etiam *Fantocci* appellantur, infanticulorum instar, Venetis *Frittolini*, à vulgato scenici Sannionis nomine.

MAGAZINO. *Magazeno*, Horreum, apotheca. Hisp. *Magazen*. Coaruvias ex Vrrea ait vocem esse Arabicam: *Matizenum*, à verbo, *hozene*, thesaurizare, ac condere, aut reponere, merces, arma, commeatum, & id genus. Alij vocem Persicam à *Gaza*. Neque tamen absurdum videtur à *Massa*, ideſt variarum rerum congerie deducere. Nam Hispani etiam *Almazen* appellant, locum in quem diuersa rerum genera reconduntur, & vt Itali aiunt *s'amassano*. *Magona* Etruscis. Locus diuersarum rerum quantitate refertus.

MAGIONE. Domus, hospitium. Mansio. *Mansione, Magione*. Vnde mansionaticum, diuersorium, in quod se viatores, noctis interuentu recipiebant. Erant autem certis itinerum spatijs dispositæ. Vt fuse Bud. ad Pandect. post. p. c. & c i. *Mansiones eadem, quæ Græcis σταθμοὶ*. Marcel. Lib. xvi. *Ab Argentorato mansione quadragesima disparatus*. Vbi Lindebrogius adducit locum D. Hilarij in Psalm. cxviii. *De communibus & terrenis vijs legem meminimus esse, in spatijs mensurarum, cum passuum mille interuallo quædam legis via signa statuuntur: cum mansionum requies disponitur: cumque vsque ad Vrbem refectione viantium, congrua rursum mansionum interualla dimensa sunt*. Voss. Lib. iii. 23. distinguit inter *Mansionarium*, & *mansuarium*. Mansuarius, villicus qui colendum suscepit mansum, hoc est certum agri modum, de quo in *Massaro*. Mansionarius, qui præstat mansionem, hoc est, qui missum, vel hominem regium tecto excipit, eique ex Regio præscripto, alimenta, & viaticum præbet. Item mansionarius, cuius erat in templo permanere, oleumque lampadibus infundere, & cum opus eas extinguere. Qui & Custodes dicti. Vide eundem. Quæ vox adhuc Patauii durat: sed munus eorum honestius, quippe qui vna cum Canonicis in Odæo Psalmodiam peragunt, licet ordine inferiores.

Porro tam mansio, quam mansum à manendo dicta. Item *maneria*, vel *manerium habitatio cum certa agri portione*. Plura de hoc Vossius. Villan. Lib. iv. 20. *Qual fece fare per suo maniere, e giardino*.

MAGGIORDOMO. Magister Palatij. Flodoard. L. ii. 12. *Orta denique simultate inter Regem Chilpericum, & Carolum Pipini filium, maioremque domus Ragemfridum*.

MAGIORANA. Amaracus, *Amaracina* herba, *Amaraciana*.

MAGIOSTRE. Insubres *fraga* appellant, quod Maio mense proueniant. Hispani. *Mayuera. Miezgado*.

MAGLIA. Cum ansam significat, à manica, manicula, manicla, *maniglia, maglia*. Cum autem retis plagas, à *macula*, & à similitudine loricæ anulos, siue squamas, *maglie* dicimus. Et *Camaglio*, summam loricæ oram, quasi *Capomaglio*, vt Menagius. Quanquam & *Commaculum*, maculis nexum. Villan. vi. 73. *Dandoli vn bacinetto à Camaglio, bello, e forte*, instar loricæ factum. Cuius loricæ cum luminitas lapillis, ac gemmis ornaretur, lapilli *Camei* dicti sunt: & *Camaini*, harum gemmarum scalprores. Vil. viii. 35. *E pouera sella d'vna bardella, con piccole scaglie incamutata, incamagliata*, squamulæ enim sunt maculæ, instar squamarum.

Smagliare. Maculas frangere. Veluti *dismaculare*, desquamare, diloricare. Squamæ enim in lorica, idem ac maculæ. *Abenis in plumam squamis*. Dantes Inf. xxix, de eo qui vnguibus scabiem desquamabat.

O tù che con le dita ti dismaglie.

Sicut inquit Landinus *lorica macula diuelluntur*. Petrar. *E membra rotte, e smagliate arme, e sesse*. Vnde pro frangere, ac dissipare. Villan. vii. 130. *Fù sì forte la percossa, che la schiera grossa rinculò buona pezza del campo, mà però non si smagliorono, ne ruppero*.

MAGLIO. Malleus. Proprie grandiores mallei, in officinis ærariorum, quibus rotarum vertigine impulsis æs, ac ferrum excuditur.

Magliolo, malleolus, palmes vitis, prioris anni flagello innatus: quod in ea parte quæ deciditur, ex veteri sarmento prominens, vtrinque malleoli speciem præbet. Plin. XVII. 21. *Surculum vtrinque capitulatum, e duro seri consueuisse, eoque argumento malleolum etiam nunc vocari*. Sicut Veneti *Maiolo* appellant cerata filamenta multiplici flexura in mallei speciem compacta.

MAGNANO. Qui claues, & seras conficit, item ahena, lebetes, & fracta vasa reficit. Nescio cur à *Magnum*, *magnanum* deducant, & cur isti magni, cum sint minuti fabrorum institores, & ministri λεπτουργοί. Æramen, æraminarius, *ramagnarius*, *magnano*, vnde & *Margnano* appellatur. Quanquam, & *veteraminarius*, qui vetera, & quassa vasa reficit.

MAGONE. Cibi congeries in stomacho minime concocta, cum stomachus feruet, vinoq; ciboque. *stomacho*, *stomachone*, *magone*, *stomegazzo*. Translate pro mœrore pectori infixo.

MAGOZZA. V. *Gozzo*. Guttur strumis tumidum.

MAI. Nunquam. Magis: non magis. Quod negationi additur, eamq; intendit. Licet aliquando affirmatiue ponatur. Vnquam, Galli. *Mais*. Hisp. *Mas*. *Alo mas*, ad magis, *de mas*, de magis. Glos. *Demagis*. Σφόδρως. Boccat. *Mai*, *Frate*, *il diauolo*, *ti ci recca*. Nunquam redis, dæmon te refert. *Mas de non*, *ma.de*, *made*. *Maide si*, affirmatiue.

MAIOLICA. Opus Signinum. Vasa figlina lactei candoris, ab insulis *Maioricis*, siue Balearibus inuecta. Sealig. exerc. XCII.

MALANDRINO. Grassator. *Malatrino*, malus latro. An à *mal'andare*, quod in prauum abeant. Est qui à Græco, quasi homo niger.

MALEFICII. Veneficia. Contractè. *Malie*. Pap. *Farmacentria*, *mulier faciens malefìcia*. *Maliare*. *Maliardo*, veneficus, maleficus.

MALETA. Hisp. bulga. *Melotis*, ex pelle. Non ab Hebræo, vt Couaruvias.

MALISCALCO. *Marescalco*. *Marescballo*. Ex eo vocabulorum genere, quæ & summam dignitatem, & vile ministerium significant. Hoc enim, & Magistrum Equitum, & veterinarium, siue equorum curatorem, sicut *Siniscalco*, & Regiæ domus præfectum, & in conuiuio carpum, siue structorem. *Conestabile*, & Comitem stabuli, & lictorum præfectum. Sicut vox *Capitanei*, & *Equitis*, satellitum ministerio fœdata est.

Ergo Marescbalcus, & Mareschallus, vt Voss. L. II. Cap. XII, ex Germ. Mare, idest equus, & schalch, idest seruus, vt *Godschalcus*, Dei seruus. Nempe notat Comitem stabuli, siue præfectum equitum. Glos. Lat. Theot. *Cauallarius*. *Marischalc*. Vbi *Cauallarius* more sæculi, caballorum præfectus. In L.L. Alamannicis. Tit. LXXX. *Marschalcus, qui super xij. caballos est*, XL. *solidis componat*. Subiicit Voss. ex Pausania Celtis equum, μάρκαν vocatum fuisse. *March* autem Germanicum contractum ex *Marach*. In L. L. Alaman. Tit. 69. *Si ille talem equum inuolauerit, quem Alamanni Marach dicunt*. Et titulo proximo. *Si quis equo, quem Alamanni, Marach, dicunt oculum excusserit*. Maliscalco. Præfectus exercitus. Hist. Pistoriensis. p. 35. *Andonne à Vignone al Papa, è lascioe nel Campo lo Maliscalco suo, con la maggior parte della sua gente*. Hinc Dant. translate duos summos poetas *Maliscalcos* appellauit. Purg. XXIV.

Et i' rimasi in via, con esse i due,
Che fur del Mondo si gran Maliscalchi.

Transiit deinde vox ad equorum curatores, siue veterinarios, quique equis soleas ferreas appingunt. *Merescalco*. Lips. Cent. III. Epist. XLIV. *Scalc, seruus. Vnde Mariscalcus, qui equis curator*. Crescent. 575. *Per negligentia del Maliscalco, gli humori, corsi à piè del cauallo, innecchiano*. Tandem pro lictoribus. Vita Nicol. Laurentij. p. 54. *Fece prennere Pietro da Agabito è à pede, come fosse latrone, lo fece menare à Corte dalli suoi Merescalchi*.

Quanquam Mareschiallo Tribunus Equitũ non à Germanico dictum puto, sed à Latino corruptum, vt sit *Magister Caballorum*, siue caballiorum, idest equitum, *Mastro di Caualieri*, vt distinguamus à fœda ministerij societate veterinariorum. Vel à *Maristallus*, stabuli præfectus, vt idem Voss. idem ac *stabuli Comes*. Idem ac Græcis *Protostrator*, vt Nicetas, siue *Equisonum primus*, vt Europalata.

MALLEVADORE. Præs. Fideiussor. Menag. à *manum leuando*, quod qui pro alio spondebant, manum tollerent. Potest etiam à *Mallo* deduci, prout publicum conuentum, ac iudicium significat, vt sit qui in mallo, siue Iudicio fideiubet: & pro eo spondet, qui in mallum, siue ad iudicium vocatus est. De mallo multa Bignonus, & Pithæus ad Legem Salicam.

MALLO. Cortex tenerior nucis, aut amygdalæ. Putamen aliqui à Græco μαλλός, Vellus, lana. Puto à molli, tenero, aliud enim est vellus. Cortex mollis, *molle*, *mallo*. Vnde *smallare*, putamen detrahere.

MALTA. *Molta*. *Melma*. Calx cum arena, calx macerata, arenatum: aiunt à Latino, *maltha*, quæ teste Paulo dicitur à Græcis pix, cum cera mixta à malaxando. Bocchartus ab Hebræo. *Melet*, & Arabo *milat*. Philander ad L. VIII. Vitruvij C. VII. de Castellis aquarum con-

construendis. *Maltha*, inquit, *inducebantur tenacissima, & vt vtar Plinij verbis, duritie lapides antecedente. Ea fiebat calce in vino restincta, & tusa, cum adipe suillo, & succo ficé, aut cum eodem adipe, & pice*. Locus Plinij est Lib. XXXVI. C. XXIV. Palladius quoque de cisternis, pici & axungiæ simul coctis, calce minutim superaddita maltham confectam tradit. Quem expressit Cresc. L. I. 10. *Deesi la cisterna scialbar di smalto*. Quanquam *scialbare* est Opere albario tectorium inducere. Albarium autem ex pura calce fiebat. At vulgaris *maltha*, calx est arenæ immixta, & aqua macerata, siue vt Etrusci loquuntur, *Calcina intrisa*. Calx intrita. Aliter *arenatum* dictum Baldus in Vitruvium. *Arenatum propriè calcis, & arena, vnde nomen, mixtura*. Ante eum Philander. *Tectoria, aut gypso fiunt, aut pura calce: hoc vocatur Albarium opus: aut calce, & arena, & dicit Arenatum*. Propterea Budæus in Pandectas *arenatum hodie mortarium vocamus: cũ mortarium Latine sit locus, vbi arenatum rutro subigitur*. Vt fit à *mortarium, mortaria, molta*, vt Insubres, & *malta*, German. *Mortell*. mortarium. Hoc minus belle à Budæo positum, ait Baldus. Et tamen ipse ad Lib. V. C. XII. verba illa explicans. *Et camentis ex mortario materia mixta*, ait. *Mortarium vulgo vas ligneum, seu lapideum, in quo res dura pistillo franguntur, à moreto, quasi moretarium*: Vt antea Scaliger docuerat. *Apud Architectos vero nomen duplici significatione vsurpatur. Pro lacu, seu conceptaculo, in quo calx maceratur, subigitur, & asseruatur. Item pro materia ipsa macerata, & subacta. Pro lacu accepit Vitru. Calx quàm vehementissima mortario misceatur. Pro ipsa materia, paulo infra. Mortario camentum addatur. In primo sensu Plin. L. XXVj. C. XXIIJ*. Barb. Glos. in Plin. *Mortarium quid sit nemo ignorat: sed vna eius significatio fortasse obscura est. Lib. XXXVj. pro eo lacu, & conceptaculo, in quo calx, siue intrita subigitur, seruaturue. Qua loca, hodieque mortaria vocantur plebi, Roma, alibique*. Budæum secutus est Salmas. in Solin. p. 379. *Vitruvius mortarium, pro rudere pinsito, & subacto, aliquot locis posuit: hodieque nos arenatum, cum calce ita vocamus*. (Molta, malta.) *Sed & alueum in quo subigitur dixere mortariũ. Mortarium quasi moretarium* (vt Scaliger) *in quo subigebatur moretum: quod genus cibi intritam etiam vocarunt. Moretarium, vel mortarium cibum ipsum*. Donatus. *Hoc inter rusticos de aliato mortario dici solet: & bene intrisse: proprie enim hoc genus cibi intrita dicitur*. (Vnde fortasse, *torta*, moretum, siue moretarium.)

A malta *smalto*, solum arenatum, & marmoratum: cum scilicet calci rudus contusum, & parua cœmenta, siue cœmentorum fragmina adduntur. Quo genere solaria, hypethra, & subdiales ambulationes sternuntur. *Terazze* dicuntur. Dantes pro solo, siue pauimento accepit. Inf. IV.

Colà diritto sopra 'l verde smalto,

Et ab eius duritie lapidem excedente, pro saxo accepit. Inf. IX.

Venga Medusa: sì 'l farem di smalto.

Vt Gorgonis aspectu lapidesceret. Nam etiam ipsum tectorium opus olim adeo durescebat in crustas, vt in abacorum vsum, & speculorũ facile eximeretur, teste Vitruvio L. VII. Villan. L. XXXVIII. *Ancor hoggidì del detto smalto, si troua cauando*. Et L. II. I. *Così si troua scritto nello smalto di detto domo*. Petrarcha.

E d'intorno al mio cor pensier gelati
Fatt' hauean quasi adamantino smalto.

Vil. L. VIII. 82. *Pan di saggina, e di semola, nero come mora, e duro come smalto*. Dant. Purg. VII. *Sommo smalto* primum Cœlum appellat, quasi mundi laquearia, quod interdum summitas tectorum arenato sternatur.

Quant' è mestier insino al sommo smalto.

Smalto etiam dicuntur ornamenta, quæ anulis, & vasibus aureis opere encaustico adduntur. Auastas. in Benedicto III. *Rete totum ex gemmis albaueris, & bullis aureis: conclusas etiam auri petias in se habens smaltitas*. Et in Leone IV. *Fecit tabulas de smalto DCXVI auri obrizi pensantes libras*. Boccat. Filoc. L. IV. 73. *Gli donarono vna bellissima coppa d'oro, nel gambo, e nel piè della quale con sottilissimo artificio tutta la Troiana ruina era smaltata*.

A *smalto*, *smaltire* cibum conficere, concoquere. Translatè: confusam ciborum molem confectu difficilem, *smalto*, veluti arenatum, ac marmoratum dixerunt. Apte apud Insubres, crudi aiunt, se habere, vn *ghierone nel stomacho*, quasi glareatum, arenatum, vnde *smaltire* cibos digerere, conficere, & excoquere. Secunda translatione, *smaltire*, *tolerare*. Math. Vil. IX. 7. *Quello che non si potena smaltire, si era*. Quod concoqui non poterat. Liu. Lib. IV. *Quem senatorem concoquere ciuitas vix posset*. Cic. ad Q. Fratr. L. IV. *Eius ista odia non sorbeo solum, sed etiam concoquo*.

Hinc etiam *smaltire la mercantia*. Mercium congeriem paulatim digerere, & imminuere. Siue vt aliter loquuntur, *spacciare*, expedire.

MALVAGGIO. Malefaciens, vel maleuolus.

MALVASIA. Nobile vinum, quod è Creta aduehitur ab Epidauro Achaiæ oppido. Scalig. exerc. CIV. 19. *Ad Epidaurum Achaia, quod oppidum nunc ab angustijs accessus, Monembasia, vulgo corrupta voce Maluasia dicitur*.

MAM-

MAMMA. Vber, papilla. Inde pro matre, ac nutrice. Ammonius. Τήθη μὲν γάρ ἐστιν ἡ τοῦ παιδὸς τροφός: ταύτας δὲ ἐνιαίας, καὶ μάμμας καλοῦσι. Persius. *Et iratus mammæ lallare recusas.* Quod Turn. Lib. XVIII. 34. de nutrice explicat. Et Casaub. *Mamma, hoc est matri.* Varro. *Cum cibum ac potionem, buas, ac papas dicunt, & matrem mammam, patrem tatam. Vel auia, aut nutrici. Nam vari te hanc vocem vsurpabant, vt & Græci suam μάμμη.* Vt & apud Martial. L. I. 68.

Mammas, atque tatas habet Afra, sed ipsa tatarum

Dici & mammarum, maxima mamma potest.

Glossæ tamen *mammam*, abauiam reddunt. *Abauia.* Προγόνη, μάμμη. *Abauia quinta* προμάμμη.

Sicut *Mamma*, ita *Tata* varie à veteribus accipiebatur. Festus. *Attam pro reuerentia seni cuilibet dicimus: quasi eum aui nomine appellemus.* Scalig. *Græcum est,* Ἄττα πάτηρ. Idem Festus. *Atauus, quia Tata est abaui pater: vt pueri vsurpare solent.* Idem ad Ausonium L. I. 29. *Sic Latine Aba, quo Frater fratrem: Mammia, quo iunior anum appellat: Tata, quo iunior senem. Tata, plane Græcum est.* Τέττα, τετ]αγ]ί-ρων, Homerus. Et in Vet. Inscript. *Pamphilus Platoni tatæ suo B. m. F.* Item *Epaphrodito Tatæ*, & alibi. Hodie infantes fratrem *Tatam* appellant, scilicet natu maiorem.

Quod ad *mammam* attinet, Hispani *Ama*, Nutricem appellant, item heram, dominam: scilicet, quasi almam, ab alendo familiam, sicut *Amo*, dominum, non ab Hebræo, *aman*, educare, nutrire, vt Coaruvias. *Alma* ab alendo, vt Festus. *Alma tellus*, quod fruges ingge-rat. Colum. Lib. III. 22. *Alma tellus mortalibus distenta musto demittit vbera: ideo & ζειδώρον ἄρουραν, quidam Homero dictam putant.* Sic & *alma Ceres*. Atqui etiam *ama*, Hisp. ancillam appellant ab eadem voce Hebræa *aman*, ait Coaruvias, quod & nutrire, & confidere significat, ob fidem seruorum erga dominos, sed nihil eo opus. Nam *ama*, ancilla, contractum est, ex *alumna*, pariter ab alendo, idest alta, siue alita: vt seruus *Criado*, à nutricando. Subijcit Coaruvias ab alendo, *Ama* dictam non ergo ab Hebræo. Nonius putat alumnos etiam dictos, qui alunt, *Alumnos, consuetudo, quos alas, vel educes, vel eos qui aluntur dici vult.* Sed pro educatore accipi, nullo testimonio comprobat, & merito à Valla arguitur.

MAMONE. *Maimone.* Cercopithecus, Simia caudata. Μιμώ, *Mimò* ab imitando, quæ vox propria Simiarum. Victorius in Poeticam Arist. *Gattomammone*, ex voce Catus & μιμώ. V. *Mona*. Vel à *mammis*, nam Isidor. L. XII. 2. Loquens de generibus Simiarum ait. *Sphingæ villosæ sunt comis, mammis prominentibus.*

MANARA. *Manarino.* Securis manuaria, siue manualis.

MANCARE. *Manco.* Deficere. *Mancus*, qui manu defectus. Nonio, *debilis*, qui adducit Ciceron. locum III. de finibus. *Qui mancam fore putauerunt, sine aliqua accessione virtutum.* Dant. Par. VIII.

Se gl' intelletti,

Che mouon questi stelle non son manchi.

Mancino qui validiore sinistra vtitur. Vlpianus de ædilit. edicto. *Si imbecillitate dextræ, validius sinistra vtuntur, non scæuas, sed mancos dici.* Latinis tamen *scæua* dicti. Glos. *Scæua*, ἀριστερὰ χείρ: ab ἀριστερά, *manus sinistra*, vt dicti obseruarunt. Eædem Glossæ. Ἀριστερόχειρ Mancussetus. Dant. *Lato mancino.* Isid. *Mancus, manu ancus, vel manu cassus. Ancus*, vt Festus, *qui aduncum habet brachium, vt exporrigi non possit.* Glos. *Ancus, mancus*, Κυλλὸς λορδός. Scalig. κυλλός. A *manco, monco*, Dant. Inf. XIII.

I pensier ch'hai, si faran tutti monchi.

Alibi *manchi* dixerat, cui manus truncata: *Moncherini*, brachia mutilata, siue vt inferiori æuo loquebantur, *mancata*. Dant. Inf. XXIIX.

Et vn ch'hauea l'vna, e l'altra man mozza,

Leuando i moncherin, per l'aria fosca.

Ab anco, & manco. *Zanco.* sinister. *Man zanca*, Meurs. Glos. Τζαγγός. Italicum *zanco* (male corrigunt *stanco*, licet idem significet.) Occurrit in scholijs ad Oppianum. Nec aliud est *zanco* proprie, quam truncus, siue cui manus truncata est, *tronco. cionco, zanco*, vnde *cioncare*, truncare. Postea pro sinistra manu vtente. Venetis *zanchetto*, pugio ad latus sinistrum. Fortasse etiam *zanca*, & *zancola*, sella Patrocliana, quæ ferme ad sinistram lecti spondam statuitur. Quod Itali dicunt *à mano manca*, ad sinistram, etiam *stanca* appellant, quia læua debilior dextra. Hisp. eum qui læua manu vtitur *Izquierdo* vocant, quod vel Arabicum est, vel corruptum à scæua, quasi *Isceuo*, vt Coaruvias. Galli *Gauches*. Fortasse quasi curvus, nam dextrum pro recto, ita enim Germani manum dextram appellant, *handt recht*, sinistra, quæ opponitur, curua, *gauche*. Nam *Gauchir* dicunt, *se destourner du droit*, sinistrorsum torquere: & *Gauchi*, aut *Gauchè*, Tortus. Rectius, a *vertex*. Vertices enim, siue poli, cardines, circa quos valuæ vertuntur. Ii sunt distorti, vnde *guerzi*, & *sguerzi*, & translate, strabones, siue oculis distortis *Guerci*. *Gauche* igitur, quasi *sguerzo*, *gauche*. Et ita Hispanicum *Izquierdo*, à vertice. Manus sinistra, rectæ opposita, distorta. Bergomates *mano storta*, sinistra. *Dizquiertzo*. Fortasse etiam *zurdo*, quod apud eosdem, idem significat.

MAN-

MANCEBO. Hispanis adolescens. Mancipium, vt Coaruvias; non tamen quod adolescentes sint sub patris potestate, siue mancipio. Cur enim *Manceba*, scortum dicitur ab ijsdem? Nam quod ait Coar, quia ferme id inter adolescentes eueniat, quasi soli adolescentes scortentur, frustra est. Ergo *mancipia* pro seruis, vt notum est. Serui autem ferme iuniores, vnde *pueri* veteribus, pro seruis, vt *Marcipor*, *Publipor*. Iuvenes etiam pro seruis hodie dicuntur. Inde vox ad omnes adolescentes, etiam liberos translata. Quia autem meretrices [illegible] seruæ, mancipia, aut libertino genere erant, & concubinæ, ancillæ. Iuven. *Olidum in fornice stans Mancipium*, *Manceba* meretrix appellata, & *mancebia*, scortatio, & ipsum lupanar. Et *amancebado*, qui scortatur, & illegitimè cum muliere consuescit.

MANCIA. Strena, à manu. Quod nempe de manu datur. *Presente*. Dant. Par. v.

Come fù Iepte alla sua prima mancia.

Crudele sacrificium, quod Deo obtulit, victoriæ præmium.

MANCINO. V. *Mancare*.

MANDARE. Mittere, quod ad aliquem ferri mandamus. Ita *dimandare*, pro vocare, cum ad demandandum vocamus, cui rem deferendam tradimus.

MANDILETE. Hispanis, leno, amorum internuntius, & sequester, qui *mandata* perfert. Iuven.

Flauam, cui det mandata puellam.

MANDOLA. Pap. *Amygdalum: hæc dicitur nocula, parua nux, vel amandula*. *Mandole Ambrosine*. Erythræus ad illud Virgilii, *Castaneæ molles*. Amygdalas, inquit, Appulas, quas de saporis præstantia, vulgo eleganter *Ambrosinas* dicimus.

MANDRA. *Mandria*. Armentum, pecudumque, & iumentorum agmen; item septum quo clauduntur caulæ. Iuven. *Stantis conuicia mandræ*. Mart. *Mandris, & vitreo latrone clausos*. Septis calculorum, Μάνδρα. Ex quo olim Coenobia, ac Monasteria, *Mandria* non ineptè dicebantur, & Præfecti *Archimandrita*.

MANECCHIA, & *Manecchio*. Ansa, manubrium. *Manica*, *manicula*, *manicla*, *maniebia*. Itē transuersa regula in stiua aratri, quod manu bubulci teneatur. Var. L. 1. 4. Pap. *Clauus, gubernaculum nauis, manica temonis*. Vitr. L. x. 15. *Item chelo, siue manucla dicitur*. Ansa in catapultis, neruum attractum retinens. aliter *Cocca*. Vide. *Manucula*, & *manicula*. *Maneggiare*. Manu tractare. Glos. χυρίζω, *Gero*, *tratto*, *maneggio*, negotium, quod præ manibus est.

MANETTE. Manicæ ferreæ. Manuum vincula; sicut pedum, pedicæ, & compedes. Lucil. L. xxx. *Si laqueis, manicis, pedicis mens irretita est*. Virg. 11. *Ipse viro primus manicas, atque arcta leuari Vincla iubet Priamus*. *Manicette*, *manette*.

MANGANI. Tormenta, *Machinæ militares*, Catapultæ, ad saxa ingentis ponderis iacienda. Barbarè *Petreria machina*. Glos. Μάγγανον. *Manganum*. Pap. *Tormentum, quidquid summa vi torquetur, vt vulgo manganum*. Voss. L. 11. 12. Et *mangana*, & *mangas*, & *mangones*, *mangonella*, & *mangatella* appellata ostendit; māgana autem, ex Hesychio Μάγγανα, μηχανήματα. Scilicet ex Dorico μαχανά, pro μηχανή. Manganum autem describi ab Abone s. Obsid. Lutet.

Conficiunt longis aquè lignis geminatis
Mangana, quæ propriè vulgi libitu vocitant,
Saxa quibus iaciunt ingentia, seu iaculando,
Alludunt humiles scenas. L. allidunt.

Hegesippus de Nerone L. iv. 20. ait, eum periisse *Mangano, quod ipse sibi de ligno pararat*; eum cum ferro periisse ceteri tradant. Casaub. ad Sueton. quærit, quid illud sit, & præter bellicam machinam, ait, fuisse etiam *mâganum*, instrumentum ad torquendum, ex Euseb. Lib. viii. Quidquid sit, hodie *manganello*, siue *mangonello* Venetijs appellatur machinula, cuius rotatu gula in carcere reis frangitur. Funis scilicet ei fauces religatus, tandiu rota torquetur, donec spiritum intercludat. *Mangani*, & *manganelle*, apud Villanum Lib. 1. 9. *E sopra quelle faceano mangani, e manganelle, per gittar l'vno all'altro*. Et L. 11. *E per più dispetto è vergogna, vi manganarono dentro asini, e molta brutteria*. L. x. 225. *Tutti li manganeggiarono fuori delle mura*.

Mangano etiam dicitur machina pressoria, siue prelum, ac pressorium, quibus panni subiiciuntur, vt pondere nitorem contrahant, & splendescant. Græci μαγγανία.

MANGIARE. Mandere, mandicare, *mangiare*, & manducare, *mannucare*, vt Neapolitani, *mannicare*, *mangiare*. Dant. Inf. xxxi r.

E quei pensando ch' i l fessi per voglia
Di manicar.

Ita & Boccatius sæpe, & *mannucare*.

Manicaretto. Tuccetum, embamma, Intinctus.

Mangioni, Mandones. Apuleio, *Manducones*, Phagones, *pacchioni*. Onomast. *Manduco*, φάγος, *Manducus* ἀδδηφάγος. *Mangiare*, consummere, abligurire bona.

MANICCIA. *Manizza*. *Manica*. Plin. de avunculo. *Manus hieme manicis muniebantur*. *Manica pellicea*. Moschopulus apud Rigaltiū. Χειριδωτὸς χιτὼν, ὁ χειρίδας ἔχων, τὰ λεγόμενα χοιτῶς

νῶς μαλίνια. *Tunica manuleata, habens manicas, quæ vulgo dicuntur Manicia.* Vnde & *maniciní.* Glos. χειρίδιον, *Manicilinum.* χειρὶς; *manicium, manuela.* Forte. *Manuvela*, scilicet, ansa. Etiam *manopola*, chirotheca ex corio, & lorica, muniendæ manui. *Manipola, manopola.* Latinis *manica.* Iuven. de matrona gladiaturam Samnitium exercente.

> *Quale decus rerum, si coniugis auctio fiat*
> *Balteus, & manica, crista, cruris q; sinistri*
> *Dimidium tegmen.*

Porrò, *Manica pillicea*, etiam dicitur *muffola*, & *mufla.* Germ. *Moffel*, quod est à manipula, *manufla, muffla.* Vois. L. III. 12. affert ex additione prima Capitul. Caroli M. *Abbas omnino prouideat, vt vnusquisque monachorum habeat vuantos in æstate, muffulas in hieme verbecinas.*

MANIERA. Modus, forma. *Maneries*, vt Vois. L. III. 23. vel à *manu*, vel à Germ. *manier.* Frid. 57. *maneries ciborum.* Idem pro turma auium vsurpat. *Maneries cinnorum. Vna mano di cigni.* Alibi *modos* appellat. *Modi cornorum, anserum.*

MANIERE. Prædium Vrbanum. *Manorium.* De quo Vois. L. III. 23. Habitatio, cum certa agri portione. Robert. Castrens. L. VI. 23. *Regina vero dedit S. Suithino nouem maneria.* Vil. VII. 120. *Andossene ad vn suo maniere, chiamato Settimo.* Et L. VIII. 58. *Che non hebbe villa, Castello, Maniero, ò Signoraggio.* Mansum, mansarium, *manarium.* V. *Maparo.*

MANIGLI. *Manini*, circuli aurei, manuum ornamenta. Sicut ab armis, armillæ, à brachiis brachialia, *brazzaletti.* dextralia, à dextra, proprie *manini.* Pap. *Dextralia, brachialia, ante manicas portantur, iunguntur vno clauo.* Item dextrariola.

MANIGOLDO, Carnifex, à *manu*, vt aiunt, quasi *manu gaudens.* Quod nimis commune est. Fortasse à *manicis ferreis*, quibus noxios alligabant, veluti *manicator*, aut *manicarius.* Sicut à boiis, colli vinculis, Boiarius. V. *Boia.*

MANNIRE. In ius vocare, à *monere.* Bignon. 608. Vois. Lib. II. 24. Grot. Lexico Vvand. *Mannire. Mannen. citare. Nomen à luna noua, aut plena, quæ tempora rebus agendis captabant Germani, teste Tacito.*

MANO. Copia, multitudo, resque in vnum collectæ. Hoc, *manus* veteribus dicebatur. *Iuuenum manus, parua manu, plena manu.* Glos. *manus.* πλῆθος. Agrætius. *Has manus huius hominis dicimus: Hanc manum, multos homines coniunctos. Manus, manna, manipulus.* Hispan. *manojo.* Glos. δέσμη. *marina.* Vulcan. *manna.* Glos. alibi. Δράγμα, *manipulum, manna, dragma.* Manuam Hispani *manojo.* Eædem Glossæ. *Maniaculus*, δράγμα Lege, *Manipulus* δράγμα. Et alibi, *manna*, δέσμη, Leg. *Manna*, δέσμοι. Fasciculi. A manu, & manua, *manada, maniada, manegiada*, & *masnada.* pro turma, multitudine, & societate. Hisp. *mesnada: & manada del Rey*, domus, familia regia. Et *Amesnadores*, regii stipatores. *Masnade* pro copiis militaribus. Vil. V. 28. *E stana con sue masnade Tedesche in S. Miniato.* Proprie pro peditibus. Vita Nicol. Laur. 236. *Tutti li soldati di canallo, e li fanti masnadieri.* Item familia prætoris, satellites, & lictores. Villan. II. 7. *Da detti masnadieri, e ministri del Senatore di Fiesole, fu per forza preso.* *Masnadiere* tamen fere in malam partem. Latro, grassator. Galli pariter *Mesnage* pro familia, non ab *Arimania*, aut *manso*, sed à *masnada*, vt supra notauimus: mox pro familiæ administratione; & *mesnager*, rem familiarem tueri, & frugalitati studere.

MANO pro scriptura, siue chirographo. Quintil. Lib. I. *Caussa, cassus, Cicero, & Virgilius scripserunt: sic manus eorum docent.* Cicer. ad Attic. II. *Signum requirent, & manum.*

MANTICI. Folles fabrorum. Pap. *Follis, vulgo manticum fabri.* Mantex à μάνδαξ. μανδάκη, corium vel pellis, vnde *Mantici*, vt Menagius; siue quia, vt Vossius in Etymol. Follis est θύλακος, saccus. Veget. L. II. 20. *Denique decem folles, idest decem sacci.* Vnde pro pera, siue mantica. Glos. Cyrilli, Πήρα, *mantica, follis.* Inde follis, *mantici.*

MANTILE. Insubres mantilia appellãt mappulas tergendis manibus. Varro. *Mantelium, quasi manuterium.* Græci Χειρόμακτρον. Hesych. Χειρόμακτρον, ἢ χειρόμαστρον, μανδύλιον. Glos. χειρομακτρεῖον. *Mantela, mappa.* Et χειρόμακτρον. *Mantela*, & *mantelium.* Virg. *tonsisque ferunt mantilia villis.* Seruius, *quibus manus terguntur.* Villosa enim erant, vt nunc ferme. Phylargyrius *mappas* interpretatur, *scilicet tergendis manibus.* At Veneti *mantile* mensæ operimentum appellant, Insubres *touaglia*, toralia; mappulas autem, *touaglioli*; idque ex vsu Romano. Nam vt Salmas. Hist. Aug. 357. ætate Plinij, mantelia non amplius in vsu erant, tergendis manibus, sed mensis insternendis. Mart. *Gausape, vel mantela*

> *Nobilius villosa tegant tibi lintea citrum,*
> *Orbibus in nostris circulus esse potest.*

Hoc autem discrimen tunc fuisse, idem notat, inter mappas, & mantelia, vt mantelia mensis operiendis, mappæ manibus tergendis vsum præberent, ita, ut mappas vnusquisq; ad conuiuium afferret, mantile solum dominus præberet. Quod constat ex Martiali in Hermogenem, mapparum furem, quem tradit, mappam in conuiuium nunquam attulisse, de conuiuio

retu-

retulisse semper. Cum igitur aliquando furis metu nemo ex conuiuis mappam attulisset, ille de mensa ipsum mantele surripuit.

Attulerat mappam nemo, dum furta timentur.
Mantele è mensa, surpuit Hermogenes.

Isid. L. xix. 26. *Mantelia nunc pro operiendis mensis sunt, qua olim, vt nomen indicat, tergendis manibus.* Adiicit Salmas. veteres dixisse, *mittere in mensam mantilia*, pro sternere, vt nos *mettere la touaglia*, & *mettere la tauola*.

MANTO. *Mantello.* à μανδύας, μαντύας: vt alij obseruarunt. Ineptit Isidorus, cum mantum dictum putat, quia manum tegat tantum, quod breue amictum sit, siue amiculum. Nam quod hanc vocem Latinis veteribus cognitam, ex Martiali contendunt L. xiv. 27. frustra laborant.

In Pompeiano tecum spectabo Theatro:
Nam ventus populo vela negare solet.

Salmas. enim, ex Palatino Codice, legit, *mantatus populo*, pro, *nam ventus*; vel vt alii, *Namque Notus*. Sententia poetæ est satis clara, spectaturum se in Theatro causia, aut gausape tectus: quia Theatri oppansa vela protereui venti raperent. Quomodo autem, qui est mantatus, vela populo negat? Nunquid vnius amiculum vniuersum populum tegit? Non pauca sunt huiusmodi, quæ sola tanti viri auctoritas excusat. Miror magis doctissimum Vossium huic sententiæ calculum adiecisse. Vela Noti negabant populo: itaque opus erat causia, vel gausape aduersus Cœli iniurias. Alii enim ex MS. legunt, Namque Notus.

MANZO. Bos mansuetus. Castratus. *Mansus*, Dant. Purg. xxvii.

Quali si fanno ruminando manse
Le Capre state rapide, e proterue.

Hisp. *Manso*, cicur, cui opponitur, *brauo*, Feros, indomitus. *Manso* iisdem verucx sectarius, & *Amansar* mansuefacere.

MAPPAMONDO. Tabulæ Cosmographicæ. Pap. *Mappa pictura, vel forma ludorum: vnde dicitur Mappamundi.*

MARANI. Atrox in Hispanos contumelia, qua illi vtuntur aduersus eos, qui à Iudaica superstitione recentes christianam religionem amplexi sunt, coacti, & fictè. Coar. Quod Mauri porcum anniculum, *marrano*, appellant: Arabes *Barran*, à quo isti, post nouos ritus pertinaciter abstineant. Alii à *Maranatha. Dominus venit.* Quasi hoc Iudæis exprobretur, qui Messiam expectant: vt Baronius. Alii aliunde. Vide Menagium in Originibus Gallicis. Mihi adhuc notatio obscura est. Nisi à *Maurus*, quorum propago, quasi *Mauritani*.

MARANGONE. Faber lignarius. *Materia* pro ligno sumi notum est. Festus. *Abietaria negotia dicebantur, quam materiam nunc dicimus: quia præcipuus eius vsus ad ædificia.* Liu. *Multam materiam ceciderat miles. Materiari apud Cæsarem* L. vii. Bel. Gal. *Materiarius*, faber lignarius. Plaut. Mil. Glor. Act. iii. Sc. ii. *Si non nos materiarius remoratur, cito erit parata nauis.* Plin. L. vii. 56. *Fabricam materiariam Dædalus: & in ea serram; asciam inuenit.* A materiarius, *materianitus*, & magis corrupte, *materiarionicus*, *marangonius*. Ital. Menag. rectè *mairrein*, à *materiamen*, deducit. Voss. L. iii. 24. *Cedreno ματριτάριοι, qui vsitatius ξυλουργοὶ fabrilignarij, materiarios dixerit potius; quam lignarios, si obseruare vsum discrimen inter materiam, quæ apta ad aliquid efficiendum, & lignum, quod aduritur. Quod discrimen non vno Digestorum loco reperias.* Matricarij, Fabri lignarij. *Matrincarione, Marangone.*

MARCA. Non vnam rem, sed eiusdem originis significat. Nam & *Regio*, & *pondus*, & *nota*, *Marcha*, appellatur.

Marca, & marcha, ait Voss. L. ii. C. xii. *dicitur de finibus Imperij, limites (Frontiere.) Estque ea significatione à Marck, idest limes, termini, signum, cum nota. Marcb. puto esse à merkē, idest signare; quia lapides, qui pro terminis forent, signarentur. Ceterum cum marcha proprie limitem denotaret, latius extensum fuit, ad significandum totam aliquam ditionem, vel prouinciam, qua Imperium terminaretur: quomodo dicimus Marchiam Brandeburgicam, Badensem* (& in Italia Anconitanam, Taruisinam) *Constitutio Caroli M. Quomodo Marca nostra sit ordinata, & qua per se fecerunt confiniales nostri, præteritis annis, Vbi satis liquet, ex Marca, & confinalium vocabulis, actum esse de finibus regendis.* Et paulo infra. *De placito condicto, ad Marcam necesse est vnusquisque conueniat.* Alia non pauca adiicit Voss. quibus id comprobet. Puto tamen *Marchum* esse à *Margo*, limes. *Marchio* limitum præfectus. Dant. Purg. xxvi.

Beato te che delle nostre Marche
Per viuer meglio, esperienza imbarche.

A nostris regionibus. Villan. viii. 137. *Tenendo tutti l'Inglesi di quelle Marce, sotto tributarie.* Et x. 125. *E perche il borgo era di lungi, e fora di nostre marce, era impossibile il fornirlo.* Hisp. *Commarcanos*, Conterraneus, eiusdem regionis.

A marcha, *Marchiare*, Fines ingredi, ad regionem hostilem exercitum ducere, equitare. Vita Ludou. Pij p. 231. *Et cum in Thconis ille lum deuenisset, famaque venturos in nostros fines Sarracenos peruulgasset, missi filium Lotharium ad eandem marcam, adiunctis illi Francorum*

eorum copys. Ecce marchiare Lotario : doue do-ueuno marchiare i Saracini.

Non ergo à *varicare*, quod est ambulare. Nam varcare est vadere, vaditare, & *varcare* Italis est vadare, siue vadum traiicere. *Varicare* proprie est diuaricatim ambulare, idest cruribus expansis. Id ostendit Ouidius. *Ambulat, ingentes varicaque fertque gradus*, idest dispessis cruribus ambulat. Varro. *Vallum, vel quod ea varicare nemo possit.* Nam in trascendendo crura dilatantur. Ita & *passare*, pro vadare, idest latiore passu fossam vel vadum traijcere. Vnde nomen *Passagnado*. A *marcha marchiare*, & simpliciter cum exercitus incedit, *far la marchia*. Et *marchiare* pro discedere. Germ. *Marcken* limitari, & ad limen tendere.

A MARCA, *Marchio*, & *Marchese*, vt Voss. eodem loco. *Marchio* qui Græcis λιμενάρχης, Aimoino Lib. v. *Limitum Comes.* Glos. Lat. Theot. *Marchio, marcgraue*. Vita Ludou. Pii. *Relictis tantum Marchionibus, qui fines regni tuentes, omnes si forte ingruerent, hostium arcerent incursus*. Ab eadem origine *Marchisij*. Iidem *Landgrauij*. Comites prouinciales, graphiones, siue cancellarij Iudices. Hoc tamen magis genericum: cum Marchiones limitum Comites, & custodes. Grot. Lex. Vuandalico. *Marchio. Contracte, vti pleraque in O. March-Graf:.* Limitis Iudex. Alciat. parerg. L. xxvi. à *Marphaus*. Sed hæc vox, teste eodem Grotio, significat stratiotem, qui equis imperat. *Marhais: ita meliores codices, pro Morphais*.

Marchese Itali appellant sanguinem menstruum. A *marca*, idest nota, & macula, qua vestes inficiuntur.

Marchetta, nota interfectæ virginitatis, vt cum Apuleio loquar. Boxhornius ad Suet. Calig. xl. Qui etiam ex matrimonijs vectigal instituerat. *Apud antiquissimos*, inquit *Septentrionales, id receptissimum inuenio. In eorum Legibus vocatur Vectigal marcheta mulierum. Hac vetustissimis temporibus, Principibus omnibus viris, & dynastis, qui Domini Capitales in Legibus dicuntur* (Capitani) *in suis ditionibus impie permissa, in omnibus nouis nuptis, prima nuptiarum nocte. At inualescente religione Christiana, mos ille paulatim sublatus, isque concubitus certo vaccarum numero, & quasi pretio redemptus est. Inde in vetustis legibus Scotorum. Quacunque mulier fuerit, siue nobilis, siue serua, siue mercenaria, Marcheta sua erit vna iuuenca, vel tres solidi: & rectum seruientis, tres denarij. Et si filia liberi sit, & non Domini Villa, marchetta sua erit vna vacca, & sex solidi*. Hoc tamen Boxhor. à *March*, idest equo deducit, vt metaphora sit, ab equitando, marcheta Virginalis pudicitiæ prima violatio, & delibatio. Verisimilius tamen est, à *Marck*, quod signum, siue nota. Cruor scilicet index effracti claustri, & depudicatæ mulieris. Pro quo à maritis munus dabatur. Hinc *Morgengap*, & *morgengaf*. Matutinum donum, quod post primam noctem nouæ nuptæ datur. *Anacalyptéria, Theoréthra*. Vt Grot. in Vandalicis. Iuuenal. vi. *Nec illud quod prima pro nocte datur, cum lance beata, Dacicus, & scripto radiet Germanicus auro*.

Secunda *Marcha* notio in re nummaria, pro pondere, & pretio. Vt *marcha argenti*. Scilicet ab eadem vocis origine Germanica, prout *marcha*, pro signo, siue nota sumitur, certum argenti pondus nota signatum. Sed quale illud incertum. Alijs enim selibra, alijs libra. Pap. *Marcha dicitur pondus argenti, minus libra*. Cuiac. ad L. v. Feud. *Marcas dixit Vspergensis, pro libris: plus tamen est marca: continet enim duas libras. Sed quod Latinis olim fuit libra, est hodie marca, fere quod selibra, hodie libra*. *Marco* etiam pro pondere in libra: item æquipondium in trutina, quod librarum, & vnciarum numerum in scapo punctuatim distinguit, *Marco* appellatur, à Germanis inquit Baldus ad Vitruuium, voce mutuata, quibus *Mercken* notare significat. *Marchetto*, Venetis, assis, D. Marci nota impressus.

Tertio *Marcha*, est mercium nota, & mercatoris, atramento illito, vel ferro candente inusta. Χάραγμα, ab eadem origine *Mercken*. *Signare, notare*. Item nota pecudibus, & equorum femori inusta. Vt Scalig. ad Varron. *Signum candens in pecore. Virgil. & nomina gentis inurat. Instrumentum, quo perurunt, dicitur* Character, *rei rustica scriptoribus. Verbum antem signare. Nonius, signare oportet frontem calda forcipe. Dignorare, veteres dicebant*. Festus. *Dignorant, signa imponunt, vt fieri solet in pecoribus*. Columella Lib. ix. *His etiam diebus maturi agni, & reliqui fetus pecudum, nec minus maiore quadrupedia charactere signari debent*. Sic & equi nota insigniti. Vnde apud Aristoph. σαμφόρας, κοππαφόρας, qui & κοππατίας Hesychio.

MAREMMA. *Marina*. Ora maritima. Maritima loca. Landin. ad Dant. Inf. xxv. *Marittima, maremma*. Vita Nicol. Laur. p. 56. *In campagna, e marettima*. *Maresi*, & *marosi*. Stagna, paludes, maris æstuaria. Villan. x. 7. *Era molto forte di selue, e di marosi*. Et L. viii. 77. *Done la riuiera faceua vn gran marese, che fiottaua*. Hisp. *Marchales*, & *marjales*, prata vliginosa.

MARENE. Cerasa, acido amarore. Germ. *Amarellen, marinelle, marasche*.

MAREZZO. Veneti *Marizo*. Vestes vndulatæ,

sæ; siue color cymatilis, maculis variegantibus, & quodam Mæandro crispantibus, maris fluctus referens.

MARIOLO. Alii quasi *manticularius*, crumenisecа. Alij, quasi *malinolus*. Rectius videtur, quasi *marinarius*, classiarius, pes nauticus: *marinellus*, *mariolus*; quo hominum genere, nihil astutius, ac furacius. Voss. Lib. III. 24. adducit Houeden An. T. II. *Marinarij verò si luserint tribus diebus à summo mane, in mare demergantur, more marinariorum quotidie semel*. Scilicet vt fune dimitterentur, & paulo post extraherentur. De *marinellis* autem Math. Parisius apud eundem. *Habeant naues adornatas bonis, & probis marinellis, & bene armatis*. Coaruv. à *mulis marianis* deducit, satis durè.

MARMELLADA. *Cotognata*. Vocem Lusitanam esse aiunt, quod illi malum Cydonium *marmelle* appellant. Sed vnde hoc Lusitani? nempe à Latino *melimela*, & *melimelata*. Licet enim *melimela* proprie olim dicerentur poma mustea, siue dulcia, quasi mellea mala; vt Varro de r. rust. L. I. 59. *Quæ autem mustea vocabant, nunc melimela appellant*. & Plin. Lib. xv. 14. *Mustea à celeritate mitescendi, quæ nunc melimela dicuntur, à sapore melleo*. Postquam cydonia excoqui, & melle, posteaque sacchаro condiri cęperunt, à re ipsa *melimela*, siue *mellimela* dicta, quasi mala mellita. Et inde *malmellata*, *marmellata*, *cotognata*. Martial. XIII. 24. *Cydonia*. *Si tibi Cecropio saturata Cydonia melle, Ponentur, dicas hæc melimela licet*. Hisp. malum Cydonium *membrillo* appellant, quod puto pariter corruptum, à *melimelo*, *melimiliũ*, *membrilium*. Quod sanius est, quam à membro; quia *membrum*, siue naturam mulierum specie referat. Ita argutatur solens Goropius, Vertumni. p. 72.

MARNA. V. *Madia*.

MARMAGLIA. Pisces minuti, & maris quisquiliæ. *Maritima*, *maritimalia*, *marmaglia*. Inde pro minusculorum puerorum turba: sicut *Canaglia*, turba canum, pro vilissima plebecula.

MARMOTTA. Statuæ in finibus agrorum, in vijs, atque in atrijs, & fontibus appositæ, ferme rudes, & deformes, vt Satyrorum, & Siluanorum, ab ipsa materia, *Marmorata*, *marmotta*. Inde pro stupido, & veternoso. *Marmottone*. Et Gallis *marmot*, Simius, Cercopithecus. Ex quo mus alpinus, siue melis, qui totam hiemem stertit, *marmotta* appellatur, de quo Scalig. Exer. CXVIII. 2. & CCIII. Vnde somniculosi *marmotte* dicuntur. Sic stupidi, & attoniti. Vill. Lib. XII. 83. *Diuentare à modo di statue morte, à guisa di marmorito*. Marmotte.

Boccat. Nou. x. *Come statue di marmo mutole, & insensibili si stanno*.

MAROELLE. *Morene*, *morici*, *moroide*. Venæ hæmorrhoidales.

MARONI. Castaneæ maiores. Crescentius Lib. v. ait vocem esse Mediolanensium. Menagius è Græco fonte deriuat; quia Eustath. Odyss. K. loquens de fructu Castaneæ, ait. Καλεῖται δὲ, φασὶ, ψίτταξις. Οἱ δὲ Βαρβιλὸν φασι. οἱ δὲ μάραον. Μάραον. *Marone*. Sed qui, in vocibus Italicis parcè Græcos sollicitandos puto, credo à *balanon*, vocem formatam (quæ & ipsa Græcæ originis, licet usu, Latio donata) cum *maraon*, præter Eustathium, nullus meminerit. Plin. L. XXXVII. C. x. *Balanitis, genus castaneæ rotundius, & maxime purgabile, à rotunda glandis effigie ita appellatum*. Balanum, *balanone*, *malanone*, *marone*. Pap. *Balani grandes viri*. Legendum. *Glandes virides*. Sequitur enim. *Balanorum glandes virides stringunt; cocta minus indigestionem faciunt: fluxum omnem constringunt*. At ne quis castaneas glandes esse neget, satis constat *balani* appellatione, siue glandis, comprehendi omnia nucleos intus habentia, præcipue tamen dactylos, oliuas, castaneas, vt *Balanus myrepsice*, siue *myrobalanum*, nucis auellanæ similitudine. *Maroni* igitur, *balanoni*, & simplici R, scribendum.

MARRA. Instrumentum rusticum, ad excidẽdas herbas. Iuven. Sat. III. *Ne marra, & sarcula desint*. Dant. Inf. xv.

El villan la sua marra.

MARRVBIO. herba nota. Glos. *Marrubium*, Πράσιον, ἡ λιόσπορον, εἶδος Βοτάνης. *Marrubio*, asperum, vel ab hac herba, quæ exulcerare vesicam creditur; vel a Marrugina, quæ eidem Glossographo, εἶδος παλιούρου, *genus palluri*; ἔστι δὲ ἀκανθῶδες δένδρον, Frutex spinosus.

MARSONI. pisciculi. Scal. Hist. anim. 110.

MARTELLO. Malleus, martulus, *Martellus*. Alij à *Marculo* deducunt. Plin. L. VII. C. LVI. *Tegulas inuenit Cynira Agriopa filius, & metalla æris, vtrumque in Insula Cypro: item forcipem, marculum, vectem, incudem*. In MS. *Marculum*, σφυρίον σιδήρου. Et paulo post. *Marculus, malleolus, & malleus*, Σφῦρα σιδηρᾶ, καὶ Κόπανον. Turn. L. I. C. XIV. *Ex Capro Gram. intellexi, male apud Plin. marculum, pro martulo excudi. Martulus*, inquit *à Marte, non marculus*. Eo tamen utitur Lucilius, si fides Isid. L. XIX. 7.

Et veluti in fabricam feruens cum marculu ferrum,

Multorum magnis ictibus tundit;

Atque Isid. *Marcus, malleus maior, marcellus mediocris, marculus, pusillus*. Sed neque Mar-

cus, neque Marcellus reperiuntur, & *marculus* pro malleo quolibet. Vtitur & auctor vitę Ludou. Pij. *Et praparatis clauis, & marculis, facile coaptari valerent.* Menagius cum in Originib. Gallicis, à *martulo* deduxisset, in Italicis maluit à *marculo*. Sed propior, ac verior originatio à *martulo*; tum Capri auctoritate, tum quia apud Plin. in MSS. *martulus* legitur.

MARTORI. *Martorelli*. Fera exigua è genere mustellarum. Martes. Hisp. *Marta*. Sanctius quasi Sarmata, quod è Sarmatia perferantur ccx. 2. *Mardures, Fuinaque fuscedine distinguuntur, & albo pilo, qui sub gula est. Marduris species tres. Excellentissima Sebellina, dilutior, & splendidior, pilisque raris, & vt ita dicam, argentata. Nostratis color fuluior. Tertiam vocant Calabram, colore longe minus saturo, Martem dictam Latinis putant, quam Germ. Mardur, testimonio Martialis L. x. Venator, capta Marte, superbus adest.* Hinc murinæ pelles, *Marturina*. Helmod. Chron. Slauorum. Lib. 1. 1. *Pellibus abundant peregrinis, quarum odor lethiferum nostro Orbi superbia venenum propinauit. Et illi quidem, vt stercora habent, ad nostram credo damnationem, qui ad Marturinam vestem anhelamus, quasi ad summam beatitudinem. Itaque pro laneis indumentis, quos nos appellamus Faldones, illi offerunt tam pretiosos martures.*

MARZAPANE. panis dulciarius ex amygdalis, & saccharo. Vel à *Marzapanis*, vt Coaruv. ex Rhodigino; vel à mactea, aut mattya. Turn. L. xxii. C. vi. *Mactea ab eo quod Graci* μακτύας. *Mactea etiam à Suet. vocantur in Caligula C. xxxviij. Et multis venenatas macteas misit.* Et ab Arnobio. *Frustilla hac paruula pro suauibus macteolis sumunt.* *Mattya* in Martial. L. x. Ep. lix.

Diues, & ex omni posita est instructa macello
Cœna tibi, sed te Mattya sola iuuant.

Gracorum more. Hoc nomine, vt ait Athen. L. xiv. *Omne scitamentum, & omnis cupedia, iucundumque, & pretiosum edulium censetur, cum tamen initio esset quadam maza.* Cum igitur Rhodiginus L. ix. 12. à *maza*, *marzapane* deduxisset, non erat quod *Marcipanes*, ab auctore principe, sicut *marci pastillos* dici posse, putaret.

MARZOCCO. Magnus caudex, & stipes. Vide *Ciocco, marzocco*. Inde pro stupido, ac stolido, quem etiam Latini caudicem, & stipitem dixere. Plaut.

MARZOLINO. Caseus optimæ notæ, ex agro Florentino, quod mense Martio fieri incipiat, vt Lexicon Etruscum explicat.

MASCALZONE. Ignata mihi vocis origo.

MASCHERA. Persona, larua. Huius vocis originem Salmasio debemus ad Tertul. de pallio, cum ait. Μάσκην, δίκελλαν, *interpretatur* Hesychius. *Eadem & Βάσκα dicebatur.* Idē Βάσκα, μασχάλη, Βασκάνια. Et *notabis* Βασκάνια, & προβασκάνια, *res turpiculas, & deformes laruas Gracis appellari, qua ad auertendum fascinum adhibebantur.* Cum Βάσκα, *etiam* μάσκα *diceretur*. Inde *Mascas Latini recentiores, de laruis, & personis vsurparunt, & ita etiam hodie vocantur.* Scilicet res turpes, ac deformes, ad auertendam fascinationem adhibitas, notum est. Quare & in hortis, ac foribus, aduersus eam noxam, deformes figuræ, ac fędæ imagines positæ, quæ *Satyrica signa* dicta, vt Priapi, & Satyrorum, Plin. L. xix. C. iv. *Quam rem comitata est & religio quadam, hortosque, & fores tantum contra inuidentium, & fascinationes dicari videmus. In remedio Satyrica signa: quanquam hortos tutela Veneris assignante Plauto.* Ea etiam nunc *Mascaroni*, appellantur Paniscorum, & Satyrorum ora fœda, ac deformia.

Hisp. eadem voce vtuntur, & *Caratula*, à *Cara*, idest vultu, facie. Sic Veneti *volto*, appellant: sicut Græci προσωπεῖον. Quasi vulticulus, *caratula*. Germ. *Larue*. Gal. *Masque*. qua voce etiam Meretrices appellant: non quod larua vultum celent, sed quod pigmentis, & medicamine ita faciem inficiunt, vt personam non vultum gerere videantur. Sicut Romanæ matronæ madida filigine vultui tectorium obducebant.

MASNADA. V. *Mano*.

MASSARO. Villicus. Alij à *massa*, Massarius: alij à *Manso*, mansuarius. Lindebrock. ad illa Ammiani Marcel. L. xiv. *In massa Veternensi*, notat, Massam à posterioris æui scriptoribus vocari fundum, vel certam agri partem, quam Glossæ σύγκτησιν. Sic *Massa Casiana, Valeriana. Pontiana*, apud Cassiodorum, & *conductores massarum*, apud eundem: & *maßarius* in L. L. Longob. Anastas. in Zaccharia. *Donationem in scriptis, de duabus massis* & alibi. Vnde *massaro*, Villicus.

Mansus autem, *mansum*, & *mansa*, fundus, certus agri modus, cum loco mansionis, idest villa, siue Curte, & quæ circum eam; vnde quis se, & familiam suam, inquit Cuiac. L. 1. de feud. tueri satis commode potest, & prætereа censum Domino referre. Apud Flodoardum L. 1. *Mansos quatuor. In villa cui nomen Turba, mansos duos.* Et *mansos, cum terris adiacentibus, vineis, & mancipijs.* Vita Ludouici Pij. *Vt super singulas Ecclesias mansus tribueretur vnus, cum pensatione legitima, & seruo, atque ancilla.* Vnde *mansuarius*. Licet autem massa, & mansum res fere eadem esset, *massaro*

propius

propius originem est à *massa*, quam à *manso*. Neque tamen *massa*, à *manso*, quod à manendo, siue mansione, *maggione*, villici: *massa* autem certus agri modus, siue agri partes in vnū contractæ, veluti in massa. *Massaria*, massæ vnius coloni. *Masseritia* supellex. Cresc. L. 1. 13. *Ferramenti, & masseritie di lauorare*. *Massara* ancilla, quod ferme ex eo hominum genere sumerentur. *Massari di monte*, Patauij, mensæ nummariæ præfecti, & pignorum villici. Nisi à *mensarijs*, honestiore vocabulo dictos putemus. *Massarius de Sala*. L. L. Longob. tit. de homicid. seru. Statut. Patau. Rub. 22. *Dominus mansi si voluerit licentiare rusticum de supra mansum suum*. Et infra. *Hoc idem seruetur etiam de laboratoribus aliarum terrarum, vel possessionum, licet non sint mansi*. Glossa ibi. *Nota quod mansus dicitur terra, quæ sufficit ad vnum par boum in anno*.

MASSICCIO. Solidum, à *massa*: vt massa ferri. Pers. *Coquitur dum massa camino*. Virg. *Versant tenaci forcipe massam*. Aurum de massa. Et Purg. IX. *Lo terzo che di sopra s'ammassiccia*. Vel à Masso, quod cautem, & magnam saxi molem significat, Dant. Purg. III. *Quando si strinser tutti à duri massi Del alta ripa*. Morg. V. *E gl'entrò in vna buca sotto vn masso*. Et Massa. Idem XIX. *E nel cader ciò che trouò fracassa Come se fosse cadnto vna massa*. Vnde *massale*, apud Tertul. quod massam constituit, & *massaliter*, in cōmuni. Veneti *massa* pro magno, & nimio, à *maximo*, siue *maxima*, *sumunt*.

MASTELLA. *Mastello*, à similitudine matulæ. *Matula*, & *matellio*, vas in quod præfandum humorem reddimus. Ita & matella, vas aquarium, vt Non. testatur. Plaut. Amph. *Ne tu postulas matellam vnam tibi aquæ infundi in Caput*. *Mastello* etiam vas ligneum, siue alueus Fullonicus, lauādis vestibus, Insubres *Secchione*, à situlæ similitudine, sicut *mastello* à matulæ. Et *mastello*, *vas* vinarium, duos congios, siue LXXII sextarios continens. V. *Biganeia*.

MASTICARE. Mandere, mansum, mansitare, *masticare*. Si à Græco, est à μασάω. Glos. *Manducat*, μασᾶται. *Pappat*. Μασᾶται. Μασῶμαι. mando. Pap. *mandere*, *mastigare*, *comedere*. Et. *Mansa*, *comesta*, *mansueta*. *mansa*, *masticata*. Vols. L. III. 24. *Mastica Plinio Valeriano, pro eo quod masticatur, quæ masticandi vox à μαστάζειν*, hoc est μασᾶσθαι *manducare*. *Sic interpretatur Hesych. & Nicandri Scholiastes*. Inde μάσταξ mandibula. Insubr. *Biassare*, quasi *biassicare*. Hisp. *Mascar*, quod non inepte Coaru. quasi *maxillare*, crebro maxillarum, & dentium motu molere, ac terere. Galli *Mascher*, mandere. *Maschoire*, maxilla. *Les dents maschelieres*, molares, Veneti *gramole*, quod cibus veluti mola comminuitur. Hisp. *La muela para mascar*.

MASTINO. Canis Villaticus, Cortis custos. *Cane di Cortino* dicunt Veneti. Sed vndenam sic appelletur satius est ignorare, quam à *molosso* deducere. Si enim à molosso confici potest *Mastinus*, nullius hercle vocis non facillima indagatio erit. Nobis non licet esse tam disertis: nam si argutari liberet, tolerabilius esset, *mastinum* à *massadino* trahere, nempe *Massæ* canem, idest villæ custodem. *Massatino*, *mastino*, vel quasi *massagetinus*: nam Alanos olim Massagetas appellatos tradit Ammianus Lib. XXXI. etsi *Alanos* canes à *mastinis* diuersos faciant. Sed eiusdem gentis diuersa specie esse potuerunt. Quod autem huiusmodi canes sordidi, lutoque, & paleis quibus incubant oppleti, *mastinente*, pro spurco, fœdoq; Itali dicunt, & Galli *mastiner aucune persone*, sordide aliquem tractare. Puto ramen, *Mastino*, hoc sensu contractum ex *mediastino*. Hi serui viliores, & sordibus oppleti. Sed nimium hæc ars visa potens, si omnium vocabulorum radicem nosset, tanquam vngues, digitosque suos.

MASTRO DI CAPELLA. Mesochorus, Coripheus, Præcentor, qui in Odeo modos temperat, & vocum interualla moderatur. *Capella* enim est sacellum, siue Odeum; vt lepide, cum Varrone, ille sit *Cantantium Gallus gallinaceus*.

MATASSA. Metaxa in Iure Ciuili. Sericum rude. Et filum, & filorum in vnum colligatorum congeries. Glos. *Mataxa*, σειρά, idest linea, siue filum. Item funiculus, restis. Philand. Vitr. Lib. VII. 3. Et *mataxa*, *& tomice*. Lucil. apud Isid. L. XIX. 4. *Plumbi pauxillum rudis, plumbique mataxam. Describit enim bolidem, idest instrumentum, quo maris altitudo tentatur. Idem dictam putat à circuitu filorum, pro ea quam vniuersa Italia matassam vocat; quam scilicet fœmina torquendo rhombo machinula perficiunt*. Lucilij versus explicans Turneb. Lib. XX. 4. ait, mataxam esse funiculum, & in Glos. σειρὰν exponi, vt diximus, idest catenam siue restim. At Baldus de signific. vocab. Vitruuianorum, non pro funiculo, resteue accipit, sed pro agglomerato, conuolutoque filo, qualia sunt, quibus linum, & sericum mataxatur; sentitque cum Budæo, qui ait, mataxas, esse manipulos, & fasciculos cannarum, quos Vitr. tomice alligari iubet. Budæo assentitur Turneb. L. II. C. III. Scilicet à similitudine fasciculi linei, aut serici: hoc enim proprie mataxa. *Matassa*. Hisp. *Madexa*. Veneti contracte, *mazza*, & *mazzette*, filorum fasciculos. Insubres *Azza*, vel contracte à *matassa*, vel ab *acia*, idest filo. Boccat. vtrumque coniunxit,

Laber.

Laber. 25. *Quanto cenere voglia in cuocere una matassa d'Accia*. Veneti *accia*, simplex filum appellant; & *azze*, Insubres *gugiada*, ab acu, quasi acudiata.

MATERAZZO. Culcita. Tomentum. *Matta*, storea plerumque; stuppa, aut rudiore lana inculcata, vt recte Menag. conicit. Ouid. Fast. VI. *In plaustro scirpea matta fuit*. *Culcita*, non vt barbari *culcitra*, ab inculcãdo, & cui incumbimus, & qua operimur, Itali *coltre*. Galli *loudier*, lodix, & *natte*, matta. Hisp. *Colcha*, *colchar*, culcitonum. Quod autem *matta* sit storea. Glos. Ψίαθος. *Teges*, *Terratoria*, *matta*. Leg. *Matta. Storea lectus terrenus*. *Teges*, operiendo, *matta*, incubando. Nam Glos. *Teges*, Σκέπασμα. *Amictorium*, *coopertorium*, *velamentum*. V. Int. Iuven. *Ausa palatino tegetem praeferre cubili*. *Teges*, & *matta supellex cubilis obscani*. Seneca Epist. LXXVII. *Culcita in terra iacet, ego in culcita. Ex duabus penulis, altera stragulum, altera opertorium facta est*. *Matta* lectus ascetarum. Smaragdus *lectus eorum, aut nuda humus, aut certè storea, idest matta super humum*. Regula S. Bened. C. LV. *Stramenta autem lectorũ sufficiant, matta, & sagum. Vnde terratoria*, quia terrae sternebatur. Cerda Aduer. Sac. CXLI. 6. Vita S. Bened. *In cella sua, in Psyatho, quod vulgo matta vocatur, in quo orare consueuerat*. Ex quo Papias *mattam* pro cella sumpsit. *Matta, tapetum*. *Et matta, vulgo cella dicitur. Greg. in dial. Inde mattula pro culcita. Hieron.* Quia autem vt diximus, etiam pro lodice, & opertorio sumebatur, sicut & stragulum, & stragula, licet à sternendo, pro velo, & opertorio, siue aulaeo, peripetasmate; quod iis aulae, triclinia, & lecti insternerentur. In Epist. Pauli Diaconi ad Carolum Regem. *Similiter, & in loco cucullarum, duos, quos nos dicimus mattos, qui ex grossiori sago fiunt, & vnum in aestate superiorem, operimentum*, idest operimenta rudi, & soloci filo, nempe loco cucullarum teges, siue tegillum. Festus. *Tegillum cucullunculum ex scirpo factũ*. Plaut. Rud. *Tegillum mihi aret, id si vis dabo*. Varro. *Aquam è nubibus tortam indicat fore, vt tegillum pastor sibi sumat*. Nec Hisp. *Almadraque*. Al. *Matratium*. Culcita. Recte Coar. *Colcha*, e *Colchar*, à culcita, prout tam stragulam vestem, quam lectulum significat: parum autem recte, *matarazzo*, à ματαρὸς *fertum, quod emarcuit*, quod ex fertis arescentibus culcitae farcirentur. A *culcita*, vt vestem stragulam, & aulaeum significat. Hisp. *Colgar*, *entapizar*, *empallsar*, *colgadura*, diuersum tegiculum, vt Salmas. credit H. Aug. p. 102. *Donatus φόρμιον, tegiculum dicunt Graeci, quo insternitur pauimentum*. Nempe eadem res, & sternendo, & amiciendo, siue operiendo. Et *Colgadizo*, aulaea quibus parietes teguntur, *cortinaggio*: nam *cortine*, *culcitiua*, *colgare*, veluti culcitare; non à colligando. Vnde *colgar* est suspendere, vt vela parietum pendent. *Colgar*, in furcam agere, suspendere, à *horcar*. Et *Colympio*, oscillum, oscillatio, cum fune suspensi hinc inde iactantur. *Matterazzo* igitur, *matta*, *mattacium*, *matraccium*. De mattis, & storeis, in quibus & Monachi, & Scholastici, tam in Collationibus, quam in disputationibus, & Gymnasijs, non in subsellijs, praeipuè Lutetiae, sedere soliti, multa egregie obseruat Andreas à Quercu, notis ad Petrum Venerab. Cluniacensem p. 110. apud Menag. Orig. Gallic. p. 712.

Materazzo, Veneti *Stramazzo* appellant. Lutum stramineũ, siue stramentitium, vt Plin. L. VIII. 48. *Antiquis enim torus è stramento erat, qualiter etiam nunc in castris*. Nam cum loco stramẽtitij tori, tomenta, & culcitae venissent, in castris tori è stramento perseuerarunt. Vnde *scibadia*. Glossae. *Stramentum*, Στιβάδες, χορτόστρωμα. *Stramenta* χορτόστρωτοι στιβάδες. Quod ex foeno, siue stramine, à στιβάζω, stipo. Στοιβὴ *stipatio*, *stramentum*. Ita & Στρωμνή. *Torus*, *sternum*, *toral*. Pap. *Storea ideo dicta, quod sit terra strata. Nondum enim laneis stramentis repertis, in his accubabant*. Galli stramentitium torum *de testrain*, Stramineum, de *foarre*, quasi farragineum. Nam *farrago*, stramen, palea, pabulum iumentorum. Martial. XIV. 160. *Tomentum Circense. Tomentum concisa palus Circense vocatur: Haec pro leuconico stramina pauper emit*. Pauperibus iuncus, siue vlua palustris, pro tomento lingonico. *Circense* autem; quia illud sibi spectatores in Circo substernebant.

MATREGNA. Nouerca. Glos. *Nouerca*, Μητρυιά. *Matrina* in Leg. Long. & pro ea, quae de sacro fonte suscipit, vt Vols. L. III. 24. Sicut *padregno* patrinus, & vitricus, & *padrino*, siue *Compadre*, in Baptismo susceptor. Item qui singulari certamine pugnanti adest. Et *patrastus*. Glos. Arab. Lat. *Vitricus*, *patrastrus*. Sicut *filiastrus* priuignus. Isid. Glos. *Filiaster*, *priuignus qui ante natus est*. Patauini, etiam *sorellastra*, & *fradellastro*, ex alio patre, aut matre nati. Hisp. *Madrastra*.

MATRICOLA. Catalogus. Index. Album. Glos. *Matrex*. Μήτρα, καὶ ἐκμίκτων ὀνομάτων. *Matricula*. Codex in Academijs, in quem referuntur nomina eorum qui studijs operam nauant, & Gymnasij immunitate gaudent: vnde *immatriculari* albo Academicorum adscribi: & *matricularij* Ecclesiae custodes, de quibus plura. Bignonius p. 615. & ex eo. Vols. L. III. Cap. XXIV. Hisp. *Padron*, & *matricula*, nempe à *matrix*, vt dictum est, non quod in ea nomina pa-

tris,

tris, & matris vniuscuiusque poneretur.

MATAZINI. Genus saltationis Pantomimicæ, siue cinnus, & miscella veterum saltationum. Nam & Satyricam referunt, cum crebro manum fronti obtendunt, quod satyrorum proprium. Scalig. in Catalecta. *Sed Fauni semper calui. Quo circa Panes, Siluani, Satyri, semper pingebantur manum obtendentes fronti, pro vmbraculo, ad arcendum calorem Solis.* Hesych. ὑπόσκοπον χεῖρα. σχῆμα δὲ ἐστιν ὀρχηστικὸν, ὁ σκώψ. *Gestus saltatorius σκῶψ, manibus fronti obtentis.* Silius.

Obtendensq; manus solem inferuescere fronti
Arcet, & vmbrato perlustrat pascua visu.

Sed *Mattazini* præcipue veteres, tum Salios, tum lupercos imitantur, per Vrbem cum tripudiis discurrentes; licet illi seminudi; hi veste leui, & corpori adstricta, præcipue lorum manu tenentes, quo obuios impetunt, quod luperci faciebant, sponteque mulieres, manus, atque humeros cædendos præbebant; quia id fœcunditati, & partus facilitati prodesse credebant. Esse autem veteris saltationis imitamentum, larua, siue persona declarat, cuius species glabra, & anilis, & recedentibus labris, porrecto mento, pallore deformis.

Etiam Thracicam saltationem æmulantur; de qua Athen. L. 1. Nam & rudibus batuunt; vnus ex composito cadit, hunc ceteri spoliant, & ouantes exultant. Tota fere tamen Pantomimica saltatio est, cum taciti, loquaci manu, & linguosis digitis, gesticulantur, variasque artes silentio imitantur, vt tonsorem, & sutorem, & id genus artifices desaltant, & mortuum efferunt, & alia ludicra, cum tripudio nō indecore repræsentant. Vnde Germ. *Mummer,* à mimus, & *mummeren, dantzer,* saltando imitari. Et Galli *Matassiner des mains,* inepte gesticulari. Hisp. *Matachin.* à matando, siue mactando, vt putat Coaruvias; quod pugnando fictè se mactarent, & aliquis vt mortuus caderet. Menagius à *matto,* siue stulto, quod ludibundi, & tripudiantes, insanorum more ferantur. Quod vt non abnuerim, ita potius ab imitando, *mattazini,* dictos facile crediderim.

MATTO. à μάταιος, *vanus, cassus, inanis,* vt Glossæ, omnes fere vno cōsensu trahunt. Eædē Glossæ, *Barbarra.* Ἄφρων, Ἀνόητος, μάταιος. *Insanus, demens,* & supra in *Bardus,* Ἀναίσθητος, ἄφρων. Sed Salmas. ad H. Aug. p. 461. à mattus, antiqua voce, vt ait, & latina, quæ *emollitum, subactum, & maceratum significat.* Isidor. Gloss. *Mactum est, subactum est, emollitum, infectum.* Hinc *via matta* Ciceroni ad Attic. L. XVI. Ep. XIII. *Longulum sane iter, & via matta:* in vulgatis, *via inepta.* *Inde per metaphoram, homo tristis, & contusi, contritique cordis, mactus dicebatur.* Hancque à se primo vocem, Latino Cœlo redonatam gloriatur; eam tamen à verbo μάττω, *subigo* venire. Sed Ciceronis Interpretes variant in ea voce, & alij *via madida,* corrigunt, alii *molesta, mala, madidata.* Et Voss L. III. C. XXIV. *Tantum abest* inquit, *vt Ciceronem scripsisse mata credam, vt potius Isidorum putem corruptum, atq; apud eum madidatum, legi oportere.*

Ergo à μάταιος *vanus, inanis,* donec aliud melius succurrat. Nam si omnes *vani* insanirent, omnia stultorum plena essent. Fortasse igitur à Germanico *matt. Machen,* infirmare, debilitare, quod videtur à *maccare, machinare, macinare,* subigere, contundere. Vnde *scachmat,* in ludo scaccorum, siue calculorum, calculus ad incitam redactus, domitus, subactus. Ex quo *mattare* Recentiores fecerunt, pro calculum ad incitas redigere. Boccat. Filoc. 260. *Il Castellano cominciò à ridere, veggendo che matto era Filocolo, doue Filocolo haurìa potuto lui mattare.* Et paulò post. *Essendo per mattare il Castellano, Tanolò quel gioco.* Ibid. *Mai non trouai à questo gioco, che mi matasse.* Qui me vinceret. Atqui ab hoc ludo vocem *matto* profluxisse puto, pro eo cui cerebrum obtusum, & subactum sit.

MATTONE. Later. Non à *macto,* siue *matto,* quod Isidoro in Glossario, *humectum, emollitum, infectum,* vt paulo ante diximus; neque à ὑδω, *liquefio, aqua misceor:* nam later coctus, & durus, & aridus est; sed à *meta,* siue strue laterum, in modum metæ; in quam rediguntur lateres excocti. Vt *metæ* lignorum, fœni, frumenti acerui. *Metone, & matone.* De meta, infra. Lexicon Etruscum, *metone.* Ex quo apparet, simplici T, scribendum, licet vsus contrarium obtineat.

MAZZA. Claua; & *Mazzo,* non à massa, sed à *malleo. Mazzo,* fustis, cuius extema pars instar mallei. Crescent. 21. *Poi con mazze, ouer mazzarenghe, fortemente si calchi, & si assodi.* Et 168. *Poi con mazzi di legno se ne scuota il seme.* Vnde *mazzicare.* Idem ibidem. *Il lino puossi ottimamente mazzicare in questo modo. Mazzola* etiam à mateola duci potest. Cato apud Plinium Lib. XVII. 18. *Cum taleam demittes, pede taleam opprimito. Si parum descendet, malleo, aut mateola adigito. Mazzocca,* & *mazzocchera,* Claua. Curopalata de Protalogatore. *Fert autem scepetri iudicialis loco, eam quam peculiari nomine vocant ματζοῦκα, matzucam argenteam, inauratam.* Iunius: *clauam.* Itali *mazza.* Idem in *Siromastis. Ferream clauam significat, qua laterones, stipatoresq; Turcarum Principum vtuntur, arcendis procul, & deturbandis hominibus obuys. Mal mazzucco.* Veternum ca-

pur infistans, quod *tucca* dicitur. Vnde *zuccotto*, galea. *Mazzafrusto*, claua malleata. *Mazzarello*, fustis nodosus, in rotundum desinens. Et quia olim etiam stipatores huiusmodi clauas gestabant, *mazzieri*, ipsi calones, siue clauatores. Math. Vil. x 1. 41. *Facendo cercare per suoi mazzieri tutta la Corte*. Hodie etiam *mazze*, siue clauæ argenteæ Cardinalibus præferuntur, in signum potestatis. Imo & Academiarum Rectoribus, & Syndicis, & qui Doctoris insignia capiunt; veterum fasclum simulachrum, qui Magistratibus præferebantur. Vnde etiam *mazze* fasces virgarum, & *mazzola* pro virga. Boccat. xxii. 1. *Trouato modo di hauer vn torchietto, & vna mozzuola*. *Mazze*, manipuli virgarum, fasces. Mazzarinus Cardinalis insigni gentilitio virgarum fasces, cum securibus præferebat, ac quod illi præsagium, ad ingens nomen capessendum, quo Europæ regimen, rerumque humanarum arbitrium, virtus, ac fortuna detulerunt.

MAZZO pro fasciculo, allunde est, nempe à mano, manipulo, *monizzo*, *mazzo*. Hisp. *Manijo*, & *manojo*, *manuzzo*, *mazzo*; non autem à massa. Item manua, pro eodem, Glos. *Manua*; δραγμή, & *manipulum*, *manua*, *dragma*. Excerpta ex Vet. Lexico. *Mamaculus*, Δράγμα. Lege *Manipulus*, Δράγμα. *Mazzuolo d'aglio*; *Mazzo de fiori*. *Mazzo di corda*; *mazzo di strappe*, & aliarum rerum fasciculi ita appellantur.

MAZO simplici sibilo, Veneti appellant, quod alij *Maggio*, *piantare il maggio*, arbor quæ Maij Calendis, in signum lætitiæ erigitur; etiam amantes, ante fores amicarum statuunt, sertis, ac vittis pendentibus ornatam. Veterum Dendrophororum imago, qui vt Salmas. ad Hist. Aug. p. 165. in honorem alicuius Dei, vt Bacchi, vel Siluani arbores stirpitùs excisas per Vrbem humeris ferebant; quorum frequens mentio in Vet. Inscriptionibus. Vetus Poeta apud eundem. *Arboris excisæ truncum portare per Vrbem*. Virg. *Et teneram ab radice ferens Syluane cupressum*. Vet. Inscr. *Siluano Dendrophoro*.

Hinc *Mai*, pro arboribus. Dant. Purg. xxiix. *La gran variation de freschi mai*. Vbi Landinus ait, ab Etruscis, *mai* vocari virescentes ramos, qui antiqua consuetudine Calendis Maii, fenestris appenduntur. Morgant. v.

A ogni casa appiccherésti il maio,
Che come l'asin' fai del pentolaio.

Hisp. etiam *mayo* arbor, quæ detruncatis ramis solo vertice frondoso, in foro, aut alibi statuitur, ineunte Maio, vt Coaruvias. Qui putat vocem *desmayo*, quæ deliquium animi languentis significat, inde ortam, quod herbæ, quæ hoc mense florent, ac vigent, postquam Sol ad Septentriones inflexit, flaccidæ languescunt. Potius à *dismagliar* ortum crediderim, quod dissoluere, & frangere significat. Sicut *magliare* stringere, à retium maculis. Boccat. lxxx. 3. 1. *Belle, e ben legate, e ben magliate*. *Smagliare*, soluere, frangere. Villan. viii. 130. *Fù si forte la percossa, che la schiera grossa rinculò buona pezza del campo, mà però non si smagliorono, ne rupponno*. *Desmayo*, animi solutio, deliquium. Vel ducta metaphora à metaxa, quod Hisp. *madexa*; vnde *Desmadexado*, solutus, fractus; *Desmayado*. Prius arridet magis.

MEDA. Strues, & aceruus lignorum, laterum, frumenti, in modum *meta*. Ita appellat Cato Cap. lv. de ligno condendo loquens. Et Columel. L. ii. 19. de Fœno. *In metas*, inquit *conueniet*, *easque in angustissimos vertices exacui*. Hincmarus in Vita S. Remigii. *De annona, quæ in Villis Episcopi nata fuerat, vel quam ab alijs comparauerat, aceruos, quos metas dicimus, fecit*. Greg. Turon. L. v. 41. *Metas annonæ, quæ aderant, elidit*. Frodoard. Chron. *Duabus etiam segetum metis, quæ parietibus adhærebant, exustis*. Hinc Etrusci *Rimedire*, in vnum contrahere, veluti in metam cogere. Vill. v. 22. *Più moneta non poteua rimedire*. Boccat. lxxvi. 16. *Che tu haueui quince tù vna giouinetta, che tù teneui à tua posta, e dauile ciò chè tu poteui rimedire*. Quod & *Raggranellare* dicunt. Grana in vnum colligere. Iidem *Rimedire*, per metathesim, pro redimere.

MEDAGLIE. Numismata. *Metallica*, *metallia*. vt Voss. L. iii. 25.

MEDEMO. Idemmet, *metidem*, *medemo*, *medesimo*, *mesemo*, *mesmo*. Gall. *mesme*. Ital. *mesme telle chose*. Non à maxime, sed eodem met modo, *Medesimamente*.

MELA. Gladius. V. *Lama*.

MELARANCIO. *Malum aurantium*, à colore.

MELENZANE. *Meligiane*. Mala insana. Fatua. Vnde *melensagine*, fatuitas, & *melenso*, *milenso*, insulsus. Non quasi *Niaisensis*, Sicut neque Gallicum *Niais*, fatuus, bardus, à nidor sed à nihili, tractum videtur, homo nihili, nullius pretij. Hisp. *Berengena*, & *Verengena*, quasi melenzana.

MELICA. *Melga*. Milium Indicum. *Hoc etiam melicam vocat Italia, nusquam Panicum, vt falso persuasit aliquis optimo viro, doctoque Ruellio*, inquit Scalig. Exerc. lxxxi. 23. Veneti appellant *Sorgo*. Idem Exerc. cxci ii. *Est enim surgum, milium Indicum à Plin. descriptum, quod adeirco proxima, sed corrupta voce, melgam nostri vocant: surgum vero à proceritate, qua cognatas suas fruges superat Milium, ac Panicum*.

MEL-

MELGARI. *Malgheri*. Custodes armentorum, præcipue ouium. *Bergarij*, *Berbicarij*, quasi *Vervicarij*. facili transitu B. in M. vt *Baldanoni*, *maroni*. Galli *Bergers*, non à montibus, qui *Berg*, vt Bodinus, sed à *berbicarij*, vt Menag. in Origin. Gallicis.

MENACORDO. *Monocordo*. Musicum instrumentum. De quo afferam verba Scaligeri de Poetica. L. 1. 48. Licet ab aliis adducta. *Fuit & Simi Commentum illud, quod ab eo Simicum appellatum. Quinque & triginta constabat chordis, à quibus eorum origo, quot nunc Monochordos vulgus vocat: in quibus ordine digesta plectra subsilientia reddunt sonos. Addita deinde plectris coruinarum pennarum cuspides, ex aereis filis expressiorem eliciunt harmoniam. Me puero Clauicymbalum, & Harpichordum: nunc ab illis mucronibus, Spinetam nominant. Vetus Monochordos vnico neruo contentus erat: Arabum inuentum: trichordos autem Assyriorum, quod Panduram appellabant: Pentachordos Scytharum fuit*. Meminit & Pap. *Magalica dicuntur à Græcis hemisphæria, in Monochordo*.

MENARE. Ducere, & iumenta agere. Vox frequens scriptoribus inferioris æui, & apud sacrarum literarum Interpretem. Actorum Cap. XVIII. *Et minauit eos à tribunali*. Hieremias Cap. III. *Me minauit, & adduxit in tenebras*. Paulus Festi abbreuiator. *Agasones, equos agentes, idest minantes*. Alibi. *Agere modo significat ante se pellere, idest minare*. Glos. Arab. Lat. *Mima, idest mimatio bestiarum*. Lege. *Mina, idest minatio bestiarum*. Mox. *Minabamur, minabamus*. Optimè Scalig. ad Manilium, à *minari*, idest iumenta increpare, minãdo ad cursum incitare. Quia veteres quoque *minari* boues dixere, quod Græci ὁμοκλεῖν, & ὁμοκλαὶ illas bubulcorum minas. Quod Tibul. *Aut stimulo tardos increpuisse boues*. Ouid. de Ponto. *Addiscam Geticos, quæ norunt verba Iuuencos, Assuetas illos adijciamque minas*. Veteres autem & *minari*, & *minare* dixisse testatur. Prisc. L. VIII. Agasones, & Veredarij, cum equis minantur aiunt *Arri*, Ἐῤῥε. *Vox*, inquit Monosinius ex Caninio *Agasonum, quæ iubent iumenta properare*. Dicunt etiam Lib. 1. 1. ad eundum incitantes.

Postea *Menare*, simpliciter ducere, adducere. Vt in re obscæna, Iuven. *præputia ducit*. *Menare* etiam pro mouere, corpus agere. Dant. Inf. XVII.

Mi disse hor và, & vedi la lor mena.

Land. *Gestus, & motus corporis: nam menare significat commouere*. Rectè. Seruius enim II Æneid. de quercu ruinam minante. *Illa vsque minatur. Minatur* inquit, *aut eminet, vt minaque murorum, aut mouetur*. Dantes quoque Infer. XXIII.

E vidui entro terribile stipa
Di Serpenti, e di sì diuersa mena.

Diuersi motus, siue speciei. Galli pariter *mine*, pro gestu, non à *minia*, aut *minando*, sed ab eo quod diximus. motus gestusque corporis. *Fair mines*, gestire. *Tenir bone mine*, graui vultu, habituque.

Mena etiam Etruscis, negotiatio secreta, à *maneggiare*, quod est tractare. Et *mena*, pro mora qua tempus in longum trahitur, siue res ducitur, vt Latini dixerunt. Villan. XII. III. *Sarebbe longa mena à dire*.

Menare, decipere, illudere. Ducere enim hoc significat Plaut. Capt. A. IV. Sc. II.

Hic ille est senex ductus: quoi verba data sunt.

Menare, percutere, ictus intentare. *Menar le mani*. Stat. Patau. *Quicunque euaginauerit aliquod genus armorum, siue admenauerit, siue non admenauerit*.

MENINO. Hispanis, minuti puerusi, qui inter aulica pædagogia ex procerum familijs assumuntur. Coaruvias ait vocem Lusitanam, quasi *meu ninno*, meus puerulus, vel à *minimo*, quod infantes, vt ait Plautus minuti, & pusiunculi sint, siue vt veteri verbo vtar *pisinni*. Eos autem etiam olim in aulis Principum inter delicias habitos declarat locus insignis Herodiani. Lib. I. *Erat autem pusio quidam infans adhuc ex ea nota qui vestitu cætero nudi, sed auro gemmis ornati, solent delicatissimo vtique Romanorum esse oblectamento. Is ita Commodo charus erat, vt cum illo sæpe etiam cubaret, ac Philo Commodus appellaretur*. Putant etiam Galli suum *Mignon* inde ortum. Nempe vt Coaruv. *mi niño*, mi puer. Hodie tamen pro assentatore, & parasito accipitur. Incertum vnde.

MENOLE. Mœnidia. Glos. Μαινὶς ἰχθύδιον. *Pisciculus, Halecula*, vt Vulcanius. Cassian. L. IV. C. XXII. *Apud quos pisciculi minuti saliti, quos illi mænidia vocant, summa voluptas est*. Ita Ciacon. quod in vulgatis *menomista*, vel *menominia*. Mœna, *menola*.

MENSOLA. Tibicen. Tecti fulcrum. Dant. Purg. X.

Come per sostentar solaio, ò tetto
Per mensola taluolta vna figura
Si vede giunger le ginocchia al petto.

Vide Baldum ad Vitruuium.

MENTO. Veneti *montizzolo*, mentum, *menticulum*. Insubres à barba, *barbozzo*, sicut *barbittam* superioris labri pilos, μύσταξ. Hispan. *barba*, mentum, sicut Græci γένειον.

MENTOVARE. Mentionem facere. MENZOGNA autem, non à mentis somnium, quod est Siluij somnium, sed à mentiendo, *mentionari*,

nare, siue mendacionare. Pap. *Pseudomeni à Græcis dicuntur fallaces, qui rem aliquam mentionibus conantur asserere.* Dant. Inf. XVI. *Sempre à quel ver' che hà faccia di menzogna.* Inde *menchionare*, & *minchionare*, mendacijs deludere, decipere. Et *menchione*, simplex, credulus, qui facile capitur, & deluditur. Non autem à *miccio*, quæ vox Etruscis Asinum significat, ignotæ mihi originis.

MENVAGLIA. pro turba puerorum minusculorum, Veneti. *Minutalia*. Minutal genus edulij ex piscibus, & oleribus minutim concisis.

MENTRE. Inter hæc. M. autem additum; quia veteres dicebant *Domentre*, ex dum, & interhæc, *Domentre*, *mentre*. Vox Venetis Chronicis MSS. frequens.

MERCATO. Nundinæ. Nonius. *Merx est species ipsa: mercatura, actus ipse, vel lucrum de mercede: mercatus autem locus, in quo agitur mercatura.*

MERZARO, & *Merzeria*, à mercibus, præcipue lintearij.

MERCE'. Mercede. agendo gratias. *Gran mercè*, loco magnæ mercedis. *Chiedere mercè* est veniam, & miserationem implorare, à miserescendo. Item stipem rogare.

MERENDA. Cibus qui prandio, & cœnæ interijcitur. A *merendo* vt Scalig. in Coniectan. Quæ mercenarijs à domino, vel conductore dabatur, antequam labore mitterentur. Vnde Calpurnius. *Sera cum venerit hora merenda.* Festus tamen à meridie, *quod medio die caperetur*. Glos. *Merenda* ἄριστον δειλινόν. Onomast. *Merenda*. Τὸ μετ' ἄριστον φαγεῖν. post prandium comedere. Aliam originem affert Isidor. L. xx. C. III. *Merum purum. Hinc & merenda, quod antiquitus id temporis, & operarijs, quibus panis merus dabatur: aut quod meridient eo tempore, idest soli, ac separatim, non vtique in prandio, aut cœna ad vnam mensam.* Sed à meridie dictam etiam Scalig. censet de poetica L. I. 5. Veneti tamen *merendare*, etiam pro ientari, & *merenda* lentaculum; quod vtrobique leuis cibus, & parabilis, atque in subsidium prandii, aut cœnæ.

MERIGO. In Venetis Edictis, quæ agricolis, & paganis fiunt, memorantur *Degani*, & *Merighi*. Puto vocem factam, ex *maiorico*, scilicet paganorum primores, maiores, & *magiorenghi*, *marenghi*, e *merighi*. Hisp. *Merino*, qui & aliquam iurisdictionem habeat, non à μέρος, vt Coaruv. quod certæ agri parti præsint, sed à *maiorinus*, *merino*. Etiam gregibus præfecti *merini*, iisdem vocantur. Qui & *mayorales*, pastorum, & opilionum præfecti.

MERLI. Pinnæ murorum, non à minis murorum. Virg. *Minaque murorum ingentes.* Duré enim admodum à *mina merlum* deduxeris, sed à *murulis*, sunt enim murorum pinnæ, & parui muri, *muruli*, *meruli*, *merli*. Hinc à similitudine fimbriæ, ex lino, serico, & auro, acu elaboratæ, aut intextæ, quæ vestibus, sed præcipue lineis collaribus adtexuntur in extrema ora, *Merli* appellant, in acutum desinentes, vt pinnæ murorum. Vnde Insubres *Pizzi*, appellant, quasi *pinnica*. Pinnæ autem murorum, quod acutæ. Hisp. *Almenas*, à mœnibus, quasi *meniola*, addita præpositione Arabica.

MERLVZZO. Piscis. Scal. H. anim. p. 45. *Galli Merlucium, quasi maris lucium vocant.* Germ. *Stockfisch*.

MESA. Penus. *Demensum*, menstruus cibus, à mensurando. Donatus ad Terentium, morem fuisse tradit, quaternos frumenti modios quolibet mense singulis seruis admetiri, idque *demensum* appellatum esse, vel à mense, vel à metiendo ex quo more Terentianum illud emanasse. *Quod ille vnciatim vix de demenso suo, suum defraudans genium comparsit miser, id illa vniuersum abripiet, haud existimans quanto labore sit partum.* Fugit enim mancipia minori mensura se se tolerantia peculium inde augebant.

MESETERIA. Mediatio, arbitrium. Salmas. de vsur. p. 475. *Μέσος idem quod μεσίτης, arbiter nimirum, & pararius, atque vt recentior Latinitas loquuta est, mediator.* Vox Venetijs frequens.

MESSA. Sacrificium. Lithurgia. Quanquam viri doctissimi, vel ab Hebræo *missah*, vel ab eo quod populus peracto sacro dimitteretur, siue populi *missio* fieret, vnde formula *Ite missa est*, dictum putent, siue quod Cathecumeni foras mitterentur, vt Isidorus. Mihi longe verisimilior opinio videtur Ramiresij in Pentacontarcho, inde nome ductum, ab oblationibus, quas vnusquisque fidelium mittebat. Cum laiatio panis, & vini oblatio fieret. Vnde *missa*, siue *missa*, quæ vnusquisque in cœtum, siue ad vsum sacrificij mittebat. Hunc suppresso nomine sequutus est Vossius in Etymologico. Quanquam priori sententiæ magis adhæreat. Ac ne quis vox *mittere* minus congruere putet, pro offerre, cum hoc à præsentibus, illud fiat ab absentibus, meminerit inferiori æuo, *mittere* pro afferre, & ponere vsurpatum, vt *mettere la veste*, *mettere la touaglia*: de quo loquendi genere. Salmas. ad Histor. Aug. Ergo *missa*, & τὰ *missa*, piorum oblationes ad sacrum peragendum, & sacrum ipsum de *missis*, siue oblationibus. Quis enim credat augustissimum Sacrificium, ab eo quod populus inde dimitteretur dictum esse? cur non ab eo quod conueniret, vnde

vnde & Synaxis, & Conuentus? Quod si ab eo quia populus mittebatur, populus missus, siue missio populi, non sacrificium dici deberet, nisi populus sit sacrificium. Et tamen nuperus auctor de liturgia hanc opinionem ceteris præfert, & veram vocis notionem ait esse Sectariorum. Quinam sint hi, haud mihi compertum. Ramitesium, siue eius præceptorem Fr. Sanctium, vnde ille accepisse creditur, fuisse Orthodoxos nemo ignorat.

Missa igitur munera missa, & *Missa* oblationes, siue symbolæ missæ, idest positæ in cœtu fidelium, ad vsum sacrificij. Imo missus pro ferculis appellatos satis constat. Lampridius enim scribit Heliogabalum celebrasse tale conuiuium, *vt apud amicos singulos, singuli missus appararentur: & aliquando omnes missus, sola carne phasianorum struxisse*. Itali, *messi, e messe*. Boc. S. 1. 2. *Quiui essendo il Rè di molti messi seruito, e di pretiosi vini*. Mox. *Pur vedendo l'vn messo doppo l'altro*. Vil. xi. 59. *Alla prima mensa, quattro messe di pesce*. Vnde lances, & disci, siue repositoria, quibus epulæ inferebantur, siue mittebantur in mensam, *missoria* dicta. Pap. *Discus dicitur dans escas, idest ferculum: missorium vasculum*. Et. *Lances vasa, quibus sacrificatur, missoria*. Vox frequens apud Scriptores sequioris seculi. Vide Cerdam LXXVI. 17. Non tamen quod à Rege dono mitterentur, vt censet Vols. Lib. III. 26. Sed quod iis mitterentur epulæ in mensam. Hæc autem *missoria* Græcis recentioribus μισσώρια, & μισσόρια dicta obseruat Meurs. in Glos. Insubres *Messore* appellant vas æreum rotundum, peluim, discum. Item vas ligneum, siue concham.

MESSO. Nuncius. Missus, *messaggio*. Missaticus. Flodoard. L. III. C. XXVI. *Vt Missaticum Regis simul cum ipsis audiat*. Vtraq; vox Scriptoribus deterioris seculi frequens. *Messaggiero* idem quasi Missaticarius: nam *missaticum* ipsum nuncium, & qui illud defert.

MESCHIARE. Miscere, miscitare. Pap. *Miscitare frequenter miscere*. *Messedare*, & *mestare, mescolare, mischiare*. Vnde *mescola* pro cochleari, & fuste quo ius, puls, ac polenta miscetur, ex quo *mestola* pro eodem; nec opus Græca deriuatione. Item *meschiare* potum præbere. Dant. Par. XVII.

A dir la sete si che l'huom ti mesca.

Iuven. v.

Nescit tot millibus emptus
Pauperibus miscere puer.

à mixtione aquæ & vini. Vnde *pincerna*, pocillator: Boccat. LII. I. *Io sò non meno ben mescere, che informare*.

MESCHINO. Pauper, infelix. Nihil attinet Chaldeos & Arabas ad partes vocare. Puto enim simplicissimum esse, à misero, *misellus, misellinus, meschinus*. Bouillus à *mecanico* deducit, quasi mechanica arte victum quæritet. Nisi aptius sit à mendico, mendiculus, *mendicinus, meschinus*.

MESSERE. Potest quidem à Senior, seniore, *siore*, Gal. *Sieur, Sire, sere, mio sere*. Rectius tamen videtur ab Hero, Here, *Sere*, qui titulus olim honoratiorum, & *Sier messere*. Mi here, & *messier*. Si quis prius velit, haud repugnauerim.

MESTARE. Miscere, miscitare, *mestare*. *Mestola*, instrumentum admiscendum.

MESTIERE. Ministerium. Inde pro opificio, & pro ipso opere. Opus est, *e di mestiere*.

META. V. *Meda*. *Metà* autem medietas.

METTERE. Ponere, aptare, instruere, vt ex Salmasio supra monuimus ad Hist. Aug. p. 357. Mittere mappam, mittere mantelia, pro mensam sternere. Ita & ponere, & mittere vestem ad Tertul. de pallio. p. 369. *Mettere la veste* dicitur pro decipere, à Latino imponere, vnde impostores.

MEZZANO. Arbiter, sequester, conciliator. *Medianus*, mediator. μεσίτης. Glos. *Arbitrium*. μεσιτεία. *Arbiter*. μεσίτης, διαιτητής. Item. Μεσίτης *sequester, arbitrator, mediator*. Μεσιτεία. *Arbitrium, sequestratio, arbitratus*. Venetis. *Meseteria*.

MEZZO. Maturus. de fructibus. Mitia poma. quasi *mitium*. Cresc. 317. *Le nespole da serbare si colgono, che non sian mezze*. Postea pro vieto, & fracido; Insubres *Nizzo*, de pomo quod liuorem ducit, vt *mappa, nappa, matta, natta*. *Mezzi di vino*, pro ebrijs, Morgant. 11. 25.

Diceua Orlando saremo noi mezzi
Di vin, che l'uscio non si raccapezzi?

quod vulgus etiam *cotto*, appellat. V. Vizzo, vnde flexum existimo.

MI. Ego. Gal. *moi*. Egomet, *me, mi*.

MIAROLO. Patauini poculum appellant; aiuntque tria esse quorum nunquam abundè satis sit. *Miaroli, figlioli, & sonaglioli*. quod facile frangantur, intereant, & atterantur. Miliarium olim vas calefaciendæ aquæ. Glos. *Miliarium* θερμαντήρ. Et χαλκεῖον. *Olla, ahenum, miliarium*. A cuius similitudine, Miliariolum, *miarolo*, poculum. Sicut *motolo* & *minolo*, à modiolo, siue eius similitudine, quod vas erat ad hauriendam aquam, rotæ vertigine. Vnde *motoli* vitrea fracta appellantur, siue modiolorum fragmenta.

MICA. *Miga*, Insubres *minga*. Quod negationi additur, a *mica*. Gallis *mie*, quod Bouillus à *minime* deducit, non male. Prius tamen magis placet. Insubres *micca* appellant panem vnius assis, credo famelicæ plebis iocis, panis mensuram quotidie imminui indignatis. Etru-

sci pro iure, siue minestra. Pataff. *Non ti darei una micca di brodo.* Morgant. III. *Donde Vlivieri abbandonò la micca*, à miscendo. Nam iidem *miccia*, pro miscella. *Mescianza.*

MICCIA. *Niccia.* Funiculus pulueri pyrio in sclopetis accendendo. Myxa, & myxus, quod etiam pro elychnio lucernæ accipitur. Vnde lucerna *dimyxos*, *polymyxos*. V. *Moccolo*, & *moccare*.

MIGNATTA. hirudo. Menag. sic dictam censet, quod lineis rubentibus distincta sit, quasi miniata, sicut olim cera miniatula.

MIGNONE. V. *Menino*.

MILZA. Splen. Lien. Germ. *Miltz*. Patauini, *Spienza*. Splenitium. Galli. *Rate*, & *Ratelle*, quasi reticulum, quod veluti cingulum reticulatum, hominem ambiat. Proprie tamen reticulum est omentum, reticillum. Galli *Coiffe*. Cuffia reticulum, tegmen reticulatum. Hisp. *redaño*, indidem. Iisdem Splen est *baço*. Coaruv. à Græco Βάθος, quod profundum significat; siue à *bassus*, quod infra epar iaceat. An quasi *vacuus*, quod vt ait Celsus L. IV. sit mollis, & rarus? Crediderim quasi epaticus, *epatius* quod epati subiectus. Venetis, *Bati*.

MINA. *Hemina*, mensura liquidorum, & aridorum. Fest. *Hemina ex Græco ἥμισυ, quod est dimidia pars sextarij*.

MINA & *Minera*. Cuniculus. Vos. L. II. C. XII. *Minera à Germ. myne, vnde suum vocabulum accepêre Itali, Galli, Hispani, Angli. Notat matricem, siue venam terræ metallicam. Sic vtitur aurea bulla Caroli IV. Indeque Philosophis Mineralia. Fortasse autem minera, à minando, posteriorum seculorum verbo, pro ducere: ac particulatim, pro facere ductus subterraneos, siue cuniculos. Sane vt myne cuniculus, ita myneren, barbaris, minare Latinis, agere cuniculos. Atque hinc minatores, fossores, qui cuniculos agunt.* Nos vocem Germanicam à Latina ortam putamus, nempe à *minio*, ideft metallis, siue fodinis miniarijs. Plin. L. XXXIII. C. VII. de minio. *Celeberrimum ex Sisaponensi regione Bætica, miniario metallo vectigali pop. Romani.* Inde ad omnes fodinas, & cuniculos voce trãslata. *Minere* expressit eleganter poeta Georgicon II. *Hæc eadem argenti riuos, ærisque metalla ostendit venis, atque auro plurima fluxit.*

MINESTRA. Iusculum, à ministrando. Scilicet, à veterum frugalitate, quibus Ius, siue iusculum cœnæ caput erat. Pap. *Cella dicta quod nos aliquid occulte Celet, id est apotheca, vnde deriuatur cellarium. Cellarium dicitur, quod in eo celentur ministeria mensæ, & quæ necessario victui supersunt.* Sed cum alia fercula, & epulæ pariter ministrentur, siue mensæ à ministris inferantur, puto *Minestram* appellatam Ius, siue pultem quæ seruis, siue ministris apponebatur; partes, scilicet cœnæ seruilis, & ministerialis. Ista coquis relinquamus.

MINVGGIA. Intestina minuta. Dant. Inf. XXVIII. *Trà le gambe pendeuan le minuggia.*

MINVTI. Veneti appellant, minores fruges. Stat. Patau. Rub. XXII. 50. *Non possit seminare blada aliqua minuta, quæ ad grossula blada venirent.* Infra fol. 51. explicat quid sint. *Intelligendo grossula, frumentum, siliginem, hordeum, speltam, venam, fabam, & omnia legumina, exceptis fasiolis. Et intelligendo quod fasioli, surgum, millium, panigium sint minuta.*

Iure autem mirum esse ait Vossius in Etym. legumina dici minores fruges, cum fabæ, lupini, & quædam alia legumina frumento sint maiora. *Forte*, inquit, *ratione pretij, ac dignitatis. Vel quia non solum legumina, sed & frumentum minores fruges dicuntur, si conferantur, cum arborum fructibus, qui interdum fruges dicuntur.*

MIOLARE, e *mugnare*, vox felium, à sono ficta.

MIRARE. Intueri, quod qui admirantur, attente, & fixis oculis id faciunt. Petronius. *Dum frater sororis suæ automata per clostellum miratur. Torre di mira* est collimare. Budæus de Asse Lib. V. *Animorumq; contentio ad eam tandem peruenit, quam Græci Eustochiam, idest animorum, vel oculorum intentionem non aberrantem appellant, nostri collimationem dixerunt, quasi tragulam quandam perspicacia, ad inuentionis scopum limis oculis intendentium. Limare*, & per metathesim, *mirare. Mira del schioppo.* Dioptra, per quam scopum intuemur.

MIRMIDON. Gallis, pusillus, pumilus, Siluius à Myrmidonibus: sed est à *mirmillonibus*, qui in pugnando subsidebant. Auson. in Epistola, quam Centoni præfigit, de ludicro osculorum. *Et mirmillo in armis subsidens.*

MISCIO. *Miccio*, *mucio*, *musció*. Felis, non à mitis, sed à *mus*. *Musio*. Isidor. L. XII. 2. *Musio appellatus, quod muribus infestus sit.* Glos. Arab. Lat. *Musium cattum, ab eo quod catat, idest videt.* Pap. *Musio dictus quod muribus infestus sit. Hunc vulgo Cattum à captura vocant.* A muribus igitur *musio*, vt & Vos. obseruat, proprie tamen ita appellatur, quod viso mure, felem vocando dici solet, *mus*, *mus*, vel Græce μῦς, μῦς. *Mys*, *mys*, vnde feli indita appellatio. *Muccia*, gatta. Villan. XI. 48. *V'impiccorono di Perusini presi con la gatta, over muccia allato.* Et *Mucina*. Fr. Sacch. *Comincia à chiamar la gatta, mucina, mucina.*

MISCREDENTE. Male credens, non credens. Nam *Mis* in compositione, Germanis, & Belgis, significat, male, perperam; vnde *mis*

face-

facere, quod iisdem *mytdoer*, delinquere, vt Vols. Lib. II. C. XXIV. Ita & Gallis *mes*, pro malè, accipi obseruat Menag. vt in *mesdire*, maledicere. Non ergo *misfare*, à minus facere; sed à *malefacere*. At *misprysen* Germanicum, vituperare, siue illaudare, non à male laudare vt idem Vols. sed à *minus pretiare* ductum videtur; quod Itali *disprezzare*, à depretiando. Ita Gallis *meschant*, pro malo, atq; improbo, non à male cadens; sed à *male agens* factum putamus, vt idem fit *meschant*, ac *malfattore*. *Misfatto*, male factum, *misleale*, non minus legalis, sed infidus, male legialis, siue ligialis, *ligius* pro vasallo. Vide. *Leale*.

MISMONE. *Musimo*, vel *musmo*. animal ouillo pecori non dissimile, villo tamen caprino, de quo Strabo, & Plin. L. VIII. 49. ex capra, & ariete gigni tradit Isidorus. Nonius *Asinos, mulos, aut equos breues, musimones interpretatur*, quem iure reprehendit Barbarus ad Plinium.

MISOLTA. Insubres, carnem salitam appellant. Germ. *besaltzen*, sale alpergere. Quasi *bis salitam*.

MO'. Modo. *Momò*, vox minitantis. *Modo, modo*. Veneto vulgo ferme alternis verbis familiaris. *Moia, moia*. *Modo iam*. Dant. Inf. XXIII. *Che più non si pareggia mò, & issa*. quod, vt Landin. vtrumque vocabulum idem significet, *nunc*, & *illicò*, idest Modo: *Issa, ipsa hora*.

MOCCA. Sanna. *Moccarsi, e far la mocca*, subsannare, irridere, à Græco μωκᾶσθαι. Gloss. *Sanna, subsannator*. Μῶκος. Salm. Hist. Aug. 288. *Græci μωκᾶσθαι propriè dicunt de his, qui ore, vultuque distorto, & valgis labijs aliquem irrident*. Hesych. Διαμωκᾶσθαι, τὰ χεῖλη διαστρέφειν. Plauto *labijs ductare*. Gellio L. XVIII. 4. *Labiorum ductu irridere*. Et ad Tertul. de pallio. p. 300. Insubres *Smorfie*, oris distortiones, à Græco Μορφή, forma: formæ deprauatio. Etrusci *Mucciare*, deridere, subsannare. Et *Mucctria* derisio. Hisp. *Mofa*, indidem, licet Brocensis, à *Momo* deducat.

MOCCARE. Mucum narium, & fluentem pituitam emungere, abstergere. Item lucernam, & candelam mundare, concretam elychnii laniem, ac putres fungos depellere. Illud à *muco*, hoc à *myxo*, & *myxa*, siue elychnio. Glos. Μύξα, Mucca. Μύξος, *muccosus*. Gall. *mesche*. Hisp. *mecha*. Martial. L. XIV. 41. *Lucerna polymyxos*, plura habens elychnia, siue funiculos, μύξας, fomites lychni, & lucernæ. Vnde *moccolo*, extrema pars candelæ, & myxi reliquiæ. *Moccarola*, & *moccadore*, emunctorium. Hisp. *Despauladera*. Et *despauilador*, emunctor; nam ferme elychnium ex papyro, Veneti *pauero*. *Despauilar*, papyraceum elychnium mundare, papyri sordes demere.

A *muco* autem narium, *mocino*, *e moccioso*, *e mocinoso*, vt Iuven. *Madidique infantia nasi*. Plaut. Mil. Glor. Act. III. hominem *muccidum* appellat, cui mucus è naribus fluit. Insubres *Merci*, *Narisij*, infantes quibus in plorando nares muco fluunt. A muco *muccinium*, linteum abstergendis muci fluoribus, sudarium, siue orarium. *Mocicchino*. Gal. *Mouchoir*. Arnob. L. II. *Indicet in quos habitus vestis stragula facta sit, metra, strophium, fascia, puluinus, muccinium*. Quod Turn. L. XIII. 14. Linteum interpretatur, quo exceptatur nasi mucus. Inde *moccolo* etiam pro naso, aut extrema nasi parte. Vols. L. III. de vit. serm. *Mucatus*, *pro naribus, quia ijs mucus educitur*. Lex Ripuaria Tit. LXVIII. *Si quis absque effusione sanguinis, alium brachio, pede, oculo, auditu, mucatu, digito, vel quocumlibet membro mancauerit*. Ceterum emungi, siue stillantem è naribus mucum abstergere, dicimus, *soppiare il naso*; quia exsufflando, mucum expellimus.

MOCCOLARO. Textum subsericum, à *muco*, siue saliua crassiore bombyceum; vnde idem nema *bauela* dicitur, & filitium, siue *filisellum*, quod vt linum, & stupa in fila deducatur. Item *canevazzo*, instar telæ cannabinæ, quæ textura solox, & linteá crassior, sicut subsericum, rudius serico, & vilius.

MODELLO. Lignea futuri operis forma. *Modus*, *modulus*. Scalig. de poet. L. III. 32. *Typus enim faciem, & formulam quandam significat, & id quod Architecti modulum, ad cuius lineaturas, atque dimensiones totius operis ratio dirigitur: vulgus Italicum adhuc magis diminutiua voce Modellum*.

MODIGLIONE. Philand. ad Vitr. L. II. 8. *Mæniana erant podia, pergulave, cuiusmodi sunt ea, quæ hodie ita proijcere assueuimus, vt mutulis (cornes dicimus, Itali Modiglones) firmissimis quiescant, & nitantur*. Alibi ait repræsentare *sinuatam Canteriorum proiecturam*. A mutulis igitur, *mutiliones*, & *modigliones*, dixerunt, vt Baldus ad Vitruv. omne id quod ad aliquid fulciendum, aut sustentandum è pariete proiicitur, & eminet; item mensulas. Dictos autem putat à *mutilare*, *quod defecta, & decurtata canteriorum capita repræsentent*. Vide & Salmas. ad Solin. p. 1129.

MOGGIVOLI. *Moioli*. Insubres, vitrea fracta, à modiolo poculi genere, quod modii figurá referret. Modioli haustra, anetlæ, siue rotæ aquariæ. Scæuola de aur. argento legato. *Seia poculum aureum, quod elegerit lego: quæro, cum in hereditate non sint, nisi trullæ, scyphi, modioli, phialæ*. Fuere & modioli æreis de quibus apud Vitruvium. V. *Miarolo*.

MOGLIE. Vxor. Scæuola L. 93. §. 1. de legat. & fid. Lib. 32. *Sempronia mulieri mea reddi iubeo ab heredibus*. Tertul. de vel. Virgin. *Propterea relinquet homo patrem, & matrem, & conglutinabitur mulieri sua*. Infra. *Vti mulieres nostras dicamus vxores. Nam & Græci qui magis vocabulo mulieris in vxore vtuntur, alia habent propria vocabula vxoris*. Idest γαμὴ, quę frequentius pro vxore vsurpatur.

MOGNAGA. Armeniaca. Pomum Armeniacum. Veneti *Armelini*. Gal. *Auant pesche*, antipersica scilicet Præcoqua, & *Arbicot*. Hisp. *Albricoques*. V. *Arbicocche*.

MOINE. Blanditiæ, illecebræ, *mollia verba*. Virgil. *Et qua mollissima fandi Tempora*.

MOLINO. *Mola*, contractum ex *Molendinum*. Quanquam inter hoc, & molam distinguat Vossius, & hanc saxum, quo frumentum comminuitur, illud locum significet, vbi molitur: Sicut discrimen inter molas Asinarias, siue trusatiles, & aquarias, sine machinarias, quas ex Nonio, *moletrinas* appellari posse censet Budæus annot. in Pand. p. 219. Vnde *molitor*, *molinarius*, *monaro*, *mugnaio*.

Tauola molino, ludus calculorum, de quo Scaliger in Catalecta, ex Ouidio de arte L. III. *Parua tabella capit paruos vtrinque lapillos, & quibus hic labor est continuare suos*. Nam qui lapillos in linea continuat, is vincit. Veneti *Trea*, ab hoc appellant; sed vnde nam *Molino* haud mihi notum. Galli *matrellum* à materulis, vt idem Scaliger.

MOLLE. Vuidus, madefactus. Quod humore aspersa, ac madida mollescant. Venetis *Moia*. *Mollare*, & *immollare*, madefacere. Item laxare, siue mollem reddere, funem tensum remittere; vnde pro desinere, cessare. Boccat. Laber. 239. *Mai di ciarlare non restà, mai non molla, mai non fina. Non li molla*. Strenue in rem incumbit. *Tiramolla*, ludus puerilis: duo funem ducunt, alter imperat, vt tendat, vel laxet, sed contrarium illi quod imperatur faciendum est. Calaub. ad illud Persij Sat. v. *Quæ dederam supra repeto, funemque reduco*. Puerilis apud Græcos lusionis genus esse notat, per attractionem funiculorum, & intentionem: ab Aristotele vocari διάταση σπαρτίων, proprio nomine ἑλκυστίνδα, apud Pollucem. Idem ludus Hispanis, *Estira, floxa*. Tende, lenta, vel laxa. Nam fluxus, *flosso*, *laxus*, lentus, flexilis.

Molle, & *molla* instrumentum ferreum, versandis carbonibus, & aptando igni; item *molletta* forceps: quod facile comprimatur, & versetur, à cuius similitudine *mollessa*, volsella dicitur.

MOLECCHE. Scalig. in Arist. Hist. Anim. L. 17. *Mollucas quoque vocant Cancros Histri, quibus amissa veteri crusta, noua subit tenera*, idest mollior.

MOLLE, & *mollena*, quod intra panis crustam molle est, siue à medulla. μύελος ἢ τὸ μεσαίτατον τοῦ ἄρτου. Germ. *Meich*. Hisp. *meollo*, *molli-ca*, *mica*.

MOLO. Moles portui obiecta, arcendis fluctibus. Cæsar de bello ciu. *Qua fauces erant angustissima portus, molem, atq; aggerem ab vtraque parte litoris iaciebat*. Philander ad Vitruv. L. v. C. XII. *Progressus appellat aggerum illam continuatam seriem, obiectam ad arcendos fluctus, quam nostri ab elata terra leuatam dicunt; Græci χώματα, Latini Moles, Itali id appellationis retinuerunt*. Hisp. *Muelle*.

MOMA. *Madreperla*. Matrix vnionum, quasi *mamma*.

MONA. Simia. Ab imitatione, vt Sanctius μιμάω, μιμῶ. *Mimona*, *mamona*, *mona*. Et *Gatti maimoni*, de quibus Scalig. Exercit. CCXII. & Hist. Animal. L. 11. 13. Ita etiam appellatur pars qua mulieres sunt fortasse quia de pilis, vt Simiarum nates, quas ideo cluras veteres dixerunt.

MONATI. Insubres sic vocant Vespillones, qui grassante pestilentia, lue extinctorum corpora sepulturæ mandant. Græcè, quasi solitarij, quod hominum congressu arceantur, ne contactu morbus vulgetur.

MONOLI, & *Monini* apud Insubres, infantes, & pusiones, per blanditias appellantur: Gal. *Moineau*, passer, passerculus, *monedula*: quæ auiculæ dabantur infantibus ad ludendum. Plaut. Capt. Act. v. Sc. IV. *Nam vbi illo adueni, quasi patricijs pueris, aut monedulæ, aut anates, aut coturnices dantur, qui cum lusitent*. Et ideo hæ etiam blanditiæ inter amantes vsitatę. Idem Asinaria, Act. III. Sc. III. *Dic igitur me, anaticulam, columbam, vel catellum, Hirundinem, monedulam, passerculum, putillum*. Ita pusiones, & putilli, *monedulæ* appellati, *monoli*, *monini*. Vnde fortasse Hispanorum *Menini*, aulici pusiones honoratij, Principum obsequio destinati. Quos Coaruvias, vel à *mi niño*, vel à *minimo* deducit, vt supra dictum est. Gallicum *Moineau*, videtur à monedula κατὰ συγκοπὴν dictum.

MONCO. V. *Manco*.

MONDIGLIA. Auri purgamenta, quibus detractis aurum mundatur. Sicut frumenti, & aliarum frugum.

MONETA. Pecunia, æreí nummi, siue vt Iuvenalis, argentum, & æs concisum in titulos, faciesque minutas. Ottoman. de Verbis Iuris. *Numularij à numulis dicti, collybistæ, permutatores numorum, qui maioris pretij numis acceptis, numulos, idest minusculam monetam per*

partes

partes reddebant. Salm. ad Lamprid. *Pecuniam Lampridius ab auro, & argento distinguit, & pecuniam proprie vocat, aeream nummum. Sic nos hodie moneta nomine, aereos ferè minutulos nummos intelligimus, & ab auro discernimus: cum tamen etiam aurea dicatur moneta, vt & argentea, aereaque.* *Moneta* igitur, *æra minuta.* Græcis Κέρμα Numulus minutus, siue *minutia æris*, vt Seneca appellat. Et apud Ioannem in Euang. Τὸ κέρμα τῶν κολλυβιστῶν, nummulos, siue æris minutias, quibus mensarij permutant aurum, & argentum. Vnde Κερμοδότης, & Κερματιστής, qui maiores nummos minutis permutat. *Moneta corrente*, vsitata, ac recepta, φορούμενον ἀργύριον. De quo Salm. de vsuris p. 424.

MONGIBELLO. Siculi montem Ætnam ita appellant, correpto nomine à *Mulciber*, sicut & vna ex Æolidibus, vocatur hodie, Vulcanus ab incendio, vt Scaliger in Ætnam obseruat. Menagius tamen in Origin. Gallicis putat dictum esse à voce Arabica *Gibel*, quæ montem significet, atque ita *Mongibello*, esset mons montis.

MONITIONI. pro commeatu, & annona, quod ea Vrbes, & arces in vsum belli muniantur. Nonius in *Putidum*. Cato *Iterdo naues putidas, atque senticosas commeatum mœnire volebat*, *mœnire*, pro munire, vt recte emendat Palmerius in spicilegijs. *Pane di monitione*, cibarius, & militaris.

MONNA. Madonna. V. *Donna*.

MONSIGNORE. Meus senior. V. *Signore*.

MONTAGNA. Loca montana: sicut *Campagna*, Campana.

MONTARE. Ascendere, montem subire: & salire simpliciter. *Dismontare*, descendere, *Sormontare*, supersilire, *Tramontare*, de Solis ac siderum occasu. *Tramontana*, tum polus Arcticus, tum Boreas. *Montone*, Aries qui oues salit. *Moltone*, *Moltolina*, pellis veruecina. Gal. *Mouton*, non à monte, quod arietes ferme mōtes incolant, neq; à Latino *muto*, & *mutonius*, quod αἰδοῖον significat, quod sit mutoniatus, siue peculiatus, nam hoc in alias pecudes cadere posset: sed ab eo quod dictum est. *Montare* etiam de numeris, ac summa dicitur, nam innumerando ascenditur.

MONTI. Mensæ nummariæ, ab aceruis, siue montibus pecuniæ. Nam vt Gifanius ad Lucretium obseruat, montem pro mole, magnitudine aut multitudine veteres posuerunt. Vt Lucret. *Montes nimborum*. Virgil. *Aqua montem*, Agellius, *montes arenarum*, Plaut. *montes mali*, & *montes frumenti*. *Monti di Pietà*, mensæ in Vrbibus institutæ, subleuandæ pauperū inopiæ. Ita Prudentius *montes moneta* dixit Hymno 11, de S. Laurentio. *Quæ vt latentes eruat Nummos, operta existimans Talenta sub Sacrarijs, Cumulosq; congestos egi, Laurentium sisti iubet, exquirit arcam ditibus Massis refertam, & fulgida montes moneta conditos.*

MORBINO. *Hauere morbino* Veneti, delicias facere, quod morbosi molles sint, *Morbezza*, *morbidezza*, luxuries, herbarum, vitium, ac segetis. *Morbido*, mollis, emollitus *Ammorbidare*, lenire, ac mollem reddere: *mollitare*, molli manu tractare.

MORCHIA. Amurca, amurcula, *morcla*, *morchia*.

MORELLO. Color violaceus pressior, à *maris*, vt Scalig. Exercit. cccxxv. 13. Veneti à Pauone, *pauonaceum*.

MORESCA. Saltatio armata cum gesticulatione, siue Chironomia, fortasse quia apud Mauros frequens, & celebris sit.

MORICI. Venæ hæmoroidicæ, *maroelle* Veneti, hæmoroidales, *morene*, hæmoroidanæ.

MORIONE. Galea, cuius origo incerta: nam qui à μωρία deducunt, ipsi morantur.

MORSI. Lapides, siue lateres prominentes relicti, quibus nouus paries coniungatur. Item Commissuræ genus in parietibus, & structuris. Philand. ad Vitruv. L. II. C. VIII. *Inciduntur in his canales, in quos velati feminas, aliud quidpiam, ceu masculum ineat, committaturque, cuiusmodi sunt, quas regnantes, nostri, idest perpetuas morsesias, quasi mordesias, à mordendo vocant.*

MORSELLO. Frustulum, buccea panis, bucella, bolus. Gal. *morceau*, *boccone*. Hisp. *bocado*, à *morsu*. Iidem *almorçar* ientare: à morsu siue buccea panis. Sed *morcilla*, botulus, siue botellus, idest intestinum sanguine fartum, non quod vt putat Coaruvias breuis sit, vt vno morsu edi possit, sed quia frustulis minutis côcreti sanguinis oppleatur. *Morsellate* sunt boli ex saccharo, leniendæ faucium asperitatis *Ammorselato*, embamma ex carne minutatim concisa.

MORTADELLA. Genus farciminis, *murtatum*, quod olim murti, siue myrti baccæ inderentur. Varro IV. de Lingua Lat. *Quod in extis dicitur nunc profectum, murtatum à murta* (sic & Cato pro myrto) *quod eo large farsum intestinum crassum*. Plin. Lib. xv. 29. *Est alius vsus baccæ fuit apud antiquos, antequam piper repertretur, illius obtinens vicem, quodam etiā generosi obsonij nomine inde tracto, quod etiam nunc murtatum vocatur.*

MORTARO. *Mortarium*, quasi moretarium, quod in eo moreta, intritæq; fiebant, vt Turn. L. XVI. 17. & L. XXI. 20. & Scalig. in Catalectis p. 421.

MORVIGLIONE. Morbilli, papulæ, *rouiglione*,

glione, à rubedine.

MORZARE, extinguere, de igne, & lucernis. *Mortare*, mortuum reddere. Dant.Inf.xiv. *Che sopra se tutte fiamelle ammorta*. Cresc.L.r. 8. *La lucerna si ammorterà*. V. *Amorzare*. Hisp. *Amortiguar*. Iidem *Morcella* appellant mucum, siue fungum putrescentis elychnij, non tamen à *muco*, vt censet Coaruvias, vel quod cito moriatur, sed ab *amurca*, quod veluti in amurcam concrescat, quæ & *Moscella*.

MOSAICO. Opus *Musivum*, quod vt Salm. ad Trebellium obseruat, *Museum*, & *musium* dicebatur, à *musio* opus musiacum, & vnius literæ traiectione *mosaicum*. Iunius ad Codinū *musacinm*, & ab Hebræo deducit, *Masae* (vnde Græcum μίσγω, & Latinum misceo) *Sonat opus miscellum facere*: & *Musacium*, *miscellum opus*, *emblema ex minutijs congestum*, *materia*, *forma*, *colore varijs*. Μουζακίον.

MOSCARDO. Accipitris genus, à captandis muscis. Item *Moschetto*. Vnde tubi grandioris nomen. Vide paulo infra.

MOSCATO, MOSCATELLO. Vinum Apianum, sicut vuæ Apianæ quas Apes, & Muscæ appetunt. Papias. *Vua Apiana dulce vinum faciunt, quas nisi cito legas, à vespis, & apibus infestantur, vnde & dicuntur*. Nequaquam à moschi odore.

MOSCHEA. Turcarum proseuchæ. Hispan. *Mezquita* quod Arabicum esse notat Coaruvias, & locum in quo preces funduntur, significare, *Mezquidan*, à verbo *segede*, quod est prosternere corpus, & Deum solum venerari, idque ex Vrrea.

MOSCAROLA. Glos. Κρεμάστρα. *Hoc Carnalium*. Vulcanius. *Hoc est capsa quæ sublimis pendet, custodiendis, & tutandis carnibus, aut caseis ab iniuria felium, murium, & muscarum*. Hispanis *Escusabaraja*. Cuius etymon vide apud Coaruviam. Aristoph. facete Socratis sellam, editiorem, e qua docebat, κρεμάστραν vocauit.

MOSCHETTI. Genus accipitrum, quod & *moscardo*, & *moscardino*, à capiendis muscis. Albert. de Falcon. 379. 411. Iunius Nomencl. *Ex fringillatiorum genere est quem Muscetum vocamus, quem Germani Sprintz, & sprintseld dicunt. Belgæ Ben mastet*. Fortasse veterum *tinnunculus*, quem Festus inter alites volatu auspicia facientes recenset: & alibi esse genus auis notat, quam alii regulum, alii ossifragum dicunt. Ab hoc inditum nomen Sclopis grandioribus, qui furcillis, & canteriis sustinentur, *moschetti*. Sicut alii tubi grandiores, minores tamen bombardis, ab huius generis auibus nomina sortiti sunt. Vt *Falcone*, & *Falconetto*, *Sagro*, (idest Ierax, siue accipiter) *Spingarda*, (quod idem cum moschetto, licet maiori mole) *Smeriglio*, & similia.

Moschetti Insubres appellant Conopœa, arcendo muscarum tædio. Cum hæc à culicibus dicta sint.

MOSSE. Carceres, siue linea, vnde equi mouentur cursu certaturi. Bignon. 625.

MOSSONI. *Mosciones*, *musciones*. Glos. Arab. Lat. *Mussio est, qui in vino nascitur*. Pap. *Musciones vulgo à muscis appellantur: ijdem, & bibiones, sicut & poeta ait, in oculis tuis bibiones volant*. Et. *Bibiones, qui in vino nascuntur, idest musciones à bibendo*. Poetam Afranium intelligit, cuius versus ita corrigit Salmas. ad Spartianum. *Dum ad me spectas, fabularique incipis, ex ore in oculos tibi bibones inuolant*. Idemque exiſtimat esse culices illos rotundos, quibus Florus in tabernis infestabatur, noto Adriani versu. *Ambulare per tabernas Culices pati rotundos*: eosdemque à Plinio appellari cauponarum animalia Lib. ix. Cap. xlvii. *Adeoque nihil non gignitur in mari; vt cauponarum etiam æstiua animalia, pernici molesta saltu, aut quæ capillus maxime celat, existant*. Sed ibi Plin. eleganter, pulices, non culices intelligit, quod satis declarant verba illa; *pernici molesta saltu*, quod de culicibus nemo dixerit, volant enim modo, non saltu molesta sunt. Pulices ergo, & pediculos, quos capillus maxime celat, intellexit. Nemo enim culices volare sub aquis, & dormientes pisces infestare crediderit. Sequitur enim apud Plin. *Qua causa somnum piscium in mari, noctibus infestare existimatur*.

Idem ibi quærit, cur culices illi tabernales, rotundi dicantur, & quia nulli tales appareant ita dictos putat, quod ex eorum morsu tuberculum rotundum existat. Mihi verisimilius videtur, non culices ibi intelligi, bibulos illos musciones, quorum neque morsus admodum infestus est, sed lendinum genus spurcissimum, quæ rotundæ à depressa latitudine Italis *piattole* appellantur maxime pubi, & inguinibus infestæ, Hispanis *ladillas*, non à latere, vt Coaruvias, sed vel indidem, vel quasi *lendillas*. Atque ita ab Adriano καταχρηστικῶς, culices appellatos. *Piattole* autem a blattis deducere vetat, quod diuersum admodum id genus animalium est.

MOSTACCI. Pili in superiore labro. Μύσταχες. *Mystaces*. Μάσταξ, os, & mandibula. Μυσταξ. Pollux. Αἱ δ᾽ ὑπὸ τῇ ῥινὶ τρίχες, μύσταξ, ὑπήνη. *Pili sub naribus, mystax*. V. Gloss. *Infra nares*, Μύσταξ. Hesych. αἱ ἐπὶ τὰ ἄνω χείλη τρίχες, *superioris labri barba*. Vox Gallis etiam, & Hispanis communis. Plut. de Sera Num. vind. dicens quasdam leges ridiculas videri, Qualis, cum Lace-

Lacedæmonē Ephori Magiſtratum ineuntes, per præcones edicebant, μὴ τρέφειν μύστακα, *non alere barbam in ſuperiore labro*, & parere legibus. Et in Agide, ait, Lacedæmoniorum legibus lancitum eſſe Κείρεσθαι τὸν μύστακα. *Radere pilos ſuperioris labri*. Inſubres *barbetiam* appellant, *barbetium*, autem mentum.

Moſtaccio etiam pro vultu, & *moſtaccione*, Colaphus. *Immoſtacciato*, facies vultuoſa, vt Apuleius, triſtis, & amarulenta. Hiſp. *Amoſtaçarſe*.

MOSTACCIOLI. *Moſtacini*. *Muſtaceum, & muſtacei panis*. Genus libi, ac ſcitamenti, quod vt Cato de Re Ruſt. ex farina ſiliginea muſto conſperſa fiebat, addito aniſo, cumino, adipe, caſeo, & lauri foliis. Statius Silu. I. inter adorea bellaria, quæ Saturnalibus mittebantur, *muſtaceum* recenſet. Iuven. VI. *Nec eſt quare cœnam, & muſtacea perdas, labente officio, crudis donanda*. V. Int. dulcia appellat. *Solebant enim* inquit, *antea per nuptias, dulcia recedentibus erogare pro apophoretis*. Plin. L. v. 30. *Laurus triumphis proprie dicatur. Duo eius genera tradit Cato, Delphicam, & Cypriam: Pomponius Lenæus adiecit, quam muſtacem appellauit; quoniam muſtaceis ſubijceretur*, vnde apud Ciceronem ad Atticum *laureolam in muſtaceo quærere*, quod aliis adnotatum. Nunc *muſtacei* ex amygdalis contuſis, ſaccaro, & aromatibus conficiuntur.

MOSTARDA. Scalig. exercit. CXLVIII. 3. *Ex quo ſicut è Naſturtij quoque ſemine plebs ſuos intinctus facit, ad eundem modum, quo nos è ſinapi, quod embamma de muſto, quod inditur aliquando, & ardore, Muſtardam vulgus dicit, non ineptè*.

MOSTRA. Tranſuectio, & luſtratio copiarū. *Moſtra dell'eſercito*. Salm. ad illud Lampridii. *Milites quos Oſtenſionales vocant. Tranſuectionem quoque*, inquit *militum, in recognitione, ac luſtratione exercitus, oſtenſionem vocarunt, & oſtenſionem facere, faire monſtre*. In V. Inſcripr. *Temporibus Claudij Tiber. facta hominum armigerorum oſtenſione. Moſtra del vino*, guſtus, exploratio. *Moſtra dell'Horologio*, gnomon horas demonſtrans.

MOTA. Lutum, aqua ſtagnans, & immota. Villan. X. I. *Piene d'aque e di puzzolente mota*. *Motta* autem pro maſſa, & aceruo terræ, aut lapidum. *Meta*, quod in metam ferme erigerentur. V. *Meda*.

MOTTO, breue dictum, à *mutire*, quod eſt minimum loqui, ſiue murmurare. Alii malunt muttire. Cornutus in illud Perſij *Men' muttire nefas Hoc dicit. Lucilius libere reprehēdit alios, & Horatius. Mihi autem muttire nimium eſt. Prouerbialiter dicimus*, Muttum *nullum emiſeris, id eſt verbum*. Feſtus. *Amuſſim. Quidam Amuſſim dicunt, non tacite, quod mutire interdum dicitur loqui*. Et alibi. Mutire, *loqui*. *Ennius in Telepho. Palam mutire plebeio piaculum eſt*. Vbi Scaliger, ex Cornuto. *Mutire, eſt nè Mu quidem audere facere, quod Græci* μύζειν. Gloſſæ. *Muttum* γρῦ, *Muttire* γρύζειν. *Etiam in Idiotiſmo dicimus. Ne muttum quidem audet dicere*. Chariſius L. II. C. de interiect. *Mu facere, pro muttire*. Lucil. *Non laudare hominem quenquam, neque mu facere vnquam*. Hinc *motteggiare*, breui dicto aliquem tangere. *Mottetto*, breue carmen, ſiue canticum, à Muſicis appellatur. Germ. *Mutetten*. Non rectè, qui ἀπὸ τοῦ μυθεῖν. V. *Muſo*.

MOZZO. *Mutilus, mutlus, moecio, & mozzo*. *Mozzicone* pugnus; quia digitis in pugnum contractis manus mutilata videtur, & trūcum, ſiue mancum brachium refert. Hiſp. *Moxicon*, non à μαχῇ, quaſi *maxicon*, vt Coaruvias. *Mozzo* etiam pro natura muliebri, quod ea pars veluti trunca ſit, ac mutila. *Mozzicare* mutilare. *Dimozzicare*. Hiſt. Piſtor. pag. 3. *Li tagliò la mano, e così fedito, e dimozzicato lo rimandorono à caſa*.

MVCCIARE, & *ſmucciare* eſt labi, cum ſolo lubrico ex mucis, oriſque, & narium excrementis, fallitur veſtigium: à mucis, *ſmucciare*. Boccat. nou. LXXVII. *Scendendo meno auuedutamente ſmucciandole il piè, cadde della ſcala in terra*. Inde pro fugere, & è manibus elabi. Dant. Infer. XXIV. *Ed io al Duca, dilli che non mucci*. Sed *mucciare* pro irridere, ac ludere, fortaſſe à *motteggiare*. Math. Vil. VI. 59. *Dicendoli che per tempo ſi doueſſe apparecchiare, il Rè mucchiando li diſſe, che di ciò non ſi curana*. Vel à *Mocca*, ſanna, irriſione.

MVCCHIO. Cumulus, acervus. Contractè à *monticulus, muclus, mucchio*. Alii per tranſpoſitionem, *Cumulus, Muculus, mucchio*. Primum rectius videtur. *Ammucchiare, monticulare*, ſicut *ammonticare, ammonticellare*. Gal. *Amonceler*.

MVDA, Auiarium, ſeu locus clauſus, & obſcurus, in quem aues conduntur, à mutandis pennis. Fredericus de Venat. L. II. prologo. *Quidam in conſeruando ſanas, etiam quando iam mutant pennas, vt domuncula, quæ dicitur, Muta*. Voſſ. de Vitiis L. II. C. XII. exiſtimat non à mutando dictam, ſed à Germanico *Muyte*, quod idem notat: indeque Italicum *muda*, vel *muta*, Gallicum *mue*. Sed cur non Germani à Latinis accipere potuerunt, & morem, & nomen?

MVFFO. Mucidus. *Muffa*, lanugo, quæ longo ſitu contrahitur. Columel. Lib. XII. 4. *Ne ſitu pecora mucorem contrahant*. Plin. Lib. XVIII.

Iterumque in Sole exporrigi super lintea, quod nisi festinatò peragatur, lurido colore mucescere. Iuven. *Mucida cærulei panis consumere frusta.* Hinc vina *mucida*, siue *muscida*, situ doliorum fœtentia, Martial. *Verbis mucida vina facit.* Cato de R.R. *Vini singula vrna dabuntur, quod neque aceat, neque muceat.* Plin. Lib. XIV. *Proprium autem inter reliquos humores, vino mucescere, aut in acetum verti.* Quo tetro odore, quoniam dolia, ac vegetes in hac Vrbe ferme, ob nimium aquæ ingestum, infecta sunt, Anr. Quærengus perfacete dicebat, *Patauinitatem* nihil aliud esse, quam doliorum situm, ac fœtorem.

MVFFOLA, *mufla.* V. *Manicia.*

MVLE. Venetis soleæ, à *mulleis* Romanorum, de quibus nos plura in Analectis.

MVMMIA. Cadauer Ægyptio more conditum. Vofs. Lib. II. 13. ab Arabico *mum*, quod ceram significat; quia scilicet mel, & cera conseruandi cadauera vim habeāt: quæ etiam sententia est doctissimi Bocharti, cum mos antiquissimus fuerit cerā condiendi cadauera, vt tradit Herodot. L. I. Sed in conditura, ac medicina cadauerum apud Ægyptios, nec Herodotus, nec alii quod sciam, ceræ meminerunt. Coaruvias *Momia* dictam putat, quasi *Amonia*, scilicet ab arenis; quoniam aliqui putant, mumias esse viatorum corpora in itinere arenarum mole obruta, & desiccata: quod factū interdum non negamus; ita Ægyptiarū mumiarum longe aliam condituram fuisse certum est. Salmasius ad Solinum, ab *amomo* deducit. Sed pauca admodum corpora amomo, & pretiosis odoribus differta fuisse constat; Regum scilicet, aut principum; vulgaria autem nonnisi gummi, & asphalto medicata docet non vno experimento Nardius in Lucretium, & Petrus à Valle, curiosi Mumiarum scrutatores. Quærant doctiores.

MVNTO. ab emungo, *emunctus.* Dant. Purg. XXIV. *Da ch'è si munta Nostra sembianza via per la dieta. Smunta.* Fr. Sacch. rime. *L'altra con membra nere, nude, e smunte Orrida, smunta, e scura.*

MVSCOLO. Musculus, in animali, motus voluntarij instrumentum, carne, fibrisque constans: siue quod parvum murem, idest musculum excoriatum referat; siue quia similis sit musculo pisci. Hisp. *morecillo*, quasi muriculus: Ita & Galli, *la souris du bras*, quasi *soricillus*. Hisp. item musculos ad Carpum manus *muñones* appellant, & *muñeca*, quasi *muriones*, paruos mures.

MVSO. Rictus, & rostrum belluarum. Quod etiam ad homines transfertur; sed ferme ioci, aut contumeliæ causa. Dant. Inf. XVIII. *Quindi sentimmo gente, che si nicchia, Nell'altra bolgia, e che col muso sbuffa.* Et XXII. *Cagnazzo à cotal motto levò 'l muso, Crollando il capo.* Purg. XIV. *Et allor disdegnosa, torce 'l muso.* Hoc autem à *mutire*, & *mussare*, quod est murmurare, siue pauca, & submisse loqui, præ metu, clare, ac libere loqui non audere; vt apud Virgil. *Mussat Rex ipse Latinus.* Lucret. in 6. *Mussabat tacito medicina timore*: quod Græci μύζειν: quod cum fit, labra foras extenduntur, & exporriguntur. *Musone*, & *musella*, prominentibus, & inflatis labris, & buccis. Nonius ita distinguit. *Mussare, & murmurare ita discernuntur, quod mussare hominum sit, occultè, & pressa voce loquentium, quod celatum velint.* Virg. IX. *Se scire fatentur, Quid fortuna ferat populi, sed dicere mussant.* Et alibi. *Flent mæsti, mussantq; Patres. Murmurare autem maioris soni est, proximi ad tumultum.* Idem Georg. I. *Et resonantia longe littora misceri, & nemorum increbescere murmur.* Festus tamen pro eodem ponit, *Mussare, murmurare.* Ennius. *In occulto mussabant, murmurabant.* Mutire igitur, & *mussare*, & murmurare, submisse, & inter labia extensa obloqui. Vnde *muso, & musone*, quod etiam flentes, & mussitantes faciunt. Non igitur musus à μύζις, quod nasum significat. Hinc fortasse *mussi*, asini, & muli dicuntur, ab enormitate rostri in longum porrecti.

At *Musare*, vacare, feriari, veluti stupore defixum. Dant. Inf. XXVIII. *Mà tù chi sè, che 'n su lo scoglio muse. Forse per indugiar d'ire alla pena?* Tractum, vt Lexici Etrusci auctor obseruat, à belluis, quæ ob pabuli defectum, aut nimiā defatigationē, stupidæ hærent, sublato rostro. Senec. Epist. *Mentre che noi musiamo, ella se ne corre oltre.* Sic Gallis *Muser*, cessare, & *Musard* cessator; non autem à Musis, quarum otium negotiosum.



N.



ACCARE. V. *Gnaccare.*

NAPPA. *Mappa*, mantile. Crebro enim M. mutari in N. ostendit Vofs. de permut. lit. in Etymol. Quanquam inter vtrumque fuisse hoc discrimen docti obseruarunt, vt mantili mensa sterneretur, mappa ad tergendas manus esset, vt supra notauimus. Martial. *Nobilius villosa tegant tibi lintea citrum, Orbibus in nostris circulus esse potest.* Vbi circulus, non est ligneus orbis lagenæ suppositus, vt Vossius & alij censent; sed macula rotunda è vino extra lagenam fluente in mensam. Citreæ enim pretiosissimæ villosis mantilibus tegebantur, ne maculis fœdarentur; at vulgares Orbes, & plebeij huiusmodi maculis sine damno notabantur.

Nappa del Camino. Nares fumarii, quod ex iis fumus, sicut è naribus animantium spiritus exhalat. Vnde *Nappa*, & *nappone*, qui enormi naso insignis est. V. *Cappa.*

NAPPO. Vas potorium. *Obba*. Gal. *Hanape*. Nonius. *Obba poculi genus, quod nunc Vbba dicitur*. Alibi ait esse ligneum, vel ex sparto. Boccat. *Mise veleno in vn nappo con vino*. Nam à Naui, *napus* fieri haud credibile est.

NARANZI. Poma *aurantia*. Citrea. Medica; Gal. *aurange*. Germ. *Pomerantz*, quod Italum est, quasi *Inaurantia*. Pierius ad Virgil. Medicum malum inquit, pomum id esse Virgilio, quod *Naranzium* apud Venetos, apud Romanos, & Campanos, ab angulorum densitate, quibus succus intrinsecus dispescitur, in folliculos suos collectus, *Melangulũ* appellatur ab aliis, in citriorum speciem acceptum. Marsilius Cagnatus Variarum L. IV. Cap. XII. non ab *aurantio* deductum putat; sed esse antiquam vocem *Nerantio*, cuius mentio in scholijs ad Alex. Nicandr. Ἐςὶ δὲ τὸ μηδικὸν μῆλον, ὅ ἐςὶ τὸ Νεράντζιον. *Est medicum malum, quod est Nerantium.*

NASTRO. Vitta, fasciola. German. *Nestell*. Forte hoc ab institа, quod idem significat. Dant. Par. V. *Ne si parti la gemma das suo nastro.* M. Villan. *Con vn nastro d'oro largo quattro dita, con l'arme del popolo.* Rectius quam à rubeo, *rubino*, *rubinastro*.

NATICHE. Nates. Glos. Πυγὴ *Natica*. Insubres *Busnaccio*, πυγὴ natium.

NATVRA, pro pudendo. In carmine libero *Natura est quondam, semper aperta mihi*. Glos. *Natura* φύσημα. V. Vulcanium. Item pro arduo genitali. Cicer. de Diuinat. II. *Partere quādam matrona cupiens, dubitans, esset ne prægnans, visa est in quiete obsignatam habere naturam*. Et illud Mimi. *Hircus vetulus naturam capreis ligurit*.

NAVE della Chiesa, à Græco Ναὸς, *Naos*, Templum, Attice Νεὼς. Vnde Νεωκόρος *Æditu*us.

NEBIA. *Nebula*, *Nebla*, *Nebia*. Veneti *Caligo*, *Calinerno*. Insubres *Cighera*, quod veluti tenebras offundat. Iidem *Nibia*, quæ quoniam frugibus, & fructibus officit, eaque detegit, & exurit, vox etiam ad animantia translata est, vt præcipue infantes, ac pullos *nibiatos* appellent, quibus ægrum, ac lentum incrementum est.

NEGARSI. aquis suffocari. V. *Annegarsi*.

NEGHITTOSO. Piger, ignauus, negligens, nihil agens. Pap. *Nequitiam ex eo quod ne quidquam sit, idest nihil veteres dixerunt*. Dant. *neghienza* appellar. Sed *Nequitoso* aliud significat, nempe morosum, & irasci facilem. Ab *iniquus*, Insubres *Gnеuo*, cui omnia tædio sunt. Iniquus.

NEGOTIO. Negotiatio, mercatura. Horat. Sat. *Persius hic per magna negotia dives habebat Clazomenis*. Apul. Lib. V. *Magnis pecunijs negotiantem*.

NEGOTTA. V. *Niente*.

NELLO. *Nella*. In illo. *In ello*, *nello*. In illa, *inella*, *nella*.

NEMISTA'. Inimicitas, *Amistà*, Amicitas.

NENA. *Nina*. Nutrix Venetis, quam alij *baila*, & *bela*, à baiulandis infantibus. Nænia, carmen funebre, quo Preficæ mortuos laudabant; quod quia nugarum plenum, & ineptiarum, vt ex Nonio, & aliis constat, vox ad nutricum cantum translata est, vt Nænia cantilena diceretur soporandis infantibus, & nutrix ipsa nænіam canens. Scalig. poetic. L. I. C. L. *Iouianus Pontanus Næniа vocem traduxit ad nutricias cantilenas; propterea quod vulgus nostras Belas, alijs locis in Italia nutrices, Nenas dicunt: vt opinor à cantiunculis, quæ sint similes cantibus præficarum. Cuius carminis angustijs diuinus ille vir ita clausit lasciuiam immensi sui ingenij, vt aliorum excluserit audaciam. At veteres nutricum cãtiones καταβαυκαλήσεις nominarunt*. Vnde etiam *Ninare* apud Insubres, & Senenses, cunas motitare, conciliando somno. *Far Nanna*, e *Ninna*, dormire. Dant. Purg. XXIII. *Prima fien triste, che le guancie impeli Colui, che mò si consola con Nanna*. Landin. Idest *picciolo fanciullo; Imperoche i bambini si trastullano*,

fullano, & addormentarsi, dicendo le balie, Nanna, nanna. Adunque Nanna è voce, con la quale le nutrici innitano il bambino al sonno. Casaub. ad Theoph. Charact. *Hinc dicta καταβαυκαλήσεις, cantilena nutricum, quibus pueris somnum conciliant, apud Athen. L. xiv. item* Νιννίον, Ninnium, pro eodem (*far nina*) apud Hesych. *Naniā Latine possis dicere: veteres enim Grammatici ad illud Horat. Dicetur merito mox quoq; nania naniam interpretātur carmen soporiferum, & somnolentum.* Ioseph etiam Scalig. ad Auson. L. II. C. II. *Græcè καταβαυκαλίζεσθαι, dicunt, & Itali, & Aquitani mammæ, seu nutrices, pro eodem, Nina, Nina. Quod & Græcas quoque factitasse indicio est Nania illa quæ inde vocabatur, νιννίον.* Hesych. Νιννίον, *ἐπὶ τοῖς παιδίοις καταβαυκαλωμένοις φασὶ λέγεσθαι. Ὁμοίως, καὶ τὶ νιννίος. Meminit & earundem Naniarum Tertul. adu. Valentin. Nonne aliquid tale dabitur, te in infantia inter somni difficultates audisse lamia turres, & pectines Solis.* Talis & illa apud Plaut. *Soricinia nania.* Et apud Horat. *Roscia dic sodes melior lex, an puerorum Nania, qua regnum recte facientibus offert.* V. *Lala.* A Nænia & Nino, verisimile est factum Hispanicum *Niño*, vt credit Menagius, pro infante, ac puero, siue pupo, & pusione: nam & pupilla oculorum *Niña* appellatur. Nisi quis credat, à pauco factum *paucinus*, & *paucininus, picinus*, & *ninus*: sicut à *pauco paruicus, cicus, chico.*

NEPOTE pro fratris, vel sororis filio, vt vulgo vsurpatur, non Latine dici Vossius, & alij docuerunt; cum nepos sit filio, vel filia genitus.

NETTARE. *Nitidare.* Pap. *Sfungia, & spungia dicta est à fingere, idest nitidare, & tergere.* Afran. *Accedo vt tibi verticem fingam linteo, idest extergam. Tagliar di netto,* vno ictu, nihil relinquendo.

NIBBIO. Miluus. Germ. *Milan.* Idem & *Poiana*, à pullis quos venatur.

NICCHIO. V. *Gnaccara.*

NICCHIARE. Dant. Inf. XVIII. *Quindi sentimo gente che si nicchia: Nell'altra bolgia, e che col muso sbuffa.* Quod Landinus interpretatur, submissa voce queri. Forte à *nixu* parturientium. Verisimilius tamen videtur à *nictando*, quod lugentes faciunt, oculos claudendo, & aperiendo. Alij à laminiculare, *niculare*, quod non arridet. Fortasse ab equorum hinnitu: nam Erythræus, ad illud, *Acuto hinnitu, Hinnire,* inquit, *est equorum, quod vernacula lingua nitrire, Siculi annicchiare*: quod comprobant sequentia, *e col muso sbuffa*, vt equi faciunt.

NIDASO. Accipiter, à nido. Florent. *Nidiace, Nidiacus.* Budæus in Pandectas p. 302. vbi de Accipitrum differentijs egregie disputat, inter cetera ait. *Nidularios mansuefactarij vocant, qui ex nidulo rapti sunt, & domi adoleuerunt. Ramales sunt, qui iam ferme adulti, & nido oberrantes, ramulatim volitantes capiuntur. Nidasi, e ramingbi.* Hisp. *Niego*, Nidiacus. Vide Salmas. ad Solin. p. 773.

NIENTE. *Neente.* Hist. Pistoia. p. 4. *Non trouando persona che lo contrastasse di neente. Nec betta, nebetta, neente, niente.* Nihil, nihilum: ne hilum. *Hetta, & hilum* res eadem. Festus. *Hetta, res minimi pretij, quasi hieta, idest hiatus hominis, atque oscitatio; alij pusulam esse dixerunt, quæ in coquendo pane solet adsurgere, à qua accipimus rem nullius pretij, cum dicimus, non hetta te facio.* Glossæ. Φλυκτὶς ἄρτου. *Ecta. Idest pustula, siue pusula panis.* Alibi tamen eadem Glos. *Ettam*, siue *Hittam* aliter interpretantur. *Hitta.* Τυλώ. *Pellicula* scilicet mali Punici. Eædem. Τυλώ *Membranum, membranium.* Τυλώ ῥοιᾶς. *Hecta, Hitta.* Alibi. *Ciccum.* Ῥοιᾶς ὑμήν. Lege. *Ciccum.* Paulo infra. *Ciccum.* Γρύκυκκος. Lege. Γρύκκυκος. Nam *Ciccum*, teste Varrone, & Festo *membrana tenuis acinos in malo Punico discriminans. Hetta* igitur, & *Ciccum*, & *Hilum* pro re minimi, aut nullius pretij. Fest. *Hilum putant esse, quod grano fabæ adhæret: ex quo nihil, & nihilum.* Glossæ, sine aspiratione, *Ilum*, & interpretantur Νάρθηκος τὸ ἐντός. *Ferula medulla. Neente, neente, ne etta, nec etta.* Vulgus Insubrum, & rura Cisalpina. *Negotta*, pro, nihilum. *Nec etta.* Iidem. *Non li darei vn etta*, idest ne hilum quidem. Hispani. *Nada*, & *Nonada. Ne etta, Neada, Nonada, nada.* Et *Nadie*, nemo. Germ. *Neust*, & *Nichts*, *Necta, nec etta.* Galli *Rien.* Bouillus, & alij tractum à *Re* putant, *E*, in *IE* labente. Sed contrarium videtur, cum pro non re, sed exigua, ac minima re sumatur. Vel igitur ab *hilum, hirum, rium, rien*; vel ab *nien, rien. Ie n' ay rien, Non hò niente*, non est duplex negatiua; sed non habeo *etta*, ne *hetta* quidem habeo, ne *hilum* habeo. *Il ne vaut rien*, non valet hilum, vel etta. Sumitur etiam hilum pro, aliquid, τι, vt Lucret. L. III. *Nec defit ponderis hilum*: sed exiguum & tenue. *Nihilum, ne hilum*; alibi. *Neque defluere hilum. Nihil igitur mors est, ad nos neque pertinet hilum.* Et alibi frequenter.

Sicut autem vulgus Insubrum pro nihilo dicunt *Negotta*, ita & *Vergotta*, pro re aliqua, quod est *Perhilum, per etta: per paulum.* Idem Lucret. L. VI. *Summa magis medijs, media imis, ima perhilum*, vt doctissimus Gifanius obseruat.

NILO, NILONE. *Nilus*, Euripus, aquæductus. Cic. II. de Leg. *Ductus vero aquarum quos*

quos isti Nilos, & Euripos appellant, quis non cum hac videat, irriserit? Et ad Quintum Frat. *Imagines enim ista, & palaestra, & piscina, & Nilus multorum Philosophorum est, non Diphilorum.* Philander in Vitruv. *Matores aquaductus Nilos fuisse appellatos* existimat. Vnde *Nilone*, *& Nirone*, Mediolani, aquæ ductus subterraneus, siue cataracta, & eloaca purgandæ Vrbi. Corius Hist. Mediol. parte III. de Actio Vicecomite. *Due acque più spedite che non erano introdusse à Milano, cioè quella nominata il Nirone, e l'altra della Canterana, le quali assai commodo danano.* Vulgus *Lirone di S. Francesco.* Salmasius tamen ad Trebel. censet, *Nerone* esse vocem Græcam, ἀπὸ τοῦ νηρῶ, quod & humidum, & aquaticum: nam quod recentiores Græci dicunt Νηρὸν, veteribus fuisse νηρὸν, Ionicum nempe, cum vulgare sit Ναρόν. Sed cum Græcobarbaris hodie *Neron*, aqua dicatur, potuit à Latino *Nilus*, & *Nilone* cum tot aliis vocabulis fluxisse.

NIVELLO. V. *Livello.*

NIVNO. *Nissuno, Ninguno.* Ne unus, nec vnus.

NIZZO. Insubres appellant pomum putrescens, ac liuorem ducens; quod Etrusci *mezzo*, vt supra dictum est, quasi *mitium*; quod tamen apud Latinos maturitatem significat, hoc maturitatis excessum, vt Lexicon Etruscum obseruat. Pallad. *Conosceesi loro maturitade al color fosco, & alla mollescu, che sono mezze, mezzo, mizzo, nizzo.* Rectius tamen videtur à *Victus, vizzo, & nizzo.* Iidem Insubres *Nizzo sotto gl'occhi*, appellant, quibus genæ sub oculis intumescunt, liuore infectæ, ab eadem similitudine.

NIZZOLINO. Mus agrestis rubens, vt Seruius in I. Georgic. videtur *à muscielino*; sed est à *Nitedula, nitedulinus*; qui & *Nitela.* Glos. *Nitela.* Δενδροβάτης. Quod per arbores repat; cuius meminit Cicero in Sextiana.

NOCCHIERO. *Nauclerus*, qui & *Nauicularius*: nauis dominus, nauem meritoriam habens: Venetis, *Patrone di barca.*

NOCCHIO. *Nodus: nodiculus, noclus.* Dant. Inf. XIII. *Di dirne come l'anima si lega In questi nocchi.* V. *Gnocco.*

NOCCIVOLO. *Nuciculus. Nocelle. Nuciculа*, Auellanæ: Iuvenali Nuces minimæ. Pap. *Nuciculam Amygdalam quidam nuculam vocant, quasi minorem nucem.* Sed de auellanis vulgo vsurpatur.

NOIA. *Noxa, noxia.* Molestia. Scalig. ad Catalecta. *Annotandum quod hodie in Gallia turgium vocatur* noile, *id à noxia detortum esse: quod aliquando notat turgium, ac dissidium.* Auson. *Sæpe in coniugijs fit noxia, si nimia est dos.* *Annoiare*, molestiam, & tædium afferre. *Noxare, noxere.* Lucil. *Inguen ne existat, tuma, ne boa noxit.* Hisp. *Enojar*: non quod oculos lædat, sed quod noxia, & tædio, ac molestia afficiat.

NOLO. *Naulum*, proprie quod pro vectura, & traiectu soluitur. *Noleggiare, Nolezino*, & *Nolo*, locus vbi equi meritorij prostant.

NOMA. Insubres pro solum, tantum. *Non magis*, non plus.

NONNO: & NONNA. Veneti pro Auo, & Auia. Vocem Ægyptiam esse obseruat Vossius L. I. 6. de Vit. Serm. Ex Rhodigino L. V. 12. & Lib. II. 13. idem vocem eam tributam tradit sacris virginibus, & viduis. Hieron. Ep. XXII. ad Eustoch. *Quia maritorum expertæ dominatum, viduitatis præferunt libertatem, Castæ vocantur, & Nonnæ.* Plurima alia loca congessit, quæ non attinet inculcare. Quibus addere libet ex Visionibus Flotildæ. *Item vidit se esse in quodam amœno loco, velumque nigrum se super caput habere: de quo cum requisisset, audiuit, quod fieri Nonna deberet.* Sed & viris idem nomen conuenisse ostendit ex Arnobio Iunius in Psalm. CXL. *Adulantes nobis inuicem, in præsenti positi, Sanctos nos vocamus, & Nonnos.* Regula S. Benedicti. *Priores Iuniores suos, Fratres nominent, Iuniores autem, Priores suos Nonnos vocent, quod intelligitur paterna reuerentia.* Quia igitur hic honoris, & reuerentiæ titulus erat, merito Auo, & Auiæ tributus; sicut Insubres, eosdem *Missere*, & *Madonna* appellant, hoc est *Dominum*, & *Dominam.* Pap. *Nonnos vocamus maiores, ob reuerentiam: nam intelligitur paterna reuerentia.* Glos. Arab. Lat. *Nonnus, maior.* Quare non est verisimile quod existimat Vols. vocem Ægyptiam ab Hebræa fluxisse *Nin*, idest filius, quod Nonni filiorum, Nonnæ filiarum loco essent: cum titulus hic maioribus tantum, & parentibus deferretur. Hinc *far Nonnu* iidem Veneti dicunt, cum infantes iubent aliquem salutare, & revereri. At Menagius Græcam vocem putat, quibus Νάννος est avunculus, ex Hesychio.

NOVELLA. Nuntium: res noua nuntiata. Rumores, auditiones, item Fabulæ.

NOVIZZA. Veneti Sponsam appellant. Dantes *Nouitia.* Parad. XXV. *Et come surge, & vd, & entra in ballo Vergine lieta, sol per far honore Ala nouitia.* *Nona nupta, nupsitia.* Glos. *Nona nupta* Νεόνυμφος.

NVCA. Occiput, *nucamentum*, à nucis cortice translatum. Dant. Infer. XXXII. *Là ve'l ceruel s'aggiunge con la nuca.* V. *Gnucca.*

O.



aut *od*, *è*. Dant. *Od'ombra*.

OBIATA, *Obiadino*. Crustulum, siue buccea panis tenuissima, rotunda, quæ olim vna cum vino in vsum sacrificij à populo offerebatur. *Oblatio*, *oblata*, quæ in incruento augusto sacrificio, *Hostia*, vt Goldastus, & Menagius obseruant. Eadem in prophano vsu, obsignandis ceræ loco, epistolis. Quæ autem in spiram conuolutæ, Venetis *Storte*, à torquendo, Insubribus, *Canone*, à similitudine. Hispan. *barquillos*, quod veluti in scafam contorti; & *supplicationes*, quia in vsum sacrificij cedunt. Mediolani interdum huiusmodi oblatæ latiores, & expansæ, virgis inseruntur, pendentibus infulis, velatæ crepitantibus bracteolis, ab infantibus gestantur die festo alicuius Diui, quæ *pompali*, & *pompare* dicuntur, quod in pompa præferantur.

OCA. Anser. Siluius à Græco ὀχὴν; sed Latinum est *Auca*, quod ab *Auica*, vt Voss. L. II. C. III. de Vit. quanquam dubius sit, vtrum ab Arabibus, an à Græcis vox fluxerit. *Auca* genericè ὄρνιν, *Volucre*, vt Glos. & *Aucellus*, στρουθίον, *passerculus*, ibidem. *Auca*, magna auis.

OFFIO. Insubres spongiosum, laxè tumens, & flaccidum. *Fungosus*. Glos. Χομφός, ὀχαῦνος, καὶ παχύς. *Fungidus*, *Fungosus*. Hisp. *Fofo*.

OIBO. *Oiboi*. Interiectio indignantis, & auersantis, ac respuentis. Græcum. Αἰβοῖ αἰβοῖ. *Oiboi*. Aristoph. Αἰβοῖ νὴ λήρεις; Monosin.

OI, *Ohime*. *Heu*, *heu me*, Hei mihi. Græcè Οἴ, *Hei*, & heu, Οἴμοι. *Heu mihi. Ohime*.

OLATICHE. Vitiligines. Maculæ faciem deformantes. Maculæ *volatica*.

OLEZZA. Dant. *Olet*. Purg. XXIV. *Et qual annunciatrice degl'albori, L'aura di Maggio muoue si, & olezza, Tutta impregnata dall'herba, e da fiori*. Paulo infra vocat *Orezza*; *che fe sentir d'ambrosia l'orezza*. *Oletium*, *oletum*. Quanquã hoc pro re fœtida à Latinis accipitur.

OLTRAGGIO. Iniuria: Siluius p. 77. *Vltragium, quod homo vltra quam satis est agatur, & impellatur in altum*; siue vltra ius, & æquum offendat. Dantes pro excessu, & exsuperantia posuit Parad. XXXIII. *Et cede la memoria à tanto oltraggio*.

OMBROSO. Equus sternax, qui vmbras expauescit. Dant. Inf. II. *Come falso veder bestia, quand'ombra*.

ONTA. Ignominia, iniuria pudorem inferens. *Affrontare*, frontem cædere, quæ sedes pudoris. *Affronto*, *onta*. Galli. *Faire honte*. Ferire alicuius frontem, vt Dhuesius. Dant. Inf. VII. *Ontoso metro*, quod pudorem incutit. Monosinus ab *Onie*, hocque ab Ὀνειδίζω, iniuria afficio.

ORBICELLO. Rota. *Orbiculus*, *Orbicellus*. Pap. *Rota*, *Orbis*, *vnde etiam breuis rotella*, *Orbiculus*.

ORBIGOLO. Insubres ludum puerilem appellant, quem Etrusci, *alla mosca cieca*, de quo P. Victorius L. XV. variarum C. XVI. *Ludus*, inquit *puerilis*, *qui in vsu veterum Græcorum erat*, *vsque ad nostra tempora apud nos permansit: de quo Pollux L. IX. Onom. ita olim exerceri solitum tradit, vt puer aliquis, cum fascia oculos obuoluisset, in orbem versaretur, clamaretque, aheneam muscam venabor: alij vero responderet, venaberis, sed non capies; caderent illum scutica è leui materia facta, donec aliquem è numero ipsorum comprehẽdisset*. Subdit Victorius, hoc discrimen modo esse, quod Græci dicerent se venari muscam aheneam, Etrusci *muscam cæcam*. Eiusdem ludi meminit Eustathius in XXI. Iliados.

ORDIRE. ductum à textura. Notum enim textores ordiri telas. *Ordimento*, licia ad texendum disposita, & à trama, siue subtegmine distincta. Scalig. in Culicem. *Græcum est* Ὄρδημα ἡ τολύπη τῶν ἐρίων, vt Hesych. *Lana pexa, ac parata ad nendum*. *Ordegno* pro instrumento quouis, non solum textorio. Dant. pro artificio, ac situ. Inf. XVIII. *Di cui su loco conterà l'ordigno*. quod rectius ab ordine duci videtur.

ORDO. Sordens, sordidus. *Lordo*, *Ordura*.

ORGOGLIO. Fastus, superbia. Bodin. Meth. hist. C. IX. ab ὀργή, *furor Gallicè*: inquit *Orguilleux, quod vitium est insanorum*. Ita & Siluius ὀργίλος, iracundus. Ridicule Bouillus, ex hircus, & oculus, quasi *hircoculus*; quia oculi superbi, vt hirco, limi, & obliqui. Ceteri ferè ab ὀργίλος, *iracundus*; minus rectè. Est enim ab *arrogantia*. Veteres enim *Argoglio*, & *Rigoglio* dixerunt; & Dantis Interpretes, *Orgoglio*, arrogantiam, & superbiam, non iracundiam, exponunt. Boninsegni, Hist. Flor. L. I. *La Città di Pisa era di gran potenza in mare, e per rigoglio, & superbia, facevano disfare*, &c. Et L. II. *Diceua, venire per abbattere il rigoglio de Fiorentini*. Vita Nicol. Laurent. *Hanno li Romani somma pouertate, & gran rogoglio*. Chron. Ven. *Per humiliar la superbia, & argoio de Genouesi*. Villan. III. 3. *La più bella, e rigogliosa Città de del suo piccolo sito, che si trouasse. Superba. Orgoglio*

goglio, pro *rigoglio*, ficut *Orlique*, pro *reliquie*. Vil. v. 27. *L'orlique del braccio di S. Apostolo*.

ORIGINALE. Archetypum. Glof. *Originale* Πρωτότυπον.

ORIGLIERE. Puluinus auricularius.

ORLO. Limbus, inftita, in extrema parte veftium. *Ora*, *orula*, *orlo*, vt Perionius pag. 89. *Orleto*, Gal. *Ourlet*. Item *bord*; quod tamen non eft ab *orlum*, addito B; fed à *fartum*, quod veftium oræ ferme goffypio farcirentur; vnde & *falde* dictę. Vide. Hifp. *Orilla de ropa*. Ab *orlo*, dicitur veftis *ftorlata*, in ima ora, luto fœdata; Inde *ftorlare* pro afpergere. Tranflate *Storlato* di lettere, leuiter afperfus.

ORMA. Veftigium. Nequaquam ab ὁρμή, quod impetum fignificat; fed à *forma* pedibus impreffa.

ORPELLO. Æs in tenuiffimas bracteas redactum, auri colorem referens. Non quafi *auri pellis*, vt aliqui cenfent: fed *Auri petalum*: nam *Petalon* folium latum, πέταλον, πλατὺ φύλλον, à πετάζω, extendo, quia latum. Item, lamina, bractea. Exod. 28. πέταλον χρυσοῦν. *Lamina aurea*. Hinc *Petalium*, vnguentum foliatum, fiue malobathrum, apud Plautum Curcul. *Petalurgus* bractearius. Glof. Arab. Lat. *Petalum*, *aurea lamina in fronte Pontificis*. Altelmus. *Amplius aut certe flauefcant petala fulua*. Et. *Aurea ceu fulua*, *quas ornat petala fronte*. *Orpello* igitur eft *Auripetalum*. *Orpaiolo*, aurum petalarium. Gal. *Oripeau*. *Orpellare*, *& inorpellare*, auri colorem mentiri; & tranflatè, fucum facere, & mangonizare. Ita Auripigmentum, *Orpimento*. Veneti *Oro Cantarino*, bractea crepitans, & dum vento impellitur, dulci murmure cantillans. A Petalo etiam Veneti *Penello* appellant bracteolam in fummitate ædium, ac turrium, flatu verfatilem, ad denotandos ventos. *Petalo*, *Petanello*, *Penello*. V. *Pennone*.

ORSV. Vox hortantis. *Nunc furge*, Accingere.

ORZA. Funis nauticus, ad læuam Antemnæ partem religatus. Dant. Purg. XXXII. *Vinta dall' onda*, *or da poggia*, *or da orza*. Olim fufpicatus fum à *loro* factum effe, *loritium*, & *ortium*. Nunc me in ea fententia confirmat Menagij auctoritas, qui in Orig. Ital. idem conijcit. In eo tamen hæreo, quod nefcio, an ij funes ex loro fierent, & cur tantum finifter: nam fi etiam dexter, vterque *orza* diceretur: nam quod ad Poggia attinet, doctiffimus Turn. L. XX. 4. docuit, Pedem in naui effe imam partem veli, ideft imum angulum: alijs effe funem, quo velum tenditur: inde *facere pedem*, pro vela tendere, apud Virgil. *Vna omnes fecere pedem*. Duo autem pedes effe, dextrum, & finiftrum. Catul. *Siue vtrumq; Iupiter fimul fecundus incidiffet in pedem*. Et *proferre pedem*, ideft vt Seruius loquitur, *podijs*, *imum veli minus adducere*; fed laxius effe finere, & longius producere: nam pede velum tenditur. Etiam Erythræus ad illud *Ferte fimul Faunique pedem*, *Dryadefque puellæ*, Pedem intelligit, quod vulgo *Poza*. A *Podijs* igitur funibus, dexter *podius*, fiue chorda, *podia* dicta, *poggia*. Sed recurrit difficultas, cur dexter tantum *Podius*, cum vterque *Pes*, Latine diceretur. Quærant ergo acutiores. Sicuti, cur Græcis alter rudens pariter *Pes* diceretur, alter ὑπέρα, vt Suidas, Scalig. Hift. Anim. L. V. *Nautæ Orientales pedem adhuc*, *paulo corruptius*, *Podium vocant*; Τρίπαν *autem Orthiam*.

OSARE. Audere, aufum, *aufare*, *aufitare*.

OSTAGGIO. *Obfes*, *obfidiaticum*, *obftagium*, vt Vofs. de Vit. Serm.

OVE. Vbi. *Obe*, *oue*. *Ovunque* vbicumque.

OVERA. Ventriculus auium. *Ouaria*, ab ouis. Frideric. de Accipitr. 26. 77. 79.

OVY. Gallice, & *Oi*. Etiam. Siluius. 145. *Nos ab auditu*, *Aus*, *vel Oui*, *vel Os refpondemus*, *quafi dicas*, *audio quod petis*. Menag. Hoc eft, *hocce*, *oce*, *oi*. Forte ab *hoc ita*, contractum. Sicuti *aufsi*, non ab *etiam*, *eci*, vt idem Siluius; fed ab *hoc fic*, Vt Italicum *Così*.



PAC-

P.



PACCHETTO. Fasciculus literarum. Menag. à *pango*, *pactum*, *pacchetum*, & *compingo compactum*. Forte à, *Pasceolus*, *Sacculus ex aluta*, vt notat Nonius ex Plauto, & alijs. Germ. *Packet*.

PACCHIARE. Insubres pro auide comedere, & cibo inferciri. *Pabulare*, *pabulum*, *pabio*, esca iumentorum. Glos. Βόσκω, *pabulo*, *pasco*. *Pazossa*, & *bazossa*, pulmentum crassius, ac frustis condensum. *Mangiare à sbezesso*, est ingurgitare, & ad saturitatem repleri; item *à sbacco*. V. *Macco*. *Pacchione*, helluo, epulo, *Phagon*: qua voce vsus est Capitolinus in Aureliano.

PADELLA. Insubres vocant Sartaginem; quod patula sit. Pap. *Sartago à strepitu soni dicta, quando ardet in ea oleum: patella i olla anea*. Quo sensu Scribonius non semel *patellam* accepit, tum æream, tum fictilem.

PADIGLIONE. Tabernaculum, tentorium. A *Papilione* dictum iam plures adnotarunt, & loca Scriptorum inferioris æui attulerunt.

PADIRE. Cibum concoquere, siue vt vulgo, digerere, *digerire*. Proprie tamen est aluum leuare, haud dubie à Græco ἀποπατέω, quod est à via recedo, siue digredior, secessum quæro, exonerando ventri, sicut ἀφοδεύω. Glos. χέζω, ἐν οἷς ἀποπατοῦμεν: *Latrina*. Et infra, χεζώδης, *Necessarius*. Vbi sicuti à secessu, *Cessa*, Latrina, dicitur; ita à χέζω *Necessario*, & *fare i suoi bisogni*. Eædem Glossæ. Ἀπόπατος, *Culina*, *Recessus*. Quare *Padire*, & *paire*, concoquere, antecedens, pro eo quod sequitur, Etrusci etiam *Patire* eodem sensu dicunt.

PADRINO. Qui de sacro fonte suscipit: inde dictus, vt Vols. de Vit. Serm. L. I I. 33. quod eum cuius susceptor est, quodammodo adoptat, non bonorum ratione, sed curæ paternæ, in eo pie instituendo: & ideo *Compater* appellatur; quæ vox, quodque officium, haud scio an vsquam gentium frequentius sit, quam Venetijs, vbi longè plures Compatres reperiuntur, quam patres. Et ideo è sacro lauacro suscepti, Filij spirituales olim appellabãtur; hodie per blanditias *figlioccj*: sicut susceptores ab ijsdem vocantur *Santoli*, sacri illius ministerij reuerentia. Quoniam autem susceptores, pro infantibus spondent, & veluti vades, ac fideiussores sunt, Insubribus *Guidazzi* appellantur, à vadimonio sacro, siue vadatione.

PADREGNO. *Patrigno*. Vitricus, *Patrinius*, loco patris. Glos. πάτρωος. *Vitricus*. Pap. *Patreus*. Vitricus. Idem. *Patros Græce Vitricus*, *idest secundus maritus matris*; *vnde etiam apud Latinos dicitur patrinus*; *quia in loco patris fit filiastro*. Ita inferior ætas vocauit priuignum. Sicut *patreus*, Vitricus, ita & *matrea*, nouerca. Glos. Arab. Lat. *Matrasta*, *matrea*, *Madregna*, *matrinia*.

PAESE. *Pagus*, *Pagisium*, *Paese*; vt magnus Scaliger docuit ad Ausonium L. I. 23. Quod *Pagus* apud Scriptores, non de vno Vico intelligitur, sed de magno modo agri, atque adeo de vna gente quantumuis numerosa. Quem sequitur Bignon. ad Cap. XVIII. Marculfi. *Neque enim Vicus tantum hoc nomine dicitur*; *sed & prouincia, aut saltem nō exigua pars prouincia*. Sic Plin. Lib. IV. 17. *Gessoriacus pagus*, *pro magno agri tractu*, *& Ciuitatis vnius territorio*. *Sic septem Heluetiorum pagi, apud Cæsarem*. *Vnde Pagenses, eiusdem pagi dicti*. *Pagis autem vt plurimum præerant Comites, & qui eorum ditioni subiecti, Pagenses*. Ita Salm. ad Vopiscum p. 456. vbi notat, *Pagum* apud Latinos idem esse, quod ἔθνος, vel gens: & quamuis amplum regionis tractum, totamque aliquam Præfecturam, gentemque quamlibet populosam significare. Glossæ, *Pagus*, τοπαρχία, χώρα-τις, νομός. Hinc Heluetiorum totam gentem in quatuor pagos diuisam, apud Cæsarem legimus. Ita Flodoardus, cum nominat *Pagos*, intelligit Territorium; vt *Pagus Laudunensis*. Hinc *Pagenses*, non modo de eiusdem pagi, ac vici hominibus, sed prouinciæ, ac Diœceseos. *Paesani*. Vt aues *Paysane* Friderico de Accipitr. p. 40. Et *Paisano*, pro conterraneo. Sed etiam pro rustico, & agresti. Glos. *Agrestis* χωρικός: χωρίον, *rus*, *possessio*, *Villa*. χώρα, *regio*. Vide & Pithœum ad Legem Salicam tit. I.

PAGARE. Magna pars Scriptorum, & quidem nobilium, à *Pacare*, *pacatum reddere*, deducit, & pacem sancit, vbi nullum est bellum. Salmas. de fœn. Trap. pag. 516. à *Pactare*, quod durum videtur. Nam quod ait, inde *Pactagia* dicta vectigalia, & *Pactagiarios*, publicanos, vel portitores, vt verum sit, *Peagers* Gallicè inde appellatos, fugit eum ratio. Isti enim non à *Pactagiarijs*, sed *Pedagiarijs* dicti, de quo Vide *Dazio*, *Pedatio*, *pedaticum*, *Peagium*, *Peagiarius*; non à paiiagium, vt Vossius credit. Mihi valde placet opinio Siluij in Isagoge pag. 65. qui Pagare à *Pago* deriuat; quod (vt eius verbis vtar) pagorum incolæ, solutionis veluti officinæ sunt: vectigalibus enim

&

& taleis, quas vocant, præ ceteris premuntur. Vt *Pagus* accipiatur pro regione, & territorio, siue pro gente, quæ tributis obnoxia: vt supra diximus.

PAGANO. Paganus, Gentilis, apud sacros Scriptores. Salmas. ad Vopiscum pag. 456. recte eos reprehendit, qui existimant paganos, à pagis, hoc est vicis dictos, quod in pagis rusticorum, superstitio fugiens diu hæserit, cum iam ab Vrbibus in totum esset fugata. Nam Græcis Ἔθνος, quod Latinis Gens, vnde Ethnici, & Gentiles. At vulgus paganos pro gentilibus dicebat: quia vt paulo ante diximus apud Latinos *Pagus*, idem quod Gens: & quamuis amplum regionis tractum, totamque aliquam Præfecturam, Gentemque quamlibet populosam, Pagus significat, vnde *Paese*. Cum igitur ex antiqua diuisione in Iudæos, & Gentes, Christiani à gentibus, siue Gentilibus distinguerentur; quia Pagus Gentem significat, Gentiles, & Pagani iidem.

PAGGIO. Minister Aulicus, Ephebus honorarius. Seruitia puerilis ætatis. Certum est neque à Pago, vt Bouillus: neque à παῖς παιδὸς, puer, vt Perionius, & Stephanus in Thesauro, neque à Fabeus, vt alii credunt, sed à *Padagogium*, *Pedagium*, *Paggio*, vt Lipsius ad Tacit. deductum, & contractum esse. Sed ante Lipsium Turneb. idem notauerat L. XXIII. Cap. XIX. *Quos hodie vernacula voce Pagios nuncupamus, qui fere ingenui, & nobiles pueri sunt, in nobilium familia, eos nomen habere censeo à veterum Padagogys. Quod essent sub Padagogo, & locus ipse in quo educabantur Padagogium, vnde & ipsi appellati*. Loca Scriptorum apud vtrumque videre est. Quorum præcipua sunt. Plin. L. VII. Epist. *Puer in Padagogio mistus pluribus dormiebat*. Et quia ferme in delicijs erant, Suet. Ner. XXVIII. *Sed per ingenuorum padagogia, & nuptarum concubinatus*. Plin. L. XXXIII. 12. *Iam vero, & Padagogia ad transitum virilitatis custodiuntur argento*, idest fibula argentea: vbi in veteri Codice *Pedagium* extare notat Turnebus. Postea ex auro custos fibula. Malo enim illud eiusdem Plinij de auro. *Honestius viri padagogijs id damus, balineasque dines puerorum forma conuertit*. Malo inquam de fibula, quam de aurata veste cum Lipsio interpretari, cuius nullus in balneis vsus. Neque opus *conuertis*, in *conuestie* mutare. Extra balneas, aurata vestis ijsdem peculiaris, vt idem obseruat. Seneca de Tranquil. I. *Perstringit animum apparatus alicuius Padagogij diligentius quam intra priuatum lucrem vestita, & auro culta mancipia, & agmen seruorum nitentium*. Am. Marcel. Lib. XXVI. *Tunica auro distincta, vt Regius minister, indutus à calce in pubem, in padagogiani pueri speciem*. Idem Seneca Ep. CXXII. *Omnium Padagogia oblita facie vehuntur, ne sol, ne frigus teneram cutem ladat*. Nec *Pedagogia* modo, sed *Pedagogiani* dicti. Am. Marcel. L. XXIX. *Adultus quidam est his, quos Padagogianos appellant*. Hæc paulo fusius licet aliis tradita retuli, vt plane appareret à *Padagogio*, *Padagogia*, *Pedaggia*, *Paggi*, nomen fluxisse.

PAGLIVOLA. Auri, & argenti bracteola. V. *Orpello*, & *Paiola*.

PAIOLA. Veneris. Porrigo, capitis furfures, quoties inter pilos quædam quasi squamulæ resolvuntur. Gloss. Isidor. *Barbustinus, homo qui habet barbam plenam prorsinis*. Lege cum Vulcanio porriginis, hoc est furfurum. Gloss. Græc. Lat. πίτυρα, *Furfures*: & πίτυρον, ἡ ἐν τῇ κεφαλῇ *porrigo*. *Porrigium*. Hinc *Porrigia*, *Poligiola*, *Paliola*, *Paiola*. Vel à *Petalo*, quod in *Orpello* diximus esse tenuissimam laminam, siue bracteolam, *Petala*, *Petaliola*, *Petaiola*, *Paiola*: quod tenues squamulæ eam speciem referant. Hispani *Caspa* vnde, vnde sit. Forte à capite.

PAIVOLO. *Parolo*. Lebes, ahenum. Et si patella hodie pro sartagine sumatur, olim tamen pro olla ærea, vel fictili accipiebatur, vt ex Scribonio, & Papia supra indicauimus. Vnde patellarium, *patellariolum*, *parolo*, & *paiolo* dictum putamus. Quod si quis cum Guieto apud Menagium, deducat ab ære, arulum, *parulum*, *parolo*, *paiolo*, non repugnauerim, cum Insubres *Pairolo*, & *parolo* dicant. Neque tamen *pelluvium*, *pelluviolum*, à pelui, quod vas à lebete, siue ahenulo diuersum.

PALADINO. Landinus ad illud Dantis Parad. XII. *Ad inneggiar cotanto Paladino*, ait duodecim Comites Palatij à Carolo M. constitutos fuisse, vt pro Christiana religione pugnarent. *Palatini*, *Paladini*. De quibus fuse Pigna apud Menagium, quem operæ pretium fuerit consulere. Villan. Franciæ Pares appellat L. II. II. *E con la forza de suoi dodeci Baroni, e Peri di Francia, chiamati Paladini*. De quibus Gallici Scriptores consulendi sunt.

PALAFRENO. Caballus, equus ignobilior. Turn. in Lib. Cic. de Fato putat equum generosum sic dictum: sed parefredum fuisse à dextrario, siue equo nobiliore diuersum ostendit Voss. de Vit. Serm. L. III. 8. ex Radcuico. Addit Turneb. quia olim nobiles, & generosi equi, stragulis pulcherrimis, & tanquam pallis ornabantur, ideo à Galliæ Historijs, *Palliferos* vocari. Optime Magnus Cuiacius à *Paraueredo* deduxit, ad Lib. XII. Cod. de cursu publico, quod *Veredi* sint publici equi Cursuales: *Parauredi* maiores equi agminales,

quos posteriores *Parafredos* vocarunt. Eum sequitur Vossius L. III. 31. qui putat Germanicum *Pferd*, inde contractum, & Belgicum *Peerd*. Quod tamen Bodinus in methodo ab ab antiquo *Fero*, idest equo, factum censet. Certe *veredos* fuisse equos cursores, & ignobiliores declarat Auson. Ep. VIII. *Vel celerem mannum, vel ruptum terga veredum.* Et XIII. *Sed cisium, aut pigrum cautus conscende veredum.* Etiam equum venaticum fuisse, ex Martiale notum est.

PALADA. *Palizada.* Pali ordine defixi muniment causa: vallum aggeris, à palis: quod Pallicium inferior ætas dixit. *Palafitta*: palatio à palis fixis. *Battifolle, Batepalo, Battifrido.*

PALANCA. V. *Facchino.*

PALCO. V. *Balcone.*

PALEO. Turbo, volubile buxum, quod pueri ludentes multo verbere exercent. Morgant. III. *Ch'io fo i tuo par volar com'el paleo.* Est autem à trocho diuersum vide apud Lexicon Etruscum. An à *Strobilus* duci possit videant doctiores. Fortasse à *palla*, idest pila, quod instar pilæ in gyrum vertatur. Nam *paleta*, & *palea* dicebatur pars annuli quæ gemmam cohibet, quæ rotunda erat. Glos. *Paleta*, σφενδόνη δακτυλίου, ὡς Τγίνος.

PALETTA da foco: *pala*, *paletta*. ἄμη πυρός, vatillum, siue batillum, quod igni seruit, & quo colligitur, & tollitur stercus: vt Salm. ad Trebellium, *paleafcu*. *Pala* etiam dicitur instrumentum, quo panis furno infertur: & *paletta*, quo pila in ludo iactatur, lignea scilicet nam *rachetta*, est à reticulo.

PALIO. Brauium, victoriæ præmium in cursu equorum. Qui à *pallio* originem petunt iuuantur auctoritate Villani. Is enim *palio* appellat vmbellam, sub qua Principes, & sacra deducuntur L. VII. 131. *E recossi il Palio sopra il capo à M. Antonio, portato sopra bigordi da più Caualieri.* Et L. XI. *Non volle Palio sopra capo, ne altra pompa.* Vt sit generica vox pro quolibet panno. Qua ratione *Pallium* appelatur velum, quod Altari obtenditur. Neque displicet Menagii coniectura, vt sit à *palmarium*, *palmalium*, *palium*.

PALISCALMO. *Palischermo.* Cymba, linter. Assentiri illis haud possum, qui à *palo*, idest remo, & *scalmo* factum putant, vt sit scaph, quæ vnico remo, ad vnicum scalmum alligato, agitur. Nam *palus* pro remo, quod sciam nusquam reperitur, licet remi palmulæ dicantur. Et si *Paliscalmi* numero plurium ponantur, tales erunt omnes naues, quæ palos, & scalmos habent. Et μονήρες πλοῖον, non dicitur, de naui, quæ vno remo agatur, sed de ea quæ vnum remorum ordinem habet, ad distinctionem biremis, triremis, & similium. Mihi origo incomperta est, & barbara videtur. Monosinius tamen, à πολύσκαρθμος, quæ peragilem significat.

PALLA. *Balla*, *Pallottola*. Licet Græca vox sit, simplicior tamen notatio à *Pila*, *Palla*, *Pilata*, & *Pallota*, *ballotola*. Sic calculi suffragiorum, siue globuli Venetijs appellantur. Glos. Isid. *Paliludius, qui palotello ludit.*

PALLANDRANA. Lacerna crassior, pellendo frigori. Fortasse, *palla*, *endromis*. Hæc vestis hyberna, de qua plura in Commentario de re Vestiaria.

PALMENTO. Torcular, Prestorium, Dispiciendum est, vtrum à *Prementum* nomen acceperit, an à *palma*, quod ante vsum torcularium, tum pedibus, tum inter palmas ex vuis vinum exprimerentur, an vero à *palmitibus*, vt pro racemis sumantur.

PALPIGNARE. Conniuere, à frequenti motu palpebrarum.

PALTONE. V. *Poltrone.*

PALVESE. V. *Pauese.*

PANA del latte. Panus, paniculus. Persius *Panosam fecem morientis aceti.* Tenacitas humoris in superficie coalescentis instar glutinis, aut visci. Vulgo *telarina*. Dantes translate. Infer. XXI. *Cercate interno le bollenti pane.* Sequenti Cantico. *Si hauean inuiscate l'ale sue.* Paulo post. *Per ser gl'vncini verso l'impaniati. Pania.* Viscum. Non à *panei* sed à *pano*. Græcis Σύφαρ, quod non solum significat serpentis senectam, siue exuvias, sed superficiem serosam lactis. Helych. Σύφαρ, γῆρας τὸ ὑπέρπανον, καὶ τὸ ἐπὶ γάλακτος ῥοφώδες. Vulcanius ad Glossaria, corrigit, Ὀρρώδες. *Quod*, inquit, *interpretari possumus superficiem serosam lactis, qua vellusculi cuiusdam instar lacti super inducta est.*

PANARECCIE. *Paronychia*, Reduviæ.

PANCA. V. *Banca.* Alii à *Plancis*, Sed Plancæ sunt tabulæ. Plin. L. VIII. 43. de Asinis. *Nec pontes transeunt, per raritatem eorum trãslucentibus fluvijs.* Vetus editio. *per raritatem planearum.*

PANCIA. *Panza*, Venter. Scalig. in Catal. lect. à *Pantice*, *Panticium*, *Pancia*, & *Panza*, quæ vox omnibus fere Europæis communis. Hinc Salmas. illud Plauti in Captiuis de Parasito. *Nam hercle nisi mantiscinatus probe ero fusti pectito.* Legit *panticinatus*, idest nisi pantices probe impleuero. Quod Pantices intestina. In Catalect. *Nocteque soluit pantices.* Tibul. L. IV. *Inter atra cuius inguina Latet iacens te pantice abditus specus.* Et Martial. L. VI. 64. *Quod cum panticibus laxis, & cum pede grandi, Et rubro pulmone vetus, nasisque timendum Omnia crudelis lanius per compita portat.* A

Pantice, Pantazzo, e petazzo, pectusculum boū. *Spettazzare* calcando intestiua elidere. Item à Pantice, *panciera*, pectorale ferreum, de quo Voss. L. 11. 15.

PANE. Pro quacunque materia in morem panis formata. *Pane di zucchero, di butiro*. Casaub. Sueton. Nerone id notauit: vt apud Marcellum Empiricum, *panis ex fimo bubulo factus*. Et æreі panes apud Plin. L. xxxiv. 11. Et panes aphronitri apud Stat. inter muuera Saturnalitia.

Pan sutto, pan solo, sine obsonio, vt ferme in ientaculo apud veteres sumebatur. Panis siccus. Spartianus de Antonino Pio. *Panem siccum comedit ad sustentandas vires*. Vopisc. in Tacito. *Panem nisi siccum nunquam comedit*. Seneca Epist. lxxxiii. *Panis deinde siccus, & sine mensa prandium*. Siccum enim solum veteres dixerunt, vt Salmaf. ad Capitolinum p. 351. & 419. Pap. *Merenda dicta quod pura sit: quia panis purus dabatur pueris*. Licet notatio inepta.

PANIA. V. *Pana*.

PANIERE. *Panera*. Panarium, area panaria. Vt apud Varron. iv. de L. L.

PANOCCHIA. *Panus, Panicula, Panocula, Panucla, Panocchia*. Nonius. *Panus, trama inuolucrum, quem diminutiue Panulam vocamus*. Lucil. ix. *Foris subtegminis panus est*. Vetus Lexic. *Iniclaris* Ἐπίνηθρος. *Super quod netur*. Lege. *Panicularis*, fusus trama inuolutus. Infra *Panicula*. πῆνιον. Et Πηνῖκλα *Panicula*. Tumor quoque inguinum ex formæ similitudine sic vocatur. Nempe vt Voss. in Etymolog. ex Salmasio ad Capitolinum notauit verisimile est, panum esse τολύπην, fusum filis inuolutum, seu glomum lanæ carptæ, & ad nendum paratæ, à Dorico πάνιον, pro πήνιον, quo significat ἀγνῶθις, siue glomus. Panus, Panellum, Panucellum, *panuculum*, *Panocchia*. Glos. *Panucellium* πήνιον. Fest. *Panus, facit diminutiuum Panicula*. Ergo inguinum tumor ex Venereæ lue *Panocchia*, à similitudine. Item culmus milij, Panici, millij Indici, & id genus frugum *Panocchia*, aliter *Loua*, quod Græcum est. Plin. Lib. xviii. Cap. iii. *Milium inter hos annos decem, ex India in Italiam vectum est, nigrum colore, amplum grano, arundineum culmo. Adolescit ad pedes altitudine vij. pragrandibus culmis, lobas vocant, omnium frugum fertilissimum*. Scalig. ad Var. *Phobas* corrigit ex Theophrasto: nam & vox λόβος, apud eundem. Plin. L. viii. 7. *Cum longissima pedali obsa*. Turn. Lib. xxix. 19. Corrigit, cum longa pedali *Phoba*, vel potius *Loba*. V. *Loua*. Idem Plin. de harundinibus. *Ceterum gracilitas nodis distincta leui fastigio tenuatur in cacumina, crassiore panicula coma*. Ceterum Paniculam inguinariam Insubres voeant *Codesella*, à similitudine cotis, qua ferrum acuitur, vt Erythræus ad illud *Inguina candida*. Vide *Giandussa*.

PANTANO. Lutum, aqua limosa. Palus, *paludanum, paltanum*, vt Menag. in Orig. Ital. Dant. Inf. xx. *S'accolsero à quel luogo ch'era forte, Per lo pantan ch'haueа da tutte parti*. Et vii. *Vidi genti fangose in quel pantano*.

PANTOFOLA. Solea, crepida. Subscribo eorum sententiæ, qui putant à Græco παντόφελλος, quod tota ex subere. Morem enim Græcarum mulierum fuisse suberem in calceis gestandi, vt grandiores viderentur ex Alexide apud Clementem Alex. docuit Victorius Variarum L. xxv. C. xxiii. & Casaub. ad Sueton. Aug. morem etiam Romanorum fuisse notat præcipue fœminarum staturam adiuvare subere in calceos infarto. Pliu. L. xvi. 8. de subere. *Praterea in hyberno fœminarum calceatu*. Neque ideo hæc opinio respuenda, quia Germani *Pantoffel* dicunt, nam & ipsi vel à Græco, vel ab Italico accipere potuerunt.

PAPA. Vox puerorum patrem compellantiū. Aristoph. Pace. Ηνίκ' ἂν ἰτίζωσ' ἄρτον πάππαν μεχαλῶσαι. *Cum panis frusta peteretis Papam vocantes*. Papas vt ait Suidas apud Syracusios. Pater dicitur, & *Pappas*, vnde παππάζειν, patrem vocare. Eustath. *Papas pater, & Iupiter Bithynys, & Papias per blanditiam, & Pappidion*. *Papino*, Paterculus, siue vox sit blandientium patri puerorum, siue balbutientium, vt Eustath. Pà. Pà. At *Pappas* Iuvenali, est nutricius. *Mordeat ante aliquis, quicquid porrexerit illa, Qua peperit, timidus pragustet pocula Pappas*. Alij pædagogum exponunt: vterque loco patris. Dantes *Babbo*. Inf.

Che non è impresa da pigliar à gabbo
Descriuer fondo à tutto l'vniuerso,
Ne da lingua che chiami mamma, ò babbo.

Et Purg. xv. *Che se fossi morto Innanzi che lasciassi il pappo, & dindi*. Landinus tamen patrem interpretatur, & *Dindi* denari. Sed est, vel pater, vel nutricius. *Babbo* autem, potionem interpretantur, siue *bombo*.

PAPERO. Anser, & anserculus. Menagius à *Pappus* ductum putat, quæ vox præter cetera primam lanuginem, siue lanuginis florem in adolescentibus notat, quam teneriores plumæ anserculorum referunt, & inde *Paperos* dictos. Sed Itali *Paperi*, & *Paueri*, etiam ipsos anseres, nou tantum eorum pullos *Paueros* appellant. Itaque si vocabulum è Græcia fluxit, à vocis sono fictum putarem, nempe anserum. Nam Pollux L. v. C. xiii. de Vocibus Auium. Dices præterea, κλάζειν μὲν αὐτοὺς, κλαγγάζειν γιγαὺς & c. Infra. χῆνας παππάζειν, vt ita dicam

Pappare, Latini *gracitare* dixerunt. A *Papario* *Paperi* anseres appellati.

PAPPA. Pulticula infantium. Dant. *Babo*. Varro. *Cum cibum, ac potionem buas, ac papas dicunt, & matrem mammam, patrem tatam.* Persl. Sat. III. *Et similis Regum pueris pappare minutum Poscis.* Inde *Pappare*, pro cibum poscere, aut edere. Plaut. Epidico, *Nouo liberto opus est, quod pappet.* Non solum enim pulticulam significat, sed cibum mansum, & alienis dentibus comminutum. Sic Persium interpretatur Cornutus, cum dicit *minutum*. Glos. *Pappat Μασᾶται*. Quidam tamen *Papare* sugere interpretantur, quod *Papa*, & *papilla* antiquitus dicebantur capitula mammarum teste Festo.

PARAGGIO. Comparatio, paritas, *paraticum*. *Paragone*, comparatione, paratione. Pro lydio lapide ad quem aurum, & argentum exigitur.

Parare, parem facere, comparare. *Pareggiare*, Paritare. Germ. *Bereeten*.

Parare il colpo, defendere, ictum declinare. *Riparare*. Hoc autem à ripis fluminum, quæ arcent, & defendunt aquarum excursum. *Ripari*. Hinc *Parada*, pro fornice siue tecto nauigii, in quo molliter toris incubabant, tecto tuti ab æstu, & frigore. Auson. Epist. v. *Expositum subter Paradas lectoque iacentem.* Sidon. Lib. VIII. Epist. XI. *Hic super flexa crate paradarum fereni brumalis insidias vitabis.* Non ab Arabico, vt apud Vos. L. III. 32. Sed à *parando*, siue *reparando*, & arcendo Sole, & frigore.

Parare in ludo, & alea, est par pignus, siue pretium apponere. *Metter sù*. Nam Par, pro aduersario, à gladiatoribus sumptum.

PARIGLIA. Non ab Hispanico, sed à Latino *Particula*, *Paricla*. Marculf. *Charta paricla*. L. I. 38. & Var. Formularum Cap. XIV. *Vnde duas epistolas pariculas, vno tenore conscriptas.* Bignon. 534.

PARATICO. *Paradigo*. Id quod dependitur ab iis, qui in aliquod Collegium, aut societatem adscribuntur, pro munere, apud Insubres. Bignon. ad Marculf. p. 445. & 47. *Mansiones dicebantur expensa, ad hospitum, missorum, & legatorum Principis susceptionem. Parata antem, qua pro viatico, & alimentis prabebantur. Ea vt plurimum simul exigebantur, interdum vnum pro altero capitur. Illud mansionaticum, hoc paraticum.*

PARCO. Septum coercendis feris. Neque à Germ. *Pferch*, aut Belgico *Parch*, & *perch*, vt Voss. L. II. 15. Quod ab inusitato Latino *Parco*, idest coerceo: neque vt cultissimus Iouius in Histor. quod feris, quæ ibi clauduntur, parcatur. Sed à palis, quibus initiò septus; *Palicus*, *palcus*, *parcus*. V. *Balcone*.

PARECCHI. Multi, non à *plerique*, sed à *plures*, *pluritij*, *parecchi*.

PARENTE. Pro affine, & consanguineo. Exempla vide apud Casaubonum ad Histor. Aug. pag. 61. Et Cuiacium. Item *Parentela* apud Vossium, L. III. 32. & alios.

PAREZZOLA. Auicula. A *Parus*, Græcè αἰγίθαλος. *Parucula*, *parucella*. Alciat. Parergon Lib. IV. 16. Melanchoryphon esse putat, idest Colacem, & à cibo dictam, quod veteres cibum χόλον dixerunt. Nam quod *Ci*, *Ci*, sonet, videtur cibum indicare. Rectius tamen à *paro*. Nam Parum maiorem Itali *Capo negro*, idest Melancoryphum appellant, quæ auis à *paracciola* diuersa.

PARGOLO. Paruulus, *pargoletto*. Infans.

PARLARE. Loqui. Magna pars à Græco παραλαλῶ. *Paralalo*, neque ita inepte. Vulgo à *parabola*, vnde *Parola*, parabola. Sed puto corruptum, à fabulari *fablare*, *ferolare*, *parlare*. Hispani propius originem *Hablar*, fabulari. Plaut. Amph. I. *Atque vndisa eloquar, sed quomodo & verbis, quibus me deceat fabularier.* Et infra. *Clare aduersum fabulabor*. Titinius apud Nonium. *Qui Osce, & Volscè fabulantur, nam Latine nesciunt.* Nam fabula pro sermone etiã vero, Latinis frequens. Terentius; *Lupus est in fabula*, dixit, quod Plautus Sticho. *Lupus est in sermone.* Iuven. I. *It noua, nec tristis per cunctas fabula cœnas.* Sermo per omnia conuiuia de ea morte habetur. Martial. XI. I. *Sed cum sponsio, fabulaque lassa, De scorpo fuerint, & Incitato.* Capitolin. Pertinace. *Omnes qui libere fabulas conserebant, male Pertinaci loquebantur.* Apul. L. I. *Sed tam cedo, tu sodes, qui occaperas, fabulam remetire.* Inceptum sermonem. Quod & notauit Salmas. ad illud Capitolini. *Ac talem fabellam vulgari sermone contexunt*, quod paulo post, verisimile esse dicit, ibi fabulam accipi, nõ pro ficto, sed pro sermone quolibet, vel narratione seu ficta, seu vera, quæ in ore populi versabatur. Alia exempla congessit Voss. in Etymol. Scio *Parabolam* pro verbo, & *parabolare* pro loqui vsurpatum, sed extremis temporibus, & ex Italico Idiotismo.

Inde PARLAMENTO. Senatus, suprema Curia, apud Anglos & Gallos, Concilium, siue Comitium, quod ibi sermo de Rep. habeatur, & causæ ab Oratoribus, & patronis agantur. Et *parlamentare* pro colloquio obsessorum cum hostibus, de Vrbis deditione.

PAROLA etiam pro fide, siue Regis verbo. Bignon. ad Marculphum. p. 505.

PAROFFIA. Dant. Par. XXVII.

Si che nel Ciel ne rida

Con

Con le bellezze d'ogni sua paroßia. Interpretes alij pro conuentu, alij pro abundantia accipiunt. Puto corruptam vocem à *Parochia*, scilicet Curia, conuentus, sodalitas.

PARPAGLIO. Papilio. *Farfalla*. Apud Insubres nummus æreus sestertius, *Parpagliola dicitur*. Siue quod olim papilionis imagine cusus, nunc Prouidentiæ notam habet, siue ob aliam causam mihi ignotam. Villan. XI. 71. *E poi fece vna moneta che chiamauano padiglioni. Papilioni, parpagliole. Papilio, parpaglio.*

PARTE. Venetiis pro S.C. lege, decreto. *Vada parte, prender parte, metter parte*. A more discedendi in partes, vt quod maiori parti placuisset id pro rato haberetur. Quod Etrusci *Andare, ò mandare il partito*. Hinc etiam *prender partito*, deliberare, *mandare à partito*, in suffragium mittere. Et pro periculo, ac discrimine. *Mettere il ceruello à partito*, anxium, ac suspensum reddere à partibus, & suffragiis quę dubia, & incerta. *Proponere partito*, conditiones offerre. *Partito* enim pactum, & conuentio inter partes: quæ vtrique parti placeat. *Partitanti*, qui pacto conuento Reip. aut Regi pecuniam fenore locant, & vectigalia redimunt, ærarii hirudines, ac Regii census labes, & ac pernicies.

At *Partire*, est discedere, in aliam partem ire. Et *Partita, fare vna partita*, in ludo pilæ, est in partes ludendo discedere.

PARTIGIANA. Hasta latiore ferro præfixa. Galli *Pertuisanne*. A pertundo deriuant *Pertuis*, foramen. Pertusus. Quod facile pertundat. Quod si verum esset, omnibus telis etiam arctioribus id conueniret. Sit ergo hoc quoque inter ignota.

PASCOLI. *Pascua*. Ager scilicet, vt ait Isidorus L. XV. 12. pascuus, qui herbis tantum, & animalibus vacat. Insubres *Pasquerio* appellant aream ante Templa vacantem, & herbidam *Pascuarium*. Veneti *Campum*.

PASSAMANO. Limbus, instita, lorum, segmentum, quæ vestibus assuuntur ad ornatum. Germ. *Bassament*. Gal. *Passement*, forte à *segmento*.

PASSARE. Transire à *passu*. Item, anteire, præterire. Et Traiicere. *Passare il mare. Passaggio*. Passaticum, pro transitu, *Passagium*. Expeditio transmarina. De quo Vols. Lib. III. 33. Cui tamen non assentimur, ex *Passagio* factum esse *Peagium*, pro tributo, siue telonio, quod à viatoribus exigitur. Nam hoc à *Pedaticum*, *Peagium*. Est quidē *Passaticum*, *Passagio* quod à viatoribus penditur, & *Passaggiere* Portitor, siue publicanus qui exigit, sed à passu, siue introitus, & transitus causa. V. *Datio*.

Passare, perferre ærumnas, aut labores tolerare, exire, euadere. *Passare Dottore*: pariter euadere, ad gradum Doctoris transire. *Passare il tempo*, otiari, tempus fallere. *Passatempo*, oblectamentum, quo tempus sine tædio, & molestia transit. *Passare di Vita*. *Trapassare*, Transitus.

PASSAIA. Venetis, seps, clausura, hortorum sepimentum. Vel quod sudibus & paxillis defixis claudatur, vel quod *Haga* Germ. *Haia*, & *Haie* Gallis sit locus circumseptus; de quo Voss. Lib. II. 9. Siue quasi *Fassata*, quod virgultorum falcibus huiusmodi concædes struātur.

PASSEGGIARE. Deambulare, à passu, *Passitare*, (Veneti *spassizare*). Non enim tantum deambulare significat. Dant. Purg. XXXI. *Perche douessi lor passeggiare anzi*: hoc est anteire, præcedere. Speciosius est à *Spatiari*. Poeta de Didone. *Aut ante ora deûm pingues spatiatur ad aras*. Vbi Seruius inter cetera. *An hoc ad impatientiam amoris referendum est, quo iactata Dido loco stare non poterat*, iuxta illud, *Vritur infelix Dido, totaque vagatur Vrbe furens*. Turneb. Lib. XX. 16. *Spatium, quantum alicuius loci patet magnitudo. Sic etiam eius spatij ambulatio, & decursus vocatur*. Cicero I. de Orat. *Tum Scæuolam duobus spatijs, tribusue factis dixisse*. Petron. *Postera die in eundem Platanona descendi, nec diu spatiatus consedetam*. Papias. *Spatiatur, deambulat, huc, illucque se deportat*. *Và à diporto*. Item *và à spasso*, spatiatur animi causa. Idem Pap. *Laxamentum, spatium, requies, intermissio*. Et. *Otior, spatior, nihil operor*. Sed Scalig. ad Catalecta. *Spatiari proprie est in stadio currere, nam τὸ στάδιον Acoles vocabant σπάδιον, vnde Latini fecerunt Spatium*. Verum *spatiari* est lente incedere, & otiose ambulare. Et *Spaziare*. Boccat. II. 42. *Giouerà d'andare alquanto spaziandomi col mio nouellare*. Dant. Parad. XX. *Qual allodetta, che in aere si spazia*.

PASSELLO. Paxillus. *Passarella*, ludus puerorum vulgaris apud Insubres, quo paxillum dodrantali longitudine, vtrinque in acumen leuigatum, longiore ligno ita excutiunt, vt ictu subsilientem eodem ligno in longum impellant, & obtrudant, quem ex aduerso collusor in terram cadere non patitur. *Passetto* ad lignorum struem dimetiendam à passu, prout mensuram significat.

PASSO. *Andar di passo*, de equo gradario, qui leni passu incedit, nec succutit, sed crura molliter explicat. Galli *Ambler*, ab ambulando, vt Salmas. ad Hist. Aug. p. 245.

PASSO. Aridus, exsuctus, flaccidus. Ab *uvis passis*. Glos. πεπανός. *Maturus, mitis, passus*. Scalig. ad illud liberi carminis, *Vuus aridior*.

Etiam

Etiam Græci hominem exustum ἀσαφίδα vocās, Lucilius passos senes, Persius apricos.

PASTA. Massa. Conspersio, siue farina aqua conspersa, vt Cato appellat, & in massam compacta, à *pinsendo*, *pistum*, quod subigatur, vt recte Coaruvias coniicit, non à pastu. Vnde quicquid spissatur, & in massam coalescit, *pasta*, & *appastare* dicitur. Dant. Inf. XVIII.

Le ripe eran grommate d'una muffa,
Per l'alito di giù che vi s'appasta.

Quæ vox Latinis ignota, cum *Pastillus* in vsu sit, quem Festus à pane deducit, quod forma panis esset. Sicut Erithræus *pastam* quasi *Panistam*. A *Pasta*, *Pasticcio*. Artocrea, Artolaganus. Quidquid denique è farina conficitur *Pasta* nomen obtinet. Sed *Pasta*, quæ piscibus obiicitur, *dar la pasta al pesce*, est *Pastus*, esca. Gal. *appast*, & *amorce*, pastus, & morsus. Hinc Menagius rectè *Pastocchia* deducit, pro fabula, & figmento, & *Impastocchiare*, fictis fabulis detinere, ac decipere, vt aues, & pisces pastu, atque esca illecti capiuntur.

PASTO. pro Conuiuio, nam pascere, pro conuiuia celebrare, & epulum dare mediæ Latinitatis scriptores dixerunt, vt docuit Salmas. ad Hist. Aug. pag. 46. Spartian. de Adriano. *Cum plurimis summatibus pasceret.* Et de Alexandro. *Argentum, & ministros antea quando pascebat, accipiebat ab amicis, quod hodieque fit, si pascatur à Præfectis, absente Imperatore.* Vide eundem p. 226.

PASTOIA. Funis qui pedibus equorum alligatur, vt gradu incedere condiscant, ambulare, *andar à passo*. A *pedica* deducit Menagius, *pedicatum*, *pedicastorium*, *pastorium*. Fortasse à passu, *passorium*, siue chorda pastoria, *passitoria*, *pastoria*, *pastoia*. Iudicet lector.

PATARINI. *Paterini.* Iudæi, Hæretici. Spōdanus Annal. Eccles. ad annum 1198. Vel ab Vrbe Patara, vel à patiēdo dictos putat, quod iactarent se ad exemplum Martyrum passioni promptos. Verum ita primum in contumeliam Iudæi appellati, à *pactis*, quibus illi fœnus exercebant, cum pignoribus capiendis, & pecunia fœnore locanda cauerent, vt nisi intra certam diem, vsura penderetur, res pignori opposita, periret, ac similibus pactis, & conditionibus transigerent. Vnde & *Pactum* ipsa pecuniæ pensio dicebatur, vt Salm. de fœnore Trapezitico pag. 518. Ab his igitur *pactis*, primo *Pattari*, & *Pattarini* Iudæi appellati, deinde vox ad hæreticos transiit. Sane Mediolani Iudæis Patarini nota adiicitur, estque vicus qui *delli Pattari*, aut *Patteri* dicitur olim Iudæorum sedes, sed postquam ea colluvies Vrbe expulsa est, cum vicum occupant scrutarij & Interpoles, negotiatione illis haud multum absimiles.

PATTA. *Far patta*, cum in ludo, aut certamine neuter vincit, sed par vterque discedit, à *pacto*, & conditione, ac veluti induciis. Lexicon Etruscum ab *Epacta*, quod longe sumptum videtur.

PATVGLIA. V. *Ronda.*

PAVERO. Elychnium. Candelæ aut lucernę filum, quod olim ex *papyro*. Id ex Alcęi versibus comprobat Guilandinus de papyro p. 20. *Λαμπάδα κηροχίτωνα, Κρόνου τυφήρεα λοχνον Συόσνου, καὶ λεπτῇ σφιγγομένην παπύρῳ. Facem ceream Saturni ardentem Lychnum, iunco, ac tenui constrictam papyro.* Hispani *Despauilar*, lucernæ, aut candelæ mucos, & fungos demere, *Despauilador*, qui hoc munere fungitur.

PAVESE, & *Palvese*, scutum esse constat, origo incerta. Nam à *parma* deductum haud facile credam, longe enim literæ abeunt. Nisi quis dicat, sicut *Pistolese*, sicam, siue pugionem latiorem ab vrbe Pistorio, quod ibi primo inuentus sit, ita à *Papia*, *Pavese*, nam Ticinenses *Pavesi* dicuntur.

PAVONAZZO. Color violaceus, qualis in collo pauonum renidet, vt apud Tertull. de pallio. Quanquam ibi de purpuræ pressiore colore intelligendum pluribus aduersus Kercoetium disputat Salmas. pag. 132. Nunc pro violaceo, à *moris*, *morello*, ita accipitur, vt duos Romanorum Sacerdotum ordines distinguat. Nam Episcoporum indumentum pauonum lepore imbuitur, Cardinalium amictus conchilii cruore irradiat.

PAZZO. Stultus, à *Fatuus*. Nam à patiendo dictum haud facile patimur. Fatuus autem Μωρὸς, vt Glossæ, à φάτης Vates, quod vates furore correpti vaticinia funderent.

PECCHIA. Apis, Apicula, *picula*, *pecla*, vt Monosinus, & alij obseruarunt. *Sedecula*, *secchia*, *Auricula*, *aurecla*, *orecchia*. Ita & Hispani *Abeja*, *Apecula*, non ab *Apexa*, quasi apes, sinę pedibus, vt credit Coaruvias.

PEDAGGIO. V. *Datio.*

PEDALE. Arboris truncus *pedalis*, stipes. Crescent. L. 11. 1. *E perciò incontanente si lieua sù in pedale, & accresceelo, & fortificalo. Pedone, peone.*

PEDANA. Instita, siue fascia *pedalis* ad oram vestis ad talos assuta. Limbus. Sed fascia pedulis, ad tegendos pedes, sicut cruralis, crurum. Isidor. Glossario. *Pedanam*, pariter appellat. *Pedana, pedules nouue, qui caligæ assuitur. Pedulis.*

PEDANTE. Non à παῖς παιδὸς, *padare*, *pedante*. Hæc enim notatio Græca Pædagogi. Sed vox ista Latina est, à *Pedaneo*; *Magister Pedaneus*, qui cathedram non ascendit, sed

χάμαις

χαμαιδιδάσκαλος, idest humi, & de plano docens. Glos. χαμαιδιδάσκαλος, *Ludi magister, Literator, Grammatistes, primus infantia informator.* Vt χαμαιδικαςής, *Pedaneus Index, Arbiter*. Doctissimus Vuouerius in Polymathia Cap. 1 1. discrimen posuit inter Grammaticos, siue literatos, & Grammatistas, siue literatores, vt illi Magistri, & Professores appellarentur, hi literatores, & triuiales ludimagistri dicerentur. Et hi quidem sedentes docerent, sed minus altæ sellæ insiderent, quibus scilicet res erat cum parvulis, & quorum opus propiori inspectione egebat. Imò aliquando in via obuijs saxis insidentes, vnde triuiales dicti. At Grammaticorum sellæ altiores, ac propriè cathedræ, & suggestus. Auson. Profess. *Et te quem cathedram temere vsurpasse loquuntur, Nomen Grammatici nec meruisse putant*. Atque ita recepto Romanis more fermè Magistri ludi literas docebant, pædagogi vero siue Comites, custodiæ causa adhibiti. Vuouerio subscribit Salmasius de modo vsurarum Cap. 111. Vbi de Iudicibus pedaneis disputans, ait eos sic dictos ad differentiam præsidum, qui de tribunali ius dicebant, & à Græcis vocari χαμαιδικαςάς. Ita & pedaneos magistros dictos ludi magistros triuiales, vt distinguerentur à maiorum gentium professoribus artium, qui de suggestu prælegebant: Græce dictos χαμαιδιδασκάλους. De Iudicibus Pedaneis Pancirolus de Clar. Iurisconsultis Cap. 11. qui in eo fallitur, quod ita appellatos putat, non quod de plano humiliores causas definirent, sed quia non curru, vt maiores Iudices veherentur, sed pedibus incederent. Rectius Alciat. L. 1. Parerg. x11. Fuisse ex Decurionum ordine aliquos Magistratus, qui cum Præsides pro tribunali cognoscerent, ipsi pedes adstarent, & ex præsidis delegatione deinde cognoscerent.

PEDATA. Vestigium à *pede*. Item pro passu. Glos. *Tertia pedata*, Τρίτη πτερνίδα. tx βίτω. Plaut. Cistel. Act. 1 1. 1. *Nisi pedatu tertio omnes efflixero. La terza volta.*

PEDEGO Insubres pro pigro, à *pedica*, vel à pigro, *pedigro*. Hisp. *Perezoso*, pigritiosus, Galli *Pierge*, & *Precheux*, non à pretio vt Bouillus.

PEDESTALLO. Veluti *pes stabilis*. Philand. ad Vitruv. Lib. 111. 3. *Hi parietes modo stereobata, postea stylobata vocantur, vulgus Pedestalla dicit*.

PEDICINO. Pes vtris, pediculus.

PEDOCCHIO. Pes, pediculus, peduculus, pedochis, Glos. Peduculus, φθεὶρ: vt feniculum fenoculum, ranunculus, ranoculus, *ranocchio*.

PEDONI. Pedites, *Peditones*, vt Scaliger ad Catalecta p. 159. Et *Peoni* pro militare opus facientibus, siue fossoribus. *Pedine*, & *Pedona* in ludo scacchorum, quod est belli simulachrum, dicuntur calculi, quasi pedites, *peditini*, vt distinguuntur à calculis, qui equites referunt. Morg. 1 1 1.

Ch'al primo sò ti darò scaccomatto,
Con la pedona in mezzo lo scacchiere.

Ita & orbiculi lignei pro calculis in ludo Tabularum *Tauole* appellantur, & *Pedine*, Veneti *cinelle*, Græcè à mouendo, & *Dame*, quod dicatur ludus Dominarum.

PEDONE. Magnis, ac latis pedibus. Gloss. *Pedo, Plancus*, πλατύπους. Latis pedibus, iidem & *Plauti* dicti.

PEDOTO. Nauclerus, nauis gubernator. Menagius à *Proreta*, quod idem significat; qui in prora ventos obseruat. Sed cum durior litterarum flexus videatur, putarem dictum esse à *pede*. Qui scilicet veli curam haberet, & illud ventis aptaret. Nam veli funes *pedes* dictos esse, notum est; hinc *facere pedem*, & Catullus *vtrumque pedem* appellat. Si quis tamen à *Piloto*, quod idem est *pedoto* factum putet, & *piloto*, à *proreta* haudquaquam aduersabor. Quamquam *pedoto*, à regendis, & flectendis Veli pedibus rectius deduci videatur. Veneti *Peotta* appellant genus nauigii leuioris, sed vocis ratio hactenus latet. Verum cum *pedoto* Etruscis sit dux, & monstrator itineris etiam terrestris, qui præit, & viam monstrat, fortasse *pedotto* ad nauigationem translatum, vt sit nauis dux, & moderator. Vil. 1. 21. *Ne grandi Maestre, ne pedotti di mare non haueano chi li guidasse:* atque ita *peota* leue nauigium, quod classem antecedit, ac veluti ducit. Ariost. Fur.

Così si parte col piloto innante
Il nocchier che li scogli teme, el vento.

PEDVLI. *Scarpini, scarpette.* Olim fasciæ quibus pedes intra calceum tegebantur, de quibus Salmas. Hist. Aug. p. 221. 222. nunc pro extrema parte tibialium, & pedum integumento lineo, vel laneo. *Le calze senza peduli in fino à talloni legate con correggie.* Vil. 11. 7. Isidor. Glossario. *Pedana pedules nouos qui caliga assuitur*. Vbi more illius seculi, *caliga* sumitur pro tibialibus, vt & hodie *calze*, & *calzette*. Ita & vetus Interp. Iuvenal. *Pedules nouos in braccis, quos Pedornes dicunt*. Vbi etiam braccæ non tantum femoralia, sed tibialia significar, sicut ante aliquot annos ita braccæ conficiebantur, vt non fœmina modo, sed crura ad imos pedes tegerent, me puero, *Calzette, e calzoni* dicebantur, inepte vtrumq; à *caliga*, quod fuisse militare pedis integumentum nemo ignorat.

PELACVCHINO. Pro re vilissima, ac nul-

nullius pretij Patavi. *Non ti darei un sol Pelacucchino*. Lexici Etrusci auctor negat se vocis huius originem scire. Insubres *Pelacù* appellant rosæ pediculum foliis spoliatum, ac veluti defloccatum, siue depilatum: inde pro re nullius pretij, ac momenti, *Pelacù*, *Pelacucchino*.

PELIPRANDO. Insubres mensuram sexquipedalem appellant. Tristanus Calchus Histor. Mediolan. Lib. IV. de Luitprando Longobardorum Rege. *Cum forte obequitans quidam parum ex fide mensurari animaduertisset, ad corrigendam mensuræ iniquitatem pedem suum super lapidem circumscribi iussit. Vnde & Luitprandi pedis appellatio, cuius mensura sesquipedalis est, & in stillicidiorum controuersijs dirimendis vsurpatur.*

Peliprando, quasi *Pes Luitprandi*. Ita & Villan. L. 11. 7. qui eam pedis mensuram paulo minorem cubito esse tradit, & eius sepulchro insculptam Ticini.

PELARE. *Pilare*, depilare. Mart. L. X. *Iamque pilata redit, stamque, subitque cohors*, de Isiacis, quorum capita ad cutem derasa. Ita Scalig. emendat, cum alij *pileata*, alij *pilata*, à *pilis militaribus*. Alibi de iisdem *Sistrati fugiunt calui*. Spartian. in Hadriano. *Curasse delicatos (Traiani) eosdemq; sepelisse*. Lipsi. Epist. Quæst. XV. legit. *Sæpè pelasse*: Quod pædagogia diuelleret. Salmas. tamen, *sæpè leuisse*, à lino, leui: idest medicamine delicatorum faciem fucasse.

PELTRO. Stamnum, vox Anglica. *Peauter*. Dant. I. *Questi non ciberà terra ne peltro*. Vbi *Peltro* pro omni metallorum genere vsurpatur: hoc est abditæ terris lamnæ inimicus erit: dura admodum translatione.

PENA, A PENA. Vix, ægre, cum labore. Nam sicut in Vix aduerbio, X additum est *Vi*, vt Scalig. de Caus. Cap. XXXI, quod negat facilitatem, id quod vi efficitur: ita *A pena*, quod non fine pœna, & labore fit. Nam pœna pro labore. Dant. Purg. XIX. *Si che con pena Da lei haurei mio intento riuolto*. Et *penare*, pro laborare. Vulgo *Malestento*, & *stentamente*, idest, ægre, conando, & tolerando. V. *Stentare*. Item. *Aguaio*, cum molestia. V. *Guaio*. *A fatica*, *à mala pena*, *à malo stento*.

PENDICI. Rupes, & montium latera in decliue pendentia. Hisp. *Peña*, à Latino *Pinna*, vt Coaruvias, montis vertex, & cacumen in acutum desinens. Nam *pinna*, acutum significat. Quintil. L. I. 4. *Aut à pinna, (quod est acutum) securis vtrinque habens aciem, Bipennis*. Grot. Lexico ad Procopium. *Pemmo, melius Penno, Penn-bob, Vertice eminens. Penne Vertex: vnde Penninus Iuppiter in Alpium vertice*. Buti. *La Capra è animale, che volontieri và pascendo sopra la penna a de monti*. *Pendicie*, & *appendicie*, pro rebus adiacentibus. Flodoardus L. IV. C. 11. *Cum adiacentijs earum, domibus scilicet, colonijs, aquarum decursibus, & omnibus appendicijs*. Cr. Morello. *Tu ne sentirai qualche spruzzo nel contado, e nelle pendici della terra*. Item apud Insubres *Appendicie* dicuntur, quæcunque ad nummorum pensionem adiiciuntur, vt pulli, oua, caro suilla, & id genus cetera. Veneti *Regalis*.

PENNECHIO. Lanæ, vel lini inuolucrum, vnde fila deducuntur. *Paniculum*. Nam *Panus* licij inuolucrum. Senenses *Pennecchio*. Vide *Pannecchia*. Hispani *Copo* à *Flocco* per metathesim, vellus, vt Sanctius; *Copo di nieue* Tacitarum vellus aquarum. *Fiocco*, Itali etiam *bianco come vn schiopo di neue*, pro *copo*, siue flocco.

PENNATO. Secula, falcula, siue culter incurvus ad purandos ramos si à *pinna*, quod vt diximus, acutum significat; etiam minime incurvum, *pennatum* dici posset. Vnde crediderim à *pinnis* auium, quarum maiores inflexæ, & veluti falcatæ sunt.

PENNA MATTA. Lanugo, pluma mollior auium pennis subiecta. Si *mattus* Latina vox est, vt credit Salmas. Hist. Aug. 461. quæ emollitum, subactum, & maceratum significat, hæc pluma *matta* ob mollitiem dicta est, non propter summam leuitatem.

PENNOLA. Cuneos præcipue ligneus. *Pinna*, *Pennula*, quod antiqui, vt diximus *Pinnum* acutum dicebant. Cunei autem ferrei findendo ligno, *Chignoli*. *Cuneoli*. Et à similitudine, casei quadram decussatim sectam pariter *Chignolo* appellant.

PENNONE. Vexillum. *Phanon*, *Phanone*, Vnde *Confanone*, & *Confalone*. Boninsegnius Hist. Florent. L. I. *E l'insegna Reale hebbe misser Geri Spini, & il Pennone de feditori M. Vanni de Mori*. Villan. VIII. 118. *Il suo Maliscalco portaua pure pennone della sopransegna del Duca*. Vita Nicol. Laurentij p. 102. *Et vn'altro le portaua lo pennone*. Hispan. *Pendon*. *Pandum*, vel *Bandum*, *Bandarium*. *Pennoncello della lancia*, hastæ flammula. *Phanon*, *Phanunculus*, *Phannoncellus*, *Pennoncello*, & contracte *Pennello*. Ita Veneti appellant vexilla Collegiorum, Societatum, & Paræciarum, quæ in supplicationibus præferuntur. Item *Penelli* appellant bracteas æreas instar flammularum, quæ turrium summitatibus, ac domorum fastigiis statuuntur, ad ventos vertigine indicandos. Potest etiam à *petala*, bractea deduci, de quo vide suo loco.

PENSARE. Cogitare, rem perpendere, à frequentatiuo *pensitare*, *pensare*.

PENTA. *Spentone*, *Pinta*. Impulsus. *Impingere*, *impintum* barbare, & *impentum*, *Spento*, &c.

spen-

spunta: non à pungendo, vt Siluius p. 43. *Piguere* impellere. Dant. Purg. XXIV. *Si come nave pinta da buon vento*. Inf. XXIIX. *Fà che pinghe mi disse un poco il viso Più auanti*.

PENTOLA. Olla. Menagius à *pendendo*, *Pendula*, quod ad focum pendeat. An à Græco πίθος *Pithos*, dolium, quod rotunda, & instar dolioli fit? Quasi *Pithola*. Nam si à pendendo dicta, omnia vasa quæ ad focum pendent, ita appellarentur. Et ollæ ferme prunis imponuntur.

PENZOLO. *Vua pensilis*. Plures scilicet racemi suspensi. Hinc *Pinchirolo* apud Insubres qui racemos cogunt, & inde uvas decerpunt, quo nomine agrestes Vrbanis illudunt. *Penzolo* ergo à *pensilis*, vel *pendulus*, quod idem est. Phylargyrius ad Georg. *Videtur Virgilius opinionem illorum sequi, qui in honorem Liberi patris putant oscilla suspendi, quod eius sit pendulus fructus*. Varro de R. R. *In pensilibus nuctis*. Scalig. *Pensilia qua suspenduntur hieme ad seruandum, vt uva, mala, sorba*. Plin. L. XIV. de vuis seruandis: *Durant alia per hiemem pensili concameratione. Archipenzolo*, libella, *perpendiculum*.

PEPIANO. *De plano*, veluti *pede plano*. Nam *planus pes*, est area.

PEQVENO. Hispani pro paruo. *Paucus, pauciuus, pechino: pochino*, & *piccino*. Iidem *Chico*, à *Pauxicus*, & *Chiquido*, sicut *Micino* à mica. Galli *Chique* pro auaro, translate, idest pusilli animi & sordidi. Nihil enim hic *Siccus*, & *Ciceum*, siue fabæ granum, faciunt.

PER. Contractum ex *Propter*. *Perchè*, propter quæ, vel quod. *Perciò*, & *però*, propter hoc, *Perciochè*, Propter hoc, quod. *Imperciochè*, *Perochè*. Itaque falluntur qui *Però*, à *Perhoc*, pro indubitato ponunt. *Per* etiam vice *pro* non semel sumitur. Exempla obuia sunt.

PERGAMO. *Pergolo*: *Pergola*. Suggestus, locus sublimis. Πέργαμον. *Pergamum*. At *Pergula*, vt Scaliger ad Ausonium, & Propertium docuit, triplicis generis fuit. Vnum, pro parte domus exporrecta, & propendente, quod etiã proiectum, & mœnianum, hodie *Poggiolo* dicitur, *Podiolum*, alterum pro Casula, siue tuguriolo fulcris arundineis fulto, & harundine tecto, ducta similitudine ab opere topiario: vt apud Ausonium. *Vtlis arundineis cohibet quem pergula tectis*. Tertium pro ipso opere topiario, *Topia, pergola*, quod sub eo tecti inambulamus. Quod ad primum pertinet, vt *Pergula* sit Mœnianum, Podium, illa in publicum spectabant; Vnde Plin. ait quendam à Censoribus notatum, quod interdiu, cum corona rosacea, e pergula in forum respexisset. Cum autem istæ pergulæ ferme in summitate ædium ad prospectum statuerentur, hinc Glossæ. *Pergula* Μεσόδμη, Τηγρῶον, ὀροφή. Et infra. *Pergula* Ἰκρία, Στεγὸν οἴκημα. Vbi sermo est de tectis per Orientem, non in decliue per tegulas fastigiatis, sed planis, quæque lapidibus, aut arenato strata, quæ Græce δώματα, Latine solaria. Ita Μεσόδμη, est trabs ingens, quæ per mediam domum per transuersum traiecta totum illud pauimentum sustinebat. Τηγρῶον autem, vt Eustathius notat, Lacedæmonij superiorem domus partem vocabant ὠὸν, atque ita Τηγρῷον esse summum fastigium. Itaut ὠὰ sint cubicula tecto proxima, Τηγρῷα tectum ipsum ita complanatum vt diximus, in quo non ambulabant modo, sed & dormiebant, vt notum ex Homero, & aliis. Ne igitur facilis ex ijs in præceps lapsus esset, Mœnianum circunducebatur, quod nihil aliud erat quam περίβολος; vt Salm. ad Histor. Aug. Idest tectum podio mœnitum, siue Pergula. D. Hier. Ep. CXXXV. *Et quando præcipitur nobis, vt faciamus domati nostro coronam, hoc præcipitur, vt in tecto faciamus per circuitum quasdam eminentias, ne facilis in præceps lapsus sit*. Eædem Glossę corrigendæ sunt Verbo, *Perfecta tecta*. Ἀναπεπταμένη, Ἀνάγαιον ἔχουσα ἐπ. οἰκίας. Legendum vt infra *Proiecta tecta* Ἀναπεπταμένη. Scilicet mœniana illa pede, aut semipede extra tectum porrigebantur, quales nostræ Pergulæ, & Podiola. Ὀροφὴ autem proprie est laquearium, siue lacunarium, cui super ingerebatur terra, & lapides ad pauimentum sternendum. Ἰκρίον autem tabulatum, suppositum pauimento. Dicitur etiam Καλύβη, & Στεγὸν οἴκημα, idest cella, domuncula, zeta in eodem solario inædificata.

PERITARE. Etrusci antiqua voce, pro Pudere. *Puderitare, poritare, peritare*. *Peritoso*. Non. ant. VII. 3. *Staua con peritosa faccia*. Non à *pauere, pauoritare*.

PERLA. Vnio. Esse à *Pilula, pirola, pirla*, & *perla*, olim Viri doctissimi monuerunt. Neque operosa erat coniectura, quæ mihi adolescentulo in mentem venit, antequam Casaubonũ, aut Salmasium nossem. Vnde nasi extremitas, *Perola del naso*, vt Isidorus. A *Pirola, pirolare*, Insubres *birlare*, in gyrum volui, & *Borella*, globus ligneus, *Pirolella*. Imo, & *Burlare*, pro ludere, & iocari, & *Burla*. Et *Pirlo*, Trochus. Germ. *en Paerlin*. Et Gallicum *Pirouette*, Verticillum, & *Pirouetter*, in gyrum verti. Quod simplicius est, quam à Caseo verbo *Ampiruare*, vt Turneb. L. XVII. 8. Ceterum *Perla*. Hispanis dicitur. *Aljofar*. Siue vox Arabica sit, siue corrupta ex *Iocaltum*, quod infima ætas pro gemmis accepit, vnde *Gioie*. *Aliocarium*. Galli *bagues* gemmæ, vniones baccæ, vnde tribacca Petronio, bacculæ.

PERPONTO, & *Perponta.* Thorax, aut vestis stragula, lodixque gossypio farta, crebris acus punctis, vnde illi nomen, non à πόρπη, vt Perionius, monile, fibula, bulla, quod ea annecterentur.

PERRO. Hispani Canem appellant. Coaru. à πῦρ ignis, alii à *pullus*. Quod si verum esset, pulli omnes canes appellari possent. De solis auibus, & iumentis, nunquam de Catulis hanc pulli vocem vsurparam memini. Est ergo ab *Irriens*. Quod proprie de canibus dicitur, dum ringuntur, & irritantur, vnde Irritare. Canes enim prouocati irriunt, idest sonum quendam qui literam *R* refert, crebro referunt: vt Turn. L. XXIX. 17. Festus. *Irrire ringere, quod genus vocis est canu rabiosa.* Lucil. de litera R. *Irritata canes quod, homo, quam planiu' dicit.* V. Scalig. coniectaneis in Varronem 119.

PERSO. Color subniger, varius. Scalig. exercit. CCCXXV. 10. *à Persis.* Menag. à Græco πέρκος, siue περκνός. Alibi à *Prasinus, Persinus, Perso*. Sed Prasinus est porraceus, hoc est saturè viridis. Fortasse igitur, quod sit color euanidus, ac fugiens, quique plenum colorem perdiderit.

PERSONAGGIO. Vir in dignitate constitutus. Nam *personatus* pro eodem. Fulco Bomus apud Cerdam Cap. XLIII. 13. *Affuit autem tunc inter alios Proconsulares, & personatos viros præfatus Cos. sicut stella radians.* Ita *Personatum* pro dignitate Ecclesiastica sumi docuit Vois. L. III. 34.

PERSVTTO. *Presciutto. Proscintto.* Perna, & coxa suis. Siluius p. 34. *Pes suis*. Sed non tantum pes, verum tibia & coxa. *Pedem* Veneti *Pecosso*, quasi *pedicotium*. Est ergo à *Præsalitum*, *Presutto*. Glos. *Præsalum*. ταριχηρόν. Alibi. Ταριχηρόν. *Præsalsum*. Veteres *Petasonem* dixerunt, cuius pars, teste Athenæo, perna dicebatur. A *Perna*, Hispani, *Pernil*. Itaut perna sit pars petasonis carnosior, petaso autem coxa, ad formam petasi lata, etiam costas comprehendens: vt Iunius in Nomenclatore. Quomodo autem pernæ salirentur docet Cato in extremo de Re Rustica.

PERTANTO. Propter tantum. Gal. *Pourtant*.

PERTVGIO. Foramen, Pertundo, *pertusum*.

PERVCCA. Galericulus. Capillamentum, adsciticium, à pilo, *piluca*, nam ab eodem, *Piluceo* Itali, floccum appellant, & congestum in vertice capillum. De his Vossius L. II. C. XV. plura adnotauit ex Salmasio ad Tertull. pallium p. 318.

PESTARE. Tundere, *pinsere, pinsitare*, quod olim frumenta in pila tunderentur, vnde *Pistores*, & *Pistrinum*. Festus. *Pistum à pinsendo pro molitum antiqui frequentius vsurpabant*. Varro. *Nec pistoris nomen erat, nisi eius qui ruri far pinsebat, nominati ab eo quod pinserent*. Et alibi. *Qui in pistrino pinseret farinam*. Præcipuè autem pinsitare de pedum insultu, quod fullones faciebant, cum vestimenta cogerent. Vnde & *Pesta*, pro vestigio, siue forma pedibus impressa, vt Menagius. Sed & *pinsere* terram genibus, & cubitis apud Ennium.

Veget Veterin. L. I. 32. *Rosarum vnciam vnam in pila lignea pistabis.* *Pila* etiam hodie *Pilota* appellatur, mortarium, in quo pinsitur, & *Pistone*, *Pistillum*. Glossæ. Τύπτρον *Pistaculum*, *Pilum*. *Pilum* enim etiam pro pistillo. Isid. L. IV *à Pilumno Pilum, & Pila inuenta, quibus far pinsitur*. Pilum *autem est vnde contunditur quicquid in pilam mittitur.* Cornutus ad Persium. *Pinsit, assidue percussit, dictum à pistoribus: Pilo enim apud veteres frumenta tundebantur.* Scribon. *Pila, & pilo mundo contundere.* Glos. Arab. Lat. *Pessulum, Pestum, Pestillum*. Et Κοπαιστήριον *Baculnarium*, Κόπανον *Battiulum*. *Battuere enim battere*, pullare. *Battochio*.

PETAIZZO. Veneti viscosum, quodque facile adhæresit. *Appiccaticcio*, hoc autem ab *affigendo*, quasi *Afficaticio*, aliter *attaccaticcio*.

PETECCHIE. Febris qua corpus nigricantibus maculis adspergitur. Aliqui à *punctiunculis*, alij à *Peticulis*, Sed est à πιττάκιον, vt Scaliger ad Festum, *morbus pestilens, quo correpti qui moriuntur, nullum indicium morbi relinquunt aliud, quam nævulos in parte corporis*, *Vnde* Patagium, *clauus aureus in vestitu matronarum, qualis in virorum habitu, clauus è purpura*.

PETITO. Paruulus. Est quidem vt Scaliger ad Catalecta à *Putus, putitus, petitus*: vt Glofs. *Puti* Μικροί. Sed *Putus est à puer, puerus, purus, & putus, putitus*.

PETRERIA. Machina bellica emittendis lapidibus, siue petris ingentibus ad quatiendos muros ante vsum bombardarum, Ballista, Catapulta. De quibus Vossius L. III. 34. Osius ad Morenam pag. 80.

PETTIGNONE. *Pettenecchio, pecten, pectenieulum*. Pubes. Hispani *La mancebia*, Ephebæum, pubertatis indicium.

PETTO. Crepitus ventris. *Peditus*. Glofs. *Peditus, peditum*, πορδή.

PETTOROSSO. Auicula, plumis in pectore rubescentibus. *Erythacus. Rubellio*.

PEVERA. Infundibulum. Vide *Impiria*, & *Piria*.

PEVERATA. Iusculum *piperatum*. Ius atrū à pipere, & aliis aromatibus, non ab *imbibendo*. Spissum enim id iusculum, nec sorbile.

PEZZA. Lintei, aut panni frustum. A Græco πίζα.

πίζα, & πιζίς, quod limbum, siue fimbriam, significat, vnde fasciæ, segmenta, & lintei, vel panni frusta, *pezze* appellata. Glos. *Limbus.* πίζα, κύκλος, περιπόδιον, πίζα ἡ κυκλας, *limbus.* Villan. vt. 40. *Il quarto era pezza gagliarda, cioè liste à trauerso, bianche, e nere.* Anastas. Leone IV. *Rete conclusas auri petias in se habens smaltitas.* Coaruvias à *Pittacio*, quod schedulam, siue segmentum significat.

PEZZENTE. Mendicus. Lexicon Etruscum, quod frusta panis corrogat, *pezzi de pane. Andar pezzendo.* Menagius à *petendo*. Rectius videtur, quod lacer, pannosus, centone è frustis consuto, tectus.

PEZZO. Frustum. *Pedacium*, licet pedis mensura maius, aut minus. Hispani. *Pedaço*. Non à *petasone*, aut *pittacio*, hoc enim segmentum, siue schedula, fasciola, aut splenium, *Pedacium* autem de cuiuslibet rei frusto, ac fragmento etiam magno. *Spezzare, despedaçar*, in frusta frangere. *Pezza di panno* etiam sumitur pro integro panno, scilicet è tela reciso. *Panno di pezza*, novus, recenter è tela recisus: *nouo di trinca*, è tela truncatus. Et quia maioris pretii. Hinc *homo di pezza*, e *di buona pezza*, magnæ æstimationis. *Pezzo*, & *pezza* pro spatio temporis. *Pezza fà*, & *Vn pezzo fà*, diu, magno temporis spatio. *Buona pezza di notte. Pezza di terra*, pro agri parte. Stat. Patau. *Vnam possessionem camporum xxv, in vna, vel pluribus peciis.*

PEZZOLI. Veneti Ciceres appellant abusiuè, *Pisa, Pisella, Pezzolli*, cum sint diuersa legumina.

PEZZOLO. Parvus pes, *pediculus, pediciolus, pezzolo*. Veneti *Penino, Pedicino. Pecosso* pedem suis. *Pedicotium.*

PIAGGIA. *Spiaggia.* Littus maris, ac fluminum statio. Item breuia. Dant. Inf. III. *Disse per altra via, per altri porti Verrai à piaggia.* Menagius à πλὰξ planities: an ab *exspatians* ora, littus? aut simpliciter, *Planitia.*

PIANA. *Voce.* Submissa, minime elata. Dant. Inf. II. *E cominciom' à dir soaue, e piana.* Laudin. *bassa. Parlar piano.* Contrarium *parlar forte*, alta voce.

PIANELLA. Solea crepida. *Planipes*, vt differt à socco, & cothurno altioribus pedum integumentis.

PIANGERE. Hodie pro flere, Latini, pro pectus palmis tundere: eaque luctus pars. Exempla obuia sunt.

PIANO. *A pè piano. Pede plano.* Vitruv. L. VI. XI. *Ædificia, quæ plano pede instituuntur.* Et alibi. *Si plano pede erit ruderandum.* Area, & inferior pars domus: item domus vnius contignationis. Ita apud Iurisconsultos, *de plano* cognoscere, statuere: ex æquo loco, id, *pro Tribunali*, opponitur, quod altum, atque editum. *Andar piano*, lente incedere, vt in æquo loco, secus per decliue; aut præceps.

PIANTA dell'Edificio. Area. Ædificij vestigium. Philand. ad Vit. L. II. Ichnographia. *Vestigium operis, quam platam formam, quasi planam formam dicas, mei Galli, Itali, Græca allndentes voci, Plantam, nominant, ἴχνος enim vestigium est, siue planta pedis.*

PIASTRA. *Lastra.* Laminæ, siue latiores marmorum crustæ, quibus pauimenta sternuntur. Siue vt Vois. III. 35. *Lapides casi, & formati, in orbicularem & quadratam formam. Plata, lata.* Anastasius *Platonias*, & *Platinas* appellat. In Damaso. *Readificauit Platoniam, vbi corpora Apostolorum iacuerunt.* In Sixto III. *Cancelli supra Platonias Porphyreticas.* Et. *Liberius ornauit de Platinis marmoreis sepulchrū S. Agnetis.* Siue igitur, *Platonia*, siue *Piatina*, siue *Platunia*, vt Salm. ad Capitolinum, à πλατὺς, vnde & Belgis laminæ *Placken*, vt idem Vossius. Quare non audiendi, qui à πλάσσω, idest fingo, deriuant. *Piastre* etiam ex ferro, ære, & argento dicuntur.

PIATIRE litigare, Insubres *Piedezare*. Veneti propius originem, *Placitare*. Hispani. *Emplazar*. Scilicet à *Placitum*, quod vt Budæus in Pandectas p. 136 Latinis Curiæ decretum, quod Græcis Psephisma, & Areston. Vnde idem *Arresta*, Senatus decreta Gallice dicta censet: idest Curiæ placita. Quod placere pro decernere, & statuere S. C. antiqui dicerent, Cic. v. Philip. *De exercitu C. Cæsaris ita censeo decernendum, placere Senatui, militibus veteranis vacationem esse.* Et Philip. III. *Senatui placere vt Coss. designati &c.* Ex quo locus vbi aguntur causæ, siue Comitium, & consessus Iudicum ad Ius dicendum *Placitum* appellatum. Et *Placitum habere, tenere*. Et *Placitare*, litigare, disceptare, iudicio experiri. Vnde Gallicum *Plaider*, Germ. *Pleiter*. Et Hisp. *Pleito*. Exempla V. apud Vois. L. IV. 16. Anastas. Leone IV. *De pradicta accusatione placitum fecit.* Pap. *Litigare, Placitari. Piato*, pro lite. Vil. VIII. 57. *Vnde piato ne nacque nella Corte del Rè di Francia.* Et *Piagio* molestia, fastidium, à litium tædio.

PIATO. *Dar di piato.* Non cæsim, aut punctim, sed latiore ensis parte battuere, quod ignominiosum habetur a πλατύς. Latus. Vil. Nic. Laur. p. 148. *Poi commanao, che li Connestauoli feresfero lo figlio con piatone con le spate.*

PIATTA. Nauis a lato fundo, *Lata, Silata*, nauis *Statarta*. Glos. πλατηνὴ ἡ διαπλέουσα. *Palmula, Ratis.* Fortasse *Plata; Ratis.* Chron. Venet. *Con vna schola grande, la qual era per pla-*

to, e per buccentoro di lo Dogado.

PIATTO. *Patina, piadena*, à latitudine.

PIATTO. *Appiattare, Appiatarsi*, subsidere; contrahere corpus, & plicare. *Applicare, Applicitare, Appiatare.* Dant. Inf. XIX. *Di sotto al capo mio son gl'altri tratti, Per la fessura della pietra piatti, plicati*, submisso corpore. *Suppiattare*, abscondere. Histor. Pistor. p. 16. *Et appiatossi, per paura di non esser morto.* Et. *Certi si partirono della Città, & certi rimasono piatti* (occulti) *in case de lor amici.*

PIATTOLA. V. *Mossoni.*

PICANTE. Vinum à *pice* dictum. Plin. Lib. XIV. 20. *Ratio autem condiendi musta in primo feruore, aspersu picis, vt odor vino contingat, & saporis quodam acumine.* Inde vina etiam fine pice grato acumine palato blandientia, *Picanti*, dicta.

PICCA. Sarissa, longior pedestris hasta. Non à pungendo, id enim telorum omnium proprium, sed à *Spiculum, spicula, spicla, picca*: breuiore acutissimo ferro præfixa. Glos. *Spicum*. Ἀκόντιον, Αἰχμή, σιδηρατής. Ἀκοντίου εἶδος. *Gesa, Spicula, Sparus.* Ἀκόντιον Μακεδονικόν. *Sarissa.* Gratius describit. *Quid Macedum immensos libeat si dicere contos, Quàm longa exigui spicant hastilia dentes.* Ex quo Turneb. L. XXI. 25. existimauit hastam Macedonicam, *Picam*, quasi *Spicam* vocari, quod ferro spicata sit exiguo. Nam Seruius ad illud, *Ferroque faces inspicat acuto, inspicare*, explicat instar spici & aristarum incidere. Atqui *spicare* non est acuere, sed vt Voss. in Etymologico, est cōcidere lignum minutatim, sic vt assulis multis referat spicam cum aristis suis, quo facilius ignem faces conciperent. Cui tamen in eo assentiri non possum, cum illud Gratij *spicant* spicæ similem faciunt, interpretatur, multis dētibus, qui referant aristas. Alioquin conti illi Macedonici, plures dentes, siue spicula habuissent, quibus instar aristarum horrescerent, quod est inauditum. Quia *contos* igitur numero plurium dixerat, dentes etiam posuit, vt singulos suus dens *spicet*, siue in spiculum armet.

PICCARE. *Appiccare.* Affigere, affigitare. *Afficare, Appicare.* Hodie in furcam agere, siue suspendio affici, quod à Cruce translatum est, in qua noxii clauis figebantur. Postquam furca, Cruci substituta, mansit eadem locutio, vbi nulla fixio. Inde pro suspendere. *Appicagnolo*, & *appicatoio*. Cum autem claui, & id genus cetera pulsando affigantur, inde *picchiare*, & *piccare*, pro percutere, pulsare, siue battuere. Non a pungendo, quod ferme sine pulsatione peragitur. A pungendo quidem crediderim dictum *picchiato*, pro variis coloribus distincto, vt sit veluti *puncticulatus*, punctis interstinctus, & variatus, Ponticlatus, *ponticbiatus, picchiatus*, non autem ab aue *Pico, piccare.* Germani *Bochen*, & *Picken* figere.

PICCIOLO, *Piccolo*. Pauculus. *Paucus, pauculus, piccolo*. *Paucinus, piccinino, piccino*, & *piccinacolo*, pro nano. Hisp. *Pequeño, paucinus.* Imo & *Cicho*, est Pancicus. Nam illud Labeonis apud Veterem Persij Interpretem. *Crudum manduces Priamum, Priamique pisinnos*, siue *pusinos* est à *pusio, pusinus*, ex quo *pusillus*. Isid. *Pisinnus à pusione dictus.* Voss. in Etymol. *M. mutatur in P. Acoles, pro μικκύλος, dicunt πικκύλος, vnde remansit Italorum Piccolo*, sed est à *pauculus*. Galli. *Cichetè* auaritia, à *paucicus* auarus, pusilanimus, quod magnanimo opponitur.

PICCIONI. *Pipiones* proprie columborum pulli, vt Barbarus ad Plinium, & Salm. ad Capitolinum, à *pipiendo*. Nunc etiam pro ipsis columbis.

PICCIVOLO. *Picciolo*. Etsi apud Columellam de Arborib. C. XXIII. *Petiolus* dicatur. *Cum iam matura mala fuerint, antequam rumpantur, petiolos, quibus pendent intorqueto.* Est tamen simplicius, à *Pediculus, pedicolus, piccolo*. Forte enim *petiolus*, contractum ex *pediculus, peditiolus*. Vet. Glos. *Pacciolus*, pro *Petiolus* explicat. Πάσης ὀπώρας τὸ ξυλῶδες καθ' ὃ ἐξήπτεται τῶν κλάδων. Insubres *Peccíolo* pro paruo pede. Hinc *spiccare*, fructum ab arbore carpere, auellere, *depediculare, depedicare*, pediculum frangere.

PICCONE. Dolabra à *spico*, siue rostro acuto. Hisp. *Beco, pico*.

PIEGA. Plica, *pieta* Veneti, *Plicita*. *Pieghevole.* Flexibilis *Piego di lettere, Plico* fasciculus literarum compactarum. *Pacchetto.*

PIETA. Lamentatio, ad implorandam pietatem Dant. I. *La notte ch' i' passai con tanta pieta.* Landin. *Lamento*, ad miserationem commouendam. Item pro pœna, ac supplicio. Idē. Inf. VII. *Hor discendiam homai à magior pieta.* Quo enim maior pœna, pietas & commiseratio maior est.

PIEVE. Plebs, *plebe. Piouani* Parochi pagani, Plebs enim pro pagis. Venetiis tamen etiam Curiones Vrbani. *Piuiere*, quasi plebarius, paganus. Villan. L. VI. *Così ordinò in Contado à tutti i Piuieri.* At *Piuuico* est à publico, Venetiis *Piouego*.

PIEZO. Veneti appellant fideiussorem, sponsorem, & prædem, nempe ab hoc vltimo. *Praes, prede, predio, piezo*, & *piezersa*, fideiussio. Cicero. *Pradibus, & pradys populo cautum est*, vbi Ascon. Pædianus. *Bona pradia dicuntur, bona satisdationtibus, sine sint in mancipijs, sine*

in pecunia numerata. Prædes, homines idest fideiussores. Glos. *Prædes, οἱ ὑπὲρ φόρω δήμου ἐνδεδεμένοι, qui pro vectigalibus populi obligati sunt. Præs, prædius, plegius*, fideiussor. Math. Paris ad an. MCCXV. *Nec Plegij ipsius debitoris destringantur, quando ipse capitalis debitor sufficiat ad solutionem. Pleginm* autem, vadimonium. Idem ad an. MCLXIV. *Excommunicati non debent dare vadium ad remanentiam, sed tantum vadium & Pleginm standi iudicio Ecclesiæ.* Galli *Pleiger*, non à *polliceri*, pollicitari, sed *prædiare* prædijs cauere. Ita Salmas. de modo vsur. pag. 386. *Vt vadia pro pignoribus Latinitas infima, barbaraque dixerit, & prædes pro fideiussoribus. Vnde hodie* Plegios *eos appellamus, quasi pragios, vel prejos, media litera extrita.* Statut. Venet. L. I. 11. *Nisi appaget, vel pignus, aut plezarsam sufficientem dederit.* Ibidem. *De eo qui per vadiam tenetur venire Venetias, ad terminum sibi præfixum.* Et Cap. xx. *De vadijs, quæ dantur in placitis.*

PIFARO. Germanicum. *Pfifer*, quod haud dubie est. *Tibia biforis*, quæ grauem sonum ac bombum reddit, cum multiforis acutum, hæc incentiua, illa succentiua dicebatur. Sicut etiã multifores præclusis foraminibus grauiorem sonum reddebant. Quintil. L. I. 11. *Sic appellatur cantus tibiarum, quæ præclusis quibus clarescunt foraminibus, recto modo exitu grauiorem spiritum reddunt.*

PIGIARE, Calcare premere. Non à pedibus, *pediare, pegiare*. Sed à *pilo*, idest pistillo quo olim frumenta pinsebantur, quod pilum dictum, in *pestare* notauimus. *Pilare, piare, pigiare.* Item *pillare*. Dau. Colt. *Posti adunque i magliuoli, con terra cotta pillati.*

PIGIONE. Pretium domus, aut alterius rei conductæ. *Pensio, pensione*, propriè pretium habitationis. Glos. *Pensio, ἀποφορὰ, τὸ ἐνοίκιον.* Iuven. Sat. IX. *Sed pensio clamat.* V. Interp. *Tributum, aut quod in conducto maneat.*

PIGLIARE. Capere, vel à *Capio, pio, piglio* per aphæresim. Vel à *pilare*. Marcellinus Lib. XXXI. *Nec castra inimica pilantes.* Et infra. *Pilando villas, & incendendo.* Id confirmat Valesius ad illud eiusdem Lib. XIV. *Cognitis enim pilatorum, cæsorumque funeribus*, atque id in Gallico Idiomate durare. Mihi simplicius videtur a *Capio*, nam propriè *Pilare*, & *compilare*, est furari, & rapere. Festus. *Pilare, & compilare à Græco trahitur, Græci enim fures, πιπέρας dicunt.* Vnde Menag. in Orig. Gallicis à *τρέπαν Prendere*, deducit, in Italicis a *Pilare*. *Appigliarsi, apprendersi*, nam prendere, est *pigliare*. *Il fuoco s'apprese. S'appigliò*, verum *appiccarsi*, item *impizzarsi*, & *impiarsi*, ab *affigere*; cum ignis accenditur, & materiam apprehendit, siue materiæ affigitur.

PIGLIO. pro aspectu. *Mal piglio.* Dant. Inf. XXII. *Si volse intorno intorno con mal piglio*, à pilis superciliorum, & toruitate aspectus. Veneti *brutto peio, bruti piglio, bruti pilo*. Idem Inf. XXI. *Non vedi tù che digrignan li denti, E con le ciglia ne minaccian duoli*: vultu contractis superciliis, toruo ac minaci. Contra *dolce piglio*, pro leni, ac miti aspectu. Idem Inf. XXIV. *Lo Duca à me si volse con quel piglio Dolce, ch'i viddi imprima à piè del Monte.* Et *libero piglio*. Purg. III. *Guardommi all'hora, E con libero piglio.* Et vetus Poeta apud Lexicon Etruscum. *La spatiosa fronte, el vago piglio.*

PIGNATA. Olla fictilis. Menagius ab ipsius forma, quæ in acutum desinit, instar pinus. At ollæ rotundæ, nulloq; acumine. Verum strues fictilium cum in fornace coquuntur instar metæ est, & ideo *Pignone* dicitur, acuto fastigio, pinum referens, vnde & *Pignata* olla dicta est.

PILASTRI. *Piloni*. Pilæ structiles è saxis quadratis, vel laterculis. Phil. Vitruv. L. v. I. *Parastatæ sunt pilæ quadratæ, vulgo pilastratæ. Quales pontium fornicibus subiectæ.* Liu. L. XL. *Portum & pilas pontis in Tiberim locauit, quibus pilis fornices post Scipio addidit.* Vt *Pilæ Batanæ* apud Scriptores, de quibus Lips. ad Tacit. An. XIV. *Piloni*, ingentes columnæ structiles, quæ vastissimam templi Maximi molem sustinent, Mediolani dicuntur. Quæ & *Pilaria*. *Piliere*. Villan. III. I. 5. *La posero sù vn piliere, su la riua di detto fiume. Pila dell' acqua Santa*, columna siue stela in aditu templorum labrum sustines, in quo aqua lustralis continetur.

PILOTA. Mortarium, *Pila*, in qua pistillo tundebatur, siue pinsebatur frumentum, nondum molis inuentis. A pilo instrumento, quo quid in mortario frangitur. Seruius IX. Æneid. *Pilumnus, & Picumnus fratres. Pilumnus pilendi frumenti: vnde à pistoribus colitur, & ab ipso pilum dictum est.* Capella Lib. II. *Comminuenda frugis, farrisque fragmenta Pilumno signat Italia.* Plin. L. XVIII. *Antiqui Etruriæ, & Latij populi fruges concidebant, pani conficiendo pilis, idque opus erat manuum.* Hinc *in pila contundere* apud auctores rei rusticæ, *& in pilam conijcere* apud Scribonium. Rodius existimat à Marcello medico *Pisonem* appellari C. VIII. *Radices betæ contundes in Pisone marmoreo.* Sed legendum *Pilone*, magna pila. Ita *Pila fullonica* apud Catonem C. x. qua vestes & panni à fullonibus tundebantur, vt polirentur. Hodie etiam oriza tunditur, siue deglubitur pilis, opera rotarum aquariarum, & linteorum laceramenta ad conficiendam chartam subiguntur. V. *Pestare*.

PILO-

PILOTO. *Proreta.* Proræ præfectus, ficut Puppis Gubernator. V. *Pedoto.*

PIMACCIO, *Piumazzo.* Puluinus à plumis quibus fartus, licet etiam lana, ac tomento. Ceruical. Glos. *Plumacium.* Πλυμάκιον, Πλυμίον. Pap. *Plumacium, puluinar à pluma dicitur.* Et *Puluinar, Capitale (Capezzale) Plumacium.* Et *Puluinus, priuati hominis ceruical.* Plumacium etiam de veste ſtragula acu picta ad plumarum modum, ſiue plumatili. Vide Voſs. Lib. III. 45.

PINA. *Pinca.* Infantium penis, vnde vox formata. *Penis, pina, pinica, pinca.* Nam quod attinet ad illud Martialis XI. 73. *Draucì Natta ſui vocat Pipinnam, Collatus cui Gallus eſt Priapus.* Præterquam quod in ea voce Codices, & Interpretes variant, *Pipina* eſt à *penis*, paruus penis, & vt ita dicam *Peniculus.* Et Turnebus quidem L. VIII. 4. reiecta eorum ſententia, qui *pipinnam* à pipillando, aut *vepenem*, ideſt paruum penem, interpretantur ipſe haud meliorem attulit. In antiquis enim libris legi *bipennam*, quod ita explicat, rem ita paruam, vt duarum pennarum tubos, vel cannas magnitudine non ſuperet. Quanquam non ita inepte *bipennem* quis legeret, dummodo puerili vaſculo conuenire poſſet. Nempe ex Petronio. *Ter corripui terribilem manu bipennem.* Quod eam figuram repræſentet. Acuta Scriuerij correctio. *Vorat ne penem?* de fellatrice. Quidquid ſit *Pipina* membrum virile non ſignificat, ſed puerile per blanditiam, & diminutionem à *penis.* Galli *Pine*, & *bine.* Ex eodem. *Pincone, beni vaſatus.*

PINCIONE. Fringilla. Gal. *Pinſon.* Non à *Spinthione* Græcæ originis, ſed à Germanico *Finck.* Et Italico *Finco.* Vtraque vox, à ſonitu, quem iſta auis edit.

PINTA. Vini menſura, duarum ferme librarum. Perionius à πίνθα, idque Budæo placuiſſe ait. Sed Budæus de Aſſe L. V. non à πίνθα, quæ vox nihili eſt, ſed à *Pityne*, quod Græcis vas vinarium ſignificat, *Pietna*, & *Pinta.* Alij à Germanico *Pinte*, quod pro eodem accipitur.

PIOLARE. *Pialare*, dolare, & aſſeres læuigare. Barbarus Caſtigar. in Plin. ad Cap. XXX. Lib. XIV. *In Gallia tranſalpina inſtrumentum fabrile, quo aſſamenta læuigantur, & poliuntur non aliter ferè, quam rabo, quaſi rabula vocatur, à radendo: quod quidem à naucula credo forma, in multis Italiæ, Belgicæ quoque partibus, ſcafula dici ſolet, in Venetia prouincia à complanando, planula. Nam dolabra videtur idem eſſe, quod aſcia Donato, qui dolare inquit, eſt aſcia cædere.* A planando igitur *planare*, *planulare*, *piallare*, & *pialla.* Sed quia res diuerſa eſt dolabra, ſiue aſcia, (*aſſa nunc dicitur,*) qua ſcilicet ligna, rudius cæduntur, ac dolantur; altero autem inſtrumento poliuntur, & læuigantur, *Piola*, & *Piala* potius à poliendo dictam crediderim, quam à planando.

PIOPPA. *Pioppo, Pobbia.* Populus arbor. Erythræus ad Virgilium. *Hinc vulgo corrupto vocabulo Piopa, nonnulli Oppio, (*ſed hæc arbor diuerſa.*) A colore quoque albo, nam bicolor eſt, Albara paſſim, & Talpon.*

PIOTE. Pedes *planti*, ſiue lati. Dantes Infer. XIX. *Forte ſpringana con ambo le piote.* Landinus, *plantis.* Sed eſt *plautis*, ideſt pedibus. Feſtus. *Ploti, appellati ſunt Vmbri, pedibus planis. Vnde ſoleas dimidiatas, quibus vtuntur in venando, quo planius pedem ponerent, vocant Semiplotia: & ab eodem cauſa M. Accius poeta, quia Vmber Sarſinas erat, à pedum planitie initio Plotus, poſtea Plautus cæptus eſt dici.* Si ergo ſoleæ dimidiatæ *Semiplotia*, integræ *Plotia*, latiores, & pedi commodiores. Ex quo puto *Patin* Gallice dici ſoleam, ſiue ſoccum, cuius domi vſus eſt, latiorem calceo: & *Pata* apud Inſubres, corium ſocci, quod ſuperiorem pedis partem tegit. Ita aues palmipedes, ſiue ſolidi pedes, *patas* appellant Hiſpani, item boū, & aliorum animalium pedes: non ab ambulando, aut à patère vt Coaruvias. Iidem *Pataa* ruſticum appellant, magnis pedibus, quorum magnitudo augetur agreſti calceamento laxiore, ideſt perone. Iidem *Patear* pede percutere, ſicut Galli *Pataraſſe*, & *patarade*, alapam latiore manu, & excuſſa palma inflictam.

PIOVICINARE. Leniter pluere, quod veteres ſubſtillum dixerunt. Iſid. Gloſſ. *Pluuicinare, pluitare, ſæpe pluere.* Priore tamen ſenſu hodie vulgo accipitur, & *Piouiſina*, pro rorante pluvia.

PIPA. Tubulus ducendo Poeti fumo. Germ. *Pfeiffen.* Quod à *ſiphone* ductum puto.

PIPARE, & *Pipire*, vox auium, ac pullorum. *Pipire.* Colum. L. VIII. 5. *Die XXIX animaduertas, an pulli roſtellis oua pertuderint, & auſcultetur, ſi pipiant.* Pipilare. Catul. de paſſere. *Ad ſolam dominam vſque pipilabat.* Quod Scaliger retinet. Gifanius in Lucr. *Pipitabat* nempe à *Pipare.* Hinc pulli *Pips.* Græcè Πίπος. Athen. L. IX. καὶ νεοσσῶν ὀρνίθων, οὓς πίππους καλοῦσι. Vnde πιππίζω, *Autum pullos voce imitor. Pipio*, apud Ariſtoph. in Auibus. Hinc *Pipiones*, pulli columborum. *Pita, Pipita*, Gallina oua incubans, alibi *Ciocca.* Non. *Pipare proprie gallinæ dicuntur.* Varro. *Mugit bos, ouis balat, equi hinniunt, gallina pipat.* Item *Pigolare*: pipilare...

Pipita autem, *puida, pauida*, eſt morbus pullos infeſtans, à *Pituita.* Gloſ. *Pipita*, Κόρυζα. Scilicet alba pellicula extremam linguam veſtiens;

ftiens, vt Auctores rei rusticæ.

Ceterum quod ad *Pipare* attinet. Festus. *Pipatio clamor plorantis lingua Oscorum*. Ex quo Nicol. Loensis illud Tertull. contra Valentinianos. *Cælestes imbres pipauit Achamoth*, explicat, *Plorando emisit*. Et Scalig. ad Var. illud Plauti. *Pipulo te differam*, interpretatur, eiulabunde conquerar. Nam *pipulum* ploratus, à pipatu pullorum. *Pipulo te differam*, idest conuicio, & eiulatu. Veneti *Piffare* dicunt, plorare.

PIPISTRELLO. *Barbastrello*, *Barbastrigolo*. A *Vespertilio*, vel à sonitu stridulo. Insubres *Tegnola*, à tignis, in quibus nidificat.

PIRIA. V. *Impiria*.

PIROLA. Nasi pars extrema. Isid. L. xi. *Nasi extremitas Pirula, à forma pomi pyri*. Vel à rotunditate, quasi *Pilula*.

PISCIARE. Meiere. Vel à Germanico *Pissen*, & *Beseichen*, quasi vesicare, vesicam exonerare: *vescicare*, *pescicare*, *pisciare*, vel à *mejere*, *meitare*, *misciare*, *pisciare*: vel quod est verisimilius à sono vox conflata, quem reddit præsandus humor, cum è siphone defluit. Nisi à Græco σπιγᾶν, quod idem significat.

PISELLI. *Pisa*. Eruilia. Germ. *Erbs*, *Eruuisen*. Insubres *Erbions*, *raniglioni*. Hisp. *Arpeja*.

PISPIGLIO. V. *Bisbiglio*.

PISTOLESE. Pugio Pistoriensis, cæsim feriens, primo Pistorij inuentus, aut in vsu frequentiori. Hinc *PISTOLLE*, sclopeta rotata breuiora, capitalis perfidiæ tela, non quod in eadem Vrbe inuenta sint, sed cum pugiones ad latus gestarentur, cum in eorum locû eiusmodi tela successissent, & eodem loco gestarentur, *Pistole*, *Pistolette*, maioris formæ *Pistoni* appellari cœperunt. Coaruvias à *fistula* deducit, sed ea vox omnibus tubis etiam grandioribus communis, vnde *fistulatores*, sclopettarij. Galli *Pistole* appellant aureum duplarem, cuius origo mihi latet.

PITALE. Scaphium, Πίθος, *Pithos*, Doliolum, cuius formam refert: vel simpliciter *fictile*.

PITTANZA. Partes in conuiuio, Cœnæ caput, ferculum Cœnobitis apponi solitum. Omnino Salmasio assentiendum est, qui ad Hist. Aug. à *Pittacio* deriuat. p. 203. *Pittacium index, siue titulus pice illitus, vt affigi possit. Glos. Πιτ]άκιον, breuis, Pittacium. Cod. Theodos. de erogat. militaris annona, Pittacia dicuntur breues specierum annonariarum, militibus erogandarum. Nam secundum ea pittacia, militibus erogabantur species annonariæ, vt panis, vinum, acetum, lardum, caro verucina, & alia eiusmodi. Hinc nos hodie Pittacium, addita litera, cibum & obsonium appellamus*. Ita & alij. At Vossius à *Pietate* deducit, sicut quidam à *piatto*, siue Patina, *Piattanza*, quod claustrum olet, Coaruvia, à petendo. Neque idem Vossius persuadet, cum laurius ferculum fuisse ait & ciborum delicias L. 11. 15. ex Cælario. *Omnes Pittancias sibi appositas recusabat*. Nihil enim aliud ea vox indicat, quam partes Cœnæ, siue portionem singulis apponi solitam.

PITOCCO. Mendicus Πτωχός: *Ptochos*, παρὰ τὸ πτώσσειν πᾶσιν, quod omnibus se prosternat, & ad genua accidat, & humilem se faciat in victu mendicando, ab antiquo πτόω pro cado, inde πτώσσω. Salmas. de fœnore p. 661.

PIVA. Tibia vtricularis, à Germ. *Pfeiffe*. Vide *Pifaro*.

PIVIALE. *Vestimentum pluuiale*. Scilicet penula. Vox deinde translata ad pallium Sacerdotum fusius, quod corpus totum operit, & fibula ad ceruicem committitur, vt lacernam veterum referat, nam pœnula clausa erat, vt alias à nobis demonstratum est.

PIVOLO. Clauicula, Paxillus acutus instar claui, qui aut humi pangitur, aut parietibus defigitur, cui aliquid religatur. Boccat. *Facendo i Pivoli à quali si legano le tende*; & cui capistra iumentorum nectuntur. Contractum à *Picciuolo*, *Piuolo*. Illud autem à *Pediculo*, *Pediciolo*. Non à *tibia*, *tibium*. Vel à *Paxillo*, *Paxiuolo*, *Pallicinolo*, *Piuolo*. Nonius. *Paxillus diminutiuum à palo. Varro. Eumen. Vbi dicatur primus Zenon nouam heresim, nouo paxillo suspendisse. Idem Bimargo. Vt nouum cribrum, nouo paxillo pendeat*.

PIZZA. Prurigo. *Pizzigare*, *bezzigare*, vellicare. *Pizza* quod vellicat. *Pizzigore*, *spizzo*, *spizza*: scabies canum.

PIZZARE. *Appizzare*, ignem, aut lumen accendere. *Appiccare*, *affigere*, *affigitare*, *appiccare*, *attacare*. Veneti *impiare*: quod est *Appigliare*. Crescent. L. 11. 7. vbi loquitur de Insitis. *La pianta comincia ad appigliarsi*. Paulo infra. *Meglio s'appicca*. Ita ignis cum materiæ adhærescit veluti ipsi affigitur, *s'appiglia*, *s'appicca*.

PIZZI. Linteorum ornamenta, acu picta in acutum desinentia, *Merli*. Vel à *Pinna*, quod acutum significat, vt supra diximus. Quintil. Lib. 1. 4. *Aut à Pinna, quod est acutum, securis vtrinque habens aciem, bipennis*. Vnde *Pennola*, cuneus findendis lignis. Vel ab *Apice*, *apicium*, *pizzo*. Ita *Pizzi della lingua*, *Pizzi del naso*, acuta vtriusque summitas. V. *Merlo*.

PIZZICCARE. V. *Beccigare*. Vellicare.

PIZZIGO. Quod duobus, aut tribus digitis comprehenditur. *Pugillus*, *pugilicus*, *puzzicus*, *Pizzico*. Plin. Lib. xx. 12. *Marrubij semen cum farris pugillo decretum*, idest quantum exiguo pugno capi potest. Glos. *Pugillum*: δρὰξ χειρός.

Scribon.

Scribon. LXXVIII. *Abrotani, quod tribus digitis comprehendi possit. Un Pizzico.* Hinc *Pizzicagnolo*, & *Pizzicarolo*, qui salsamenta, & olera minutim vendit, siue vt ita dicam pugillatim, à *Pizzico*.

PIZZOCHERA. V. *Bigio*.

PO'. Paucum. Gal. *pâu*, *pêu*, *poco*, *pò*.

POCCIA. Mamma, vber, vel à *potando* lac, Iuven. *Et potanda ferens infantibus vbera magnis*, vel à *Poppa*, *poccia*.

PODERE. Prædium, *Prædiolum*, *prædiarium*, *podere*. Brixiæ *Breda*, Mediolani *Braida*, *Brera*. V. *Breda*.

PODESTA'. Prætor. Glossæ. *Magistratus*, *Potestas*. Ἀρχὴ, ἀρχοντικοί. Iuven. *An Fidenarum, Gabiorumque esse potestas*. Vopisc. Saturnino. *Nam vt primum Ægyptij magnam potestatem ad se venisse viderunt, statim clamauerunt, Saturnine Auguste Dij te seruent*.

POGGIA. V. *Orza*.

POGGIARE. Insubres. Verberare. Pulsare, pultare, *polsare*, *poggiare*.

POGGIO. *Podium*, Mœnianum. V. *Appoggiarsi*.

POI. *Postea*. Gal. *puis*, *poi*.

POIANA. Miluus, a *pullis*, quos captat. *Auis Pullana*. Germ. *Honerdieb*, quasi fur gallinarum, pullorum raptor.

POLCINERA. Rustici *Pleiades* appellant, quod appareant veluti pulli, siue pullicini matrem stipantes. Galli. *Poucinniers*. Etrusci *Gallinelle*.

POLCINI. V. *Pulcini*.

POLESI. Vertices, cancères, *Poli*, *polices*, *polesi*.

POLIZZA. Polyptica. V. *Boletta*.

POLLA, *Pollone*, arboris germen, surculus. *Pullulans*. Glossæ. *Pullas: in Georgia (agricultura) arbores dicuntur, quoties ramos ex se generant*. Παραφυάδας Βάλλω, Βλαστάνω, Βλαστάνω, *Germino*, *Pullulo* Βλαστός *Pullulus Germen*. Παραφυάς *Pullulus*, *propago*.

POLLASTRO. Pullus gallinaceus. *Pullaster*. Varro de R. R. Lib. III. 9. de Gallinis. *Oua quæ subijcias, potius vetulis, quam pullastris*. Quam lectionem vulgaris sermo confirmat, quidquid Turneb. *pullinis* legendum putet, Scaliger & Salm. *Pullitris*. Valla Eleg. L. I. 5. *Pullastra apud Varronem, quæ est parua adolescensque gallina, diminutionem non significat: nam masjcula potius pulla, quam minuscula est, etiam si minor gallina est, non gallinastra dicitur, sed pullastra*. *Pollastrotto* etiam dicitur Puer, nec mirum, nam pullus est, ac puer, *pacrus*, *purus*, *pullus*, vt *filis pullarius* apud Ausonium, & *pulli premo*. *Pulli* gallinarum, & Equorum pueri, siue filij.

POLLEDRO. Pullus equinus. *Pullitrus*. In Legibus Salicis *Pullitrus anniculus*. Hisp. *Potre*. *Pullitro*, *poltro*, *potro*. Et *potrico*, *pollitrico*. Iidem *potro*, pro Equuleo, ad torquendum. V. *Poltrone*.

POLLIERE. Veneti appellant oua aquæ bullienti, sine cortice infusa, *à bulliendo*.

POLLINA. Boum, ac iumentorum editus, *Pullorum excrementa*. *Pollinare*.

POLLONE. stirps pullulans. Lucretio pullus L. V. *Arboribus quoniam baccæ glandesque caducæ, Tempestiua dabant pullorum examina subter*. Nisi translate dictum.

POLPETTE. Viscus minutatim concisum, & in globos compactum e *à pulpis*, *pulpamentum*.

POLTA. *Poltiglia*, *poltia*, *pulticula*. Cinnus, & emplastrum, Calaber Veterinaria C. XLIV. *Al quale si subuenirà in tal guisa, cioè sia fatta pultya de semole batue con fortissimo aceo, e vegna mesce o con questi chose*.

POLTRONE. Ignauus, imbellis. Magna eruditorum pars hanc vocem ex *Pollice trunco* conflatam consentit. *Pollice tronco*, *poltronco*, *poltrone*. Quod scilicet olim detrectandæ militiæ causa, aliqui sibi pollicem præcidebant, vt stringendo gladio inhabiles essent. Sueton. Aug. XXIV. *Equitem Romanum, quod duobus filijs adolescentibus, causa detrectandi Sacramenti, pollices amputasset, ipsum, bonaque subiecit hastæ*. Menander I I I. de re milit. *Eum qui filium debilitauit, dilectu per bellum indicto, vt inhabilis militiæ sit, præceptum D. Traiani deportauit*. Fortunatianus Rhetor. *Decem milites, tempore belli pollices sibi amputauerūt: rei sunt læsæ reip*. Ammian. Marcel. L. XV. *Nec eorum aliquando quisquam vt in Italia, munus Martium pertimescens, pollicem sibi præcidit, quos localiter Murcos appellant*. Lindebrogius idē sentit. *Murcos* autem quia Murcia ignauiæ Dea apud D. Aug. de Ciuit. I V. Vnde *Murcidi* desides, & ignaui teste Festo. Hinc Glos. Isid. *Murcinarius*, *mutilus*. Ita Salmas. de fœnore. 784. *Inde pollice truncos hodie pro ignauis, & imbecillibus dicimus, sed truncata voce poltrones*. Ita & alij. Quare mirari subit, non defuisse, qui totum hoc reijcerent, & erroris auctores arguerent. Quid autem? Aiunt *poltro* esse lectum, & *poltrone* qui lectum libenter incubat. Landinus enim ad illud Dant. Inf. XXIV. *Homai conuien, che tu così ti spoltre Disse l maestro, che seggendo in piume In fama non si vien, ne sotto coltre*. *Poltro* significare lectum ait, quod & alij adnotarunt. Sed hoc translatè dicitur, & ab effectu, quia lectus diu infessus homines desides, & ignauos reddit. Ita alibi Dantes *bestie poltre* dixit, pro pigris, & ignauis

tius Purg. XXIV. *Ond' i' mi scossi, Come fan bestie spaventate, e poltre.* Quanquam magis arridet eorum sententia apud eundem Landinũ, qui *Poltre*, pro pullis, siue *Pullitrũ* accipiunt, quod pulli facilius pauescunt, & consternantur, quam equi domiti. *Poltro* autem lectum appellari aiunt, quasi *Pullitrum, polledro*, quod vt hic, ita lectus homines portet. Id an verum sit, aliis iudicandum non inuitus relinquo, certe cubile neminem portat, nisi portetur & ipsum. Neque omnes pulli equini, siue Pullitri ignaui sunt, sed domitis ferociores. A *Poltrone* puto factum *Paltone*, pro mendico, & ærulcatore. Vnde *Paltoneria*. Seneca Pist. *L'altro che viue sempre in ebrietade, e in paltoneria. Paltoniere.* Fr. Sacch. *Non ti prouar più in arme, paltoniere.*

POMELATO. Equi color. Philander ad Vitruvium L. VII. I. *Palladius L. vij. 9. tesseras, & scutulas in pauimento dixit, pro frustis quadratis, & rotundis, à scuti figura, à qua etiam scutulatum equum dicunt, qui vulgo Pomulatus vocatur.*

POMPARA. Insubres vocant ramum vittis, teniis, ac lemniscis ornatum, qui in pompa & supplicationibus ab infantibus præfertur, ramus *pompalis*.

PONGA. Auium ventriculus, Ingluvies. Prior, ac superior venter. Scaliger Exercit. CCXLI. 2. *Festus Ingluuiem appellat, Seruius ventris capacitatem, Ponga quibusdam locis Italiæ dicitur, quasi Condus, à reponendo.* Rectius videtur à *funda, fungia, fonga, ponga*. Funda enim sacculus, crumena, nec aliud est Ingluvies. Galli *la Pouche d'vn Oiseau*. Græci recentiores *Pungium*, & *Ponga*. Rigaltius Lexico Græcobarb. *Πούγγιν, & πουγγὶ est sacculus, crumena, marsupium.*

PONTARE. *Pontare*. Niti, conniti, impellere. Non à *pultare, pulsare*, sed ab *impingere*, quod est expellere, illidere, impetum facere. Impactum barbarè *impintum, pintum, impentum* (vnde *spenta, e spentone*.) *Impentare, impontare, pontare*. Proprie niti, & nitendo cibi confecti reliquias expellere, item parturire, de vtroque enim veteres *Niti* dixerunt. Sueton. Vespas. XX. *Statura fuit quadrata, compactis, firmisque membris, vultu veluti nitentis. Vnde quidam vrbanorum non infacete: si quidem petenti, vt & in se aliquid diceret. Dicam, inquit, cum ventrem exonerare desieris.* Vultus nitentis, est eius qui conatur fœces expellere. Ita *niti* parturire, siue fœtum nitendo expellere. Vnde *Dij Nixij* parturientium nixibus præsidentes. Ab *impingere, impintum, impentum, pentare*, & *pontare*. Et *Ponde*, dysenteria, in qua creber, ac fere irritus egerendi conatus. V. *Spingere*. Et *Pentá*.

POPOLI. Insubres vocant sigilla, sigillaria, imagunculas, infantiæ crepundia, & oblectamenta. *Pupi, pupoli*. Veneti *Pauoli*. Glos. *Pupus, Βρέφος, Νήπιος*. Et *Puppa Σπλαγγόνες, αἱ τῶν παιδίων νύμφαι*: *Pupi* infantes; & *pupuli* (vide pupillus) Catul. *Deprendi modo pupulum puellæ, Trusantem*. Ita populus Rom. Caligulam initio principatus, blandiendo *pullum*, & *pupum* appellauit. Varro Tithono. *Ac mammam lactis sugentem pascere pupum.* Auson. Eidyl. VII. *Lactas vinces alumna pupas.* Quod igitur huiusmodi sigilla ad infantium speciem, vt hodie quoque efficta, *pupi*, & *pupæ* dictæ. Varro. *Itaque breui tempore magna pars in desiderium puparum; & sigillorum veniebat. Quas priscis temporibus Virgines pueritiam egressæ, tanquã virginitatis suæ insignia Veneri condonabant.* Pers. Sat. II. *Dicite Pontifices in sacro quid facit aurum? Nempe hoc quod Veneri donatæ à virgine pupæ.* Casaubon. ibi. *Pupa est σπλαγγὼν: Has icuncula Coroplasthi è gypso conficiebant in gratiam puerorum.* Ita Lactant. L. II. 4. imagines, & statuas Deorum, nihil esse ait, quam *grandes pupas*. *Pigotte* etiam & *pigottoni*, pilas stramineas appellant, in effigiem humanam formatas. *Pupos*. Et *Puponcio, puone*, simplicem, ineptum, ac stolidum. *Pua* etiam Veneti arvum geniale per blanditias vocãt, quasi *pupam*. Hisp. *Muñeca*, Couaruvias à *muñon*, quod musculum significat, forte, quasi *miñeca*. Nam pupillam oculi *Niña del ojo* appellant.

POPPA. Mamilla. *Papilla*. Festus. *Papillæ, capitula mammarum dicta, quod papularum sint similes. Papa, papula, papilla, poppa*. Capitula autem Veneti *Cancelli*.

PORCA. Natura muliebris. Varro de R. R. II. 4. *Nostræ mulieres, maxime nutrices, naturam, qua fœminæ sunt, in virginibus appellant Porcam, & Græci χοῖρον.*

PORCELLANA, herba. *Portulaca*. PORCELLANE autem vasa murrhina: de quibus Scalig. exerc. XCII. *Fiunt ad hunc modum. Ouorum putamina, & marinarum conchas vmbilicorum (Porcellanæ species horum sunt, vnde & nomen) in tenuissimum redigunt pollinem.*

PORCELLETTA. Marsuinus, Phoca. Scalig. Ex. CCXXVI. 2. *Porcellettam appellant minusculum Sturionem Adriatici*, Nempe à rostro suillo, acuto, & repando. Quod *Porcellanæ* sint species concharum, siue vmbilicorum.

PORFIDO. *Porphyrites*. Etrusci *Proferito*, *Porphyreticum*.

PORRO. Verruca *porrum* referens. Pap. *Verruca, porrum manus*.

PORTANTE. Equus gradarius, ambulatorius. Veget. Mulomed. L. IV. 6. *Persas, ex Ita-*

tura, & positione, à ceteris equorum generibus non plurimum differt. Sed solius ambulatura quadam gratia discernuntur à ceteris. Gradus est minutus, ac creber, & qui sedentem delectet, & erigat.

PORTARSI. Gerere se, *portarsi bene, diportarsi. Portamento.* Gestus. Etiam pro vagari, spatiari, *andare à diporta*, portare se in aliam partem. Scalig. ad Sphæram barb. Manilij, de Aquila. *Nunc Aquila sidus referam, qua parte sinistra fertur. Fertur,* inquit, idest *ad verbum* φέρεται, *Arato, de eadem Aquila loquenti.* Cicero, *se portat. De motu agili & expedito proprie dicitur qualis in bene valentibus, vt Iuven. de eo cui constabat valetudo,* & pedibus me porto meis, *hoc est, bene valeo. Quis negat hodie in Gallia nos ita loqui? Nam quod est apud Comicum, Valuistin' vsque? Sustentatum sedulo: ibi sustentare se, est portare se, & bene valere. Teutonismus quoque Belgicus proxime ita loquitur. Nam de valetudine sciscitantes, dicunt, quomodo vectaris? Nec hoc quidem genus loquendi deest in Latinitate. Nam & in ea quoque vectare se, vt sustentare se, est* ἐρρῶσθαι. *Valere. Tertul. de pud. xij. vertens epistolium Synodicum Apostolorum. A quibus obseruando recte agetis. Vectate vos. In Græco.* ἔρρωσθε. *Valete. Glos Latino Arab. Vigore, vectione. Vectio, & vectatio, est vigor.*

PORTIERE. *Portarius*, Ianitor. *Portiera*. Aulæum, siparium, quod portæ obtenditur.

PORTO. pro mercede vecturæ, ac traiectus, & pro vectigali. *Portorium.* Erythræus ad illud *Portitor Orci. Fluminum quoque ripas, vnde traijcimus, nec non cymbam ipsam hodie* Portum *dicimus. Quin & nauium vecturam, & vectura pretium, Portum negociatores nostrates appellant, quod Latini Portorium, sicut & Naulum* (Nolo) *Plaut. ego hunc portitorem, priuabo portorio. Verum Ciceroni* Portitor, *publicanus est, &* Portitorium, *vectigal, quod ipse exigit: vt ad Q. Fratrem. Ciues, qui in portarijs Italia tollendis, non tam de portorio, quam de nonnullis iniurijs portitorum querebantur. Et in Ver. His pro rebus portorium non esse datum.* Glossæ Cyrilli. *Portorium* : τέλος πύλης. Quod soluitur per portam ituris. Et in Leg. Long. L. I. t. xxv. L. xiv. *Portunarius, qui portorium exigit.*

POSA. Quies. Finis. *Pausa. Posare, riposare, riposo. Pausare*: dormire, & mori. Glos. *Pausat*: ἀναπαύεται, καὶ ἀναπαύει. Nonius. *Pausa est quies alicuius rei.* Lucil. Sat. L. I. *Hæc vbi dicta dedit, pausam fecit ore loquendi. Pausa vitai,* & *ardoris* apud Lucretium: *pausam fieri osculando*, apud Plautum, *pausa pugna* apud Arnobiũ. Hinc *Pausantes* pro mortuis apud Scriptores sacros. Dant. Parad. xxxii. *Lo Rege per cui questo regno pausa, In tanto amor, & in tanto diletto.* Hinc in Sacris Isidis *pausas facere*, & explere, *riposare*, cum in ferendo Anubi, certis locis quiescebant, de quibus Salmas. ad Spartian. p. 151. A *Pausa* Hispani. *Aposentare*, & *Aposento*, cubiculum.

POSCA. Latina vox pro vino secundario, siue acinaticio. Glos. *Posca*, ὀξύκρατον. Potio ex aceto aqua permixto: militum, & nautarum.

POSTA. *A posta.* Consulto, data opera. *Proposito, ex composito. Appostare, stare alla posta*: dispositis insidiis. *Stare nel posto*, in loco disposito. *Posta nel gioco*, nummi, aut pignus oppositum. Plaut. Curcul. II. 3. *Postquam cœnati, atque appoti, talos poscit sibi in manum, Prouocat in aleam, vt ego ludam: pono pallium, Ille suum annulum opposuit. Dare alla balla di posta*: recte, & ex opposito, non resiliente pila. *Posta*: scopus, *bersaglio*, signum oppositum. *Schioppo di posta, di linera*: sclopus libellarius, ad collimandum.

POSTE. Mansiones Veredariorum: loca mutandis iumentis ad cursum publicum *disposita. La Posta*, vnde literæ petuntur à tabellarijs. *Postiere, e postigione*, Cursor, tabellarius. *Posta del sale*: loca vendendo sali destinata. Hinc Insubres, *Postarios, Postieri*, sallamentarios, quod apud eos Sal venale sit.

POSTICCIO. Adsciticium, *adposticium*: *Chioma posticcia*, adsciticium capillamentum.

POSTIERLA. *Pusterla.* Ianua posterior, siue in posteriore ædium parte. Pseudothyrum, auersa porta. *Posteriola. Posticum.* Varro apud Nonium. *Pertexit interiores partes domus postica, vt ait Plautus, penitissime.* Locus Plauti est, Trin. I. 2. *Posticulum hoc recepit, cum ædis vendidit.* Glos. *Postica.* Παραθύρα κατ' ὄπιν τοῦ οἴκου. Et. *Posticium*, παραθύρα, παραθύριον. Cornut. ad Pers. I. *Antiqui fores templorum, vel ædium dixerunt antiquas, & posticas.* Vt autem Salmas. H. Aug. p. 436 obseruat. Non solum *Postica*, & *Posticum*, portam quæ in auersa ædium parte, quam Græci ὀπισθόθυρον vocant, significat, sed etiam quamlibet paruam portulam, vt in vrbibus portulas, quæ portis adiacent, quæ & *posterula.* Pap. *Posticula, posterula qualibet.* Cassianus L. v. II. *Quantalibet Vrbs sublimitate murorum, & clausarum portarum firmitate muniatur, posterula vnius, quamuis paruissimæ proditione vastabitur.* Ita Mediolani & Vicetiæ Portę Vrbis non ordinariæ, sed minores, & angustiores *Pusterla*, item septa & tabulata aditum ædium intersecantia, quia angustiore ianua sunt, eodem modo appellantur, vnde nobilissimæ Familię cognomen inditum; Anastas. Leone IV. *Super Posterulam, qua vocitatur S. Angeli.* Et infra. *Ingressus est per posterulam*

sterulam, quæ appellatur S. Agathæ. Villan.Lib. XI. *E quattro porte haueua la Città, e sei postierle.* L. IV. *Le dette mura senza nulla porta, e postierla.* Boninsegn. Hist. Flor. L. I. *Infino alla terza Porta detta di S. Braueaccio, poi seguiua vna postierla presso alla Chiesa di S.Trinita.* Infra. *E dietro à detta Chiesa haueua vna postierla detta porta Peruzza.*

POTTA. Id quì fœminæ sunt. Scaliger ad illud in Catalectis. *Dispeream nisi me perdidit iste potus. Ad nequitiam, inquit intererat potum, non puerum appellare: si quidem potus, siue putus ὑποκόρισμα nutricum. Lasciuia inest, vt in vsu vocis, ita & in etymo.* Puta *enim* πόσθιν *argumento Praputium, quasi* προπόσθιον. *Ergo lasciuia inest in Græcis nutricibus,* παρὰ τὴν πόσθην, *pueros* ποσθωνας *vocare. Eadem & in Romanis à puta, putos, seu potos. Vnde & hodie pars in muliere, quæ honestè nominari non potest, vulgo in Italia eo nomine nota est.* Nempe Scaliger respexit illud Aristophanis in Pace. Εἰπέ μοι ὦ πόσθων. *Dic mihi putille.* Vbi Scholiastes notat per blanditiam sic puerulos appellatos, vel quia hoc modo appellaretur infantis τὸ αἰδοῖον: *virilitatis insigne.* Acqui Voss. in Etymolog.de liter. permut. *Aeoles inquit mutant M. in B. vt μύττος Βύττος (quod teste Hesychio est γυναικὸς αἰδοῖον, pars muliebris) vnde Puta posterioribus seculis accipi cœpit pro muliebri pudendo, atque Italis ab eadem quoque origine putana dicitur scortum.* Sed quid attinet cuncta à Græcis morose repetere, cum Latina suppetant? Nam *puerus, putus,* vnde *putillus,* & *puta,* & *pusio, pusillus, pisinnus.* Sane Arnobius Lib. V. pusionem appellat partem illam non nominandam: de Baubo, Cererem obstinate cibum repudiantem ad risum excitante. *Vertit Baubo artes, & quam serio non quibat allicere, ludibriorum statuit exhilarare miraculis: partem illam corporis, per quam secus fæmineum, & subolem prodere, & nomen solet acquirere genericum, longiore ab incuria liberat, facit sumere habitum puriorem, & in speciem leuigari, nondum duri, atque striculi pusionis.* Vbi pusionem appellat, vt cum Apuleio loquar *interfæmineum.* Liberat à longiore incuria, idest filicem runcat, polit, & leuigat, quod infra appellat nouationem pudendorum, vt pusio purus, & glabellum fœminal appareret, nondum durus, & asper pusio, & instar histriculi pilis horrens. Nam *striculum* pro *histriculo* esse viri docti adnotarunt. *Putam* igitur, & *pusam,* & *pupam* blandiendo appellabant, Veneti *pua:* & pusio purus, & leuigatus opponitur duro, & instar erinacei hispido, quod indicant verba illa. *Obiecitque oculis formatas inguinibus res, Quas caua succutiens Baubo manu, nā puerilis, Ollis vultus erat, plaudit contrectat amice.* Puerilis vultus, idest virginalis, nondum pilorum iniuriâ pubescens. Sed pudet diutius ista persequi, quæ ne ad cogitationem quidem seuerioris notæ homines solent admittere. Neque audiendi qui à *porca* deducunt, quamquam ea significatione apud Varronem legatur.

POTAGGIO. Iusculum rerum elixarum, liquidum, & potabile, siue *potaticum.*

POZA. V. *Orza.*

POZZA. Limosæ aquæ collectio. *Fouea, Pouea, Pozza.* Galli *boue,* rustici nostri *boua. Pozzacchera* aqua lutosa, & residens. Dant. Inf. VII. *Così girammo della lorda pozza, Con gl'occhi volti à chi del fango ingozza.* Etrusci *Pozzanghera. Zaccheroso,* luto aspersus, *Zambraccia,* vestium extrema luto conspurcata. *Ciacco,* lutum. Hisp. *Charco.*

PRATTICO. Peritus. Non à praxi, sed ab *experto, experticus, parsicus, prattico.* Etrusci, *Spertico.* A praxi est *prasticare,* agere, versari, quamuis & illud à frequenter agendo dictum videri possit.

PREBENDA. Latina vox. Gellius L. XV. 4. de Ventidio Basso. *Victum sibi agre quæsisse, eumque sordide inuenisse, comparandis mulis, & vehiculis Magistratibus, qui sortiti prouincias forent, prabenda publice conduxisse.* Tà præbenda: vnde *Prabendam* fecerunt, pro alimentis, & reditibus Sacerdotum, & Clericorum. Quod pro modo & mensura præberetur, vt Vossius. Hinc pro mensura hordei, aut auenæ quæ equis apponitur. Calaber veterin. *Che à pena possa prender con la bocca la prebenda, ò lo feno, ò le altre chouse.* Et *Profenda.* Cresc. IX. 5. *Anche è vtil cosa che'l cauallo spessamente mangi in terra, allato à piedi dinanzi, si che à pena possa la profenda, e'l fieno pigliar con bocca.*

PREDELLA. *Brella* Insubres. Scamnum, suppedaneum, præcipue ad genua flectenda à pedibus, quasi *Pedella* (Glossæ Ὑποπόδιον) *Scabello, scancello,* vt recte coniicit Chimentellus de honore bisellij, cuius immaturo interitu detrimentum bonæ literæ fecerunt. Frustra igitur vox à Germanis arcessitur, *Bret, bretel,* quod asserculum significat. At Dantes *Predella* alio sensu accepit VI. Purg. *Guarda com' està fiera è fatta fella, Per non esser corretta dalli sproni, Poiche ponesti mano alla predella.* Non à *brida* Latina voce inusitata, sed à *redine* (retinacula) *redinella, bredinella, bredella, predella.* Sicut à *bredina, bridina, brida.* V. *Brida.*

PREDERIO. Insubres appellant auium intestinum, quasi *petrarium, predarium,* à sabulo, & petrulis, quæ in eo reperiuntur, Vene-

ti à duritie; *durello*.

PREGADI, Venetus Senatus; quod olim rogarentur Patres, vt in Curiam conuenirent. Lamprid. in Heliogabalo. *Deinde vbi primum diem Senatus habuit, Matrem suam in Senatum rogari iussit*. Nisi quis à rogandis de rep. sententijs appellatos putet. Patauij extat *Vicus Rogatorum*.

PREGIONE. *Prigione*. Carcer. *Prehensio*, tam pro loco, quam pro eo, qui in vincula coniectus est. Vt olim *custodia*, pro vincto, & *ergastulus*, pro compedito, & ergastuli incola, vt Lipf. Elect. II. 15. *Priso*, *Prison*. Marculf. 249. Vide Vofs. de vit. Serm. Lib. II. 15. & IV. 17.

PRESCIVTTO. V. *Persutto*.

PRESENTE. Donum. Munus. Hotomanus de verbis Iuris, *Donum*. *Quin & absentes res donari recte dicuntur, munera autem mitti, & præsentia offerri L. munus 18 de ver. sign. Qua de causa fortasse Gallica lingua* Præsentia *nominamus, qua præsents in manus dantur*. Inde *præsentare*, pro offerre, donare.

PRESSA. *Presela*, cum se turba stipat, ac premit, *Calca*, Sicut *fretta*, *folla*, *follica*, *frotta*, *fretta*. Liu. *Getta l'insegne nella maggior pressa de nemici*. Proprie tamen pro festinatione, nam qui negotijs premitur, *ha pressa*, gradum accelerat, & obuios in turba premit, ac pellit. Pap. *Presſare, frequenter premere, appressurarse*.

PRESTO. Paratus, celer, expeditus. *Qui præsto est*, Vide Vols. L. III. 36.

PRESSO. Proximus, *proxus*, *prosso*, *presso*. *Appresso*. *Adproxime*. Gal. *Proche*, non à prope, sed proximo.

PRESTARE. Commodare, & Fœnerare. Salm. de vsur, C. VII. *Iustinianus in eadem lege, vt pecuniam commodet, reposuit, pecuniam præstet*. *Sane hodieque præstare pecuniam dicimus, pro mutuam dare, & præstum pecunia, pro mutuo. Quod verbi apud nos de omnibus rebus, qua commodantur non accepta mercede accipitur. In lege Salica, titulus est de re præstita, idest commodata, In Longobard. Iumentum præstitum ad vecturam*.

PRETTO. Purus, non mixtus. Cerno, cretum, excretum, *pretum*, & *pretto*. Simplicius, *pureto*, *pretto*. Dant. Parad. IX. *Forma, e materia, congiunta, e purete*.

PRIMAVERA. *Prima Veris signa*.

PRIMICERIO. Iunius ad Codinum, *Primicerius quisquis primus est ordine, in functione qualibet. Dicitur enim Primicerius, non quod primus inscribat cera (vt censet Alciatus) sed quod primus inscriptus sit albo, sine ordinis sui catalogo, & primas in suo ordine obtineat, aut primâ cerâ, idest summa inscriptus est. Primicerius lectorum, aulæ, vel sacri Palatij, protectorum, domesticorum*.

PRIVATO. Familiaris, domesticus. Pap. *Familiaris, domesticus, assuetus, priuatus*. Vt scilicet publico, & vulgari opponitur. Capitol. Caroli Calui. p. 291. *Illi sic priuatus non erat, vt antea fuerat*. Sirmondus ibi. *Familiaris, & amicus. Inde in vernacula nostra* Priuè *familiaris*, & Priuautè *familiaritas*. Sic hodie in aula priuati dicuntur, quos interius ministerium, & Principum gratia supra ceteros extollit. Galli, *Apprinoiser*, bestias cicurare, quasi priuatas facere, idest domesticas, & familiares. *Apprinoisè*, cicur. *Besties, prinees*.

Sed *Priuato* etiam pro sellis Patroclianis sumitur. Dant. Inf. XVIII. *Quiui venimmo, & quindi giù nel fosso, Vidi gente attuffata in vno sterco Che de gl' human' priuati parea mosso*. Scilicet Sella familiarica. Aliqui latrinas à latendo dictas putarunt, quod semotæ, & occultæ, Foricas autem publicas, à foro. Vtrumque reiicit Vofs. in Etymol. Et illud à *lauatrina*, hoc à *forijs* recte deducit.

PRO. Vtile, *proficuum*. Prodesse, *Prode*, *Prò*. *Fà prode*, prodest. Facit prodesse. Dant. Purg. VI.

Non saprei dir quanto mi fece prode.

Crescent. Lib. I. 2. *Fà prode*. Vita Nicol. Laurentij p. 19. *La pane, la carne, lo vino non cessaua buono, ne cessaua prode*. Dant. Purg. XV.

Et io pensai andando
Prode acquistar nelle parole sue

Prò. *Bon Prò*, pransis, ac cœnatis, item potantis dicitur. Profit. *Bon pro faccia*. *Prouecho*. Hisp. non à *prouentu*, sed à *proficuum*.

PRODE. Fortis, strenuus. Casteluetrus πρῶτος, primus, quod virtute ceteris antecellat. Siluius p. XXIX. & Bouillus à *Probus*, *Preud*, *preudè*, *Preud home*, *preude femè*. *Preu*. Probatus, spectatæ virtutis, *che hà fatto proue del valore*. Verosimilius tamen est ab eodem verbo *Prodesse*: vt *Prode* sit, qui virtute, & egregijs facinoribus mortalibus prodest. Vt sit illud Vlyssis apud Ouid. Met. XIII. *Tu tantum corpore prodes, Nos animo*. Galli *Preus*, qui prodest. Ita *Prodezze* fortia facta dicütur, eorum præcipue, qui quod orbem peragrarent, vt oppressis opē ferrent, equites errantes dicti sunt.

PROCACCIARE. Procurare, *Proagere*, *proagitare*, *procacciare*. V. *Caccia*. *Procacchio*, Tabellarius, qui viatoribus victum, & itineris necessaria procurat. *Procacchio*, procuratio.

PROCESSIONE. Supplicatio à *procedendo*, quæ vox sacris scriptoribus familiaris. Tert. ad vxorem. 4. *Si procedendum erit, nunquam magis familia occupata adueniat*. Et Sidon. L. V. 17. *Processio fuerat antelucana*. Ordo in supplicatione procedentium.

PROCESSO. Tabellionum acta, quod iis in causæ cognitione, & criminum inquisitione procedatur.

PRODA. *Prora. Approdare*, adpellere. *Abbordare*. Inde *Proda* pro ripa, & crepidine. Dant. Inf. IV.

Vero è chen' su la proda mi trouai
Della valle d'abisso dolorosa.

PROFILO. Extremitas, Circumcæsura. *Filum, Perfilum*. Lucret. V. *Nam prius omnia, quæ longe semota tuemur Aera per multum speciе confusa videntur Quam minimum filum*. Gifan. ibi. *Translate textura. Filum autem poeta extremitatem corporum, ac rerum vocat, oras extremas alibi, circumtexturam, circumcæsuram*. Vide & Lambinum ad illud eiusdem Lib. II.

Esse pari filo, similique affecta figura.

PROFVMO. Vnguentum, odoramentum. *Suffimentum*. Proprie suffitio, & suffimentum in purgatione olim, cum sulphuris fumo, & teda expiantur. Iuven. *Cuperent lustrari, si qua darentur sulphura cum tedis*. Et Prop. *Deinde quemcunque locum externa tetigere puella Suffit, & pura limina tersit aqua*. Cicer. de Leg. *Nam & in ijs, sine illius suffimentis expiati sumus*. Vide ibi Turnebum. Postea vox translata ad odoramenta, & suffitionem thuris, stiracis, & vnguentorum, gratum odorem spirantium. Vnde Myropolæ, siue Vnguentarij *Profumieri* appellantur.

PROPAGINARE. Diri supplicij genus, quo olim latrones, & grassatores viui in caput defodiebantur. Translatum à ramis arborum, ac vitium palmitibus, qui terra panguntur ad propagandum. Vill. X. 25. *Et altri di loro fece propagginare.*

PROTO. Veneris Græca voce dicitur Architectus. Pap. *Architectus, princeps, vel magister architectorum*. Princeps est πρῶτος, primus.

PROVENDA. *Proffenda*. Hordei, aut auenæ mensura, quæ iumentis apponitur: non à præferendo, sed idem ac *Prabenda*. Morgant. Cant. XXII. *Di perder la prouenda di quest'anno*. V. *Prebenda*. Gal. *Prouande*. Germ. *Pfrund*.

PROVO. Insubres. *Proxime, Prope, à prouo, ad prope*. Dant. Inf. XXI. *Mà per quella virtù, per cu' io mouo, Li passi miei per sì seluaggia strada Dann' vn de tuoi, à cui noi siamo à prouo*. Licet Landinus interpretetur, qui nos probet, & bene comitetur, vel ad experimentum, cuius ductu, nos probemur, putarim poetam *Prouo* intellexisse, pro eo qui prope nos sit, qui nobis proximus adsistat, *che ci stij appresso*: cui nos adprope simus. Parad. XIX.

Mà vedi molti gridan Cristo, Cristo,
Che saran in giudicio assai men prope.

PVGNALE. Sica, Pugio, *pugionalis, pugnale*.

PVIDA. V. *Pipita*.

PVINA. Veneti caseum recentem appellant. Scalig. Arist. Hist. an. L. X. à *Pus, puris* deducit, vbi loquitur de lippitudine oculorum. *Vult intelligere lachrymam non congelatam, sed potius discoctam in puris modum. Gramia à Latinis dicitur, quales in canibus multa, à Græco Γλάμη. Mutato elemento Plin. lemam dixit in XXIIJ. Hermolaus interpretatus est lacrymam congelatam, male; nam cocta est oculi calore, vt mucus in naribus. Concreta lacryma dicitur. Hanc Puinam Veneti dicunt scitissimo vocabulo. Pus enim maxime omnium rerum repræsentat*. A puris ergo circa oculos similitudine recentem caseum dictum putat. Pus à Græco πύος, vt Barbarus in Glos. Plinianis. *Id crassissimum, inquit, & albissimum cum sit, glutinosius est sanguine, & sanie*. Non falsa modo, sed spurca originatio. Non enim à πύος, pus, puina dicta. Sed à πῖαρ, quod est pingue, siue res pinguis, est enim lactis pinguedo, & cremor. Sicut in Epigram. dicitur πῖαρ, pro πῖος, siue πιότης, pingue, pinguedo. Est enim pinguior lactis pars. Ita Mediolani, qui caseum recentem per vias ferunt, clamare solent *Iop, Iop*. nempe à πῖος, *Pio, pio*, addita sequenti litera, *Piop, Iop*. Iidem *mascarpa*, e *mascarpina* turpi etymo appellant. Petron. *Ingemui ergo vtique propter Mascarpionem*. Quod interpretari pudor vetat. Puto tamen *mascarpa*, à massa lactis coaliti. *Carpiare* enim est coalescere, condensari. V. *Carpie*.

PVLA. Apluda. V. *Bula*.

PVLCELLA. *Puella, puelicula, puelicella*. At *Pulicello, Purisello*. Hymen. virginalis pellicula, *pellicella*, & *Pellicello*. *Pulcellaggio* Etrusci Virginitas. Gal. *Pucelage*.

PVNTA. Gladii acumen punctim feriens. Et pro punctione siue punctura. Dant. Purg. XXXI.

Volgendo il suo parlar à me per punta,
Che pur per taglio m'era paruto acro.

Punctim, & cæsim. Veget. L. I. 12. *Non cæsim, sed punctim tyrones ferire discebant. Nam cæsim pugnantes, non solum risere, sed etiam derisere Romani. Cæsa enim quanis impetu deueniat (di taglio) non frequenter interficit: at contra puncta, duas vncias ad acta mortalis est. Deinde dum cæsa infertur, brachium dextrum, latusque nudatur: puncta autem tuto corpore infertur*. *Puncturam* Cicero intellexit in Parad. *Minutis interrogatiunculis, quasi punctis, vt non cæsim, sed punctim ferire videantur*. Quod de Fin. explicat. *Pungunt quasi aculeis, interrogatiunculis argutis*.

Puntare, pungere, pungitare. *Spuntare*, de Solis orientis radiis, ab eorum acumine. Prudentius Hymno II. Matutino. *Caligo terra scin-*

scinditur, *Percussa Solis spiculo*. Nebris. ad fabulam alludit, quæ in Apollinem sagittas refert propter radios, nam spiculum sagitta est. Alibi. *Radiorum spicula*. Lucret. IX. *Non radij Solis, neque lucida tela diei*. *Spuntare* etiam dicuntur pili barbæ primo erumpentes, à pungendo. *Punzecchiare*. Pungitare. *Ponzone*, aculeus.

PVNTELLO, Fulcrum, fulcimentum. Vitruvio fulturæ. *Ponticulus*, *Ponticellus*, *Pontellus*: quod instar pontis sustentet, & fulciat. *Puntellare*, fulcire. *Puntiglio* à puncto, res minimi momenti, siue puncti. Punctum pro re minima, aut nulla. *Senza punto pensare*. Dant. Purg. VIII. *Punto non fù da me guardare sciolta*.

PVNTO. *In vn punto*, Puncto temporis. Lucret. *Puncto tempore*. II. *Nonne vides etiam patefactis tempore puncto Carceribus*. Cic. II. de Consulatu. *Atque vna fixi, ac signati temporis hora*. Græci ἐν ἀτόμῳ. *In vn attimo*. Arnob. L. II. sine temporis adiectione posuit. *Reclamabunt cuncta gentes, cruciatus nobis ostentantes suos, quibus puncta per singula, genus vritur, & laceratur humanum*.

PVNZONE, & *Sponzone*. Pugni ictus, aut alterius rei incussus, sine vulnere.

PVPVLA. Veneti Suram appellant, quasi *Pulpam* cruris, vt ceteri, *(la polpa della gamba)* partem cruris carnosiorem, siue ventrem, tibiæ obiectum. Galli *Le mol della iambe*, partem molliorem. Hisp. *Pantorilla*. Vt sit torulus, siue pars cruris eminentior. Poples aliud est, nempe genu flexura, quæ tamen proxima est.

PVLLVLARE. *Ebullire*. Dant. Infer. VII.

Che sotto l'acqua hà gente che sospira
Et fanno pullular quest' acqua al summo.

Dictum quasi *bullulare*, à bullis, quæ in aquæ bullientis summo erumpunt.

PVRE. Plus, pluris, *plure*. Tamen, plus tamen, *pure assai*, plus satis. *Di pure*, *parla pure*. plura, loquere plura. Bocc. *Hora fossero essi pur già disposti à venire*, plus iam. Dantes Purg. III. *Perche pur diffidi*. *Or pur auenne*. *Di più*. *Mà pure ostinato in la sua credenza*. Cetera in hunc modum.

PVTTA. PVTTANA. Vt supra dictum est. Puer, purus, *putus*, & *putillus*. Glos. *Putus* μικρός, & *Puti* μικροί. Postea in malam partem *Putto*, & *Putta* sumi cœpit, pro puero, & puella meritoria. Dant. Purg. XI. *La rabbia Fiorentina, che superba Fù à quel tempo sì, com' hora è putta*. *Putana* pro scorto vulgari, quasi *Puta* maior, vt Insubres *Tosa*, e *Tosana*, *Tosi* & *Tosoni*. Nequaquam à πόσθη, vt Vossius, neque vt Coaruv. quod puteat. Hoc enim putidum est. Iidem Hispani *Puto* pro pæderaste, siue puerario. Itali pro exoleto, quem Latini veteres *Catulastrum* appellarunt, Græci *Bupedem*. Glos. πάλληξ, idest *Catulaster*. Dant. Inf. XIX.

La Meretrice, che mai dall' hospitio
Di Cesare non torse gl'occhi putti.

meretricij. Ceterum Pueri, *puti*, & olim, & nunc pro seruis. Plin. XXXIII. I. *Hoc profecere mancipiorum legiones, & in domo turba externa, ac seruorum quoque causa nomenclator adhibendus. Aliter apud antiquos, singuli Marcipores, Luciporesq; dominorum gentiles*, idest Marci ac Lucii pueri, serui.

PVZZA. *Putor*, *Puticia*. Putor, *Puzzore*, *Puzzare*. Putere.

Q.



VA. Hac, *Acà*, *cà*, *quà*. Recte Cittadinus Cap. XXV. Ab *hic ille*, & *hoc illud*, *ebillo*, & *ehello*, *quello*. Ita *Hac*, *acà*, *cà*, & *quà*. Quod autem *Cà* pro Hac, quia Itali H. pronunciant *Hac*, gutturali aspiratione. Hispani *Acà*, *aculà*. *Colà*. Vulgus Insubrium *Sestà*, politiores, *Cià*, & *zà*, vt etiam Galli *ça*. Ita *hoc*, *scio*, & *ciò*, *cioè*, hoc est. *Perciò*, propter hoc. Nil opus ergo particulam *Ecce*, addere.

QVADERNO. *Quaternio*. Folium in minora quatuor complicatum, vel quaterna folia, etiam pro libro plurium foliorum. Sicut *Quinterno di carta*. In quo quatuor quaterniones. De his Vos. L. III. 40.

QVADRELLO. Tum laterem significat, quod ferme eam figuram referat, tum verutum, siue sagittam quadrilateram, quale Romanum pilum. *Quadratulum*, *quadratello*, *quarello*. Galli. *Garreau*. Non est ergo vox barbara, vt censet. Vos. II. 16. Vil. VII. 91. *E balestrarono com' altra volta nella terra quadrella d'ariento*.

QVAGLIA. Coturnix. *Qualea*, *Quaquila*. Pap. *Quaquila genus auis*, *vulgo coturnix à vocis sono*. Vulgo de eo *squà quarà*. Vita Caroli M. *Duas caniculas, qua agilitate sua vulpes, & ceteras minores bestiolas facillime capientes, quaccaras etiam, & alia volatilia ascensu celeriore fallerent*, à vocis sono.

QVALCHE. Qualiscumque. *Qualsiuoglia*, Quilibet. Pro vili, & obscuro. Quilibet è populo. Plin. L. VII. del. Dentato. *Bù ab Annibale*

bale rapius; vtique enim cum quolibet hoste res fuit.

QVANTVMQVE. *Quantumcunque*, vtcumque, quamuis.

QVANTI. pro Quot. Manil. III. *Et quantis in vtrumque modis tollentur ad ortus*. Scalig. *quantis*, *quot*. Alibi *Tantos orbes*, tot. Tertul. Apol. *Et sunt tanti, quanti denotamur*, idest quot. Cornutus in Persium Sat. II. *Cretenses dies latos albo lapillo, & tristes nigro indicebant. Postea computo facto lapillorum videbant, quantos dies in anno latos vixerant.*

QVARANTENA. Quadraginta dierum experimentum, quod à pestilentiæ suspectis exigitur. Item ieiunium XL. dierum, idque contractè *Carenam* dixerunt: quod pro pœnitentia iniungebatur. Præterea ius viduarum post mariti excessum XL diebus remanendi in ædibus. *Quadraginta, quaranta, Quarantena.* De quibus Vols. L. III. 3. & 40.

QVARTARO. *Quartarium*, & *Quarterium*, cuiuslibet mensuræ quadrans: quarta pars sextarij. Pap. *Quartarium, genus mensura, idest vrna.*

QVATTARE. Corpus deprimere, ac submittere, ad latendum. Non à *captare*, sed ab *accubitare, acquattare*. Menag. *Cuter* ait dici à rusticis Andegauensibus, *Cubitare*. V. *Aguato*, pro insidiis, quæ ab insidendo depresso corpore. *Quatto, quatto.* accubans, accubitans. Inde Insubres *Quattare*, pro opperire, *Quatto*, inclinatus, corpore depresso, ad latendum. Amet. 100. *Io mi leuai dal luogo, ou'era quatto Stato à vdire.* Dant. Inf. XXI. *Trà li scheggion del ponte, quatto, quatto.* Com. Inf. IV. *Che è andar quattamente, tirando il ventre sopra la terra, per non esser sentito.*

QVATRINO. Quadrans, *quadrantulus*. Triens, siue quarta pars Assis, siue æris. Græcis χαλκὸν, Chalcum. Sicut Dichalcum, quod vulgo *Sesinum*, quasi semissem assis.

QVELLO. V. *Qua*.

QVESTO. *Hic iste, chesto, questo*.

QVETO. *Cheto. Quieto. Quetare, quietare*, quietum, & securum reddere. *Quitanza* Apocha.

QVI. *Hic, Hichi, Chi. Quinci*. Hincce, *Quindi*. Hinc inde.

QVINTANA. Ludus equestris, cum directa in ligneum simulacrum, quod clypeum gestat, velut in scopum, hasta incurritur. Κόνταξ. Iustinian. I. Cod. de aleator. *Dumtaxat autem ludere liceat, μονόβολον, κοντομονόβολον, κυντανὸν, κόνταξ χωρὶς τῆς πόρπης.* Et Leg. III. *Deinceps vero ordines quinque ludos, Monobolon, Contomonobolon, Quintanum contacem, sine fibula, Perichyten, & Hippicen.* Robert. Monachus Hist. Hierusal. *Tentoria varijs ornamentorum generibus venustantur, terra infixis sudibus scuta apponuntur, quibus Quintana ludus scilicet equestris exercetur.* Non à quodam Quinto, qui eum ludum inuenit, vt Balsamon ad Homocanonem Photij tit. XIII. nugatur: sed à *Conto*, siue hasta pura, idest minime ferro præfixa, qua in scutum incurrebatur. A *Conto*, & *Contaco, Contana, & Quintano*.

QVITANZA. Acceptilatio, Apocha. *Quietanza*, quod soluendo creditorem quietum reddimus. *Quietare, & quetare*, pro finem imponere, liberare. Vil. IX. 32. *Si quetoe della rendita del tempo, che l'auano tenuta.* Et VI. 92. *E quetoti ogni seruigio.* Germ. *Quittung.*

R.



RABADO. Truculentus. *Vecchia Rabada*: irritabilis: rectius à *rabie* ductum videtur, quam à ῥαβάττειν. Galli *Rabasse*.

RABBRVSCARE, & *rabbruscarsi* dicitur, cum tempestas frigidior esse incipit, à frigus, frigusculum, *fresco, brusco*. *Vna mattina brusca*. M. Villan. *Cominciando sul brusco, e spiaceuol tempo, per infieuolire gl'animi loro.* Non autem à vini sapore, aspero, & austero. *Rabbruzzare* autem, cum se tenebræ vesperi intendunt, contractum à *crepusculo, pruscolo, pruzzolo, bruzzo*.

RABVFFADO. Horridus, impexis capillis. V. *Buffa*. Nam *buffa*, & *boffo*, sunt capilli implexi, & conglobati. Galli. *Rebours*, contractum ex *rebusso*; non autem à *Burra*. Isidor. *Reburrus, hispidus*. Chron. Becensē apud Vols. *Habebat capillos crispos, & rigidos, & vt ita dicam reburfos, ad modum ramorum pini, qui semper tendunt sursum*, idest minime pectitæ capiti adpressos: retrorsum, & in contrarium erectos, & in altum conglobatos. Item à *rabuffare*, Etrusci *Arruffare*, & *Arrufato* de capillis & barba impexis. Bur. *Imperoche portaua i capelli molto arruffati.* Non a rutando capillos, possunt enim rutari capilli, & esse compti minimeque implexi. *Rabbuffarsi*, contendere, in capillum inuolare, *azzuffarsi*. Dant. Inf. VII.

Perche l'humana gente si rabuffa?

Rabbuffato etiam de apris, & canibus, setas, aut pillos arrigentibus. Boc. Vrb. *Vn addentato Cinghiale, tutto sebtumoso, e con rabbuffato pelo.*

Ariost.

Arioſt. *Con aſpri rimbrotti, e rabuffati doſſi. Ribuffo, far vn ribuffo*, obiurgare, increpare ab inflaris iraſcentium buccis. Horat. Sat. I. *Quid cauſa eſt merito, quin illi Iupiter ambas, iratus buccas inflet? Buffare* autem & *ſbuffare*, eſt ſufflare, genas inflare. Plaut. Bacch. *Sufflatus ille huc veniet*. Pl. *diruptum velim*.

RACCAPRICCIARE. V. *Capriccio*.

RACHETTA. Reticulum impellendæ pilæ, vnde nomen inuenit.

RACCOLA. Vel *Rancula*, vel *Ranuncula*.

RACCONTARE. V. *Ragguagliare*.

RADIMADIA. Radula, qua aſperſionis reliquiæ ex alueo, ſiue mactra eraduntur. *Raſarola*.

RADO. Rarus: Veneti *Chiaro*: à tela, quæ tranſlucet, ob filorum raritatem.

RAFFIO. Ferrum oblongum, & aduncum. Vel à *Graphium*, *Graffio*, *& raffio*, vel à *Raſtrum*, quod inſtar fuſcinæ bicornis eſſet. Dant. Inf. XXVI. modo *raffi*, modo *graffi* appellat, contos ſcilicet vncis, & incuruo ferro præfixos: & quia inſtar raſtri, vtitur, voce addentare. *Poi l'addentar con più di cento raffi*. Quod autem ferrum aduncum eſſet, paulo infra *Roncigli* appellat, quaſi *Vncinulos*, *E volſer contra lui tutti i Roncigli. Diſſe è preſiſi il braccio col ronciglio. Inanzi che l'vn di voſtro m'appigli. Arroncigliare*, pro vnco trahere. *Gl'arroncigliò le impegolate chiome*. Et vt in verborum varietate, Poeta admirabilis eſt: verbum *Accoccare* finxit, quod idem valet. Nam *Cocca* eſt vncus, vt alibi docuimus. *Ei chinauan li graffi, & voi che'l tocchi Diceuan l'vn con l'altro in ſul groppone E riſpondean, ſi ſi che gl'en accocchi*. Cumque vt dixi huiuſmodi fuſcinæ bidentes eſſent, inſtar furcillarum, verbo inforcare vſus eſt. *E diſſe ſtate in la mente io l'inforco*. Quare & ab Harpax *Arpione*, *Arpio*, & per metatheſim *Raffio*, & *Graffio* formari potuit.

RAGAZZO. V. *Garzone*.

RAGGIA. Raſa, Reſina. *Ragina*, *ragia*. Raſa, pro dolo, fraus, *fraſa*, *raſa*.

RAGGIARE. Rudere. Salm. ad illud Capitolini, *Aſini rudunt*. *Optimus Palatinus* ragiũt: *quod alibi memini legere dictum de Aſinis*: Nempe rudunt, *rudiant*, *radiant*, *radant*, *raggiant*.

RAGGOMICCIOLARE. V. *Gomitolo*.

RAGIONARE. Loqui, ſermonem habere. Non à *ratiocinari*. Sed vel ab *orationare*, vel à *ratione*, ſiue computo: vnde *Contare*, *& raccontare*, pro narrare, ſicut *ragguagliare*, vt infra.

RAGIONE, & *Ratione* pro parte, ſiue portione conuiuii. Lex. Arab. Latin. *Rationi mea*, *portioni*. Ratio eſt Ius, vnde Ius dicere, *render ragione*. Atqui Ius, vt doctiſſimus Hiſpanorum Fr. Sanctius de Analogia, obſeruat, proprie ſignificat diarium, ſiue portionem victus. *Antiqui enim* inquit, *vt Val Max. L. ij. narrat, adeo erant continentia attenti, vt frequentior apud eos pultis vſus, quam panis eſſet. Quod Plin. L. xviij. C. viij. confirmat. Non itaque veſcebantur carnibus, ſed oleribus, aut pultibus, totumque prandium Ius vocabant. Haius autem Iuris in conuiuijs pares dabantur vnicuique partes: vnde Homerus conuiuium æquale, fere ſemper nominat. Itaque proprie Ius eſt, quod Hiſpane dicimus* Quiñon, parte, porcion, ordinario. *Gratis eſt Chenix, ideſt dimenſum, vt vocauit Terentius. Hebreis man, à verbo, mana, ideſt diuiſit, vel numerauit. Hinc igitur metaphorice Ius vocatur, manus illud, quod ſuum cuique tribuit*. Hoc meum ius eſt, ideſt portio conuiuij, *la mia ratione*, & *racion di pane, e vino*, pro parte, ſiue portione.

RAGIONATO. *Ratiocinator*, Calculator, qui rationem ſubducit. Gloſ. Ψηφιστὴς, ὁ ἀριθμῶν. *Computator*, *Nummularius*; *Rationator*. Et χαλκολογος. *Nummularius*, *Æſculator*; χαλκολόγῳ. *Æſculator*: Ab æreis calculis in computando. *Ragionati* Veneti appellant, æra, ſiue calculos, quorum in ſubducenda ratione vſus eſt.

RAGNA. Aranea. *Ragnera*. Tela aranearum & improba textura. Gloſſ. Τρύβλιον τῆς ἀράχνης *Caſſes*, *Araneæ tares*. Vulcanius *Caſſes*, *Telas araneatum*. Recte, nam *Ragna*, caſſis, ſiue rete tenuiſſimum, quod fuſe deſcribitur à Creſcentio L. x. 19.

RAGGVAGLIARE. Referre, narrare, certiorem facere. Eſt quidem ab æquare *æqualare*, *reaequalare*, *reæqualitare*, non tamen, eo quod narratio æqualis ſit rei quæ geſta eſt. Sed quia ſicut *Contare*, & *raccontare*, *eſt computare*, ſiue rationem putare *far i conti*, ideſt paria facere, vt conſtet ratio expenſi, & accepti. Sicut inquam tranſlate dicitur *raccontare*, pro referre, ita & *ragguagliare*, primo eſt rationes æquare, ſiue æqualare, deinde ſumitur, pro rem referre, & veluti rationem reddere eorum quæ dicta, aut geſta ſunt. A ratione, *ragionare*, à computo, *raccontare*, ab æqualitando, *ragguagliare*, Licet *ragguagliare* ſimpliciter ſumatur, pro æquare, & rem parem facere. Villan. x. 87. *Il quale per lo debito di natura, ragguaglia il grande col piccolo*.

RAITRI. Equeſtris militia. Vox Germ. Grotius Lex. Goth. *Himmerst. Him-rest*, *domeſticum equitatum habens*. *Reiſa*, *equitatus in lege Bauara*.

RAMMARICO. *Amaror*, *amaritudo animi*. *Amaricari*. Dant. Purg. XXXI. *E qual eſſe di cuor*,

cuor, che si ramarca. Vet. Onomast. *Amarico*, παραίνω. *Amaricere*, *rancore*. Pap. *Rancor*, *dubietas*, *mentis amaritudo*, *inuidia*, *dolor*, *odium*. Dant. Inf. XXVII. *E se vestito andando mi rancuro*. Landin. *Mi rammarico*, *& à me medesimo porto odio*. Et *Rammarichio*.

RAME. Æramen. Galli *airain*. Germ. *Kupfer*, *à Cupro: oder ertz*, *Æritium*. Hisp. *Arambre*, *alambre*, æramen. *Ramina*, æramina, vasa ærea. *Ramainolo*: æramineum, æraminiolum.

RAMENTARSI. In mentem reuocare.

RAMFO. *Gramfo*. Neruorum conuulsio. German. *Krampf*.

RAMINGO. Accipiter vagus, & errans, à ramis, *Raminicus*, ad differentiam *Nidasiorum*. Landin. ad illud Dantis, *con gl' occhi grifagni*. *Li vccellatori chiamano gli Sparuieri*, *Nidiaci*, *raminghi*, *& grifagni*. *Nidiaci sono è presi nel nidio*: *Raminghi quelli che nouellamente vsciti del nidio non volano anchora molto*, *mà molto si posano in su rami de gl' arberi*: *Grifagni sono quelli*, *che già passato l'anno sono mudati in selua*. Idem, & *Ramare*. Ramagius Galli *Branchier*, à brachijs arborum, ideſt ramis, *broche*. Bud. in Pand. 302. *Ramales sunt*, *qui iam ferme adulti*, *& nido oberrantes*, *ramulatim volitantes capiuntur*. Fridericus. 209. Hinc *Ramingo*, pro vago, errone, & profugo. Et Hisp. eleganter *Ramera*, vagum, & deuium scortum appellant.

RAMOLACCIO. Rafani satiui genus. *Armoracia*. Plin. L. XX. C. IV. de raphano. *Est & satiuus* (alij legunt, siluestris) *vsus in Italia*, *& Armoraciam vocant*. Dioscor. L. II. *Agrestis vero raphanus*, *quam Romani Armoraciam vocant*. Gloss. *Armoracia*. Ῥαφανίδιον. Cum autem minus acri sapore est, Insubres appellant *Ramepogne*, scilicet instar rapæ insipidum.

RAMPARE. *Rampicare*: rependo ascendere. *Reptare*, *reptitare*. *Leone rampante*, in Insignibus gentilitijs. *Reptans*. Lexicon Etruscum. Quod *Rampa*, siue *Zampa*, ideſt anteriori pede erectus minetur. Sed *Rampa*, est à rependo, siue reptando. An ab *erpex*, vel *arpago*, quod ferrum vncum, siue incuruum significat, *erpicare*, *inarpicare*, *rampare*, *rampicare*, incuruis manibus aliquid apprehendendo, se in altum erigere: quod aliter *Aggrappare* dicitur. Hoc magis arridet. *Rampicone*. *Erpicone*, *arpagone*. *Rampone*, & *Rampale*, contus vnco, siue incuruo ferro præfixus. Galli *Crampon* ferrum incuruum. *Rampino*, *Arpago*, *Arpax*. Pap. *Arpax dictus ferreus vncinus*, *quia arripit*, *quod in puteum cadit*.

RAMPOGNARE. Obiurgare, conuiciari: non à *rempugnare*: sed ab *improperare*, *reimproperare*, exprobrare: probrum obijcere. *Rampogna*, *reimproperium*, *rimprouero*. Dant. Purg. XVI. *In cui rampogna l'antica età la nuoua*: paulo infra ait. *In rimprouerio del secol seluaggio*. Et *Rimbrotto*, *Rimproccio*. *Improperium* exprobratio, *reimproperatio*. Vil. IX. 322. *Fecionsene beffe*, *rimproccіando i Fiorentini di lor viltade*. Galli. *Rabrouer*. Reimproperare.

RAMPOLLO. *Repullulans*. Hisp. *Repollo*. Et *Rampollo*, scaturigo, rebulliens, quod in scaturiendo bullas emittat.

RAMPONZOLI. Rapulæ, *rapunculi*, qui comeduntur in acetarijs. Sicut *Rauizze*, *Rapicia*, raporum frondes, quæ decoctæ in iusculis comeduntur. Plin. XVIII. 13. *Quadrupedes*, *& fronde eorum gaudent*, *& homines non minus suis horis gratia*, *quam cymatum (cimols.)* Etrusci *Raperonzo*.

RANCARE. *Rancato*, claudus, qui læsis renibus claudicat. *Sciancato*. V. *Anca*, & *Rancare*, *arrancare*, ab arcu, arcum, aut sclopetum intendere. *Inarcare*.

RANCIO. Croceus color, ab *Aurantio*. V. at *Rancio*, est rancidum, quod audacter à sapore transtulit Dantes, ad rem ingratam, & molestam Inf. XXIII. *Le Cappe rance*. Sicut Purg. II. de aurora loquens. *Si che le bianche*, *e le vermiglie guance*. *Per troppa etate diuentauan rance*, pro vietis, & euanidis, sicut sapori à vetustate rancor.

RANCVRA. *Rancore*, molestia, anxietas. Vel ab *Amaricare*, *rancore*: vt in *Rammaricarsi* dictum est, vel à *Rancor*, qui est odoris grauitas, ex vetustate, & putredine existens. Palladius. *Receptacula olei semper sint munda*, *ne nouos sapores*, *veteri rancore infecta*, *corrumpant*. Translatum ad animi molestiam, & amara curarum. *Et Rangola*, cura, sollicitudo, anxietas. *Rangolare*, sollicite curare. Anastas. Leone IV. *Quomodo ab eorum cordibus tantum potuisset rancorem*, *siue timorem auferre*, *anxius cogitare*.

RANDELLO. Breue lignum in summitate inflexum, quo funes arctius constringuntur. Fortasse à *rutrum*, quod est lignum rotundum ac breue, quo tritieum, & grana in modio ruuntur, siue raduntur, & *Rutellum*. Lucil. *Frumentarius est*, *modium hic secum atque rutellum Vnum affert*, *Rutello*, *Ratello*, & *Randello*. Cum autem simile lignum breue & acutum ballistis, & catapultis pro telo emitteretur, *Arrandelare* est torquere, emittere, rotare. *Randello*, quod emittitur, Galli *Garrot*, ideſt verutum, *veretone*, qualia ballistis torquebantur. Etiam ipsum instrumentum *Rondello*. Morg. Cant. I. *Vn sasso par*, *che Rondel quasi sgroppi*. Quod indicat à fundibulum, *frandibulum*, *rondibulum*, *rondellum*, vt supra innuimus in *Arrandelare*. Idem

Cant. IV. *Arrandolo la caniglia à Rinaldo*. Et paulo post. *Parue il Randello vsciſſe d'vn balleſtro.* Vt tam pro iaculo, quam pro machina accipiatur. V. *Arrandellare*.

RANGOGNARE. Muſſitando conqueri; Obmurmurare, *brontolare*. *Ringere*, *Ringonare*, à canibus ductum. Pap. *Ringere*, *murmurare*. *Ringit*, *indignatur*, *iraſcitur*, *murmurat*.

RANNICHIARSI. Ranarum more corpus, & membra contrahere. Lexicon tamen Etruſcum, in vnum ſe contrahere *à guiſa di nicchio*, quod oſtreum, ſiue conchilium ſignificat.

RANNO. Lixiuium. Vnde vox ortum trahat omnibus veſtigijs indagata hactenus feſellit.

RANTOLO. *Rantaco*, *Rantego*. Vel à *Rheuma*, *Rheumatico*, *Ranteco*, vel ab effectu, quod ob deſtillationem, difficilis reſpiratiò fit, & raucus anhelitus, *Reanbelo*, *Reanbelito*, *Rantolo*, ægre ſpiritum reciproco.

RANZA. Falcem Inſubres appellant. Secula, falx à ſecando dicta, vt Var. IV. de L. L. qua in pratis herbæ ſecantur. *Reſex*, *Reſeca*, *Reſecantia*, *Ranza*. A *Reſecula* iidem cultellum incurvum *Reſciolo* vocant, *Reſeculam*, ſiue falciculam, putandis vitibus, & ad alia miniſteria.

RANZON. Lytrum, redemptionis pretium. Germ. *Rantzcon*, *Rantzon*, quod eſt à *Redemptio*, vt Cuiacius, & alij docuerunt.

RAPA. Ruga, Criſpa, *Creſpa*, *reſpa*, *rapa*. Niſi quis malit à ῥυτίς, vel ῥακώδης.

RAPPIGLIARE. Veneti *arpiare*, de liquore, qui coit, & congelaſcit, quod coaleſcat, & partes ſe comprehendant. Vnde & *preſo* dicitur, *& far preſa*: & *preſame*, coagulum. Creſc. IX. 72. *E rappigliaremo il cacio di puro latte, col preſame dell'agnello, ò di capretto*.

RASA. Genus piſcis. *Raia*. Et Pix cruda. *Raſis*: teſte Columel. L. XII. 20. Quæ Plinio L. XIV. 19. *radulana* dicitur, tam ſicca vt radi poſſit. Vnde Dalechamp. pro *Raſi* legit *Raſilem*, ξυστὴ.

RASCIARE. Radere, *raſitare*. Et *Raſciare*, ſcreare, *ſcarcare*, exſcreare, pinguem ſaliuam attrahere.

RASENTE. Proximus, quaſi *radens*.

RASO. Serici genus. *Raſum*. Iuven. Et *galbana raſa*. Vnde raſæ veſtes, & Phryxianæ oppoſitæ, ideſt raſæ, & pexæ, ſiue pilis carentes, & villoſæ. Item *Raſſa*, pannus raſus, qui opponitur pexo, & villoſo. German. *Raſch*.

RASO. Vas plenum, item grani menſura, quæ ruitur, ſiue cuius culmen rutro raditur, cui opponitur *Colmo*, minime rutro æquatum. Stat. Patauin. Rubr. XX. 47. *Tot ſtarios blads ſicci det domino ad ſtarium raſum, quod ei veniebat de viridi ad ſtarium culmum*. Poſtea etiam ad liquida tranſlatum, vnde *Raſare* pro implere, & *pieno*, *raſo*. Dantes tamen *Raſo* pro vacuo accepit, à radendo, diuerſa ſignificatione Inf. VIII. *E le ciglia hauea raſe D'ogni baldanza*: radendo enim aliquid minuitur, ac detrahitur. Ceterum *Radidore*, eſt hoſtorium, fuſtis rotundus, quo cumulus aridorum æquatur, hoſtire enim eſt æquare, Hoſtimentum: idem à ruendo. *Rutrum*, & *rutellum*, & *rottolo*.

RASOIO. Nouacula, à *radendo*. Gloſs. *Raſorius* ξυστήρ. Pap. *Nouacula*, *Raſorium dicta*, *quia nouum faciat*. ideſt veluti genas renouet.

RASOLI. Vitis ſarmenta, ac palmites. *Reſeces*, *reſecoli*, *raſoli*. Columel. L. III. 10. *Nam confiteor pampinarios quoque cum è duro prorepſerint, tempore anni ſequentis acquirere fœcunditatem, & ideo in reſecem ſubmitti, vt progenerare poſſit*. Clarius Cap. XXI. *Vitis in pollicem tondeatur, quem quidam cuſtodem, alij reſecem, nonnulli praſidsarum appellant, ideſt ſarmentum gemmarum duarum, vel trium, ex quo cum proceſſere fructifera materia, quidquid eſt ſupra vetuſti brachij amputatur, & ita ex nouello palmite vitis pullulaſcit*. *Poteſt etiam* à Raſilis *trahi*. Nam Plinius XVI. 23. *Nuper repertum draconem ſerere iuxta arborem: ita appellamus palmitem emeritum, pluribuſque induratum annis. Hunc præciſum de raſo cortice, quatenus obruatur (vnde & raſilem vocant) deprimere ſulco*. Prior tamen notatio aptior.

RASPARE. Radere, *raſitare*, *raſſare*, *raſpare*. Veneti *Raſpa* appellant album in quod nomina exulum referuntur, quæ finito ex ilij tempore delentur, & eraduntur. *Cauare di raſpa*. Germ. *raſpe* limam vocant, & *raſpen*, limare, radere. At RASPARE de pullis ſcalpurientibus: quod Etruſci *Razzolare*: à *Ruſpari*, ideſt ſcrutari. Feſtus. *Ruſpari eſt crebro quærere, vt hoc verſu indicatur. Et ego ibo vt latebras ruſpans rimen amaptinas*: Scalig. corrigit, *rimer maritimas*. Gloſ. *Ruſpinat*, χυροξέβει. Et *Roſtrat*. ἐκζητεῖ Nonius. *Ruſpari eſt ſcrutari: à pullis ſcalpuriendo grana ſcrutantibus. Accius Meleagro Vagant ruſpantes ſiluas*. Apuleius Apolog. *Si collo ventrem ruſparer*. A *Ruſpare*, eſt *Rugare*, quærere, ſcrutari.

RASPO. *Graſpo d'uva*. Germ. *Rappis*, quod eſt à *racemo*, *raſpo*, *racemulus*, *grappolo*. Non à *raſo*, quod ſit uva acinis deraſis. Nam *raſpo*, & *graſpo* ſumitur, pro botro, ſiue racemo, cum acinis, ſiue granis.

RASSARE. Delere, literas *radere*, *raſitare*, *Raſſarola*. V. *Radimadia*.

RASSEGNA. Luſtratio exercitus, à *ſignis militaribus*, quod copiæ ſub ſignis in conſpectum traducuntur.

RASSEMBRARE. V. *Aſſimbrare*, *Aſſimilare*.

RA-

RASTELLO. *Rastrum, rastellum.* A cuius similitudine fores eancellatæ nomen inuenerũt, item ligna quibus transuersæ hattæ, & sclopi imponuntur, item in officinis, è quibus merces dependent, & in præsepi, vnde fœnum suspenditur.

RATA. Pars, portio. *Prorata*, pro parte, quæ cuique statuitur. Cic. I. Tuscul. *Omnia ista perinde, vt cuique data sunt pro rata parte ausia.* Inde *Derrata*, quando pars de pretio constituto detrahitur, & vilius constat. Non tamen à *Rata*, & *Ratione di pane* ducitur, sed a Ius, quod est ratio. V. *Ragione.*

RATTO. Mus, Sorex. Germ. *Ratz.* Non à rodendo, vt Coaruvias, sed à Mus, *muratus, muratulus, rato*, per aphæresim. Quod de mure maiore, nam minor *morigiolo* appellatur, muriculus, musculus. Germ. *Ratzlein.* Veneti *sorze*, Sorex. Murem autem maiorem *Pantegano*, cuius notatio me fugit.

RATTO. Velox, celer, *Rapidus.* Et *ratto* celeriter, raptim. Dant. Inf. v.

Amor, che al cor gentil ratto s'apprende.

RATTOPARE. Reficere, resarcire. *Rastum* suere, resarcire, vt Monosin. Galli *Rapiasser*, *Rattoparo*, resarcire, quod malim quam à *Toppa*, panni fragmento, quod laceris vestibus assuitur, quasi *stoppa*, vnde *stoppare.*

RATTRAPATO. *Storpiato*, distortus, contractis, siue *retractis* membris. Dant. Inf. XVI.

Ch'in sù si stende, & da pie si rattrappa.

Landin. *Rannichia*: quod ranæ faciunt cum posteriorem corporis partem contrahunt.

RAVASO. *Lupo rauaso.* Horat. III. Carm. 27. *Aut ab agro Rana decurrens lupa Lanuvino.* A colore, qui inter flavum & cæsium, vt Festus. De quo Bodinus in Meth. Hist. C. v. A quo & *Rauerino* Carduelis dicitur Insubribus. Galli *Rauissant*: rapax.

Apud Plautum *Rauistellus* à rauaster, vt Vols. in Etym. hoc à *ravus*. Ravus autem est canus, vnde Varro *ranos oculos* dixit, pro glaucis, siue cæsijs.

RAVIOLI. *Raffioli.* Maflula ex caseo, ouis, herbisque confecta, Offa, *offula, roffula, roffioli*, & *ranioli.* Vel à Græco ῥοφήματα, idest vt Casaub. ad Athen. L. III. 36. quæ Galli *potages espois.* *Raffioli.* Sed ῥοφήματα, à forbendo dicta, quod offulis non conuenit. Quanquam aliqui etiam polentam inter Rosimata, retulerint.

RAVVOGLIO. Inuolucrum, à *reuoluendo.*

RAZZA. Stirps. Propius videtur à Græco ῥίζα, *Riza*, quam à *radice*, licet idem sit. Quanquam simplicius à *Generatio*, per aphæresim. *Ratio*, & *razza.* *Razza de caualli.*

RAZZO. Et *Raza.* Cartaceum crepitaculum pyrio puluere fartum, ad festos ignes, à *radio*, quod instar radij emicet, Veneti *Serocanello* à crepitu, quem luctante in arcto flamma, dissiliens edit.

REATINO. Auicula. Gal. *Rieteler. Regaliolus.*

REBALTA. Podium, crepido, *sponda*, & *ripa alta.*

REBEGOLO. Veneti appellant Pterygion, cum recedit ab vngue earuncula, non sine magno dolore, vt ait Celsus. Idem ac Reduvia. Festus. *Redavia, cum cutis se circa vngues resoluit.* Reduvia reduicula, *rebicula*, *rebegolo*, quod & Paronychium. Vide Barbar. Glos. in Plin.

REBVFFO. A buccis inflatis, quod irati solent. V. *Baffare.* Galli *Rebouffer.*

RECCARE. Ferre, e loco ad locum ducere, portare. *Arrecare*, vt supra dictum est, à *Carricare*, carro aliquid portare, *arrecare*, *reccare.* Deinde ad quidquid sine carro affertur, translatum. Quare non æquè Etrusci Neapolitanos irrident, quod dicere soleant, *Portatemi il cauallo*, quod equi ducantur, non ferantur, & portare dicatur, de rebus quæ elonginquo gestantur: quodque *recare* dicatur de rebus, quæ ad nos feruntur, portare, de iis quæ alio auferuntur. Nam *recare* esse portare, manifestum est. Dant. Purg. XXVI. *Perch' el mortal pe'l vostro mondo reco*, idest mortale corpus porto. Et Inf. XXVII. *Caduta se di quella dolce terra Latina, Onde mia colpa tutta reco*, idest affero, porto. Vnde & immerito Tassus culpatur, quod dixerit *Reca tu la risposta.* Responsum fer. Ferre enim est portare. Caluaca in mulo. medicina. *Le tribulazioni sono molte, ma posson si recare, e riferire à tre*: referre; Non ergo à *reeben*, aut *reychen* Germanico, neque à *renocare.* Villan. II. 132. *Si recarono ad vno.* Se in vnum retulerunt.

RECENTE, Vinum mordens, & quodam acumine blandiens. *Recens.* Turn. L. XXIII. 25, *refrigerans*, explicat: quo significatu inquit Trallianus *Recentatum vinum* à Latinis dici ait, quo nos Gallice *frigerans*, vel frigeratum appellamus. Germ. *Frisch.* pro recente. Sed aliter apud nos, etiam sine refrigeratione recens dicitur.

RECERE. Vomere. Non à ἐρεύγω, sed à *Regerere*, *recere*, vel à *reijcere*, vnde *Recitticcio*; quod vomitu reijcitur, *reiectitium*. Insubres, *buttar su*, sursum eijcere.

RECHIAMO. Obiurgatio, exprobratio. Ab *Inclamare*, siue *reclamare.* Glols. *Inclamo.* Καχομφίζω. *Maledico.*

RECCHIOTTO d'uva, Botrus. Racemus, racemulus, *racemotto*, *récchiotto.*

RECREDERE. Restituere. Hodie pro *Recedere*, sumitur,

REDA. Hereditas, *Retaggio*, Hereditatio.

REDINA. *Retina*. Frenum, habena. Retinacula. Retina, Virgil.

Et frustra retinacula tendens
Fertur equis auriga.

Gal. *Resne*. Germ. *Reunen*. Glos. *Retinaculum* Ἡνία, Ρυτῆρες. Et Ἡνία. *Lorum, habena, retinaculum*. Agrætius. *Habena dicuntur retinacula iumentorum*. Hisp. *Rienda*, non à reddendo vt Coaruvias,

REFFE. Filum, acia; quo nempe vestes consuuntur. Ῥάφιν, ῥαφή, ῥαφίον, Rapium acus, vt Salmas. ad Vopiscum pag. 511. Rectè igitur Veneti *Aceiam ab acu* appellant. Glos. Ῥάμμα *Acia*. Ῥαφὶς *acus*, Ῥαφιδοθήκη. *Aciarium*.

REFIGNATO, *Reghignato*. Vultus in rugas contractus. Gal. *Rechiné*. A canibus ringentibus, *ricagnato*. Hisp. *Regañar*, & *Regañon*, ait Coaruvias appellari Boream, quo spirante vultus frigore contrahuntur. Volti *cagnazzi* ob frigus adducti Danti dicuntur. Inf. XXXII.

Poscia vid' io mille visi cagnazzi
Fatti per freddo.

Landin. *grinzi come di cani*. Veneti *Ghigna* vestium rugam appellant. *Naso refignato*. Galli *Recrochè*, à *croc*, vncus sursum versus. Et *Camus* resimus. Hisp. *nariz roma*, sima.

REFONDERE. Reddere, restituere. Trebellius Claudio. *Loricam vnam quam refundat Cocum quem refundat, vnum, mulionem quem refundat, vnum*.

REGALZARSI. Succingere se, altius cingi, vestimenta subducere, & recolligere. *Alzare*, est eleuare, *realzare, regalzare*. Hisp. *Arregaçar*.

REGATTA. Nauium de cursu certamen. Olim in epistolis ostendimus vocem hanc à ludis Circensibus ductam, & aurigarum certamine. Vt sit *Aurigatio, aurigata, regatta*. Et *regattare, aurigare*. Idem nauium, & curruum de velocitate certamen, quod descripsit Virgilius in V. Quæ opinio Viro doctissimo verisimilis visa est, non omnino vera. Ipse à remis deduxit, *remicata regatta*. Quod si concedamus, quoties nauis remis impellitur, *remicata* erit, siue *regatta*. Æquus lector iudicet. *Fare à regatta*, cum alter alterum antecedere, & prior rem occupare contendit, *A regatta*, certatim.

REGISTRO. *Regestum*. Budæus in Pand. poster. p. 97. *Est autem perscribere in tabulas publicas, atque in acta referre: quod in Registro scribere vulgo dicunt, vocabulo à regestis corrupto. Sunt enim Regesta, quæ à* ὑπομνήματα *dicuntur*. Quintil. L. 11. *Vnde fit vt dissoluta, & ex diuersis congesta oratio cohærere non possit, similisque fit commentarijs puerorum, in quos ea, quæ alijs declamantibus laudata sunt, regerunt*. Regestrum ergo, *quasi* Regestarium. *Sic regesta scribarum apud Vopiscum in Probo. Hinc Inuentaria & Registra. Registra Curio. & registrare*. Prudent. *Hic in Regestis est liber cœlestibus Monumenta seruans laudis indelebilis*.

REGOLITIA. *Glycyrhiza*, dulcis radicula.

REGRADILLER. Galli, comam in gradus flectere.

RELEVO. *Rilieuo*, Figura ectypa, effigies eminens, quæ extat, & ex plano veluti eleuatur. Cicero 1. ad Attic. ep. VIII. *Typos tibi mando, quos in tectorio atrioli possim includere*. Rectè Manutius, typos esse statuit parua signa in tabula marmorea insculpta, quæ non tota, sed dimidiata tantum extent, quas Italica lingua figuras dimidiatæ eminentiæ vocat (*di mezzo rilieuo*). Et ex Plinio L. XXXVII. 10. *Protypa*, & *Ectypa* adducit, Barbarus Glos. in Plin. verbo *Cataglypha*. *Anaglypha vero*, inquit, *nomen habent ab asperitate, vt triglypha, calaturis inæqualibus, eminentibusque, ob id quia non sunt leuia sed aspera, nunc ab officinis, obsoleta, & plebeia voce relæuia dicuntur*. Non tamen à *leuia*, sed à *releuando*. Id intellexit Turn. L. 11. 6. *Eminens autem effigies dici potest pictura ita expressa, vt extare, & eminere videatur, sed exculptum simulacrum potius fit*. Ceterum *Rilieuo* etiam significat rem magni momenti, ac ponderis, *cosa di rilieuo*, quia pondus, ac momentum alteram lancis partem eleuat. Denique *Releuium honorarium*, quod nouus Vasallus patrono largitur introitus causa; vt ex Hottommano refert Voss. de vitijs Serm. L. III. 40. *Rileuo* etiam Etruscis mensarum reliquiæ, quæ à mensa auferuntur, leuantur, idest tolluntur. Fab. antiq. LVIII. 4. *Mangiaro assai cattiuamente, senza molto rilieuo*. Iidem. *Rimasuglio*. Quod remansit.

REMA. Catarro. *Rheuma*.

REMATICO. Situs, ac teter odor è loco humido, & deserto emanans. *Eremus, erematicus*. Veneti *Freschino* à locis frigidis, & humentibus, *Aromatico* enim in bonam partem sumitur.

REMVNDARE. *Ramondare*, ramos, & surculos amputare.

REMVRCHIO. V. *Burchio*.

RENDA. *Rendita*. *Reditus*, siue *Redditus*. Galli *Rente*. Hisp. *Renta*, & *Arrentar*, tam locare, quam conducere. Galli item *Arrenter*, locare.

RENGO. Germani. *Haring*.

REPETONE. Reducto pede salutare, *repedare*, retro pedem ducere. Dicitur tamen de pue-

pueris, aut rusticis inconcinne crus, ac pedem flectentibus. *Di repetone*.

REPICCO. Cum fides citharæ vngue repetitur, à *replicando*.

REQVESTE. Galli libellos supplices appellant; quibus aliquid postulatur, & requiritur, quæro, *questum, requestum, requesta, requisita*. Magistri Requestarum, libellorum supplicum magistri, & scriniorum Præfecti. Sic Budæus appellari posse docet in Pand. 162. Quanquam & à *Cedo*, quod est postulo, *Inchiesta*, & *Richiesta* duci potest.

RESENTARE, est vas, aut vitreum aqua reluere. *Recentare*, recens reddere, ac renouare. Gell. L. xv. 25. *Cn. Matius non absurde, neque absone finxit, Recentatur, pro eo quod Græcè dicunt ἀνανεοῦται.*

Iam iam albicassit Phœbus, & recentatur.
Commune lumen hominibus, voluptasque.

RESOLLAR, Hisp. anhelare, *reanhelare*, *rebalare*, *resollare*, *resollar*.

RESTA. Alliorum, ac cœparum sertum. *Restis*. Martial. L. xii. 32. *Caluaque restes, allioque cepisque*. Gal. *Areste*. At

RESTA, *Resca*, de spinis piscium, ac lini squamulis translate dicitur, à similitudine *arista*, *aresta*, *resca*. Quod scilicet Arista vt ait Var. de R. R. 1. 48. *Sit vt acus tenuis, qua eminet e gluma*. Scaliger ad illud Auson. *Segmentis coeunt, seu dissociantur aristis*. Et alibi. *Viscere prætenero fartim congestus aristis*. *Aristis*, ἀντὶ τῶν ἀκανθῶν, *quod hodie remansit in vulgari sermone Gallico, Arestas enim vocamus*.

RESTARE. *Resistere*. Sistere se. *Restitit Æneas*. Dant. Inf. xviii. *El dolce duca meco si restette*. Seneca Medea. *Resiste Virgo*, siste. *Resta*, ferrum illud è lorica prominens, cui lanceæ calx immittitur, quod ibi resistat, *Metter la lancia in resta*. *Arrestare*, est aliquem capere, & sistere. Vide.

RESTIO. *Restino* equus, qui incursu restat, siue subsistit. Refractarius, retrogradator.

REVERSO. *Reuerscio*. *Inuersum*. *Da rouerscio*. Manus inuersa Plinio. *Rouerscio della medaglia*, pars auersa. Dant. Inf. xii.

Et in quel punto questa vecchia roccia
Qui, & altroue tal fece riuerso.

Eueria est, reuoluta.

REZZO. Blandum frigus, & opacum: ab aura, *auritiam*, vt Casteluetrus, *Orezzo*, *rezzo*. Dant. Purg. xxiv. *Che fe sentire d'ambrosia l'orezza*. Hisp. *Oreo*, & *Orear*, ad auram exponere. *Orezza*, pro vmbra. Dant. Purg. 1. *Doue la rugiada Pugna col Sol, & per essere in parte Oue adorezza, poco si dirada*. In vmbra. Hinc *Ribrezzo*, *riprezzo*, horror ex frigore. Dant. Inf. xxxii.

Poscia vid'io mille visi cagnazzi
Fatti per freddo, onde mi vien riprezzo
E verrà sempre de gelati guazzi.

Et Inf. xvii.

Qual è colui, c' ha si presso il riprezzo
Della quartana, c' hà già l'unghie smorte,
E trema tutto pur guardando il rezzo.

Et xxxii.

Ed' io tremaua nell' eterno rezzo.

Quod clare indicat, *rezzo*, etiam pro frigore accipi, & ideo *ribrezzo*, e *riprezzo* pro horrore ex eodem frigore. Nam si longius originatio petenda esset, potius à *raccapricciare*, *raccapriccio*, *ripriecio*, *riprezzo*, & *ribrezzo*, quam à repressione deriuari posset, sed prius magis arridet. Morgant. x.

Ma à molti daua il battaglio ribrezzo,
A molti trita la falda e la maglia,
Dicea Rinaldo, hor non istian più al rezzo.

RIBALDO. *Rubaldo*. Nequam, improbus. Vel à *Rabaut* Germ. vel à *rubando*: *rubaldo*, *rubbatori*, *Saccomanni*, prædatores in exercitu. Id colligi posse videtur ex Villano, qui L. vi. 41. vbi vexilla, & insignia Collegiorum, ac societatum describit ait, *Quella de Ribaldi bianco* (*campo*) *& i Ribaldi dipinti in gualdana, e giucando*. Ita & Ricordan. Malespina. C. 100. *E quella de guastatori era bianca, con vn ribaldo dipinto in gualdana, giucando*. *Gualdana* enim, idem ac *masnada*. Manus prædatoria. Excursio militaris. Math. Vill. L. ix. 54. *Nissuna fede, niuna pietà è in quegl' huomini, che e guitano gl' eserciti, cioè à dire in gualdana, à predare, à far male*. Et Cap. xiv. *Ne delle altre cose che potessero giugnere senza far gualdane, ò saccomanno*. Et Ioan. Villan. xi. 94. *Fu Capitano de ribaldi, e seguendo Azzolino à piè nelle sue caualcate* (gualdane). Ex quo apparet fuisse gregarios milites, qui equitum excursionibus additi ad prædandum. Idem Lib. xi. 139. *Che solo i ribaldi, e ragazzi dell' oste hauerebbero vinto con le pietre il battifolle, e'l ponte*. A *Gualdane*, *Sgualdrine* Scorta militaria, & diobolaria.

RIBALTARE. Subuertere, *Ribalzo*. V. *Balzare*.

RIBECA. Lyra, aut cithara. Ex Arabico *Rabib*, ex quo *rabel*, vt Coaruvias, *ribeba*, Gal. *rebe*, *ribeca*.

RICAMO. Opus Phrygium. *Ricamare*, acu pingere. Scalig. ad Varronem putat vocem esse Syriacam. *Phrygionia vestimenta sunt ea, quæ Ricamata vocant Itali, dictione Syriaca: in quibus trama diuersis modis retorta, & perplexi Mæandri sunt*. Vox tamen Latina esse videtur. Phryges propriè Barbari dicti. Sic apud eundem Varronem, citatur liber, qui inscribitur Νόμιμα Βαρβαρικά. Instituta barbarica, idest Phry-

Scribon. LXXVIII. *Abrotani, quod tribus digitis comprehendi possit. Vn Pizzico.* Hinc *Pizzicagnolo*, & *Pizzicarolo*, qui salsamenta, & olera minutim vendit, siue vt ita dicam pugillatim, à *Pizzico*.

PIZZOCHERA. V. *Bigio*.

PO'. Paucum. Gal. *pâu*, *pêu*, *poco*, *pò*.

POCCIA. Mamma, vber, vel à *potando* lac, Iuven. *Et potanda ferens infantibus vbera magnis*, vel à *Poppa*, *poccia*.

PODERE. Prædium, *Prædiolum*, *prædiarium*, *podere*. Brixiæ *Breda*, Mediolani *Braida*, *Brera*. V. *Breda*.

PODESTA'. Prætor. Glossæ. *Magistratus*, *Potestas*. Ἀρχὴ, ἀρχοντικοί. Iuven. *An Fidenarum, Gabiorumque esse potestas*. Vopisc. Saturnino. *Nam vt primum Ægyptij magnam potestatem ad se venisse viderunt, statim clamauerunt, Saturnine Auguste Dij te seruent*.

POGGIA. V. *Orza*.

POGGIARE. Insubres. Verberare. Pulsare, pultare, *polciare*, *poggiare*.

POGGIO. *Podium*, Mœnianum. V. *Appoggiarsi*.

POI. *Postea*. Gal. *puist*, *poi*.

POIANA. Miluus, a *pullis*, quos captat. *Auis Pulliana*. Germ. *Honerdieb*, quasi fur gallinarum, pullorum raptor.

POLCINERA. Rustici *Pleiades* appellant, quod appareant veluti pulli, siue pullicini matrem stipantes. Galli. *Poucinieres*. Etrusci *Gallinelle*.

POLCINI. V. *Pulcini*.

POLESI. Vertices, cancercs, *Poli*, *polices*, *polesi*.

POLIZZA. Polyptica. V. *Boletta*.

POLLA, *Pollone*, arboris germen, surculus. *Pullulans*. Glossæ. *Pullat: in Georgia (agricultura) arbores dicuntur, quoties ramos ex se generant*. Παραφυάδας Βάλλει, Βλαστάνει. Βλαστάνω, *Germino*, *Pullulo* Βλαστὸς *Pullulus Germen*. Παραφυὰς *Pullulus*, *propago*.

POLLASTRO. Pullus gallinaceus. *Pullaster*. Varro de R. R. Lib. III. 9. de Gallinis. *Oua quæ subijcias, potius vetulis, quam pullastris*. Quam lectionem vulgaris sermo confirmat, quidquid Turneb. *pullinis* legendum putet, Scaliger & Salm. *Pullitris*. Valla Eleg. L. I. 5. *Pullastra apud Varronem, quæ est parua adolescensque gallina, diminutionem non significat: nam muliercula potius pulla, quam minuscula est, itaque si minor gallina est, non gallinastra dicitur, sed pullastra*. *Pollastrotto* etiam dicitur Puer, nec mirum, nam pullus est, ac puer, *putrus*, *purus*, *pullus*, vt *filis pullarsa* apud Ausonium, & *pulli primo*. *Pulli* gallinarum, & Equorum pueri, siue filij.

POLLEDRO. Pullus equinus. *Pulitrus*. In Legibus Salicis *Pullitrus anniculus*. Hisp. *Potre*. *Pulitro*, *poltro*, *potro*. Et *potrico*, *pollitrico*. Iidem *potro*, pro Equuleo, ad torquendum. V. *Poltrone*.

POLLIERE. Veneti appellant oua aquæ bullienti, sine cortice infusa, à *bulliendo*.

POLLINA. Boum, ac iumentorum editus, *Pullorum excrementa*. *Pollinare*.

POLLONE, stirps pullulans. Lucretio pullus L. V. *Arboribus quoniam baccæ glandesque caducæ, Tempestiua dabant pullorum examina subter*. Nisi translate dictum.

POLPETTE. Viscus minutatim concisum, & in globos compactum e à *pulpis*, *pulpamentum*.

POLTA. *Poltiglia*, *poltia*, *pulticula*. Cinnus, & emplastrum, Calaber Veterinaria C. XLIV. *Al quale si subuenno in tal guisa, cioè sia fatta pultya de semole batue con fortissimo aceo, e vegna messe o con queste chose*.

POLTRONE. Ignavus, imbellis. Magna eruditorum pars hanc vocem ex *Pollice trunco* conflatam consentit. *Pollice tronco*, *poltronco*, *poltrone*. Quod scilicet olim detrectandæ militiæ causa, aliqui sibi pollicem præcidebant, vt stringendo gladio inhabiles essent. Sueton. Aug. XXIV. *Equitem Romanum, quod duobus filijs adolescentibus, causa detrectandi Sacramenti, pollices amputasset, ipsum, bonaque subiecit hasta*. Menander III. de re milit. *Eum qui filium debilitauit, dilectu per bellum indicto, vt inhabilis militiæ sit, præceptum D. Traiani deportauit*. Fortunatianus Rhetor. *Decem milites, tempore belli pollices sibi amputauerūt: rei sunt læsæ reip.* Ammian. Marcel. L. XV. *Nec eōrum aliquando quisquam vt in Italia, munus Martium pertimescens, pollicem sibi præcidit, quos localiter Murcos appellant*. Lindebrogius idē sentit. *Murcos* autem quia Murcia ignauiæ Dea apud D. Aug. de Ciuit. IV. Vnde *Murcidi* desides, & ignaui teste Festo. Hinc Glofs. Isid. *Murcinarius*, *mutilus*. Ita Salmas. de fœnore, 784. *Inde pollice truncos hodie pro ignauis, & imbecillibus dicimus, sed truncata voce poltrones*. Ita & alij. Quare mirari subit, non defuisse, qui totum hoc rejcerent, & erroris auctores arguerent. Quid autem? Aiunt *poltro* esse lectum, & *poltrone* qui lectum libenter incubat. Landinus enim ad illud Dant. Inf. XXIV. *Homai conuien, che tu così ti spoltre Disse l' maestro, che seggendo in piume In fama non si vien, ne sotto coltre*. *Poltro* significare lectum ait, quod & alij annotarunt. Sed hoc translatè dicitur, & ab effectu, quia lectus diu insessus homines desides, & ignauos reddit. Ita alibi Dantes *bestie poltre* dixit, pro pigris, & igna-

uis

tuis Purg. XXIV. *Ond' è mi fessi, Come fan bestie spauentate, e poltre.* Quanquam magis arridet eorum sententia apud eundem Landinũ, qui *Poltre*, pro pullis, siue *Pullitris* accipiunt, quod pulli facilius pauescunt, & consternantur, quam equi domiti. *Poltro* autem lectum appellari aiunt, quasi *Pullitrum, pollidro*, quod ut hic, ita lectus homines portet. Id an verum sit, aliis iudicandum non inuitus relinquo, certe cubile nomincm portat, nisi portetur & ipsum. Neque omnes pulli equini, siue Pullitri ignaui sunt, sed domitis ferociores. A *Poltrone* puto factum *Paltone*, pro mendico, & ærulcatore. Vnde *Paltoneria*. Seneca Pist. *L'altro che viue sempre in ebriccode, e in paltoneria. Paltoniere.* Fr. Sacch. *Non ti prouar più in arme, paltoniero.*

POMELATO. Equi color. Philander ad Vitruuium L. VII. 1. *Palladius L. vij. 9. tesseras, & scutulas in pauimento dixit, pro frustis quadratis, & rotundis, à scuti figura, à qua etiam scutulatum equum dicunt, qui vulgo Pomulatus vocatur.*

POMPARA. Insubres vocant ramum vittis, teniis, ac lemniscis ornatum, qui in pompa & supplicationibus ab infantibus præfertur, ramus *pompolis*.

PONGA. Auium ventriculus, Ingluvies. Prior, ac superior venter. Scaliger Exercit. CCXLI. 2. *Festus Ingluviem appellat, Seruius ventris capacitatem*, Ponga *quibusdam locis Italiæ dicitur, quasi Condus, à reponendo.* Rectius videtur à *funda, fungia, fonga, ponga.* Funda enim sacculus, crumena, nec aliud est Ingluvies. Galli *la Pouche d'vn Oiseau.* Græci recentiores *Pungium*, & *Ponga*. Rigaltius Lexico Græcobarb. Πούγγιον, & πουγγὶ *est sacculus, crumena, marsupium.*

PONTARE. *Pontare.* Niti, conniti, impellere. Non à *pultare, pulsare*, sed ab *impingere*, quod est expellere, illidere, impetum facere. Impactum, barbarè *impintum, pintum, impentum* (vnde *spenta, e spentone.*) *Impentare, impontare, pontare.* Proprie niti, & nitendo cibi confecti reliquias expellere, item parturire, de vtroque enim veteres *Niti* dixerunt. Sueton. Vespas. XX. *Statura fuit quadrata, compactis, firmisque membris, vultu veluti nitentis. Vnde quidam vrbanorum non infaceto: si quidem petenti, vt & in se aliquid diceret. Dicam, inquit, cum ventrem exonerare desieris.* Vultus nitentis, est eius qui conatur fæces expellere. Ita *niti* parturire, siue fœtum nitendo expellere. Vnde *Dij Nixij* parturientium nixibus præsidentes. Ab *impingere, impentum, impentum, pentare*, & *pontare*. Et *Ponde*, dysenteria, in qua creber, ac fere irritus egerendi conatus.

V. *Spingere.* Et *Pontà.*

POPOLI. Insubres vocant sigilla, sigillaria, imagunculas, infantiæ crepundia, & oblectamenta. *Pupi. pupuli.* Veneti *Puauoli.* Glos. *Pupus*, Βρέφος, Νήπιον. Et *Puppa* Σπλαγγόνες, αἱ τῶν παιδίων νύμφαι: *Pupi* infantes, & *pupuli* (vnde pupillus) Catul. *Deprendi modo pupulum puellæ, Trusantem.* Ita populus Rom. Caligulam initio principatus, blandiendo *pullum*, & *pupum* appellauit. Varro Tithono. *Ac mammam lactis sugentem pascere pupum.* Auson. Eidyl. VII. *Lactas vinceis alumna pupas.* Quod igitur huiusmodi sigilla ad infantium speciem, vt hodie quoque efficta, *pupi*, & *pupæ* dictæ. Varro. *Itaque breui tempore magno pars in desiderium puparum; & sigillorum veniebat. Quas priscis temporibus Virgines pueritiam egressæ, tanquã virginitatis suæ insignia Veneri condonabant.* Pers. Sat. II. *Dicite Pontifices in sacro quid facit aurum? Nempe hoc quod Veneri donata à virgine pupa.* Casaubon. ibi. *Pupa est* σπλαγγὼν*: Has icuncula Coroplasthi è gypso conficiebant in gratiam puerorum.* Ita Lactant. L. II. 4. imagines, & statuas Deorum, nihil esse aiens quam *grandes pupas*. *Pigotte* etiam & *pigottoni*, pilas stramineas appellant, in effigiem humanam formatas. *Pupos.* Et *Puponem, puone*, simplicem, ineptum, ac stolidum. *Pua* etiam Veneti arvum geniale per blanditias vocãt, quasi *pupam*. Hisp. *Mañega*, Covaruvias à *muñeca*, quod musculum significat, forte, quasi *niñega*. Nam pupillam oculi *Niña del ojo* appellant.

POPPA. Mamilla. *Papilla.* Festus. *Papillæ, capitula mammarum dicta, quod papularum sint similes. Papa, papula, papilla, poppa.* Capitula autem Veneti *Cancelli.*

PORCA. Natura muliebris. Varro de R. R. II. 4. *Nostræ mulieres, maxime nutrices, naturam, quâ fœminæ sunt, in virginibus appellant Porcam, & Græci* χοῖρον.

PORCELLANA, herba. *Portulaca.* PORCELLANE autem vasa murrhina: de quibus Scalig. exerc. XCII. *Etiam ad hunc modum. Ouorum putamina, & marinarum conchas vmbilicorum* (*Porcellana species hycum sunt, vnde & nomen*) *in tenuissimum redigunt pollinem.*

PORCELLETTA. Mazulinus, Ruino Scalig. Ex. CCXXVI. 2. *Porcellettam appellant minusculum Sturionem Adriatici*, Nempe a rostro fusilo, acuto, & repando. Quod *Porcellana* sint species concharum, siue vmbilicorum.

PORFIDO. *Porphyrites*, Etrusci *Proferito, Porphyreticum.*

PORRO. Verruca *porrum* referens. Pap. *Verruca, porrum manus.*

PORTANTE. Equus gradarius, ambulatorius. Veget. Mulomed. L. IV. 6. *Persas, & Ita-*

tura, & positione, à cæteris equorum generibus non plurimum differt. Sed solius ambulatura quadam gratia discernuntur à cæteris. Gradus est minutus, ac creber, & qui sedentem delectet, & oriat.

PORTARSI. Gerere se, *portarsi bene, diportarsi. Portamento.* Gestus. Etiam pro vagari, spatiari, *andare à diporto*, portare se in aliam partem. Scalig. ad Sphæram barb. Manilij, de Aquila. *Nunc Aquila sidus referam, quæ parte sinistra fertur. Fertur,* inquit, ideest *ad verbum* ἄπεισι, *Arato, de eadem Aquila loquenti.* Cicero, *se portat. De motu agili & expedito proprie dicitur qualis in bene valentibus, vt Iuven. de eo cui constabat valetudo*, & pedibus me porto meis, *hoc est, bene valeo. Quis negat hodie in Gallia nos ita loqui? Nam quod est apud Comicum, Valuistin' vsque? Sustentatum sedulo: ibi sustentare se, est portare se, & bene valere. Teutonismus quoque Belgicus proxime ita loquitur. Nam de valetudine sciscitantes, dicunt, quomodo vectaris? Nec hoc quidem genus loquendi deest in Latinitate. Nam & in ea quoque vectare se, vt sustentare se, est* ἐρρῶσθαι. *Valere. Tertul. de pud.* κϋ. *vertens epistolium Synodicum Apostolorum. A quibus obseruando recte agetis. Vectate vos. In Græco,* ἔρρωσθε. *Valete. Glos. Latino Arab. Vigore, vectione. Vectio, & vectatio, est vigor.*

PORTIERE. *Portarius*, Ianitor. *Portiera.* Aulæum, siparium, quod portæ obtenditur.

PORTO. pro mercede vecturæ, ac traiectus, & pro vectigali. *Portorium.* Erythræus ad illud *Portitor Orci. Fluminum quoque ripas, vnde traijcimus, nec non cymbam ipsam hodie* Portum *dicimus. Quin & nauium vecturam, & vectura pretium, Portum negociatores nostrates appellant, quod Latini Portorium, sicut & Nantum* (Nolo) *Plaut. ego hunc portitorem, priuabo portorio. Verum Ciceroni* Portitor, *publicanus est, &* Portitorium, *vectigal, quod ipse exigit: vt ad Q. Fratrem. Ciues, qui in portorijs Italiæ tollendis, non tam de portorio, quam de nonnullis iniurijs portitorum querebantur. Et in Ver. His pro rebus portorium non esse datum.* Glossæ Cyrilli. *Portorium:* τέλος πύλης. Quod soluitur per portam ituris. Et in Leg. Long. L. I. t. xxv. L. xiv. *Portunarius, qui portorium exigit.*

POSA. Quies. Finis. *Pausa. Posare, riposare, riposo, Pausare*: dormire, & mori. Glos. *Pausat:* ἀναπαύεται, καὶ ἀναπαύει. Nonius. *Pausa est quies alicuius rei.* Lucil. Sat. L. I. *Hæc vbi dicta dedit, pausam facit ore loquendi. Pausa vitai*, & *ardoris* apud Lucretium: *pausam fieri osculando*, apud Plautum, *pausa pugnæ* apud Arnobiú. Hinc *Pausantes* pro mortuis apud Scriptores sacros. Dant. Parad. xxxII. *Lo Rege per cui questo regno pausa, In tanto amor, & in tanto diletto.* Hinc in Sacris Isidis *pausas facere*, & explere, *riposare*, cum in ferendo Anubi, certis locis quiescebant, de quibus Salmas. ad Spartian. p. 151. A *Pausa* Hispani. *Aposentare*, & *Aposento*, cubiculum.

POSCA. Latina vox pro vino secundario, siue acinaticio. Glos. *Posca*, ὀξύκρατον. Potio ex aceto aqua permixto: militum, & nautarum.

POSTA. *A posta.* Consulto, data opera. *Proposito, ex composito. Appostare, stare alla posta:* dispositis insidiis. *Stare nel posto*; in loco disposito. *Posta nel gioco*, nummi, aut pignus oppositum. Plaut. Curcul. II. 3. *Postquam cœnati, atque appoti, talos poscis sibi in manum, Prouocat in aleam, vt ego ludam: pono pallium, ille suum annulum opposuit. Dare alla balla di posta:* recte, & ex opposito, non resiliente pila. *Posta:* scopus, *bersaglio*, signum oppositum. *Schioppo di posta, di lineria:* sclopus libellarius, ad collimandum.

POSTE. Mansiones Veredariorum: loca mutandis iumentis ad cursum publicum *disposita*. *La Posta*, vnde literæ petuntur à tabellarijs. *Postiere, e postiglione*, Cursor, tabellarius. *Posta del sale*: loca vendendo sali destinata. Hinc Insubres, *Postarios, Postieri*, sallamentarios, quod apud eos Sal venale sit.

POSTICCIO. Adsciticium, *adposticium*; *Chioma posticcia*, adsciticium capillamentum.

POSTIERLA. *Pusterla*. Ianua posterior, siue in posteriore ædium parte. Pseudothyrum, auersa porta. *Posteriola. Posticum.* Varro apud Nonium. *Pertexit interiores partes domus postica, vt ait Plautus, penitissimè.* Locus Plauti est, Trin. I. 2. *Posticulum hoc recepit, cum ædis vendidit.* Glos. *Postica.* Παραθύρα κατ' ὄπιν τοῦ οἴκου. Et. *Posticium*, παραθύρα, παραθύριον. Cornut. ad Pers. I. *Antiqui fores templorum, vel ædium dixerunt antiquas, & posticas.* Vt autem Salmas. H. Aug. p. 436 obseruat. Non solum *Postica*, & *Posticum*, portam quæ in auersa ædium parte, quam Græci ὀπισθόθυρον vocant, significat, sed etiam quamlibet paruam portulam, vt in vrbibus portulas, quæ portis adiacent, quæ & *posterula*. Pap. *Posticula, posterula qualibet.* Cassianus L. v. II. *Quantalibet Vrbs sublimitate murorum, & clausarum portarum firmitate muniatur, posterula vnius, quamuis paruissimæ proditione vastabitur.* Ita Mediolani & Vicetiæ Portę Vrbis non ordinariæ, sed minores, & angustiores *Pusterla*, item septa & tabulata aditum ædium intersecantia, quia angustiore ianua sunt, eodem modo appellantur, vnde nobilissimæ Familię cognomen inditum. Anastas. Leone IV. *Super Posterulam, quæ vocitatur S. Angeli.* Et infra. *Ingressus est per posterulam*

sterulam, quæ appellatur S. Agatha. Villan.Lib. II. *E quattro porte hauea la Città, e sei postierle.* L. IV. *Le dette mura senza nulla porta, e postierla.* Boninsegn. Hist. Flor. L. I. *Insino alla terza Porta detta di S. Brancaccio, poi seguiua vna postierla presso alla Chiesa di S. Trinita.* Infra. *E dietro à detta Chiesa haueua vna postierla detta porta Peruzza.*

POTTA. Id quì fœminæ sunt. Scaliger ad illud in Catalectis. *Dispeream nisi me perdidit iste potus. Ad nequitiam*, inquit *intererat potum, non puerum appellare: si quidem potus, sine putus ὑποκόρισμα nutricum. Lasciuia inest, vt in vsu vocis, ita & in etymo.* Puta *enim* πόσθη: *argumento Praputium, quasi* προπόσθιον. *Ergo lasciuia inest in Græcis nutricibus,* παρὰ τὴν πόσθην, *pueros* ποσθωνας *vocare. Eadem & in Romanis à puta, putes, seu potos. Vnde & hodie pars in muliere, quæ honestè nominari non potest, vulgo in Italia eo nomine nota est.* Nempe Scaliger respexit illud Aristophanis in Pace. Εἰπέ μοι ὦ πόσθων. *Dic mihi putille.* Vbi Scholiastes notat per blanditiam sic puerulos appellatos, vel quia hoc modo appellaretur infantis τὸ αἰδοῖον: *virilitatis insigne.* Atqui Voss. in Etymolog.de liter. permut. *Aeoles inquit mutant M. in B. vt μύττος Βύττος (quod teste Hesychio est γυναικὸς αἰδοῖον, pars muliebris) vnde Puta posterioribus seculis accipi cœpit pro muliebri pudendo, atque Itali ab eadem quoque origine* putana *dicitur scortum.* Sed quid attinet cuncta à Græcis morose repetere, cum Lana suppetant? Nam *puerus, putus*, vnde *putillus*, & *pota*, & *pusio, pusillus, pisinnus.* Sane Arnobius Lib. V. pusionem appellat partem illam non nominandam: de Baubo, Cererem obstinate cibum repudiantem ad risum excitante. *Vertit Baubo artes, & quam serio non quibat allicere, ludibriorum statuit exhilarare miraculis: partem illam corporis, per quam fœmineum, & subolem prodere, & nomen solet acquirere genericum, longiore ab incuria liberat, facit sumere habitum puriorem, & in speciem leuigari, nondum duri, atque striculi pusionis.* Vbi pusionem appellat, vt cum Apuleio loquar *interfœmininum.* Liberat à longiore incuria, idest filicem runcat, polit, & leuigat, quod infra appellat nouationem pudendorum, vt pusio purus, & glabellum fœminal appareret, nondum durus, & asper pusio, & instar histriculi pilis horrens. Nam *striculum* pro *histriculo* esse viri docti adnotarunt. *Putam* igitur, & *pusam*, & *pupam* blandiendo appellabant, Veneti *pua*: & pusio purus, & leuigatus opponitur duro, & instar erinacei hispido, quod indicant verba illa. *Obiecitque oculis formatas inguinibus res, Quas caua succutiens Baubo manu, nã puerili, Ollis vultus erat, plandit contrectat amice.* Puerilis vultus, idest virginalis, nondum pilorum iniuria pubescens. Sed pudet diutius ista persequi, quæ ne ad cogitationem quidem seuerioris notæ homines solent admittere. Neque audiendi qui à *porca* deducunt, quamquam ea significatione apud Varronem legatur.

POTAGGIO. Iusculum rerum elixarum, liquidum, & potabile, siue *potaticum.*

POZA. V. *Orza.*

POZZA. Limosæ aquæ collectio. *Fouea, Pouea, Pozza.* Galli *boue*, rustici nostri *boua. Pozzacchera* aqua lutosa, & residens. Dant. Inf. VII. *Così girammo della lorda pozza, Con gl'occhi volti à chi del fango ingozza.* Etrusci *Pozzanghera. Zaccheroso*, luto aspersus, *Zambraccia*, vestium extrema luto conspurcata. *Ciacco*, lutum. Hisp. *Charco.*

PRATTICO. Peritus. Non à praxi, sed ab *experto, experticus, perticus, prattico.* Etrusci, *Spertico.* A praxi est *pratticare*, agere, versari, quamuis & illud à frequenter agendo dictum videri possit.

PREBENDA. Latina vox. Gellius L. XV. 4. de Ventidio Basso. *Victum sibi agre quæsiisse, eumque sordide inuenisse, comparandis mulis, & vehiculis Magistratibus, qui sortiti prouincias forent, præbenda publice conduxisse.* Tà præbenda: vnde *Prabendam* fecerunt, pro alimentis, & reditibus Sacerdotum, & Clericorum. Quod pro modo & mensura præberetur, vt Vossius. Hinc pro mensura hordei, aut auenæ quæ equis apponitur. Calaber veterin. *Che à pena possa prender con la bocca la prebenda, ò lo feno, ò le altre chouse.* Et *Profenda.* Cresc. IX. 5. *Anche è vtil cosa che'l cauallo spessamente mangi in terra, allato à piedi dinanzi, si che à pena possa la profenda, e'l feno pigliar con bocca.*

PREDELLA. *Brella* Insubres. Scamnum, suppedaneum, præcipue ad genua flectenda à pedibus, quasi *Pedella* (Glossæ Ὑποπόδιον) *Scabello, scancello*, vt recte coniicit Chimentellus de honore bisellij, cuius immaturo interitu detrimentum bonæ literæ fecerunt. Frustra igitur vox à Germanis arcessitur, *Bret, bretel*, quod asserculum significat. At Dantes *Predella* alio sensu accepit VI. Purg. *Guarda com' esta fiera è fatta fella, Per non esser corretta dalli sproni, Poiche ponesti mano alla predella.* Non à *brida* Latina voce inusitata, sed à *redine* (reticnacula) *redinella, bredinella, bredella, predella.* Sicut à *bredina, bridina, brida.* V. *Brida.*

PREDERIO. Insubres appellant auium intestinum, quasi *petrarium, predarium*, à sabulo, & petrulis, quæ in eo reperiuntur, Vene-

ti à duritie, *durello*.

PREGADI, Venetus Senatus, quod olim rogarentur Patres, vt in Curiam conuenirent. Lamprid. in Heliogabalo. *Deinde vbi primum diem Senatus habuit, Matrem suam in Senatum rogari iussit*. Nisi quis à rogandis de rep. sententijs appellatos putet, Patauij extat *Vicus Rogatorum*.

PREGIONE. *Prigione*. Carcer. *Prehensio*, tam pro loco, quam pro eo, qui in vincula coniectus est. Vt olim *custodia*, pro vincto, & *ergastulus*, pro compedito, & ergastuli incola, vt Lipf. Elect. II. 15. *Priso*, *Prison*. Marculf. 249. Vide Vofs. de vit. Serm. Lib. II. 15. & IV. 17.

PRESCIVTTO. V. *Persutto*.

PRESENTE. Donum. Munus. Hotomanus de verbis Iuris, *Donum*. *Quin & absentes res donari recte dicuntur, munera autem mitti, & praesentia offerri L. munus 18 de ver. sign. Qua de causa fortasse Gallica lingua* Praesentia *nominamus, qua praesens in manus dantur*. Inde *praesentare*, pro offerre, donare.

PRESSA. *Prescia*, cum se turba stipat, ac premit, *Calca*. Sicut *fretta*, *folla*, *follica*, *frotta*, *fretta*. Liu. *Getta l'insegne nella maggior pressa di nemici*. Proprie tamen pro festinatione, nam qui negotijs premitur, *ha pressa*, gradum accellerat, & obuios in turba premit, ac pellit. Pap, *Pressare, frequenter premere, appressurarse*.

PRESTO. Paratus, celer, expeditus. *Qui praesto est*, Vide Vofs. L. III. 36.

PRESSO. Proximus, *proxus*, *prosso*, *presso*. *Appresso*. *Adproxime*. Gal. *Proche*, non à prope, sed proximo.

PRESTARE. Commodare, & Foenerare. Salm. de vsur. C. VII. *Iustinianus in eadem lege, vt pecuniam commodet, reposuit, pecuniam praestet. Sane hodieque praestare pecuniam dicimus, pro mutuam dare, & praestum pecunia, pro mutuo. Quod verbo apud nos de omnibus rebus, qua commodantur non accepta mercede accipitur. In lege Salica, titulus est de re praestita, idest commodata. In Longobard. Iumentum praestitum ad vecturam*.

PRETTO. Purus, non mixtus. Cerno, cretum, excretum, *pretum*, & *pretto*. Simplicius, *pureto*, *pretto*. Dant. Parad. IX. *Forma, e materia, congiunta, e purete*.

PRIMAVERA. *Prima Veris signa*.

PRIMICERIO. Iunius ad Codinum. *Primicerius quisquis primus est ordine, in functione qualibet. Dicitur enim Primicerius, non quod primus inscribat cera (vt censet Alciatus) sed quod primus inscriptus sit albo, siue ordinis sui catalogo, & primas in suo ordine obtineat, aut primâ cerâ, idest summa inscriptus est. Primicerius lectorum, aulae, vel sacri Palatij, protectorum, domesticorum*.

PRIVATO. Familiaris, domesticus. Pap. *Familiaris, domesticus, assuetus, priuatus*. Vt scilicet publico, & vulgari opponitur. Capitol. Caroli Calui. p. 291. *Illi sic priuatus non erat, vt antea fuerat*. Sirmondus ibi. *Familiaris, & amicus*. *Inde in vernacula nostra* Priuè *familiaris*, *&* Priuautè *familiaritas*. Sic hodie in aula priuati dicuntur, quos interius ministerium, & Principum gratia supra ceteros extollit. Galli. *Appriuoiser*, bestias cicurare, quasi priuatas facere, idest domesticas, & familiares. *Appriuoisè*, cicur. *Besties*, *priuees*.

Sed *Priuato* etiam pro sellis Patroclianis sumitur. Dant. Inf. XVIII. *Quiui venimmo, & quindi giù nel fosso, Vidi gente attuffata in vno sterco Che de gl' human' priuati parea mosso*. Scilicet Sella familiarica. Aliqui latrinas à latendo dictas putarunt, quod femotae, & occultae, Foricas autem publicas, à foro. Vtrumque reiicit Vofs. in Etymol. Et illud à *lauatrina*, hoc à *forijs* recte deducit.

PRO. Vtile, *proficuum*. Prodesse, *Prode*, *Prò*. *Fà prode*, prodest. Facit prodesse. Dant. Purg. VI.

Non saprei dir quanto mi fece prode.

Crescent. Lib. I. 2. *Fà prode*. Vita Nicol. Laurentij p. 19. *Lo pane, la carne, lo vino non ce sao buono, ne ce fao prode*. Dant. Purg. XV.

Et io pensai andando

Prode acquistar nelle parole sue

Prò. *Bon Prò*, pransis, ac coenatis, item poturis dicitur. Prosit. *Bon pro faccia*. *Pronecho*. Hisp. non à *prouentu*, sed à *proficuum*.

PRODE. Fortis, strenuus. Casteluetrus πρῶτος, primus, quod virtute ceteris antecellat. Siluius p. XXIX. & Bouillus à *Probus*, *Preud*, *preudè*, *Preud home*, *preude femè*. *Preu*. Probatus, spectatae virtutis, *che hà fatto proue del valore*. Verosimilius tamen est ab eodem verbo *Prodesse*: vt *Prode* sit, qui virtute, & egregijs facinoribus mortalibus prodest. Vt sit illud Vlysis apud Ouid. Met. XIII. *Tu tantum corpore prodes, Nos animo*. Galli *Prons*, qui prodest. Ita *Prodezze* fortia facta dicuntur, eorum praecipue, qui quod orbem peragrarent, vt oppressis opē ferrent, equites errantes dicti sunt.

PROCACCIARE. Procurare, *Proagere*, *proagitare*, *procacciare*. V. *Caccia*. *Procacchio*, Tabellarius, qui viatoribus victum, & itineris necessaria procurat. *Procachio*, procuratio.

PROCESSIONE. Supplicatio à *procedendo*, quae vox sacris scriptoribus familiaris. Tert. ad vxorem. 4. *Si procedendum erit, nunquam magis familia occupata adueniat*. Et Sidon. L. V. 17. *Processio fuerat antelucana*. Ordo in supplicatione procedentium.

PROCESSO. Tabellionum acta, quod iis in causæ cognitione, & criminum inquisitione procedatur.

PRODA. *Prora. Appredare*, adpellere. *Abbordare*. Inde *Proda* pro ripa, & crepidine. Dant. Inf. IV.

Vero è chen' su la proda mi trouai
Della valle d'abisso dolorosa.

PROFILO. Extremitas, Circumcæsura. *Filum, Perfilum.* Lucret. V. *Nam prius omnia, quæ longe semota tuemur Aera per multum specie confusa videntur Quam minimum filum.* Gifan. ibi. *Translate textura. Filum autem poeta extremitatem corporum, ac rerum vocat, oras extremas alibi, circumtexturam, circumcæsuram.* Vide & Lambinum ad illud eiusdem Lib. II. *Esse pari filo, similique affecta figura.*

PROFVMO. Vnguentum, odoramentum. *Suffimentum*. Proprie suffitio, & suffimentum in purgatione olim, cum sulphuris fumo, & teda expiantur. Iuven. *Cuperent lustrari, si qua darentur sulphura cum tædis.* Et Prop. *Deinde quemcunque locum externa tetigere puella Suffit, & pura limina tersit aqua.* Cicer. de Leg. *Nam & in ijs, sine illius suffimentis expiati sumus.* Vide ibi Turnebum. Postea vox translata ad odoramenta, & suffitionem thuris, stiracis, & vnguentorum, gratum odorem spirantium. Vnde Myropolæ, siue Vnguentarij *Profumieri* appellantur.

PROPAGINARE. Diri supplicij genus, quo olim latrones, & grassatores viui in caput defodiebantur. Translatum à ramis arborum, ac vitium palmitibus, qui terra panguntur ad propagandum. Vill. x. 25. *Et altri di loro fece propagginare.*

PROTO. Venetis Græca voce dicitur Architectus. Pap. *Architectus, princeps, vel magister architectorum.* Princeps est πρῶτος, primus.

PROVENDA. *Proffenda*. Hordei, aut auenæ mensura, quæ iumentis apponitur: non à præferendo, sed idem ac *Prabenda*. Morgant. Cant. XXII. *Di perder la prouenda di quest' anno.* V. *Prebenda.* Gal. *Prouande.* Germ. *Pfrund.*

PROVO. Insubres, *Proxime, Prope, à prouo, ad prope.* Dant. Inf. XXI. *Mà per quella virtù, per cu' io moue, Li passi miei per si selvaggia strada Dann' vn de tuoi, à cui noi siamo à prouo.* Licet Landinus interpretetur, qui nos probet, & bene comitetur, vel ad experimentum, cuius ductu, nos probemur, putarim poetam *Prouo* intellexisse, pro eo qui prope nos sit, qui nobis proximus adsistat, *che ci sij appresso*: cui nos adprope simus. Parad. XIX.

Mà vedi molti gridan Cristo, Cristo,
Che saran in giudicio assai men prope.

PVGNALE. Sica, Pugio, *pugionalis, pugnale.*

PVIDA. V. *Pipita.*

PVINA. Veneti caseum recentem appellant. Scalig. Arist. Hist. an. L. x. à *Pus, puris* deducit, vbi loquitur de lippitudine oculorum. *Vult intelligere lachrymam non congelatam, sed potius discoctam in puris modum. Gramia à Latinis dicitur, quales in canibus multa, à Græco Γλάμη. Mutato elemento Plin. lemam dixit in xxiij. Hermolaus interpretatus est lacrymam congelatam, male; nam cocta est oculi calore, vt mucus in naribus. Concreta lacryma dicitur. Hanc Puinam Veneti dicunt scitissimo vocabulo. Pus enim maxime omnium rerum repræsentat.* A puris ergo circa oculos similitudine recentem caseum dictum putat. Pus à Græco πύος, vt Barbarus in Glos. Plinianis. *Id crassissimum,* inquit, *& albissimum cum sit, glutinosius est sanguine, & sanie.* Non falsa modo, sed spurca originatio. Non enim à πύος, pus, puina dicta. Sed à πῖον, quod est pingue, siue res pinguis, est enim lactis pinguedo, & cremor. Sicut in Epigram. dicitur πῖαρ, pro πῖον, siue πιότης, pingue, pinguedo. Est enim pinguior lactis pars. Ita Mediolani, qui caseum recentem per vias ferunt, clamare solent *Iop, Iop.* nempe à πῖος, *Pio, pio,* addita sequenti litera, *Piop, Iop.* Iidem *mascarpa*, e *mascarpina* turpi etymo appellant. Petron. *Ingemui ergo vtique propter Mascarpionem.* Quod interpretari pudor vetat. Puto tamen *mascarpa*, à massa lactis coaliti. *Carpiare* enim est coalescere, condensari. V. *Carpie.*

PVLA. Apluda. V. *Bula.*

PVLCELLA. *Puella, puelicula, puelicella.* At *Pulicello, Purisello.* Hymen. virginalis pellicula, *pellicella*, & *Pellicello. Pulcellaggio* Etrusci Virginitas. Gal. *Pucelage.*

PVNTA. Gladii acumen punctim feriens. Et pro punctione siue punctura. Dant. Purg. XXXI.

Volgendo il suo parlar à me per punta,
Che pur per taglio m'era paruto acro.

Punctim, & cæsim. Veget. L. I. 12. *Non cæsim, sed punctim tyrones ferire discebant. Nam cæsim pugnantes, non solum risere, sed etiam derisere Romani. Cæsa enim quanis impetu deueniat (di taglio) non frequenter interficit: at contra puncta, duas vncias ad acta mortalis est. Deinde dum cæsa infertur, brachium dextrum, latusque nudatur: puncta autem tuto corpore infertur.* Puncturam Cicero intellexit in Parad. *Minutis interrogatiunculis, quasi punctis, vt non cæsim, sed punctim ferire videantur.* Quod de Fin. explicat. *Pungunt quasi aculeis, interrogatiunculis argutis.*

Puntare, pungere, pungitare. *Spuntare*, de Solis orientis radiis, ab eorum acumine. Prudentius Hymno II. Matutino. *Caligo terræ scis-*

bale capitur; neque enim cum quolibet hoste res fuit.

QVANTVMQVE. *Quantumcunque*, vtcumque, quamuis.

QVANTI. pro Quot. Manil. III. *Et quantis in vtrumque modis tolluntur ad ortus.* Scalig. *quantis*, *quot*. Alibi *Tantos orbes*, tot. Tertul. Apol. *Et sunt tanti, quanti denotamur*, idest quot. Cornutus in Persium Sat. II. *Cretenses dies latos albo lapillo, & tristes nigro indicabant. Postea computo facto lapillorum videbant, quantos dies in anno latos vixerant.*

QVARANTENA, Quadraginta dierum experimentum, quod à pestilentiæ suspectis exigitur. Item ieiunium XL. dierum, idque contractè *Carenam* dixerunt: quod pro pœnitentia iniungebatur. Præterea ius viduarum post mariti excessum XL diebus remanendi in ædibus. *Quadraginta, quaranta, Quarantena.* De quibus Vols. L. III. 3. & 40.

QVARTARO. *Quartarium*, & *Quarterium*, cuiuslibet mensuræ quadrans: quarta pars sextarij. Pap. *Quartarium, genus mensura, idest vrna.*

QVATTARE. Corpus deprimere, ac submittere, ad latendum. Non à *captare*, sed ab *accubitare, acquattare*. Menag. *Cuter* ait dici à rusticis Andegauensibus, *Cubitare*. V. *Aguato*, pro insidiis, quæ ab insidendo depresso corpore. *Quatto, quatto*, accubans, accubitans. Inde Insubres *Quattare*, pro opperire. *Quatto*, inclinatus, corpore depresso, ad latendum. Amet. 100. *Io mi leuai dal luogo, ou'era quatto Stato à vdire.* Dant. Inf. XXI. *Trà li scheggion del ponte, quatto, quatto.* Com. Inf. IV. *Che è andar quattamente, tirando il ventre sopra la terra, per non esser sentito.*

QVATRINO. Quadrans, *quadrantulus*. Triens, siue quarta pars Assis, siue æris. Græcis χαλκὸν, Chalcum. Sicut Dichalcum, quod vulgo *Sesinum*, quasi semissem assis.

QVELLO. V. *Qua*.

QVESTO. *Hic iste, chesto, questo.*

QVETO. *Cheto. Quieto. Quetare, quietare*, quietum, & securum reddere. *Quitanza*, Apocha.

QVI. *Hic. Hichi, Chi. Quinci*. Hincce, *Quindi*. Hinc inde.

QVINTANA. Ludus equestris, cum directa in ligneum simulacrum, quod clypeum gestat, velut in scopum, hasta incurritur. Κόνταξ. Iustinian. I. Cod. de aleator. *Dumtaxat autem ludere liceat*, μονόβολον, κοντομονόβολον, κυιντάνον, κόντακα χωρὶς τῆς πόρπης. Et Leg. III. *Deinceps vero ordines quinque ludos, Monobolon, Contomonobolon, Quintanum contacem, sine fibula, Perichyten, & Hippicen.* Robert. Monachus Hist. Hierusal. *Tentoria variis ornamentorum generibus venustantur, terra infixis sudibus scuta apponuntur, quibus Quintana ludus scilicet equestris exercetur.* Non à quodam Quinto, qui eum ludum inuenit, vt Balsamon ad Homocanonem Photij tit. XIII. nugatur: sed à *Conto*, siue hasta pura, idest minime ferro præfixa, qua in scutum incurrebatur. A *Conto*, & *Contaco*, *Contana*, & *Quintana*.

QVITANZA. Acceptilatio, Apocha. *Quitanza*, quod soluendo creditorem quietum reddimus. *Quietare*, & *quetare*, pro finem imponere, liberare. Vil. IX. 32. *Si quetoe della rendita del tempo, che l'aueano tenuta.* Et VI. 92. *E quetoti ogni seruigio.* Germ. *Quittung.*

R.



RABADO. Truculentus. *Vecchia Rabada*: irritabilis: rectius à *rabie* ductum videtur, quam à ῥαβάττειν. Galli *Rabasse*.

RABBRVSCARE, & *rabbruscarsi* dicitur, cum tempestas frigidior esse incipit, à frigus, frigusculum, *fresco, brusco. Vna mattina brusca.* M. Villan. *Cominciando sul brusco, e spiacenol tempo, per infieuolire gl'animi loro.* Non autem à vini sapore, aspero, & austero. *Rabbruzzare* autem, cum se tenebræ vesperi intendunt, contractum à *crepusculo, pruscolo, pruzzolo, bruzzo.*

RABVFFADO. Horridus, impexis capillis. V. *Buffa*. Nam *buffa*, & *boffo*, sunt capilli implexi, & conglobati. Galli. *Rebours*, contractum ex *rebusso*; non autem à *Burra*. Isidor. *Reburrus, hispidus.* Chron. Becenle apud Vols. *Habebat capillos crispos, & rigidos, & vt ita dicam reburfos, ad modum ramorum pini, qui semper tendunt sursum*, idest minime pectine capiti adpressos: retrorsum, & in contrarium erectos, & in altum conglobatos. Item à *rabuffare*, Etrusci *Arruffare*, & *Arrufato* de capillis & barba impexis. But. *Imperoche portana i capelli molto arruffati.* Non a rutando capillos, possunt enim rutari capilli, & esse compti minimeque implexi. *Rabbuffarsi*, contendere, in capillum inuolare, *azzuffarsi*. Dant. Inf. VII.

Perche l'humana gente si rabuffa?

Rabbuffato etiam de apris, & canibus, setas, aut pillos arrigentibus. Boc. Vrb. *Vn addentato Cinghiale, tutto sebiumoso, e con rabbuffato pelo.* Arioit.

Ariost. *Con aspri rinchi, e rabuffati dossi. Ribuffo, far vn ribuffo*, obiurgare, increpare ab inflatis irascentium buccis. Horat. Sat. 1. *Quid causa est merito, quin illis Iupiter ambas Iratus buccas inflet?* *Buffare* autem & *sbuffare*, est sufflare, genas inflare. Plaut. Bacch. *Sufflatus ille huc veniet*. Pl. *diruptum velim*.

RACCAPRICCIARE. V. *Capricchio*.

RACHETTA. Reticulum impellendæ pilæ, vnde nomen inuenit.

RACCOLA. Vel *Raucula*, vel *Ranuncula*.

RACCONTARE. V. *Raggnagliare*.

RADIMADIA. Radula, qua aspersionis reliquiæ ex alueo, siue mactra eraduntur. *Rasarola*.

RADO. Rarus. Veneti *Chiero*: à tela, quæ translucet, ob filorum raritatem.

RAFFIO. Ferrum oblongum, & aduncum. Vel à *Graphium*, *Grafio*, *&* *raffio*, vel à *Rastrum*, quod instar fuscinæ bicornis esset. Dant. Inf. XXVI. modo *raffi*, modo *graffi* appellat, contos scilicet vncis, & incuruo ferro præfixos: & quia instar rastri vtitur, voce addentare. *Poi l'addentar con più di cento raffi*. Quod autem ferrum aduncum esset, paulo infra *Roncigli* appellat, quasi *Vnciunlos*, *E volser contra lui tutti i Roncigli*. *Disse è presèli il braccio col ronciglio: Inanzi che l'vncin vostro m'appigli. Arroncigliare*, pro vnco trahere. *Gl'arroncigliò le impegolate chiome*. Et vt in verborum varietate, Poeta admirabilis est: verbum *Accoccare* finxit, quod idem valet. Nam *Cocca* est vncus, vt alibi docuimus. *Ei chinauan li graffi, & voi chel tocchi Dicenan l'vn con l'altro in sul groppone E rispondean, sì fà che gl'en accocchi*. Cumque vt dixi huiusmodi fuscinæ bidentes essent, instar furcillarum, verbo inforcare vsus est. *E disse state in la mentr' io l'inforco*. Quare & ab Harpax *Arpione*, *Arpio*, & per metathesim *Raffio*, & *Graffio* formari potuit.

RAGAZZO. V. *Garzone*.

RAGGIA. Rasa, Resina. *Ragina*, *ragia*. Rasa, pro dolo, fraus, *frasa*, *rasa*.

RAGGIARE. Rudere. Salm. ad illud Capitolini, *Asini rudunt*. *Optimus Palatinus* ragiũt: *quod alibi memini legere dictum de Asinis*: Nempe rudunt, *rudiant*, *radiant*, *radiant*, *raggiant*.

RAGGOMICCIOLARE. V. *Gomitolo*.

RAGIONARE. Loqui, sermonem habere. Non à *ratiocinari*. Sed vel ab *orationare*, vel à *ratione*, siue computo: vnde *Contare*, *&* *raccontare*, pro narrare, sicut *raggnagliare*, vt infra.

RAGIONE, & *Ratione* pro parte, siue portione conuiuii. Lex. Arab. Latin. *Rationi mea*, *portioni*. Ratio est Ius, vnde Ius dicere, *rendere ragione*. Atqui Ius, vt doctissimus Hispanorum Fr. Sanctius de Analogia, obseruat, proprie significat diarium, siue portionem victus. *Antiqui enim* inquit, *vt Val Max. L. ij. narrat, adeo erant continentiæ attenti, vt frequentior apud eos pultis vsus, quam panis esset. Quod Plin. L. xviij. C. viij. confirmat. Non itaque vescebantur carnibus, sed oleribus, aut pultibus, totumque prandium Ius vocabant. Huius autem Iuris in conuiuijs pares dabantur vnicuique partes: vnde Homerus conuiuium æquale, fere semper nominat. Itaque proprie Ius est, quod Hispone dicimus* Quiñon, parte, porcion, ordinario. *Græcis est Chœnix, idest dimensum, vt vocauit Terentius. Hebræis manah, à verbo, manah, idest diuisit, vel numerauit. Hinc igitur metaphorice Ius vocatur, munus illud, quod suum cuique tribuit*. Hoc meum ius est, idest portio conuiuij, *la mia ratione*, & *racion di pane, e vino*, pro parte, siue portione.

RAGIONATO. *Ratiocinator*, Calculator, qui rationem subducit. Glos. Ψηφιστὴς, ὁ ἀριθμῶν. *Computator*, *Nummularius*; *Racionator*. Et χαλκολογος. *Nummularius*, *Æsculator*: χαλκολογῶ. *Æsculor*. Ab æreis calculis in computando. *Ragionati* Veneti appellant, æra, siue calculos, quorum in subducenda ratione vsus est.

RAGNA. Aranea. *Ragnera*. Tela aranearum & improba textura. Glols. Τφάσματα ἀράχνης *Casses*, *haures lares*. Vulcanius *Casses*, *Telas aranearum*. Rectè, nam *Ragna*, casses, hoc rete tenuissimum, quod fuse describitur à Crescentio L. x. 19.

RAGGVAGLIARE. Referre, narrare, certiorem facere. Est quidem ab æquare *æqualare*, *reæqualare*, *reæqualitare*, non tamen, eo quod narratio æqualis sit rei quæ gesta est. Sed quia sicut *Contare*, & *raccontare*, *est computare*, siue rationem putare *far i conti*, idest paria facere, vt constet ratio expensi, & accepti. Sicut inquam translate dicitur *raccontare*, pro referre, ita & *raggnaliare*, primo est rationes æquare, siue æqualare, deinde sumitur, pro rem referre, & veluti rationem reddere eorum quæ dicta, aut gesta sunt. A ratione, *ragionare*, à computo, *raccontare*, ab æqualitando, *raggnagliare*, Licet *raggnagliare* simpliciter sumatur, pro æquare, & rem parem facere. Villan. x. 87. *Il quale per lo debito di natura, ragguaglia il grande col piccolo*.

RAITRI. Equestris militia. Vox Germ. Grotius Lex. Goth. *Hemmerit*. *Him-reit*, *domesticum equitatum habens*. *Reita*, *equitatus in lege Bauara*.

RAMMARICO. *Amaror*, *amaritudo animi*. *Amaricare*. Dant. Purg. XXXI. *E qual esce di*

euor, che si ramarca. Vet. Onomast. *Amarico*, πικραίνω. *Amaricore, rancore.* Pap. *Rancor, dubietas, mentis amaritudo, inuidia, dolor, odium.* Dant. Inf. xxvii. *E se vestito andando mi rancuro.* Landin. *Mi rammarico, & à me medesimo porto odio.* Et. *Rammarichio.*

RAME. Æramen. Galli *airain.* Germ. *Kupfer*, à *Cupro: oder ertz, Æritium.* Hisp. *Arambre, alambre*, æramen. *Ramina*, æramina, vasa ærea. *Ramaiuolo*: æramineum, æraminiolum.

RAMENTARSI. In mentem reuocare.

RAMFO. *Gramfo.* Neruorum convulsio. German. *Krampf.*

RAMINGO. Accipiter vagus, & errans, à ramis, *Raminicus*, ad differentiam *Nidasiorum.* Landin. ad illud Dantis, *con gl' occhi grifagni. Li vccellatori chiamano gli Sparuieri, Nidiaci, ramingbi, & grifagni. Nidiaci sono è presi nel nidio: Ramingbi quelli che nouellamente vsciti del nidio non volano anchora molto, mà molto si posano in su rami de gl' arberi: Grifagni sono quelli, che già passato l'anno sono mudati in selua.* Idem, & *Ramare.* Ramagius Galli *Branchier*, à brachijs arborum, idest ramis, *broche.* Bud. in Pand. 302. *Ramales sunt, qui iam ferme adulti, & nido oberrantes, ramulatim volitantes capiuntur.* Fridericus. 209. Hinc *Ramingo*, pro vago, errone, & profugo. Et Hisp. eleganter *Ramera*, vagum, & deuium scortum appellant.

RAMOLACCIO. Rafani satiui genus. *Armoracia.* Plin. L. xx. C. iv. de raphano. *Est & satiuus* (alij legunt, siluestris) *vsus in Italia, & Armoraciam vocant.* Dioscor. L. ii. *Agrestis vero raphanus, quam Romani Armoraciam vocant.* Glos. *Armoracia.* Ραφανίδιξ. Cum autem minus acri sapore est, Insubres appellant *Rampogno*, scilicet instar rapæ insipidum.

RAMPARE. *Rampicare*: rependo ascendere. *Reptare, reptitare. Leone rampante*, in Insignibus gentilitijs. *Reptans.* Lexicon Etruscum. Quod *Rampa*, siue *Zampa*, idest anteriori pede erectus minetur. Sed *Rampa*, est à rependo, siue reptando. An ab *erpex*, vel *arpago*, quod ferrum vncum, siue incurvum significat, *erpicare, inarpicare, rampare, rampicare*, incuruis manibus aliquid apprehendendo, se in altum erigere: quod aliter *Aggrappare* dicitur. Hoc magis arridet. *Rampicone. Erpicone, arpagone. Rampone*, & *Rampale*, contus vnco, siue incuruo ferro præfixus. Galli *Crampon* ferrum incurvum. *Rampino, Arpago, Arpax.* Pap. *Arpax dictus ferreus vncinus, quia arripit, quod in puteum cadit.*

RAMPOGNARE. Obiurgare, conuiciari: non à *reimpugnare*: sed ab *improperare, reimproperare*, exprobrare: probrum obiicere. *Rampogna, reimproperium, rimprouero.* Dant. Purg. xvi. *In cui rampogna l'antica età la nuoua*: paulo infra ait. *In rimprouerio del secol seluaggio.* Et *Rimbrotto, Rimproccio. Improperium* exprobratio, *reimproperatio.* Vil. ix. 322. *Fecionsene beffe, rimprocciando i Fiorentini di lor viltade.* Galli. *Rabrouer.* Reimproperare.

RAMPOLLO. *Repullulans.* Hisp. *Repollo.* Et *Rampollo*, scaturigo, rebulliens, quod in scaturiendo bullas emittat.

RAMPONZOLI. Rapulæ, *rapunculi*, qui comeduntur in acetarijs. Sicut *Rauizze, Rapicia*, raporum frondes, quæ decoctæ in iusculis comeduntur. Plin. xviii. 13. *Quadrupedes, & fronde eorum gaudent, & homini non minus suis horis gratia, quam cymatum (cimoli.)* Etrusci *Raperonzo.*

RANCARE. *Rancato*, claudus, qui læsis renibus claudicat. *Sciancato.* V. *Anca*, & *Rancare, arrancare*, ab arcu, arcum, aut sclopetum intendere. *Inarcare.*

RANCIO. Croceus color, ab *Aurantio.* V. at *Rancio*, est rancidum, quod audacter à sapore transtulit Dantes, ad rem ingratam, & molestam Inf. xxiii. *Le Cappe rance.* Sicut Purg. ii. de aurora loquens. *Si che le bianche, e le vermiglie guance. Per troppa etate diueniuan rance*, pro vietis, & euanidis, sicut sapori à vetustate rancor.

RANCVRA. *Rancore*, molestia, anxietas. Vel ab *Amaricore, rancore*: vt in *Ramaricarsi* dictum est, vel à *Rancor*, qui est odoris grauitas, ex vetustate, & putredine existens. Palladius. *Receptacula olei semper sint munda, ne nouos sapores, veteri rancore infecta, corrumpant.* Translatum ad animi molestiam, & amara curarum. *Et Rangola*, cura, sollicitudo, anxietas. *Rangolare*, sollicite curare. Anastas. Leone IV. *Quomodo ab eorum cordibus tantum potuisset rancorem, siue timorem auferre, anxius cogitare.*

RANDELLO. Breue lignum in summitate inflexum, quo funes arctius constringuntur. Fortasse à *rutrum*, quod est lignum rotundum ac breue, quo triticum, & grana in modio ruũtur, siue raduntur, & *Rutellum.* Lucil. *Frumentarius est, modium hic secum atque rutellum Vnum affert, Rutello, Ratello*, & *Randello.* Cum autem simile lignum breue & acutum balistis, & catapultis pro telo emitteretur, *Arrandelare* est torquere, emittere, rotare. *Randello*, quod emittitur, Galli *Garrot*, idest verutum, *verettone*, qualia balistis torquebantur. Etiam ipsum instrumentum *Rondello*. Morg. Cant. i. *Vn sasso par, che Rondel quasi sgroppi.* Quod indicat à fundibulum, *frandibulum, rondibulum, rondellum*, vt supra innuimus in *Arrandelare.* Idem

Cant. IV. *Arrandelò la caniglia à Rinaldo*. Et paulo post. *Parne il Randello uscisse d'un ballestro*. Vt tam pro iaculo, quam pro machina accipiatur. V. *Arrandellare*.

RANGOGNARE. Mussitando conqueri. Obmurmurare, *brontolare*. *Ringere*, *Ringonare*, à canibus ductum. Pap. *Ringere*, *murmurare*. *Ringit*, *indignatur*, *irascitur*, *murmurat*.

RANNICHIARSI. Ranarum more corpus, & membra contrahere. Lexicon tamen Etruscum, in vnum se contrahere *à guisa di nicchia*, quod ostreum, siue conchilium significat.

RANNO. Lixiuium. Vnde vox ortum trahat omnibus vestigijs indagata hactenus fefellit.

RANTOLO. *Rantaco*, *Rantego*. Vel à *Rheuma*, *Rheumatico*, *Ranteco*, vel ab effectu, quod ob destillationem, difficilis respiratio fit, & raucus anhelitus, *Reanhelo*, *Reanhelito*, *Rantolo*, ægre spiritum reciproco.

RANZA. Falcem Insubres appellant. Secula, falx à secando dicta, vt Var. IV. de L. L. qua in pratis herbæ secantur. *Resex*, *Reseca*, *Resecantia*, *Ranza*. A *Resecula* iidem cultellum incurvum *Resciolo* vocant, *Resecolam*, siue falciculam, putandis viribus, & ad alia ministeria.

RANZON. Lytrum, redemptionis pretium. Germ. *Rantzeon*, *Rantzon*, quod est à *Redemptio*, vt Cuiacius, & alij docuerunt.

RAPA. Ruga, Crispa, *Crespa*, *respa*, *rapa*. Nisi quis malit à ῥυτίς, vel ῥακώδης.

RAPPIGLIARE. Veneti *arpiare*, de liquore, qui coit, & congelascit, quod coalescat, & partes se comprehendant. Vnde & *preso* dicitur, *& far presa*: & *presame*, coagulum. Cresc. IX. 72. *E rappiglieremo il cacio di puro latte, col presame dell'agnello, ò di capretta*.

RASA. Genus piscis. *Raia*. Et Pix cruda. *Rasis*: teste Columel. L. XII. 20. Quæ Plinio L. XIV. 19. *radulana* dicitur, tam sicca vt radi possit. Vnde Dalechamp. pro *Rasi* legit *Rasilem*, ξυστόν.

RASCIARE. Radere, *rasitare*. Et *Rasciare*, screare, *screare*, exscreare, pinguem saliuam attrahere.

RASENTE. Proximus, quasi *radens*.

RASO. Serici genus. *Rasum*. Iuven. Et *galbana rasa*. Vnde rasæ vestes, & Phryxianæ oppositæ, ideſt rasæ, & pexæ, siue pilis carentes, & villosæ. Item *Rassa*, pannus rasus, qui opponitur pexo, & villoso. German. *Rasch*.

RASO. Vas plenum, item grani mensura, quæ ruitur, siue cuius culmen rutro raditur, cui opponitur *Colmo*, minime rutro æquatum. Stat. Patauin. Rubr. XX. 47. *Tot starios blads ficci det domino ad starium rasum, quod es veniebat de vtrids ad starium culmum*. Postea etiam ad liquida translatum, vnde *Rasare* pro implere; & *pieno*, *raso*. Dantes tamen *Raso* pro vacuo accepit, à radendo, diuersa significatione Inf. VIII. *E le ciglia hauea rase D'ogni baldanza*: radendo enim aliquid minuitur, ac detrahitur. Ceterum *Radidore*, est hostorium, fustis rotundus, quo cumulus aridorum æquatur, hostire enim est æquare, Hostimentum idem à rudo. *Rutrum*, & *rutellum*, & *rattolo*.

RASOIO. Nouacula, à *radendo*. Glos. *Rasorius* ξυστήρ. Pap. *Nouacula*, *Rasorium dicta*, *quia nouum faciat*, ideſt veluti genas renouet.

RASOLI. Vitis sarmenta, ac palmites. *Resecet*, *resecoli*, *rasoli*. Columel. L. XI. r. 10. *Nam consiteor pampinarios quoque cum è duro prærepserint, tempore anni sequentis acquirere fœcunditatem, & ideo in resecem submitti, vt progenerare possit*. Clarius Cap. XXI. *Vitis in pollicem tondeatur, quem quidam custodem, alij resecem, nonnulli præsidiarum appellant, ideſt sarmentum gemmarum duarum, vel trium, ex quo cum processere fructifera materia, quidquid est supra vetuste brachij amputatur, & ita ex nouello palmite vitis pullulascit*. *Potest etiam* à Rasilis *trahi*. Nam Plinius XVII. r. 23. *Nuper repertum draconem serere iuxta arborem: ita appellamus palmitem emeritum, pluribusque induratum annis. Hunc præcisum de raso cortice, quatenus obruatur (vnde & rasilem vocant) deprimere sulco*. Prior tamen notatio aptior.

RASPARE. Radere, *rasitare*, *rassare*, *raspare*. Veneti *Raspa* appellant album in quod nomina exulum referuntur, quæ finito exilij tempore delentur, & eraduntur. *Canare di raspa*. Germ. *raspe* limam vocant, & *raspen*, limare, radere. At RASPARE de pullis scalpurientibus: quod Etrusci *Razzolare*: à *Rusparl*, ideſt scrutari. Festus. *Ruspari est crebro quærere, ve hoc versu indicatur. Et ego ibo vt latebras ruspans rimen amaptinas*: Scalig. corrigit, *rimer maritimas*. Glos. *Ruspinat*, χυροβῆσθαι. Et *Rostrat*. ἐκζητεῖ Nonius. *Ruspari est scrutari: à pullis scalpuriendo grana scrutantibus. Accius Meleagro Vagant ruspantes siluas*. Apuleius Apolog. *Si cocto ventrem ruspurer*. A *Ruspare*, est *Rugare*, quærere, scrutari.

RASPO. *Graspo d'vua*. Germ. *Rappes*, quod est à *racemo*, *raspo*, *racemulus*, *grappolo*. Non à *raso*, quod fit uva acinis derasis. Nam *raspo*, & *graspo* sumitur, pro botro, siue racemo, cum acinis, siue granis.

RASSARE. Delere, literas *radere*, *rasitare*. *Rassarola*. V. *Radimadia*.

RASSEGNA. Lustratio exercitus, à *signis militaribus*, quod copiæ sub signis in conspectum traducuntur.

RASSEMBRARE. V. *Assimbrare*, *Assimilare*.

RA-

RASTELLO. *Rastrum, rastellum.* A cuius similitudine fores cancellatæ nomen inuenerũt, item ligna quibus transuersæ hastæ, & sclopi imponuntur, item in officinis, è quibus merces dependent, & in præsepi, vnde fœnum suspenditur.

RATA. Pars, portio. *Prorata*, pro parte, quæ cuique statuitur. Cic. 1. Tuscul. *Omnia ista perinde, vt cuique data sunt pro rata parte antia.* Inde *Derrata*, quando pars de pretio constituto detrahitur, & vilius constat. Non tamen à *Rata*, & *Ratione di pane* ducitur, sed à Ius, quod est ratio. V. *Ragione.*

RATTO. Mus, Sorex. Germ. *Ratz.* Non à rodendo, vt Coaruvias, sed à Mus, *muratus, muratulus, rato*, per aphæresim. Quod de mure maiore, nam minor *mortigiolo* appellatur, muriculus, musculus. Germ. *Ratzlein.* Veneti *sorze*, Sorex. Murem autem maiorem *Pantegano*, cuius notatio me fugit.

RATTO: Velox, celer, *Rapidus.* Et *ratto* celeriter, raptim. Dant. Inf. v.

Amor, che al cor gentil ratto s'apprende.

RATTOPARE. Reficere, resarcire. Ῥάπτειν suere, resarcire, vt Monosin. Galli *Rapetasser*, *Rattopare*, resarcire, quod malim quam à *Toppa*, panni fragmento, quod laceris vestibus assuitur, quasi *stoppa*, vnde *stoppare*.

RATTRAPATO. *Storpiato*, distortus, contractis, siue *retractis* membris. Dant. Inf. xvi.

Ch'in sù si stende, & da pie si rattrappa.

Landin. *Rannicchia*: quod ranæ faciunt cum posteriorem corporis partem contrahunt.

RAVASO. *Lupo ravaso.* Horat. III. Carm. 27. *Aut ab agro Rana decurrens lupa Lanuvino.* A colore, qui inter flauum & cæsium, vt Festus. De quo Bodinus in Meth. Hist. C. v. A quo & *Rauerino* Carduelis dicitur Insubribus. Galli *Rauissant*: rapax.

Apud Plautum *Rauistellus* à rauaster, vt Vols. in Etym. hoc à *ravus*. Ravus autem est canus, vnde Varro *ranos oculos* dixit, pro glaucis, siue cæsijs.

RAVIOLI. *Raffioli.* Massula ex caseo, ouis, herbisque confecta. Offa, *offala, rofiula, roffioli*, & *rannols*. Vel a Græco ῥοφήματα, idest vt Casaub. ad Athen. L. III. 36. quæ Galli *potages espois. Roffioli.* Sed ῥοφήματα, à sorbendo dicta, quod offulis non conuenit. Quanquam aliqui etiam polentam inter Rosimata, retulerint.

RAVVOGLIO. Inuolucrum, à *reuoluendo*.

RAZZA. Stirps. Propius videtur à Græco ῥίζα, *Riza*, quam à *radice*, licet idem sit. Quanquam simplicius à *Generatio*, per aphæresim. *Ratio*, & *razza. Razza de caualli.*

RAZZO. Et *Raza.* Cartaceum crepitaculum pyrio puluere fartum, ad festos ignes, à *radio*, quod instar radij emicet. Veneti *Serocauallo* à crepitu, quem luctante in arcto flamma, dissiliens edit.

REATINO. Auicula. Gal. *Rietelet. Regaliolus.*

REBALTA. Podium, crepido, sponda, & *ripa alta.*

REBEGOLO. Veneti appellant Pterygion, cum recedit ab vngue caruncula, non sine magno dolore, vt ait Celsus. Idem ac Reduuia. Festus. *Reduuia, cum cutis se circa vngues resoluit.* Reduuia reduicula, *rebicula, rebegolo*; quod & Paronychium. Vide Barbar. Glos. in Plin.

REBVFFO. A buccis inflatis, quod irati solent. V. *Boffare.* Galli. *Rebouffer.*

RECCARE. Ferre, e loco ad locum ducere, portare. *Arrecare*, vt supra dictum est, à *Carricare*, carro aliquid portare, *arrecare, reccare*. Deinde ad quidquid sine carro affertur, translatum. Quare non æquè Etrusci Neapolitanos irrident, quod dicere soleant, *Portatami il cauallo*, quod equi ducantur, non ferantur, & portare dicatur, de rebus quæ elonginquo gestantur: quodque *recare* dicatur de rebus, quæ ad nos feruntur, portare, de iis quæ alio auferuntur. Nam *recare* esse portare, manifestum est. Dant. Purg. xxvi. *Perch'el mortal pe'l vostro mondo reco*, idest mortale corpus porto. Et Inf. xxvii. *Caduto se di quella dolce terra Latina, Onde mia colpa tutta reco*, idest affero, porto. Vnde & immerito Tassus culpatur, quod dixerit *Reca tu la risposta*. Responsum fer. Ferre enim est portare. Caluaca in mulomedicina. *Le tribulazioni sono molte, ma possonsi recare, e riferire à tre*: referre; Non ergo à *reeben*, aut *reycben* Germanico, neque à *reaccare*. Villan. II. 132. *Si recarono ad vno.* Se in vnum retulerunt.

RECENTE, Vinum mordens, & quodam acumine blandiens. *Recens.* Turn. L. XXIII. 25, *refrigerans*, explicat: quo significatu inquit Trallianus *Recentatum vinum* à Latinis dici ait, quo nos Gallice *frigerans*, vel frigeratum appellamus. Germ. *Frisch.* pro recente. Sed aliter apud nos, etiam sine refrigeratione recens dicitur.

RECERE. Vomere. Non à ἐρεύγω, sed à *Regerere, recere*, vel à *reijcere*, vnde *Recitticcio*; quod vomitu reijcitur, *retectitium*. Insubres, *buttar su*, sursum eijcere.

RECHIAMO. Obiurgatio, exprobratio. Ab *Inclamare*, siue *reclamare*. Glois. *Inclamo.* Καχομιλῶ. *Maledico.*

RECCHIOTTO d'uva, Botrus, Racemus, racemulus, *racemotto, recchiotto.*

RECREDERE. Restituere. Hodie pro *Recedere*, sumitur.

REDA. Hereditas, *Retaggio*, Hereditatio.

REDINA. *Retina*. Frenum, habena, Retinacula, Retina, Virgil.

Et frustra retinacula tendens
Fertur equis auriga,

Gal. *Resne*. Germ. *Rennen*. Glos. *Retinaculum* Ἡνία, Ῥυτῆρες. Et Ἡνία. *Lorum, habena, retinaculum*. Agrætius. *Habena dicuntur retinacula iumentorum*. Hisp. Rienda, non à reddendo vt Coaruvias.

REFFE, Filum, acia; quo nempe vestes consuuntur. Ῥάφιν, ῥαφή, ῥαφίον, Rapium acus, vt Salmas. ad Vopiscum pag. 511. Recte igitur Veneti *Acciem ab acu* appellant, Glos. Ῥάμμα *Acia*. Ῥαφὶς acus. Ῥαφιδοθήκη. *Aciarium*.

REFIGNATO, Reghignato. Vultus in rugas contractus. Gal. *Rechiné*. A canibus ringentibus, *ricagnato*. Hisp. *Regañar*, & *Regañon*, ait Coaruvias appellari Boream, quo spirante vultus frigore contrahuntur. Volti *cagnazzi* ob frigus adducti Danti dicuntur. Inf. XXXII.

Poscia vid' io mille visi cagnazzi
Fatti per freddo,

Landin. *grinzi come di cani*. Veneti *Ghigna* vestium rugam appellant. *Naso refignato*. Galli *Recrochè*, à *croc*, vncus sursum versus. Et *Camuz* resimus. Hisp. *nariz roma*, sima.

REFONDERE, Reddere, restituere. Trebellius Claudio. *Loricam vnam quam refundat Cocum quem refundat, vnum, mulionem quem refundat, vnum*.

REGALZARSI. Succingere se, altius cingi, vestimenta subducere, & recolligere, *Alzare*, est eleuare, *realzare, regalzare*. Hisp. *Arregaçar*.

REGATTA. Nauium de cursu certamen. Olim in epistolis ostendimus vocem hanc à ludis Circensibus ductam, & aurigarum certamine, Vt sit *Aurigatto, aurigata, regatta*. Et *regattare, aurigatare*, Idem nauium, & curruum de velocitate certamen, quod describsit Virgilius in V. Quæ opinio Viro doctissimo verisimilis visa est, non omnino vera, Ipse à remis deduxit, *remicata regatta*. Quod si concedamus, quoties nauis remis impellitur, *remicata* erit, siue *regatta*. Æquus lector iudicet. *Fare à rigatta*, cum alter alterum anteuertere, & prior rem occupare contendit, *A rigatta*, certatim.

REGISTRO. *Regestum*, Budæus in Pand. poster. p. 97. *Est autem perscribere in tabulas publicas, atque in acta referre: quod in Registro scribere vulgo dicunt, vocabulo à regestis corrupto. Sunt enim Regesta, quæ à* ὑπομνήματα *dicuntur*. Quintil. L. 11. *Vnde fit vt dissoluta, & ex diuersis congesta oratio cohærere non possit, similisque sit commentarijs puerorum, in quos ea, quæ alijs declamantibus laudata sunt, regerunt*. *Registrum ergo, quasi Regestarium. Sic regesta scribarum apud Vopiscum in Probo. Hinc Inuentaria & Registra. Registra Curiæ. & registrare*. Prudent. *Hic in Regestis est liber cœlestibus Monumenta seruans laudis indelebilis*.

REGOLITIA. *Glycyrhiza*, dulcis radicula.

REGRADILLER. Galli, comam in gradus flectere.

RELEVO. *Rilievo*, Figura ectypa, effigies eminens, quæ extat, & ex plano veluti eleuatur. Cicero 1. ad Attic. ep. VIII. *Typos tibi mando, quos in tectorio atrioli possim includere*. Recte Manutius, typos esse statuit parua signa in tabula marmorea insculpta, quæ non tota, sed dimidiata tantum extent, quas Italica lingua figuras dimidiatæ eminentiæ vocat (*di mezzo rilievo*). Et ex Plinio L. XXXVII. 10. *Protypa*, & *Ectypa* adducit. Barbarus Glois. in Plin. verbo *Cataglypha*. *Anaglypha vero*, inquit, *nomen habent ab asperitate, vt triglypha, celaturis inæqualibus, eminentibusque, ob id quia non sunt lænia sed aspera, nunc ab officinis, obsoleta, & plebeia voce releuia dicuntur*. Non tamen à *læuo*, sed à *releuando*. Id intellexit Turn. L. 11. 6. *Eminens autem effigies dici potest pictura ita expressa, vt extare, & eminere videatur, sed exemplum simulacrum potius sit*. Ceterum *Rilieuo* etiam significat rem magni momenti, ac ponderis, *cosa di rilievo*, quia pondus, ac momentum alteram lancis partem eleuat. Denique *Releuium honorarium*, quod nouus Vasallus patrono largitur introitus causa; vt ex Hottommano refert Voss. de vitijs Serm. L. III. 40. *Rilevo* etiam Etruscis mensarum reliquiæ, quæ à mensa auferuntur, leuantur, idest tolluntur. Fab. antiq. LVIII. 4. *Mangiaro assai cattiuamente, senza molto rilievo*. Idem. *Rimasuglio*. Quod remansit.

REMA, Catarro. *Rheuma*.

REMATICO, Situs, ac teter odor è loco humido, & deserto emanans. *Eremus, erematicus*. Veneti *Frescheme* à locis frigidis, & humentibus. *Aromatico* enim in bonam partem sumitur.

REMVNDARE. *Ramondare*, ramos, & surculos amputare.

REMVRCHIO. V. *Burchio*.

RENDA. Rendita. Reditus, siue *Redditus*. Galli *Rente*. Hisp. *Renta*, & *Arrentar*, tam locare, quam conducere, Galli item *Arrenter*, locare.

RENGO. Germani. *Haring*.

REPETONE. Reducto pede salutare, *repedare*, retro pedem ducere. Dicitur tamen de

puc-

pueris, aut rusticis inconcinne crus, ac pedem flectentibus. *Di repetone*.

REPICCO. Cum fides citharæ vngue repetitur, à *replicando*.

REQVESTE. Galli libellos supplices appellant; quibus aliquid postulatur, & requiritur, quæro, *questum, requestum, requesta, requisita*. Magistri Requestarum, libellorum supplicum magistri, & scriniorum Præfecti. Sic Budæus appellari posse docet in Pand. 162. Quanquam & à *Cedo*, quod est postulo, *Inchiesta*, & *Richiesta* duci potest.

RESENTARE, est vas, aut vitreum aqua reluere. *Recentare*, recens reddere, ac renouare. Gell. L. xv. 25. *Gn. Matius non absurde, neque absone finxit, Recentatur, pro eo quod Græcè dicunt ἀνανεοῦται*.

Iam iam albicassit Phœbus, & recentatur.
Commune lumen hominibus, voluptasque.

RESOLLAR, Hisp. anhelare, *reanhelare*, *rehalare*, *resollare*, *resollar*.

RESTA, Alliorum, ac cœparum sertum. *Restis*. Martial. L. XII. 22. *Calueque restes, allioque cepisque*. Gal. *Areste*. At

RESTA, *Resca*, de spinis piscium, ac lini squamulis translate dicitur, à similitudine *arista*, *aresta*, *resca*. Quod scilicet Arista vt ait Var. de R. R. 1.48. *Sit vt acus tenuis, quæ eminet e gluma*. Scaliger ad illud Auson. *Segmentis coeunt, sed dissociantur aristis*. Et alibi. *Viscere præ tenero fartim congestus aristis*. *Aristis*, ἀντὶ τῶν ἀκανθῶν, *quod hodie remansit in vulgari sermone Gallico, Arestas enim vocamus*.

RESTARE. *Resistere*. Sistere se. *Restitis Æneas*. Dant. Inf. XVII. *El dolce duca meco si restette*. Seneca Medea. *Reliste Virgo*, siste. *Resta*, ferrum illud è lorica prominens, cui lanceæ calx immittitur, quod ibi resistat, *Metter la lancia in resta*. *Arrestare*, est aliquem capere, & sistere. Vide.

RESTIO. *Restino* equus, qui incursu restat, fi ue subsistit. Refractarius, retrogradator.

REVERSO. *Rouerscio*. *Inuersum*. *Da rouerscio*. Manus inuersa Plinio. *Rouerscio della medaglia*, pars auersa. Dant. Inf. XII.

Et in quel punto questa vecchia roccia
Qui, & altroue tal fece riuerso.

Eucria est, reuolura.

REZZO. Blandum frigus, & opacum: ab aura, *auritium*, vt Casteluetrus, *Orezzo, rezzo*. Dant. Purg. XXIV. *Che fe sentire d'ambrosia l'orezza*. Hisp. *Oreo*, & *Orear*, ad auram exponere. *Orezza*, pro vmbra. Dant. Purg. I. *Doue la rugiada Pugna col Sol, & per essere in parte Oue adorezza, poco si dirada*. In vmbra. Hinc *Ribrezzo, riprezzo*, horror ex frigore. Dant. Inf. XXXII.

Poscia vid'io mille visi cagnazzi
Fatti per freddo, onde mi vien riprezzo
E verrà sempre de gelati guazzi.

Et Inf. XVII.

Qual è colui, c'ha si presso il riprezzo
Della quartana, c'hà già l'vnghia smorte,
E trema tutto pur guardando il rezzo.

Et XXXII.

Ed' io tremaua nell' eterno rezzo.

Quod elare indicat, *rezzo*, etiam pro frigore accipi, & ideo *ribrezzo*, e *riprezzo* pro horrore ex eodem frigore. Nam si longius originatio petēda esset, potius à *raccapricciare*, *raccapriccio*, *ripriecio*, *riprezzo*, & *ribrezzo*, quam à repressione deriuari posset, sed prius magis arridet. Morgant. x.

Ma à molti daua il battaglio ribrezzo,
A molti trita la falda e la maglia,
Dicea Rinaldo, hor non istan più al rezzo.

RIBALDO. *Rubaldo*. Nequam, improbus. Vel à *Rabaut* Germ. vel à *rubando*: *rubaldo*, *rubbatori*, *Saccomanni*, prædatores in exercitu. Id colligi posse videtur ex Villano, qui L. VI. 41. vbi vexilla, & insignia Collegiorum, ac societatum describit ait, *Quella de Ribaldi bianco (campo) & i Ribaldi dipinti in gualdana, e giucando*. Ita & Ricordan. Malespina. C. 100. *E quella de guastatori era bianca, con vn ribaldo dipinto in gualdana, giucando*. *Gualdana* enim, idem ac *masnada*. Manus prædatoria. Excursio militaris. Math. Vill. L. IX. 54. *Niuna fede, niuna pietà è in quegl' huomini, che eguitano gl'eserciti, cioè à dire in gualdana, à predare, à far male*. Et Cap. XIV. *Nè delle altre cose che potessero giugnere senza far gualdane, ò saccomanno*. Et Ioan. Villan. XI. 94. *Fù Capitano de ribaldi, e seguendo Azzolino à piè nelle sue canalcate (gualdane)*. Ex quo apparet fuisse gregarios milites, qui equitum excursionibus additi ad prædandum, Idem Lib. XI. 139. *Che solo i ribaldi, e ragazzi dell' oste hauerebbero vinto con le pietre il battifolle, e'l ponte*. A *Gualdane*, *Sgualdrine* Scorta militaria, & diobolaria.

RIBALTARE. Subuertere, *Ribalzo*. V. *Balzare*.

RIBECA. Lyra, aut cithara. Ex Arabico *Rabib*, ex quo *rabel*, vt Coaruvias, *ribiba*, Gal. *rebe*, *ribeca*.

RICAMO. Opus Phrygium. *Ricamare*, acu pingere. Scalig. ad Varronem putat vocem esse Syriacam. *Phrygionia vestimenta sunt ea, quæ Ricamata vocant Itali, dictione Syriaca: in quibus trama diuersis modis retorta, & perplexè Mæandri sunt*. Vox tamen Latina esse videtur. Phryges propriè Barbari dicti. Sic apud eundem Varronem, citatur liber, qui inscribitur Νόμιμα Βάρβαρικά, Instituta barbarica, idest

Phry-

Phrygia. Virg. Ciri Tibiam Phrygiam vocat *buxum barbaricum.* Et Horat. *Graeia barbaria lento collisa duello.* Hinc *barbarica vestes* apud Lucr. II. Quales autem iste vestes describit Virg. XI. *Forte sacer Cybele Coreus, olimque sacerdos, Insignis longe Phrygiis fulgebat in armis. Spumantemque agitabat equum, quem pellis ahenis In plumam squamis auro conserta tegebat, Pictus acu tunicas, & barbara tegmina crurum.* Barbaricæ vestes acu pictæ, Phrygiæ, nam acu Phryges pingere inuenere, vt Plin. L. VIII. 48. Ergo opus Phrygium barbaricum, *barbaricamen, ricamo.* Vnde *Barbaricarij* in Codice dicuntur, qui auro, argento, ære, cassidas, & bucculas tegebant, scilicet à similitudine operis Phrygii, siue barbarici.

RICCIO. Porco spino. *Eryeius, ricius*, qui se in pilam *ricinat*, vt ait Plin. A cuius similitudine *Riccio* dicitur spinosum tegmen castanearum, sicut Echinus de vtroque. Quanquam Scalig. de Hist. an. v. ab *echino*, siue *Eryeio* calice spinoso castancarum, animal dictum putet. Nequaquam ab eodem tamen RICCIO pro capillis crispis, & aut ingenio suo, aut calamistro flexis, vibratisque. Nihil enim minus erinaceorum hirtæ spinæ, quam intortos capillos referunt. Sed hoc per metathesim à Cirro, quod Grammatici, capillum veluti in circulū, siue annulum flexum interpretati sunt. *Cirro, riccio, & rizzo.* Ricciuto, cirrato. Glos. Μαλλὸς ποιηδία, Cirrus. Pap. *Mallonem Græcè comam capitis dicunt, quam nos cirros.* Ceterum nonnisi pueros, & puellas cirratos fuisse magnus Turneb. docuit L. XXVIII. 26. Pers. *Ten' cirratorum centum dictata fuisse, Pro nihilo putas?* Quod pueri cirros, ideft cincinnos alebant, qui grandioribus tondebantur. Cornut. *Cirratis, capillatis pueris, quoniam apud antiquos crinti erant adolescentes, vsque ad certam atatem.* Ammian. Lib. XXII. *Quod cirros puerorum licentius detondebat.* (la prima tonsura). Et L. XIV. *Fæminas multas spectare cirratas, quibus si nupsissent, per atatem ter iam nixus poterat suppetere liberorum.* Puellis autem non tondebantur cirri, sed cum mulieres fiebant, aliter capilli componebantur, vt docuit Salmas. ad Solinum. Pueri tondebant cum ex ephebis excederent, & Diis cirros sacrabant, vt notum est. Varro, vel Cato, de lib. educ. *Itaque Ambracia primum capillum puerilem demptum, item cirros ad Apollinem ponere solent.* Lex Salica. Tit. XXVI. *Si quis puerum infra XII. annum, crinitum, sine voluntate parentum totonderit.* Quod vel ad morem illum referendum putat Pithæus, de quo Vet. annales. *Karolus Francorum princeps filium suum ad Luithprandum misit, vt more fidelium Christianorum, eius capillum primus adtonderet, & pater illi spiritualis existeret.* Vel ad Clericatum. Greg. Turon. L. III. Hist. XIX. *Et sibi propria manu capillos incidens, Clericus factus est.* Ita & Bignonius ad eandem legem. Quod autem pueri, & puellæ capillos alerent, & cirrati essent, Insubres *Tosi*, & *Tosa*, & *Tosoni*, & *Tosanne* pueros, ac puellas vocant, quasi *Intonsos*, per aphæresim. Horat. *Intonsi Cynthium dicite pueri.* Et *capillati.* Petronio, ac Martiali pro iisdem. Nam puellas detonsas fuisse nemo credet.

RICCO. Diues. Bodin. Meth. Hist. *Est etiam vetus Celticum* Reix, *idest Rex, Germani efferunt* Reich, *Cæsar in morem veterum Gallorum* Rix *scripsit. Dumnorix, Rex dominantium. Item Germani, & Galli* Rich *diuitem appellant, elegantia tropi, quod diuitia sint Regum propria.*

RIÇOTTA. Flos seri igne coalescens, caseus secundarius, *recoctus.* Casei recentis secunda coctura. De quo Martial. II. 85. *Vimine clausa leui niuea custodia cocta.* Quidquid de copta, aut aqua decocta Interpretes argutentur; Non enim aqua niue refrigerata niuea dici potest, sed niuata, neque aqua vimine claudi potest. Hisp. *Requeson.* Caseum manu pressum putat Casaubonus apud Sueton. Aug. Cap. 76. non multum diuersum ab eo, quem minima forma conficiunt apud Gallos Allobrogas, & *tomos* vocant veteri voce pro τομὰς. Columel. L. VII. 7. *Illa vero notissima est ratio faciendi casei, quem dicimus manu pressum. Namque is paululum gelatus in mulctra, dum est tepefactus, rescinditur, & feruente aqua perfusus, vel manu figuratur, vel buxeis formis exprimitur.*

RICOVRARSI. Recipere se, aliquo confugere, *recuperare.* Ricouero, refugium.

RIDDA. Chorea, cum nexis manibus saltando in Orbem vertuntur. A *redeundo*, vt recte Lexicum Etruscum. Quod in Orbem redeant, & in gyrum vertantur. Qualis veterum Strophe, & Antistrophe. A *Rida, ridoletto, rigoletto.* Morg. VII.

E li fecero intorno vn rigoletto
Che lo faranno cantare in Tedisco.

RIGA. Linea, versus. *Regula, Regula, Regla, Riga.* Galli *Reigle.* Vitru. L. VII. 3. *Longitudines ad lineam, & regulam exigantur. Stare in riga,* Veneti *in rigolo*, ordinem ac seriem obtinere. Et *Riga* vectigalis genus de quo Voss. Lib. II. 16. Et Rigoletto pro Chorea, in qua quisque locum suum, siue lineam obtinet, vel à *Ridda*, vt paulo ante. *Longa riga*, Dantes de quibus filatim volantibus.

RIGGRAGNO. Vel ab irrigando, *rigagno*, Veneti *Riana*, vel à *Riuo*, *riuamen.* Dant. Inf. XV.

Sel presente rigagno,
Si deriua così dal nostro Mondo,

Perche

Perche ci appar pur à questo vinagno?
Vinagno, ora, limbus extrema pars, translatum à vestibus *fibra*, *fibremen*, *vinagno*. Parad. x.
Si studia si che pare à i lor vinagni.
Translate XXIII. Inf.
Come'l Maestro mio per quel vinagno.
Et alibi non semel.

RIGATTIERE. *Recatone*. Hisp. *Regaton*. Interpolis, scrutarius, Veneti *Strazzarolo*, qui scruta, ac vestimenta vetera resarcit, interpolat, & reconcinnat, vt carius vendat, quasi *reaptator*, *regatone*, *reaptarius*, *regattiere*. Nam quid sit *regrattarius* haud scio. Galli enim *regrattier*, à *reaptarius*. Et *regratter*, reaptare, interpolare. *Radoubeur*: reaptator. Vox deinde ad propolas, qui merces preemunt minoris, vt carius vendant, translata, Veneti, *revendigoli*, sicut scrutarij vestes emunt, vt reuendant. Galli *Revander*, & *Revandeur*. Quod si à Græco notationem repetere libeat, erit à Γρυτάριος χυτοπώλης, qui vilia scruta, nulliusque pensi merces vendit. Γρύτη enim & χυτάρια. Scruta, friuola. Grytario, *Grittiere*, *rigrattiere*. Gal. *regrattier*. Budæus Propolam exponit minutarium negotiatorum, qui à magnarijs coempta pluris diuendit.

RIGOGOLO. Cum sit auis *Galgula*, miror potius ab *Istro*, quam à *Galgula*, *Gogolo*, & *rigogolo*, deduci.

RIMA. Itali improprie appellant versus in fine similiter cadentes, siue desinentes, à Rythmo, qui proprie numerum significat. Casaub. ad Persium adducit illud Neronis Berecynthius Attin, Et qui cæruleum dirimebat Nerea delphin: *Vbi spectari*, inquit, *debent duorum versuum vltima dictiones*, *eodem modo desinentes*. *Hanc χάριν*, *hoc est desinentia ταυτότητα*, *& vt Rhetores appellant τὸ ὁμοιοτέλευτον*, *καὶ ὁμοιοπτωτον*, *hodiernorum idiotismorum poeta appellant Rhytmum*, *& Rhytmicos versus*. *At Græcis*, *& eorum discipulis Latinis*, *Rhytmus longe est alius*: *ἔρυθμον enim illi*, *hi numerosam*, *aut concinnam orationem appellarunt*, *non qua referta esset periodis*, *aut colis similiter desinentibus*, *cadentibusue*, *sed qua charactteri suo conuenientes pedes haberet*, *nec lege omni soluta ferretur praeceps*. Salm. etiam H. Aug. pag. 352. *Rhytmum male vocamus in nostra poesi syllabarum ad finem cuiusque versus in eundem sonum recidentium καταληξιν*. *Sic finem rhytmi*, *rhytmum καταληκτικῶς appellamus*. *Rhytmum in cantione veteres vocarunt*, *quam nos hodie aram cantionis dicimus* (l'aria della canzone) *Rhytmus enim Latine numerus dicitur*. *Virg*.
Numeros memini, *si verba tenerem*.
Seruius. *Obloquuntur numeris septem discrimina vocum*. *Numeris*, *sonis*. *Æra autem id quod numerus*. Nonius. *Æra numeri nota* (calculi ærei). Lucilius. *Hac est ratio*, *peruersa ara*, *subducta summa improbe*?

RIMBALZO. V. *Balzo*.

RIMEMBRARE. *Rememorare*, vt Castel-uetrus.

RIMONDARE. Purgare, vel iterum mundare, vel de arboribus ramos amputare, *ramondare*, læuigare.

RIMORCHIARE. Est remulco nauem trahere. V. *Burchio*. Item iurgari, conuicijs incessere. Pariter à remulco, *remulcare*, quod non tantum de onerarijs, quæ nauis alterius remis trahuntur, sed etiam, quæ mula, vel equis aduerso flumine subducuntur, dicitur, interdum autem nautarum humeris, vt hodie etiam fit. Auson. Mosella. *Et cum per ripas nusquam cessante remulco Intendunt collo malorum vincula nautæ*. *Qui* Elcyarij *dicti*. Sidon. L. II. ep. x. *Curuorum hinc chorus Elcyariorum* (quod incurui ductario fune nauē remulcarent.) Martial. II. 10. *Quem nec rumpere nauticum celeusma*, *Nec clamor valet Eleiariorum*. Cum ergo Elcyarij lentius procedere viderentur, qui naui vehebantur eos conuicijs incessebant, vt gradum adderent, illi contra conuicia in epibatas regerebant. Vt sit illud Horatij Sat. v. *Tum pueri nautis*, *pueris conuicia nautæ Ingerere*: Vnde *remulcare*, pro conuiciari, *rimorchiare*. Alii à *Rimordicare*, vel *remocare*. Simplicius, à *remordere*, *remorsicare*, *remorchiare*.

RIMPETTO. *Dirimpetto*, ex aduerso, quod è regione oppositum respicit, *rispetto*, *rimpetto*. Chron. Venet. *à repetto della detta baltr...*: ex aduerso. Vel pectori aduersum.

RIMPROVERARE. Exprobrare. *Improperare*, *reimproperare*. *Rimproccio*, & *Rimprocciare*.

RINCALZO. V. *Incalzo*.

RINCRESCERE. V. *Increscere*.

RINFACCIARE. *Raffaciare*: obiurgare, præsenti aliquid obiicere, & veluti in os, ac faciem exprobrare.

RINGHIARE. *Ringi*. Inf. v. *Stauui Minos horribilmente*, *e ringhia*. Ductum à canibus qui irati ringuntur. Vnde *Ringhiosi* pro irritatis & ringentibus. Idem. Purg. XIV.
Bottoli trova poi venendo giuso
Ringhiosi più che non chiede lor possa.

RINGHIERA. V. *Aringo*.

RINTVZZARE. Retundere, retunsum, *retunditare*, *rintuzzare*.

RINVERSARE. *Inuersare*, Inuertere, inuersum, & *Inuergere*, vertendo vas liquorem effundere.

RIO. Reus. *Reo*. Dant. Inf. v. *Helena vidi per cui tanto reo Tempo si volse*. Et *Rio* pro culpa, &

& reatu. Idem. IV. *Per tal diffetto, e non per altro rio, Semo perduti*.

RIONE. Contrada. *Regione, Caporione*, Caput regionis: Vici magister.

RIPARARE. Defendere. Ictum exire, ac declinare, à *ripis* fluminum, quæ aquarum impetum coercent. Hisp. *Amparare*.

RIPIDO. Ripito. Præceps, abruptum, à ripa, prout crepidinem, & anfractum significat. Dant. Purg. XII.

Si rompe del montar l'ardita foga.
Così s'allenta la ripa che cade
Quivi ben ratta dall'altro girone.

Etrusci. Repente, accliuis, *erto*, erectus. M. Vil. VIII. 74. *Dove era la via, la quale si leva (dopo alquanto di piano) repente, ed erta, à maraviglia*. Hoc autem puto à *repere* deductum, quo nisi *reptando* ascenditur.

RIPOSARE. V. *Posare*.

RIPRESAGLIA. Clarigatio, vel Pigneratio. Non vnum huius vocis etymon attulit Voss. de vit. serm. III. 40. Illud tamen, & ipsi magis atridet, à *prendo, preso, reprendo, represo*, vt Represalia sit iterata reprensio. Potestas capiendi, siue pignerandi, pro iniuriis & damnis illatis. Petrus de Vineis Lib. V. *Concedit licentiam quibusdam mercatoribus faciendi præsalias contra rebelles, qui eas disrobauerunt*. Alij quasi *repradatio*.

RISCATTARE. Captiuum redimere, *excaptiuare, reexcaptiuare, riscattare*.

RISCOTERE. Cogere, est pecuniam exigere, cogere, coactum, coctum, *scotere*, vnde Coactores (vt Hottoman. de verbis Iuris) olim in auctionibus dicebantur, qui ab iis, quibus singulæ res in auctione attributæ fuerant, pretium exigebant, quasi collectores, qui pecunias *cogebant*, idest colligebant. Scæuola in L. XL. de statu lib. *Argentarius coactor, cum penè totam fortunam in nominibus haberet*. Horat. L. Serm. I. *Nec timuit sibi, ne vitio quis verteret olim, Si præco paruas, aut vt fuit ipse coactor, mercedes sequerer*. Aeron. *Coactor, qui exigit nummos à circumforaneis*. Aliter. *Coactores dicuntur Argentarij in auctionibus, qui pecunias cogunt, ipsi sunt connectarij*. Cic. Cluent. *Perquiritur à coactoribus inuenitur ex Serrula*. A coactum, *coctum, Scoto*, & *Scotto*, pretium, ac merces à caupone coacta. Non ab execoctum. Germ. *Scutz*, & *schot*. Math. Villan. I. 56. *Lasciarono i dinari de loro scotti sopra le mense*. Dant. Purg. XXX. *L'alto fato di Dio sarebbe rotto, Se Lethe si passasse, e tal viuanda Fosse gustata senz'alcuno scotto, Di pentimēto*. Quod tamen merito politissimus Casa in Galateo, reprehendit, quia vili ac lordido tabernarum vocabulo in re tum sublimi vsus fuerit. Hinc *Scotallum* Anglicis scriptoribus taberna vinaria, quo itantes symbolam, singuli ad Symposium conferebant. Etiam pro vectigali. Ingulphus in Hist. *Quieti, & soluti ab omni scoto, geldo, Vicecomitum auxilijs*. Ab hoc ergo Saxonicum *Scot*, & Anglicum *Romscot*, quod Romanis Pontificibus ab Anglis pendebatur.

RISCHIO. *Risico*. Hisp. *Risco*, vel à periculo, per aphæresim *periscolo, riscolo, risco*, vel à discrimine, quasi *riscrimo*, vel quod verius puto ab alea, *aliscare, riscare, rischiare*, & *rischio*, discrimen subire. Alea autem incertum euentum significat. V. *Zara, zarare, azzardare, arrischiare*. Non autem à rixa.

RISCIARSI. Insubres dicunt corpus, ac membra contrahere, ab *erycijs*, qui vt ait Plin. *Se in pilam ricinant*. Iidem *Risciolo* vocant cultrum instar falculæ incurvum inter ferramenta rustica, veteres serpiculum, quod est à *resex, resecula, resecnlum, risciolo*. V. *Ranza*.

RISENTITO. Cui sensus iniuriarum est, vnde *Risentimento*, vltio, & *risentirsi*, vlcisci, Veneti *risentito* pro ægro, qui morbum sentire incipit.

RISIPILA. *Erysipelas*.

RISMA. Papyri scapus viginti quinternionū. Anastas. in Siluestro. *Papyrum racanas libras mundas mille*: & infra, *papyrum mundam racanas quingentas*. Salmas. Hist. Aug. p. 446. *Racanas* legit, pro papyri philyris, quæ ad chartam erant paratæ, & in fasciculos colligi, colligarique solebant, Græcis ῥακάνη, nam ῥάχος, falcem, & sagma significat. Papyri racanas Anastas. vocat, quas Glossæ Papyrinas fasces. Fortasse igitur à ῥαχάνη, *rama*, Gal. *Rame*, Germ. *Riem*, *rima*, & *risma*, quod rectius videtur, quam à *scapo, scapulisma, lisma*, & *risma*. Vel Gallicum *Rame*, à *ramasser*, idest in massam, siue fasces compingere.

RISO, & *Risi*. Oryza.

RISOLVERE. Decernere, constituere. Liberare est soluere, deliberare, risoluere. Deliberare enim non solum est consultare, sed decernere & statuere. Cic. Ver. *Deliberatum est*, idest fixum, & decretum. Horat. *deliberata morte ferocior*. Cæs. I. ciuil. *Illi deliberata respondent*. Cic. Metel. V. *Nihil illo deliberatius*. Risoluto, expeditus, cura solutus, qui fine hæsitatione consilium capit.

RISPARMIO. V. *Sparagnare*.

RISPETTO. Reuerentia: honor, qui alicui defertur. *Degno di rispetto*, quem omnes honoris causa respiciunt (contrario *dispetto* à despiciendo, siue deorsum aspiciendo, quod superbi faciunt) ita à respiciendo, *rispetto*. *E star con rispetto, & hauer rispetto*, pro pudore affici, quia respicere etiam est flexis in terram oculis aspi-

aspicere, vt ait Erasmus. Dant. *Risguito*. Purg. xxx. *Volsimi alla sinistra col rispitto, Col quale il fantolin corre alla mamma, Quand' à paura, ò quand' egli è afflitto*. Nec mihi inepta videtur Interpretis explicatio, *Col rispitto, per consuetudine, e ferma intentione di soccorso*. Respicere enim est oculos conuertere ad opem poscendam, siue implorando auxilio: in re ancipiti periculo, ac metu oculis opem requirere. Terent. Adelph. II. I. *Quid respectas? nihil periculi est*. Tam igitur respicit, qui opem poscit, quam qui prospicit, & alteri consulit, aut sibi. Idem. And. v. 6. *Age me in tuis secundis rebus respice*. Idem. *Dij nos respiciunt*. Et *se respicere*, pro sui rationem habere. Plaut. Pseud. & Terent. Heut. I. I. *Nullum remittis tempus, neque te respicis. Hauersi riguardo*. Eo igitur modo se Dantes in sinistram partem conuertit, quo infans in metu, ac periculo matris auxilium respicit. An vero *Risquitto* idem sit, quærant qui-bus plus otij. Alij *Rispitto* à respirando deducunt, quod vt verum sit, verbis Dantis non conuenit.

RITAGLIO. V. *Taglio*.

RITORNARE. V. *Tornare*.

RITORTE. Funes à *torquendo*. Dant. Inf. xx. *Che spezzate haurian ritorte, e strambe*.

RITRATTO. Simulachrum, imago. *Trahere* est ducere, quo sensu Virg. accepit, *Viuos ducent è marmore vultus*. Et *educere*, quod nunc de eodem *Cauato, l'hà ben cauato*, recte effigiem expressit. Dant. Inf. xvi. *L'oura di voi, & gl honorati nomi, Con affettione ritrassi, & ascoltai*. Landin. *Quasi smitai, come diciamo che vno pittore ritrahe Dante, cioè con la pittura imita l'imagine di Dante*.

RITROSO. *Retrocedens*: translate, contumax, morosus, difficilis, qui se retrahit, & recedit ab alijs, ab equis sternacibus, qui retrocedunt. Dant. Purg. x. *Fidanza hauete ne ritrosi passi*. A retro, retrorsus. *A ritroso*, retrorsum, inuersum. Vil. IX. 320. *E l'insegne reali del commun di Firenze, à ritroso in sul detto carro*: allà rouerscia.

RITROVARE. V. *Trouare*.

RITTO. Rectus, erectus. *Diritto*, directum. *arrizzarsi*, erigere se, siue arrigi.

RIVIERA. Loca litori, siue ripæ vicina. Pro fluuio, vt Galli *Riuiere*. *Riparium*. Dant. Infer. XII. *Che s'approccia la riuera del sangue*. Parad. xxx. *E viddi lume in forma di riuera, Fuluido di fulgor intra due riue*. Frider. de re accipitr. *Aquatiles aues dicuntur de riuera, quarum mansio est in aquis*, Et alibi sæpe.

RIVSCIRE. Riuscità. Exire est euadere. Perl. v. *Vertcrit hunc dominus momento temporis exit M. Dama*. Exire, *vscire*, *riuscire*.

ROANO. Color castaneus ex rubente mixtus. Scal. ex. in Card. CCCXV. 12. A *Rauus, rauanus, roano*. Videtur à mixto rubore, *robano*, *rouano*.

ROBA. Res, facultas. Bignonus à *raupa*, ad Marculph. L. I. 29. *Et raupa sua in solidos tantos eidem tulissetis* (abstulissetis) & *pro veste capiendum* ex Leg. Alam. Tit. XLIX. *Deinde sumptum pro re omni, & suppellectile*. Putarim *Roba*, ex *opes* factum, sicut *robare*, à *rapere, rampare, raptare, robare*: quod & Vossio visum est: scilicet Germ. *raub*, præda, à rapiendo. Et *rauben*. Aut *robare*, est opes furto facere, vt illud, *chi non ruba, non ha roba*.

ROBA. Et *ruba* pro veste, & *robone*, non à *raupa*, sed à colore rubro. Nam *robbo*, & *robbio* pro rubido, siue rubro. Dant. Par. XIV. *Che con tanto lucor, e tanto robbi M'apparuero splendor*. Roba, vestis rubens, siue purpurea, qualis olim magistratuum, præcipue inferiore seculo Prætorum, item matronarum: vt apud Romanos, stolæ matronales purpureæ: & virorum lacernæ russæ, quæ inde Byrrhi, *πύρροι*, siue *rubentes*.

ROCCA. O laxè pronunciato. Arx. Quod nempe Arces ferme locis editis, & rupibus imponerentur. Recte ergo Menagius à *rupe*. Vt sit rupes, *rupeca, ruca*, & *rocca*, sicut & *roccia*: quasi *Rupicia*. Licet Scalig. exerc. CIV. à Græco Ῥάξ. *Alume de Rocha*. Illud rectius. *Rocchi*, & *Roccia* pro scopulo, & crepidine. Dant. Inf. xx. *Certo s' piangea poggiato ad vn de rocchi Del duro scoglio*. Et *la pendente roccia*. Inf. XXIII. *roccia discoscesa*. *Roccio*, *Roncione*, Idem Inf. XXIV. *D'vn ronchion auisana vn altra scheggia*. Infra. *Su per la scoglia prendemmo la via, Ch'era ronchioso, stretto, e malageuole*. Alibi. *Alpestre rocce*.

ROCCA. O stricte pronunciato *Colus*. *Colicula, Colucula, rucula, ruca*, & *rocca*. Glos. *Colucula*. Ἠλακάτη. Non à colus, *cola, loca, roca*, Rocca.

ROCCHETTO. *Rochello*. Instrumentum textorium, cui fila inuoluuntur. Non à *Rocca*, est enim dissimile, sed vel à *rota*, est enim rotundum, vel à *trochus, trochulus, trochetus, rochetto*. *Rocchette* Veneti appellant crepitacula pyrio puluere farta: virgas quarum summitati adiectum inuolucrum, coluculę speciem refert. Eademque vox de mortariolis sulphureo puluere stipatis, vsurpatur.

ROCCHETTO. Lintea vestis sacrorum, strictis manicis, & plicis striata. à Germ. *Rok*, vt Voss. L. II. 16. Ludouici Addit. I. 22. *Femoralia duo paria, roccum vnum*. Inde *Rocchetto*. Idem censet à *Rok* factum *Ruc*, & ad Græcos deriuatum. Nam ῥύχος dicitur Codino, &

Ec Nice.

Nicetæ. Et ῥιχαρῶν, vestiarium, vt Iunius obseruat.

ROCCO. Calculi in ludo latrunculorum, siue scacchorum, in formam turris efficti. Turriculæ, *rucula*, *roccoli*, *rocchi*. Salmas. ad Solin. p. 1130. *Persa in ludo latrunculorum Rocham dicunt, quæ nobis Rocca est, infimæ nempe Latinitatis vocabulum, pro rupe*. Sed nihil rupes ad eum ludum, verum turricula, vt figura ipsa demonstrat.

ROFFIA. Dantes Par. XXIX pro densitate vaporum posuit, loquens de Borea, *e risolue la roffia*. Sed vnde vox conflata sit, quærant alij, nam à nube factam, non crediderim.

ROGIA. Riuus, Euripus. Vel à ῥόα, *rogia*. Glos. *Canalis*. ὀχετός, ῥόα. Vel à *Riuus*, *Riuiculus*, *riuicellus*, *rusello*, *riuoculus*. Hisp. *Arroyo*, Rogio, e Rogia.

ROGGIO. Rubens. Dant. Purg. II.

Lo Sol, che dietro fiammeggiaua roggio.

Rubidus, rubicus, *rugio*, e *roggio*. Et Par. XIV.

Per l'affocato riso della stella,

Che mi parea più roggio, che l'vsato.

ROGGIOLO. Insubres vocant panem cibarium, siue secundarium, nempe ex secale, siue spelta confectum: voce Germanica *Rocken*, & *Rogghe*. *Roggenbrodt*, panis ater.

ROGNA. Scabies. Rubigo, *rubigine*, *rubogina*, *rogina*, *rogna*, vt Menagius. Vel quod idem est ab *arugine*, *rogina*, *rogna*. Rubigo, n. est ros putrefactus, fruges teneras corrumpens, quam Theophrastus *eruginem* appellat, idest ἐρυσίβην. Quidam tamen à Germ. *Raud*, quod est à rodendo, sicut & rubiginem quasi rodiginem dictam putant, & Deum Robigum Varroni, & Robigalia. Galli etiam *Ronger*, *rodere*.

ROGNONI. *Arnioni*. Renes, Reniones.

ROMANCI. Historiæ fabulares. Coaruuias, & Gallici scriptores à Menagio adducti in Orig. L. Gallicæ in hoc consentiunt, linguam Latinam vna cum Imperio in prouincias inductam, Romanam inde dictam, sed temporis decursu paulatim corruptam, cuiusque gentis Idiotismis permixtam, tum barbarorum irruptionibus adulteratam, atque inde Gallicam, Hispanicam & Italicam conflatam, Latinam Romanam dictam, & Romanicam. Qui ergo exempli causa Galli, res gestas maiorum, plerumque fabulosas poetarum more conscribebant, iam Latina lingua degenerante, dicebantur *Romanice* scribere, & opera ipsa *Romanci*. Exempla vide apud Menagium ibidem. Vnum adiiciam ex Erardo ad Petronium p. 888. de ludo septem sapientum, quem Hebertus Clericus carmine Gallico reddidit circiter Annum MCC.

Roman de sept sages de Rome.

Le bon Moine de bone vie,

De haute selue l'Abbeie

A l'estoire renouelee

Par bel Latin l'a ordinee;

Hebers la vient en Romans trere,

E del Romans vn liure faire.

Historiam hanc confictam monachus Latinam fecerat, Ebertus, Romanico sermone vertit, idest Gallico ex Latina lingua conflato, & corrupto. Clarius illud apud Pasquerium. *Se frere Guilaume de Nangy ay translaté de Latin en Roman*. Historiam Gallicam ex Latina Romanam fecerat, idest Gallicam recentiorem, vetere abolita. Sic *Romançe Castellano*, pro Idiotismo Hispanico, & id genus cetera. Clare Dantes Purg. XXVI. *O frate disse questo che ti scerno Col dito. (& additò col dito innanzi) Fù miglior fabro del parlar materno. Versi d'amor, e prose di romanzi, Souerchiò tutti*. Vbi natiuum, siue maternum sermonem, Romanzi appellat. Sed nulla ætas harum fabularum fœcundior, quam nostra, qua ingeniorum lasciuia, desidiaque, & bonarum literarum neglectus, his nugis otium terit. *Sogni d'infermi, & fole di Romanzi*, vt vere à Petrarcha pronunciatum est. Nec aliud quotidie prela effundunt, silentibus interim, aut situ obrutis doctorum scriptis: quod olim de Pindari carminibus conquestus est Eupolis apud Athenæũ, κατασεσιγασμένα, idest non solitum legi, sed silentio quasi obrui à sui temporis hominibus, quod mollia, & lasciua aliorum poetarum erotopægnia Pindaricæ musæ, hoc est fœdam plumbi scoriam, puro puto auro anteponerent, vt iure Casaubonus indignatur.

ROMBO. Apum murmur. *Bombus*. *Ronzare*, bombire, bombitare, *rombitare*, *ronzare*.

ROMBOLA. Funda, *Fundula*, *frundola*. Insubres *fronza*, *frombula*, *rombola*. Vel à *rotando*, quod circa caput rotetur, *rotola*, *rombola*. Vel vox ficta à sibilo, murmureque, ac bombo lapidis fundæ excussu aëra ferientis.

RONCA. Roncone, Falcastrum. Pallad. 43. de instrumentis rusticis. *Serrulas minores, vangas, runcones, quibus vepreta persequimur*. *Roncare le spine*. Laber. n. 246. *Queste parole sono i ronconi, e le scure, con le quali si tagliano i velenosi sterpi*. Crescent. L. 1. 13. Sed runcare Plinio βοτανίζειν, herbas inutiles vellere. Vnde Dantes pro terram colere. Inf. XX. *Che ne' monti di Luni, doue ronca Lo Carrarese*, vt Landinus explicat. Sed hic *ronca* videtur, pro dolabra Lunense marmor à monte excidente, *marmo di Carrara*, dolabra enim (*piccone*) instar Runcæ, inflexum. Pap. *Runcones sunt, quibus vepres secantur, à runcando dicti: hi & falcastria à similitudine falcis*. *Runcina instrumentum fabrorum*

brorum. At *ronciglio* apud eundem poetam, ferrum incurvum ad rapiendum. *Runculum*, *ronciglio*. *Arronciglare*, vnco, siue runculo arripere.

RONCARE. *Ronchizare*. rauce stertere. Pap. *Stertere, raucare vulgo dicitur*. Est autem dormiendo flatum per nares obstructas offendentem emittere, & sonare. Item *ronfare*. Gal. *Ronfler* non à runchis, sed à *reflare*, flatum naribus interceptum crebro reciprocare. Et *Rusfare*, stertendo resonare.

RONCINO. *Rozza*. Caballus, canterius, vile iumentum. Proprie equus asthmaticus, siue ilia ducens, *bolso*: à Germ. *Ross*. quod à ronchis, vel raucedine. Equus enim suspiriosus, ac tussiens, raucè respirat. Lucan. L. IV. *Pectora raucæ gerunt, qua creber anhelitus vrget, Et defecta grauis longe trahit ilia pulsus*. Vbi raucum, & pulsum coniungit. *Rozza*, & *bolzo*. V. *Bolzo*. Postea pro quolibet canterio, & caballo. Vols. tamen pro equo castrato, qui German. *ruyn*, & *ruynen*, castrare. Sed est quod dixi.

RONDA. *Rondare*. Circitores, excubiæ nocturnæ, *rotundare*, circumire, in orbem siue rotundum Vrbem lustrare. *Fraxare* à veteribus dictum. Festus. *Fraxare est vigiliam circumire*. Græcis Fraxatores, περιπόλημαι. Vrbem circumeuntes. Cuius vocis Notationem. Vide apud Scalig. ibidem, & in Coniect. ad Var. L. VI. de L. L. Hodie Patuglia. Gal. *Patouille* à περιπατέω. *Ambulo*, *deambulo*. Vt sint circitores, vigiles ambulatorij. Item nocturnæ satellitum excubiæ.

RONDELARE. V. *Arrandelare*, & *Randello*.

RONFARE. V. *Roncare*.

ROSCIO. *Roscio di pecore*. Insubres appellant, gregem ouium. *Grex*, *Gregio*, *groscio*, *roscio*. Item plures uvarum racemos constipatos, *un roscio d'uva*. *Arrocciare*, aggregare, *à roccio* gregatim. *Aggreggiare*, gregatim adoriri. Vil. VII. 27. *E perche haueale sopransegna reali, tutti si aggreggiarono adosso*.

ROSPO. Bufo. Genus ranæ venenatum, inflatum, ac turgidum, à Germ. *Frosch*, & *grasfrosch*. *Rosch*, & *rospo*. Pap. *Rubeta*, *rana genus, bruscus dicitur vulgo*. Forte, *fruscus*, vel *ruspus*. Licet enim rubeta à bufone diuersa, veneratam tamen esse notum est. *Miscet sitiente rubetam*. Et *calido pulmone rubeta*. Iuvenal. Quæ Germ. *Krote*, vnde Gallicum *crapaud*, à *crepando* H. Stephanus, quod sæpe crepet, & disrumpatur. Ceterum Scal. exerc. CXXIII. alia Italica nomina affert. *Rospo*, *Zatto*, *botta*, *o babi*, *Zatto* Insubres *Sciatto*, a cyatho poculo tumente, & ventricoso. Veneti *Gotto*, olim quod guttatim vinum funderet, qua voce Insubres lagenam rotundam, & tumidam vino refrigerando appellant, eaque Venetis *buffone* dicitur, quod bufones qui genas inflant excipiendis alapis. Κύαθος, tumidus, ἐγκύω in vtero gesto. Hesych. Κυάνιον, ἔγκυος ὤν, Grauidus, vterum ferens. *Botta* autem, à butta, ideſt dolio. V. *Botte*. Postremo, *babi*, *bufo*, *bos*, & *babi*.

ROSSO. Russus, & ruseus: vnde factio russata. V. Salm. H. Aug. 174. & 334. & alibi sæpe. Martial. de pœnulis.

Roma magis fuscis vestitur, Gallia rufis.

ROSTA. Genus rubi. *Rustum*, vel *Ruscum*. Salm. ad Tertul. pallium. *Runcare*, *& ruspare constituit*: corrigit, *rustare*, & addit. *Recte runcare, & rustare coniunxit: quorum alterum malas, & noxias herbas exstirpare significat, alterum rubos, & sentes, hoc est rusta vellere. Rustum autem est genus rubi, vnde rustaria falces apud Varron. de r. r. L. I. 22. quibus id genus sentes exciduntur*. Festus. *Rustum ex rubus. Rubutum, rustum. Græci ῥουσὶα, à trahendo, quod proprium est spinarum. Ruscus etiam genus herba aspera, & spinosa*. Virgil. *Horridior rusco, vili proiectior alga*: *quod nescio idem sit cum rusto*. Glos. *Ruscus μυρσινάκανθος*. *Ruscum μυρσίνη ἀγρία*. Hactenus Salmasius. Gitan. ad Lucr. verbo. *Vnda*. Apud Virgilium legit *Rusto*. Et alibi. *Nec non etiam aspera rusti Vimina & rusco* diuersum putat. Erythr. ad illud *horridior rusco Ruscus, myrtus siluestris, fructus est etiam sæmellis notissimus, quod ex eo Venetys, scopis vtuntur. Hodie aliqui Rusco, vulgus nostrate Rusto: & brusco*. Certe Venetijs scopæ verrendæ fumariorum caligini *Roste* appellantur. Ergo *ruscum*, Galli *Ronce* & *rustum*, vel idem sentis genus, vel parum diuersum. Rusco sæpes muniri, & implecti consueuisse testatur Columella. Pap. *Ruscus, fructicis genus spinosum, velut alij dicunt, herba aspera: aly lignum folijs spinosum: & aspera virgulta*. Pro virgultis, ramisque, & stirpibus Dantes accepit, Inf. XIII. *Che della selua rompon ogni rosta*. Inde *rosta* pro flabello abigendis muscis, quod nonnunquam è ramis conficitur: non tamen à ramo *ramusta*, sed prout *rosta* pro ramo sumitur. Vita Nicol. Laurentij p. 75. *Le Fantesche con li sottili pannicelli nanti allo viso li faceano viento, e industriosamente rostauano, che sua faccia non fosse offesa da mosca*. Vnde *Rostigioso*, scabrum, & veluti spinis, ac rustis hispidum. Tel. Brun. v. II, loquens de Accipitre. *Se elli hà li piedi rostigiosi*. A rusco Insubres *Reschignone* appellant scopas detritas, ac mutilas; vel ab *arista*, vt spinas significat, *aresche*, spinis horrescentes.

ROSTO. Caro tosta. Tostum *rosto*, vel à *rustum*, vt Bouil. p. 78.

ROTTOLO. *Rollo*. Lignum rotundum quo

frumentum, & grana ruuntur, siue in modio æquantur, hostorium aliter, quo cumulus mensuræ raditur appellarum. *Rutrum, rutellum, rottolo, rollo.* Scalig. in Var. *Rutrum, quod Græcè χρωπίον.* Var. apud Non. *Rutro caput displanauit. Significat & hostorium, Græcè ῥόχανον.* Lucil. *Frumentarius est modium secum, at rutellum vnum adfert. Ruere enim est modio cumulum adæquare.* Cic. Attic. XVI. *De laudibus Dolabellæ deruam cumulum.* Plaut. *Æris aceruos ruit.* De rutro fuse. Salm. contra Kercoet. p. 194. & ad Hist. Aug. 437. 449. Vnde volumen, siue charta in rotundum conuoluta *Rotulus,* & *Rotula,* & pro Catalogo, vt idem ibidem. Et *arrollare* in album referre.

ROVAIO. *Dar de calci à rouaio, dar de calci al vento,* e furca suspendi. *Rouaio* à Borea deriuari indubitatum esse ferunt: mihi adhuc hæret dubitatio, nec aliquid rectius excogitare possum: nisi ad Hebræos confugere liceat, quibus *Rua* ventus est.

ROVERSCIO. Auersus, pars auersa, *reauersa. Rouersciare,* est vertere, inuertere, subuertere. *Rouerscio di mano, di spada, dar di rouerscio* in ludo pilæ, à parte auersa.

ROZO. *Rudis. Ruditius,* vel *ruidus.* Tela *roza, sgreza, sgreggia.*

RVBESTO. Ferox. Vel à *robore, robustus,* vel à *rupe, rupesto,* vel impetu ruens. Dant. Purg. V. *Lo corpo mio gelato in su la foce Trouò l'Archian rubesto.* Et Inf. XXXI. *Non fù tremuoto già tanto rubesto.* Etiam pro sæuo & aspero, *homo rubesto.* Festus. *Rustum, à rubus rubustum, rustum,* quo nihil asperius.

RVBIGLIA. Legumen non absimile pisis. Non à *lupino,* sed ab *eruilia, ruviglia, rubiglia.* Colum. Lib. I. *Saserna putat agros stercorari lupino, faba, vicia, eruilia.*

RVDO. *Rudus,* & *rutum.* Cæmenta diruta. Glos. Rudus. Σόρος γῆς, & purgamenta domus, & cuiuscumque rei, quæ ex sordibus purgari debeat. Veneti *scoazze.* Et pro fimo, siue lætamine. Columel. in horto. *Rudere tum pingui solido, vel stercore Aselli.* Suet. Vesp. *Ipse restitutionem Capitolij aggressus, ruderibus purgandis manus primus admouit.* Ruinazzo. Pap. *Rudera, Cementa, idest ruina & sordes materiarum. Rudera sunt sterquilinia, vbi fimus est.* Ita Insubres fimum, & purgamenta omnia, ex stipulis, & quisquilijs coaceruata *rudum,* & *rudarium,* qui ea asportat. Galli à fimeto, *fiente.* Hisp. *Hienda.*

RVFA. Capitis furfures, *rufa,* per metathesim. *Porrigo.* Glos. Πιτυρίασις. Πίτυρα τὰ ἐν τῇ κεφαλῇ. Et. Πίτυρον, ἡ ἐν τῇ κεφαλῇ ῥυπαρία. *Porriginum. Paiola. porrigiola:* furfuraceæ squamulæ.

RVFIANO. Leno: perductor. In hac voce scrutanda hactenus conatus omnis frustra fuit. Non enim eorum sententiæ accedere possum, qui à *Ruffo,* factum putant, quod lenones rufis vestimentis incederent. Id vt comprobent Tertulliani verba adducunt de pallio. *Vespillo, leno, lanista tecum vestiuntur: cum antea colorati essent lenones.* Mirum viros doctissimos non animaduertisse, postrema verba nusquam in Tertulliano reperiri, sed à mala manu adiecta fuisse. Ait quidem magnus Pater C. XXIII. de spect. loquens de auriga Circensi. *Velut sacerdos coronatus, vel coloratus vt leno.* Sed hoc tantum indicat lenones coloratis vestibus vsos esse, non autem inde sequitur, rufatos, aut russatos. Neque à colore rufo, *rufianus* quis dicatur. Præter quam quod tunc passim Romæ lacernæ, aut penulæ Quiritium rufæ erant. Ex quo lacernæ *Byrrhi* dictæ πυρροὶ, à ruffo colore. Nullum ergo discrimen inter lenonium, & ciuilem habitum fuisset: neque Tertul. aurigam instar lenonij coloratum dixisset, cum passiuus is habitus foret. Donatus non russatos lenones fuisse dicit, sed pallio varij coloris vsos. Quod mihi suspectum est, nullus enim Romæ pallij vsus, nisi in Græcis, aut philosophiam professis. Cum omnes ingenui togati essent, etiam lenones, quod indignatur Tertul. *Vespillo, leno, lanista tecum vestiuntur,* summi scilicet velamen honoris, extremæ sordis, & infamiæ hominibus circumpositum. Si de lacernis loquamur, quæ togæ successerunt illæ vel albæ fuerunt, vel purpureæ. Cur ergo Tertul. lenones coloratos appellat? Aurigæ coloribus in factiones distincti, tunicas induti erant Veneti coloris, aut prasini, aut albi, aut russati cum ciuium omnium tunicæ albæ essent: Verisimile igitur est lenones quoque tunicas coloratas habuisse, vt à ceteris dignoscerentur, sicut hodie Hebræi croceo pileo discernuntur, & ideo aurigam lenonis instar coloratum fuisse. Non enim de toga, aut pallio accipi posse illud argumento est, quod aurigæ tantum tunicati, vt essent expeditiores, & vetera monumenta ostendunt. Ceterum à pallio illo lenonio varij coloris Gallicum *Maquereau* iidem deriuant, quod varii illi colores sunt veluti maculæ, & inde vox *Maquereau, Macubarellus,* ad modum dura auribus. Sed Gallicam vocem recte Sauaro ad Sidonium L. VI. Ep. IX. ab *Aquariolis* deduxit addito M. Quos fuisse meretricum ministros ab aqua suggerenda dictos, notum est, atque inde perductores, & stuprorum conciliatores. Verù Epitome *Aquarioli dicebantur mulierum impudicarum sordidi asseclæ.* Lampridius de Commodo. *Aquam gessit, vt lenonum minister.* Casaub. ibi. *Vt aquariolus aut baccario: nam ita vocabantur οἱ προσδιάκονοι,*

qui in lupanaribus aquam ministrabant. Multum in illis lustris aqua vsum fuisse testis M. Tul. plurimis locis. Frontin. de aquæd. *Ipsam Martiam splendore, & rigore gratissimam balneis, ac fullonicis, & relatu quoque fœdis ministerijs deprehendimus seruientem.* Aquam enim post Veneris vsum adhibitam docuit Lipſ. antiq. lect. 1. 12. Pro Cælio. *Ideone aquam adduxi, vt ea tu inceſtè vtercre?* Martial. de ſellatrice. *Qua tibi parte opus eſt, Lesbia ſumis aquā.* Ab *Aquariolus* igitur, vel à *Bacario*, *Maquerau* Gallis leno dicitur. Italicæ vocis indagandæ laborem aliis remittimus. Nam ſi ariolari licet, dicere poſſumus, *Rufam* eſſe capitis porriginem, ſiue furfures, vnde vox orta. *Rufare* eſt caput ſcabere, & furfures pellere. Inde pro blandiri, & adulari, quod lenonum proprium. Com. Dant. Infer. XVIII. *E da ſapere che il Ruffiano, è il propoſto delle meretrici, ouero ſuducttore, coſi chiamato perche lenisſe, ptalla, e blandiſce. Ruffiano* à ſcabendo, ſiue poliendo, & furfures pellendo, quod eſt *Ruffare*. Certe Patauij, cum lenonem indicare volunt, caput ſcabere ſolent. Sed hoc eſt diuinare.

RVFFA, RAFFA. dici ſolet, cum gregatim & confuſe alius alium anteuertere, & aliquid occupare, & rapere nititur, à *rapiendo*, ſiue *raptando*. Et in ludo teſſerarum *riffa*, cum ſummum punctum iacitur, ideſt ter ſena.

RVGA. V. *Carrobio*.

RVGARE. Scrutari, vel ab hoc, vel à *ruſpare*, à pullis translatum ſcalpurientibus. Feſt. *Ruſpari eſt crebro quærere, vt hoc verſu indicatur. Et ego ibo, vt latebras ruſpans rimer maritimas*. V. *Ruſpare*. Hiſpani. *Hurcar*. Miſcere, frumenta in area furca miſcere. *Furcare*, *furugare*, *rugare*.

RVGGHIARE de igne crepitante Veneti dicunt, idque pro fauſto omine habent. *Il foco ruza*. Dantes *rugghia*. Inf. XXVII. *Poſcia che 'l foco alquanto hebbe rugghiato, Al modo ſuo.* A rugitu, & læto crepitu. *Ruzo*, & *ruzzo* Inſubres, pro ſtrepitu. Gal. *Bruit*. Hiſp. *Ruido*, à ruinæ ſtrepitu, vt Coaruvias. Etiam *ruzare* de canibus Veneti dicunt, cum iraſci incipiunt. Latini *hirrire*. Gloſ. *Hirrit*. ὅταν κύων ἀπειλῆ ὑλακτῶν. Quando latrans minitatur. Vnde R litera canina.

RVGIADA. Ros. *Roſcidum*, *roſcida*, *roſcidata*, *rugiada*.

RVIDO. Aſper, *rudis*. Quanquam & *ruidus*. Barbarus Gloſ. in Plin. *Præferatum vero pilum in molendo propterea vocatur Plinio, vt à pilo ruido (ſic enim vocat ipſe) diſtinguatur, ad molas videlicet, quas aqua verſat, vtili. Nam & ruidus panis Plauto, vt ait Feſtus, cum ſignificat, qui parum coctus, rugoſuſque ſit: quanquam rubidus ferè ſcribitur. Rudiarij quoque nominantur, qui ſaga ruida, & noua poliunt.* A *ruido*, *arruidato*, Etruſce à *briuidato*, acuto frigore horreſcens.

RVSCA. Cortex præcipue pomorum. Vel à *cruſta*, *ruſta*, *ruſca*. Vel à quiſquiliæ, *Caſculia*, *cruſca*, *ruſca*. Pap. *Quiſquilia purgamenta frumentorum, vel de ſummitate corticibuſque pomorum*. Hiſp. *Oruſjo*, quaſi *belujo* folliculum, *Oruſca*, *ruſca*.

RVSCELLO. Riuus, *riuiculus*, *riuicello*, *ruſcello*.

RVSIGNOLO. Omnibus claret eſſe à *luſciniola*, *luſignolo*.

RVSPIO. Nummus aſper: *aſprius*, *ruſpius*. De nummis aſperis Turn. L. XVIII. 28. Vnde aliqui *aſpros* apud Turcas nummos appellatos putant, quos refellit Iunius ad Codinum qui Arabibus *Aſpra*, album ſignificare tradit, & *aſpros* argenteos nummos à colore. Quod ad *ruſpium* pertinet Erythræus à *ruſco* deducit, quo nihil aſperius eſt, ſed malim, quod prius dictum eſt.

RVSSA Veneti pro *Rixa*, e *ruſſare*, rixari.

RVZELLA. Trochlea, axiculus. Vel à *Gyrgillus*. Iſid. Gloſ. *Gyrgilus, rota hauritoria*. Vel à *rotula*, *rutella*, *ruzella*.

S.



SABIONE. *Sabbia*. Sabulũ, ſablum, *Sabulone*. Aldem. *Tellum ſablone cadauer*. Et *Sabulo*. Var. de R. R. 1. *Quod ibi refert ſabulo albus ſit, an rubicundus*. Et Colum. *Ieiunus ſabulo*.

SABBAIONE Inſubres vocant embammata ex ouis, vino, & ſaccaro. Veteres cinnum, Græci κυκεῶνα. Cycæona, à miſcendo. Miſcellam variarum rerum. Vel à *Cycæone*, vel à *Sapa*, quod eſt defrutum, ſiue muſtum coctum; *Sapatone*, præcipua ſcilicet eius parte. Cycæoni autem etiam caſeum additum tradit Euſtath. & licet medium inter eſculenta, magis tamen ad ſorbilia accedere. Fuit quidem *Sabaia* Illyricis potus ex hordeo, vt ex Hieronymo notum eſt, vnde Valens *Sabaiacius* per contumeliam dictus, apud Marcellinum: ſed illud vile potus genus, hæc menſarum ganea. Vel denique à *Sabboiare* quod ijdem Inſubres pro miſcere dicunt, nam cum aqua miſcendo agitatur,

tatur, veluti *subbullit*. Nihil tamen magis cauetur, ne Cycæon igni admotus ebulliat, quod eo vis omnis euanescat, & transpiret.

SACCHETTARE. Vinum percolare. *Vino à sacchetto*, quod à sacculis lineis guttatim eliquatum est. Veteres enim vina colo, & sacco trãsmisisse, illud ex argento instar cribri, & diuitum fuisse, saccum ex lino & pauperum, vt vinum vetustate coalitum liquarctur, & iniecta niue refrigeraretur, vtque simul vires frangerentur, omnibus notum est, vnde *saccare*, & vina *saccata*, & percolata.

SACCHEGGIARE. Depopulari, prædas agere. Voss. à Germ. *Schaeken*, rapere. Vnde *schacum* pro furto. Sed de hoc suo loco. Simplicius videtur à *sacco*, in quem præda conijcitur. Vnde *saccomano*, & *saccardo*, prædator.

SAEPPOLO. Surculus è stipite vitis germinans. *Subpullus*, siue *subpullulans*. Nam sagitta aliud significat apud Columellam, nempe superiorem partem malleoli, siue nouissimam partem surculi. L. III. 10. & 17. Cum autem arcum significat à *sagitta* factum assentimur.

SAGGIARE. *Assaggiare*, *saporare*. Prægustare, quid sapiat explorare. Cic. de fin. II. *Palatus sapit*, idest de saporibus recte iudicat. *Saggio, proua*. Experimentum. Gal. *Essay*. Dant. Purg. XXVII. *E di pochi scaglion leuammo i saggi*. Experimentum fecimus, paucos gradus faliendo. Villan. VI. 55. *Fecene far saggio, e trouolli di finissimo oro*. *Assagiamento*, gustus, prægustatio. *Dar saggio*, dare experimentum. Probare. Germ. *pruffen*. Veneti, *cercare*, *cercare il vino*, degustare, quærere saporem. *Non hò cercato cosa alcuna*, de ieiuno, & qui nihil gustauit. *Sazo*, experimentum nummorum, ad Lydium lapidem. *Far il sazo*: translate. Et *saggio*, pro sapiente, e *far saggio alcuno*, certiorem facere, *far consapeuole*. Dant. V. Purg. *Di vostra conditione fatteme saggi*. Vt sciamus. *Saggio*, pro sapiente, & *saccente*: sagax. *Sasone*, e *saggione*, quod sapit. Gal. *Saison*: & *assaisoner*, quod sapit, siue saporem habet. *Non perder sasone*: quod saporem nunquam amittit: omni tempore sapit. *Ben sasonado*, conditus, ac saporatus. *Sagione de frutti*, cum pona sapiunt. Quanquam, & à *statione*, *staggione dell' anno*. Hora, tempestas, tempestiuitas. *Saggio*, etiam alicuius rei exigua pars, quæ desumitur in experimentum translatum ad certum põdus exiguum. Veneti *vn sazo di seda*, *vn sazo d'argento*.

SAGRO. Accipiter. Ἱέραξ. *Sacer ales*. *Sacro*, *sagro*. Translatum ad tormentum bellicum. V. *Moschetto*.

SAIA. Pannus laneus leuior, quod ferme ex eo saga fierent, quasi sagorum materia. Et addito R. *Sargia*, non enim à serico, quod omnino diuersum. *Tela sagaria*, *sagaritia*, *sartia*, *sarza*, & *sargia*, *saia*. German. *Sarchs*. Cumque sagum non solum pro veste militari accipiatur, sed pro quolibet operimento, vt Casaub. ad Capitolin. p. 83. Veget. Veterin. II. *Animal loco calido statues, ac sagis cooperies*. Inde coopertoria, siue lodices, Etruscis *Sargie*, & *Sargani*. Sicut Latini, pallia pro lectorum operimentis. Glos. Σαγίον. *Lodix*. Nec aliud *Sargana* apud Villanum significant L. XII. 66. quam saga, siue cilicia, arcendis telis oppansa. *Sotto à i carri, alla couerta de Sargani, che si guarentiene de quadrelli*.

SAIO. *Sagum*. Vestis militaris, de qua in Com. de re Vestiaria. Et *Saione*, crassum & vile vestimentum. Vnde *Saiones* dictos putat Salm. H. Aug. p. 28. à sago quo erant induti. Sed cum sagum commune esset militum omnium, nescio cur frumentarij illi peculiari appellatione *saiones* dicerentur. Quia autem ijdem *Saiones*, siue frumentarij, & speculatores torquebant, & supplicia exigebant. Isid. Glossar. *Saio*, *pœnator*, *tortor*: & pro mercium exploratore, siue publicanorum ministro apud Grot. Lex. Gothico.

SALA. Olim pro tota domo, nunc pro parte eius, vt Vossio monitum de vit. II. 17. Leg. Alaman. tit. LXXXI. *Domus eius incendat, siue salam*. Et Longob. L. I. tit. XI. L. 4. *Bubulcus de sala. Et de sala propria extre*. Nunc pro cœnaculo, siue pro maiore conclaui, à German. *Sall*, vt idem docet non a *saltendo*, vt Poletus de Foro; quod ibi saltationes siue choreæ meantur. Aula vero est atrium, Ypæthrium, Cauædium, impluuium porticibus cinctum. Seru. ad Æneid. IV. *Aula autem proprie dicitur, quæ concluditur porticibus quatuor*. Bapt. Albertus putat Oecos apud Vitruvium *Salis* nostris respondere, & ita Palladius vertit. V. *Corte*.

SALATA. Veteres ab aceto, acetarium, nos à *Sale*. Germ. *Salat*.

SALAME. Farcimen, *salsamentum*. *Salamen*. Glos. *Salamen*, παράβρογχ.

SALAMORIA. Salsugo exudans ex pilcibus salitis, qua veteres vtebantur ad ciborum conditurast, præcipue garo. Nunc *muria*, & *salsamuria* dicitur, quæ sale tantum, & aqua macerata constat: quæ muria dura olim nominabatur.

SALASSO. *Solutio vena*, vel *laxatio*. Hisp. *Sangrar*, *sanguinare*. Glos. φλεβοτομῶ. *Sanguino*. *Salassare*: sanguinem laxare. Ita & Erythræus, verbo, *Venam ferire*.

SALCIZZA. *Salsiccia*. Farciminis genus. *Salsicum*, *salsum Isicium*. Salm. H. Aug. 185. *Insicare veteres dixerunt, pro insecare, & prosicare*

re, inde Isicium, ac proficium. Nec aliud est Isicium, quam insecta minutatim caro. Eiusmodi insicijs, & minutalibus ex carne vulgo farciebantur auium ventriculi, vt anserum, & gallinarum. Sed pag. 237. Salcizza, ab hillis deducit ex Acrone. Hilla inquit, & hilli dicuntur salsa intestina. Hirri positiuus est, diminutiue hilli dicuntur, alij dicunt, hilla farta a salsiccia. Vt Salficia, sint salsa hilla, siue intestina farta. Pap. Hilla, salcicia vulgo. Et Tucceta, esca regia, salcicia vulgo. Persij Vet. Interp. Ceterum rectius videtur à salsum Isicium, quod & Vols. probat 1. 7. Vetus Cruperij Commentator. Hilla inquit est deminutiuum ab hira, & significat intestinum salsum, vel vt alij dicunt fartum Salsicium. Arnob. Lib. I I. Vt spirulas, & botulos facerent, isicia, ea tillamenta, Lucanica. Insubres paruum farcimen, ac veluti dimidiatum Cigotto appellant, Salsicum, salsicottolo, cigottolo, cigotto. Sicut Hisp. Gigote. V. Cigotto.

SALDO. Solidum, soldum, sodo. Saldare solidare. V. Int. Iuven. v. Rupto poscentem sulfura vitro. Qui, inquit, hoc solent vitrum solidare, idest, maltare. Vitru. de terra ex qua later ducebatur. Ita eum est lenis, aere solidata, non recipit in se, nec combibit liquorem. L. I I. C. I I I. Tectorio inducto, rigideque obsolidato. Saldare il conto. In solidum rationes putare. Vnde, resto e saldo: pro apocha.

SALMA. Soma. Onus, ac iumenti sarcina. Sagma. Vt Salm. H. Aug. 234. & 386. Vnde, equus sagmarius apud Lamprid. in Eliogab. Olim legebatur saginarius, Turnebus correxit sagmarius. Lib. XXI v. 8. Sicut Salm. Veteres Glossas, quæ vbique habent saginas equum, pro sagmas, & saginatus, pro sagmatus. Sagma, sauma, soma, & salma. Sagmarius equus clitellarius iumentum dossuarium, & sarcinariū. Germ. Samrofz. Somaro, pro Asino. Salmerie, sarcinæ, impedimenta. Vil. VI. 42. vbi loquitur de Vexillis Collegiorum. Quella della Salmeria era bianca, col mulo nero. Sagmare equū onerare, ἀπὸ τοῦ σάττειν, onus imponere. Translate salma pro corpore, quod veluti animæ onus est. Dant. Parad. XXI. Quando 'l figliol di Dio Carcar si volse della nostra salma. Item pro trabe, cui tectum incumbit. Somier, someiro, somaro.

SALMASTRO. Salmacidum. Glos. Salmacidum. ἅλμυρον. Salmacia aqua. Ἀλμυρὸν ὕδωρ. Quod Vols. ex Salinatico factum putat, vel à Græco ἁλμυρός.

SALSA. Embamma: acetum ad intingenda obsonia conditum, intinctus. Saluiatum, salsa: ferme enim ea herba conditur.

SALTARO. Camparo. Agrorum, ac nemorum custos. Glos. Saltarius ὀρεοφύλαξ. Et Saltuarius, ἀγροφύλαξ. Κτηματοφύλαξ saltuarius.

SALVANO Insubres appellant Ephialtem, quem vt ait Macrob. in somn. Scip. Lib. I. 3. publica persuasio quiescentes opinatur inuadere, & pondere suo preslos, ac sentientes grauare. D. Aug. de Ciu. VI. 9. Tamen mulieri fœta post partum, tres Deos custodes commemorant adhiberi, ne Siluanus Deus per noctem ingrediatur, & vexet. Et Scribon. C. VI. Facit bene hac compositio ad eos, qui sapius existimantur ab incubone deludi. Vsque eo tamen vexantur, vt interdum vita periculum adeant. Veneti Pesarello, & Pesarolo. Saluano Insubres, idest Siluanum, Incubonem, Faunum. Seru. ad Æneid. VI. Castrum Inui, idest Panos. Inus autem Latine appellatur, Græcè Pan; item ἐφιάλτης, quasi Insultor, Latine Incubo. Idem Faunus; Plin. Faunorum in quiete ludibria nominat. Sicut suppressiones nocturnas, & Macer Pressuras, vt Rodius ad Scribonium. Pap. Siluanum Latini vocant Deum, quem Graci Pana dicunt, idest Incubum. Hisp. Pesadilla.

SALVO, pro excepto. Reseruare, excipere; saluare. Quintil. XII. 10. At loquuntur, & saluant personarum discrimen. Ammian. L. XVI. Imitatus, salua differentia, veterem Syllam.

SAMPOGNA. Fistula. Crederem à Sambuca, sambucina deflexum, si quid veterum Sambuca esset, scirem. Glos. Ψαλτήριον. Sambucum. Turn. L. XX. I. Sambucam esse ait, quam vulgo, Arpam, quod instrumentum à fistula diuersum. Ita & Vols. in Etymol. Ede enim instrumentum id, quod vulgo ob aliquam formæ similitudinem vocamus harpam, quasi ἅρπην, quod proprie notat ensem falcatum. Præterea Sambuca fides, siue chordas habuit. Phil. ad Vitr. L. VI. I. dicit esse musicum organum triquetrum, imparibus longitudine fidibus, & tonis. Festus de Sambuca. Nam vt in organo chorda, sic in machina funes intenduntur. At fistula ex calamis compacta. Itaq; non displicet Guieti opinio, qui à symphonia dictam putat, concentus, quem dispariles tubi fundunt. Vel corruptam vocem à Cicuta, vt Broccensis existimat apud Coaruviam.

SANARE. Castrare. Eorum sententiæ faueo, qui à samiare arcessunt, quod testa Samia, idest acuta scilice pondera deuoluere significat.

SANNA. Zanna. Dens Apri prominens aduncus. A sanna dictum putant, idest irrisione, quę ore distorto fit, vt Vet. Int. Persij. Vnde etiam scana eodem sensu. Mihi hoc potius ab illo ortum videtur, nam scanare, est iugulare, scana, quæ iugulatis licet alia pars corporis fodiatur. Dant. Inf. XXXIII. Et con l'agute scane, Mi parea lor veder fender li fianchi. Aptè Plin. Lib. XVIII.

xvii. præf. *attritu arboris, vel saxi sicas dentium acuunt.* Quod si Græcos aduocare placeat, *sanna* erit à γένυς. Quod licet mentum, interdum maxillam significat, Euripides pro apri dente posuit. Phœnissis. Κάπροι δ' ὅπως θήγοντες ἀγρίαν γένυν. *Sicut apri acuentes sauas genas,* ideſt dentes. Antholog. L. 1.22.7. de Apro. Ἐς πνδῶ κρυού πᾶσαν ἔβαψε γένυν. *In ventrem arietis omnem intinxit genam*, ideſt *dentem*. Hoc verbo vſus Apul. Lib. viii. *Et primum quidem canum procaciores, genis hac illac iactatis confectas interficit.* Inde *Assannare*, pro dentibus arripere, mordere, & genis ſtringere, maxillis comprimere. Dant. Inf. xxx.

L'una giunse à Capocchio, & in sul nodo
Del collo l'assannò.

Translate alibi. *Il periglio l'assanni.* Nam γένυς, gena pro maxilla accipitur: ficut γένυς pro acie gladij, ab acumine dentis aprini. Et quia maxillæ cum faucibus coeunt, *Zanne* pro faucibus. *Aprire le Zanne.*

SANTONINA. herba. Abſynthium *Santonicum*.

SAPERE. pro olere. Latinum eſt. Cic. *Meliora, inquit, vnguenta ſunt, quæ terram ſapiunt, quam quæ crocum olent.* Plaut. Pſeud. *Sed iſtoſcr us quid ſapit? CH. Vſque à cunabulis.*

SAPONE. Smegma, Mattiaca pila. Plin. xxviii. 12. *Prodeſt & ſapo: Gallorum hoc inuentum rutilandis capillis, ex ſeuo, & cinere.* Pap. *Smigmata, vnguenta. Sabanum, lanmentum.* L. *ſapon, lomentum.* Germ. *Senffe*, à ſeuo.

SAPPA. *Zappa.* Ligo. à Σκάπτω fodio. Σκαφεῖον, Σκαπάνη. *Sappa Zappa.* Nam *ſapula* apud Gloſ. *Sapula* λάμβα, non pro ligone, ſed pro *ſapa*, ſiue *defruto* accipiendum, & λίμβα legendum, vt Vulc. monuit, nec *lamba* eſt lamina. Nam ſupra *Sapa*, ἕψημα. A *ſcapto, ſcaſa, zappa.* Pap. *Scaptes, Græce bidentes.* Sed bidens eſt *dicella*, diuerſa, à ligone. Dicella enim bidens, aut rutrum, ligo, quo tellus finditur, & foditur. Idem. *Marra, Sappa, inſtrumenta ruſticorum.* Dicella idem ac ſarculum. Pap. *Sarculum ferramentum cum manubrio, foſſorium duos dentes habens.* *Sarchio.* Etruſci *Sarchiare*, ſarculo herbas runcare. Capreolum Columel. appellat L. xi. à ſimilitudine cornuum Caprinorum. *Capreolis, quod genus bicornis ferramenti eſt, terra commouatur.* Hiſp. *Açada*, inſtar *Aſcia*, ſiue *aolabra*. Galli *Houe* ab Vpupa. Glol. *Obpopa*, ἔποψ vpupæ caput referens, cum roſtro, vt Salm. Hiſt. Aug. 337.

SARNACCHIO. Præpinguis ſaliuæ attractio, Screatus, *ſcreatio*, *ſarnacchio.* At *Sornachio* Ronchi, à ſonitu narium.

SARPARE. Anchoras euellere, oram ſoluere. Translatum à *ſarriendo*, quod eſt herbas ſarculo runcare, & extirpare; ita & anchoras dente tenaci fixas vellere, & veluti ſareulare, ſarpare. Pap. *Sarpo: herbas ſarrire, ideſt extirpare.*

SARTE. Funes nautici, rudentes à *Sertum*, quod χοινίον, hoc eſt funem, ſiue reſtem ſignificat: nempe quia ſerta, hoc eſt conſerta, ſiue plexa. Hinc *ſertam ducere* apud Terent. pro funem ductitare, vt Voſ. etymol. Dant. Inf. xxi. *E chi riuolge ſarte*, quia torquendo conficiuntur. Etiam *ſarte*, quod in ſertum, ſiue ſpiram conuoluantur: quod *raccoglier le ſarte*, idem Poeta dicit. V. *Siare.*

SARTORE. *Sarcitor*, non autem ſutor, à ſarciendo Sartor; Sed etiam à ſartiendo, Sartor diuerſa ſignificatione, vt Sartor ſatorque ſcelerum apud Plautum. Vide Nonium, qui *ſarcinatricem*, non ſarcitricem dici debere cenſet, non à ſarciendo, ſed à ſarcinis, quod plurimû veſtium ſumant, vel ſuant. Var. ὅρος λύρας. *Homines ruſticos in vindemia incondita cantare: ſarcinatrices in machinis*, ideſt intabulatis editioribus, ne veſtes fœdentur. Sed quod de ſarcinis ineptum eſt: Sarciendo enim tam ſarcinatrix, quam ſarcitrix. Idem. *Sarcinator, ſutor.* Lucil. xxxviii. *Sarcinatorem eſſe ſummum, ſuere centonem optime.*

SAVRO. Equi color. Scalig. Exer. cccxxv. 2. ait Gothicam vocem eſſe, qua alecem ſalitum Galli *Soret* appellant, *Sorum* enim ſiue *ſaurum* eſſe colorem ſubrufum, *qui ad atrum accedat, qui etiam in equino pilo remanſit apud Italos.* Verum rectius à *ſubrufo, ſubro, ſabro, ſauro*, & *ſoro*, quam à Gothis deriuari facile crediderim.

SAVSO. Canis ſagax. V. *Bracco.* Lex Salica Tit. vi. Si quis canem Seuſium furauerit. Bignonus, *Segufium*, qui canis Gallicus à loco dicitur Arriano in Cyneget, eum vide.

SBACCO. Veneti abundans, ſuperuacuum, *à sbacco*, vſque ad ſaturitatem cibo inferciri. *ſuperuacuum, sbacco.* Germ. *Abſattigen.* à ſaturitate. Vel à *Macco.* Vide.

SBADIGLIARE. Oſcitari. Non à *badare, badiculare*, quæ vox minime Latina eſt. Nam Iſidor. Gloſſario. *Hippitare, oſcitare, badare*, corruptum eſt. Hippitare (ab ἵππος equare) equitare. *Badare*, vox nihili, vel *Vadere, andar à cauallo.* Etiam Gloſ. p. 699. *Exippitare, raro oſcitare.* Legendum *equitare*. Quicquid ſit de Iſidoro. *Sbadigliare* eſt *abbalare*, & frequentatiuum *abbaliare*, frequenter halare, quod oſcitantes faciunt. *Halare, abbalare, sbagliar.* Hiſp. *Abahar*, & *Bahar.* Galli. *Baaller*, abhalare. Inſub. *sbagiare.* Pap. *Halare; redolere, oſcitari.* Buti Dant. v. Interp. apud Lex. Etruſcum. *Lo sbadigliare, è vno ſcialare* (exhalare) *d'incre ſcimento &c. Sbadaglio*, & *sbaggio*, quod

faucibus insertum ad vocem intercludendam, diducto ore, hiscere cogit, ac velut oscitari. Galli *Baaillon*. Lupatum. Iidem *Bayer*, & *Beer* inhiare, abhalare, & hiare idem, nam ore aperto anhelitus ducitur.

SBALARE. V. *Avallare*.

SBARRA. V. *Barra*.

SBARBARE. Sbarbicare: exstirpare, à radicum fibris instar barbarum.

SBECIO. Strabo, distortis oculis. *Obliquus*, transuerse tuens. *Sbliquio, sbecio*. V. *Biecco, sbiesso*. *Tagliar di sbiesso*, obliquè secare. Galli *de biais*, obliquè. *Aller de biais*, obliquo gressu incedere.

SBEZEFFO. V. *Pacchiare*.

SBIAVATO. Color euanidus. *Exflavus*. Nam *blavus* est flavus, (vnde biada) *exflavus* euanescens, vt *exalbidus*, pallescens. Galli *Blafard*, subpallidus. *Exflauatus*, *sbianato*, *sbiadato*.

SBIESSO. V. *Biecco*. Galli *de biais*, vt paulo ante diximus.

SBIGOTITO. Pauere, *pauitare*, *pauitto*, *expauito*, *sbigotito*, pauore attonitus. *Sbigotire*, expauitare, pauore torpere. *Sbautire*.

SBINARE. *Sbittare*, pro fugere. Etrusci *fuiguare*. V. *Gamba*.

SBIRRI. V. *Baronieri*.

SBORARE. *Euaporare*. *Sborare la colera*, iram effundere. Veneti *sborare*, vim Lucilianam effundere, vel ab exspirare. Cornutus in Persium Sat. II. *Ebullire proprie exspirare à bullis, qua cum in aqua fiunt cadentibus guttis rumpuntur, & spiritum, quo continentur amittunt. Et cum ebullit aqua igne subiecto, altius quidem vapor emittitur*.

SBORRIRE. V. *Burrone*.

SBRANARE. V. *Brano*.

SBRATTARE. *Exapparare*, *disparare*, exapparitare, *sbrattare*, apparatum tollere, impedimenta auferre. Inde pro discedere, & emigrare.

SBREGARE. Veneti lacerare, discerpere. *Frango*, veteres *frago*, vt à *pago*, *pango*. A quo Germ. *Brechen*, & *albrechen*, *sbregare*; *Breccia*, mœnium fractura. Vide. *Sbreghe*, fragmenta ex stipite cuneis diffisso (Insubres, *schenc*, caudicis partes in longum diffractæ) A *frago*, *fregole*, fragmenta, & *bricciole*, micæ, minuta panis fragmina. A *sbregare*, *sbrendelli*, laceramenta: præcipue panni, aut linteorum. Galli *brindelles*, fomes, ignis nutrimentum. Iidem, *Briser*, frangere, comminuere. *Brisans* scopulus, puluinus, dorsum, ad quod maris æstus frangitur (banco). *Brisè*, friatus comminutus. *Brisée* via regia, omnium pedibus trita. *Brisees*, Indago, vestigia solo ferarum pressa. Insubres *Brisa* de re immodice sale aspersa. Vel à *brisa*, salis micula, vel quod linguam laceret. *Salato chel brisa*. Veneti *sbrega*.

SBRISCIARE. Labi, lubrico solo vestigiis fallente, collabi. Veluti *ex lubricare*, *sdrucciolare*. Veneti *Slizegare*, à glacie, Insubres *sbrilsgare*. Galli *Glisser*. Germ. *Glitschen*, & *Schleichen*. Hisp. *Deslizar*. *Deleznable* lubricum. Omnia à glacie, & lubrico: quod & Menagio visum. *Lessa*, & *slitta*. Currus sine rotis, qui per glaciem trahitur.

SBROFARE. Proflando aquam suffundere, aspergere, irrorare. *Proflare*. *Brofadelli*, lagana, iuris inspersione confecta; additis oleribus, & aromatis. Sicut Bergomates *Casoncelli* à caseo, Brixiani *Fiadoni* à Germ. *Fladen*.

SBROIARE. Aqua bulliente perfundere, vnde pellis detrahitur. Veneti *sbroadura*, leue vulnus, non vltra cutem. Et *sbroiare*, excoriare; Calaber Cap. XXVII. de Scabie equi. *La rogna, ò spixa la fae tanto all'amalao frigare el colo y e la coa, che alla fina, el se la sbrosa del tutto*: pellem lacerat. V. *Brollo*.

SBVFFARE. V. *Boffare*.

SCABELLO. Instrumentum musicum. *Scabillum*. Salm. Hist. Aug. p. 501. *Scabella vero nihil aliud sunt quam ποδο-ψόφια, qua pedis pulsu, lignea solea, vel ferrea percussa sonarent*. Interp. vetus Statii ad illud, & *ad inspirata rotari Buxa*. Buxa, tibia, vel scabillum, quod in sacris tibicines pede sonare consueuerunt. Hinc scabillorum crepitus apud Arnobium. Suet. Calig. *Deinde magno tibiarum, & scabellorum crepitu*. D. Aug. L. IV. de Musica. *Velut cum symphoniaci scabella, & cymbala pedibus feriûtur*. Cetera vide apud eundem. Glossæ *Scabillum* Υποπόδιον. Hinc Hisp. *Cascabeles*, *scabillorum crepitus*, vt Sanctius. Proprie tamen apud eos crepitaculum æreum, vulgo *sonaculum*, *sonaglio*, ea accipitribus, ac iumentis appenduntur, etiam saltationibus adhibentur. Terentianus Maur. de Ortographia. *Scabellum antiqui dicebant, quod nos scabillum crepitaculi genus*. Negat Rubenius de re Vest. L. II. 17. veteres habuisse scabella, quæ pedis pulsu lignea solea, vel ferrea pulsata sonarent. Quia Int. Statij ait *buxa inspirata*, esse tibiam, vel scabellum, si enim, inquit, scabella, quomodo erant inspirata. Verum Interpres duplicem buxi interpretationem affert; Prout inspiratur buxum, est tibia: prout pede pulsatur, est scabellum. Quia licet diuersa organa, simul tamen adhibebantur, vt ex Suet. & August. diximus. Mirum autem est, negare ipsum scabella pedibus pulsata, & figuram eius rei apponere, ex statua marmorea apud Magnum Ducem Florentiæ, & subiicere. *Vbi videmus musicum, scabillum*

Ff

lum pedibus pulsantem, & cymbala manibus quatientem. De Cymbalis res nota est: scilicet, duo vasa ærea semirotunda (peccat ille eum duos quosdam pelues dicit, cum *duas* debuisset) quæ vtraque manu collidebantur, vnde Lucret. *pulsantes aribus ara*; & Ouid. *tantum are, ara repulsa valent*. Vere quidem falluntur, qui cymbala esse putant, quæ à puellis saltantibus gestantur, instar cribri, ex vna parte pelle obducti, interiectis in ambitu, siue balteo lamellis, atque æreis bracteolis, & crepitaculis, quæ crispante brachio ad numerum quatiuntur. Sunt enim veterum tympana, vt recte censet Rubenius, diuersa à bellico tympano, effœminatorum gestamina. Sed isti cum vulgo falluntur, nam apud Hispanos, & Venetos ea per abusionem cymbala appellantur, nempe quod vtrumque inter musica crepitacula. Immo Phedrus cymbalum pro tympano posuit. Galli inquit Cybeles cum illis mortuus suus Asinus esset. *Detracta pelle sibi fecerunt cymbala*, hoc est tympana effœminatorum gestamina. Cymbala enim non ex pelle, sed ex ære. Quod vero etiam negat cymbalum malleolo percussum, Pignorius de Seruis attulit huiusmodi figuram, scilicet peluem, vnam tantum cymbali partem apposito malleolo, & aliam figurā haud absimilem cymbalo, quod describit Nonnus.

SCACCHI. Ludus calculorum, siue latrunculorum. Primus Ios. Scalig. ad Catalecta p. 542. Ludum calculorum, & latrunculorum eundem esse docuit ex Ouid. *Siue latrocinij sub imagine calculus ibit*: Et L. III. de arte. *Cautaque non stulte latronum pralia ludat Vnus cum gemino calculus hoste perit*. Cumque calces sint calculi, vt ait Festus, hinc *scalculum*, & *scacchum* factum ostendit, voce Italis, & Gallis vsitata. Hunc Salm. sequutus est Hist. Aug. 459. *Scacchos hodie vocari ab Italis, & Gallis, voce à calculis detorta. Quia autem ludus iste latronum, siue latrunculorum dicebatur*, scachum *pro furto Longobardi dixere. Lib.* II. *tit.* 55. *L.* 37. *De furto, aut scacho, si vltra sex solidos fuerit*. Vol, à Germ. *Schacken*, rapere, atque inde schacorum ludum, qui & latronum. Sed cur non *scacchen*, à ludo calulorum, siue schacorum, cum innumeræ voces Latinæ in Germanica lingua sint? Hodie etiam apud Insubres, *dare vna querela di scacco*, est furti accusare. Idem tamen cum Vossio sentit Grotius Lex. Goth. *Scacchum. Schacken Rapina: vnde & ludo latrunculorum nomen, quod à Germanis ad Græcos, & Persas vsque peruenit*. Alij contra à Persis arcessunt, de quo vide Menag. in orig. Gallicis. Ceterum hunc ludum Hisp. appellant *Axedres*, vt Scaliger, quasi *exquadris*: nam *quadrones*, quadratas phalanges vocant: calculorū autem ludus, nihil aliud, quam castra, & instructa acies. Salmasius à ζατρίκιον: quod cum alij à Persico *Xatreng*, Zatricium dictum putent, cōtra ille ad Solinum Persicum à Græco petitum contendit. Porro alueum lusorium, siue tabulam, à *scachis*, *scacchiera* appellamus, cuius imaginem, alternis tesellis, siue quadraturis versicoloribus distinctam plures in gentilitijs insignibus vsurparunt. Quadraturas Codinus pag. 24. χαρτάρια appellat, corrupta voce, vt Iunius obseruat, ex Italico, & Gallico *quartiers*. κατὰ χαρτάρια, idest, *quadrarÿs tesseris, vel scutulis*. Eadem χάρτια appellantur ab eodem pag. 23, & 41. In hac Vrbe nobilissima Zaccorum familia, inde appellata. Initio enim *Scachi*, postea *Zacchi* dicti. Chron. Patau. *Familia Zaccorum, siue schaccorum*. Idem à tabula, *Intauolato*, *scacchato*. Nauigat. Rhamnusij parte I. p. III. *Intauarato, puntizato, di diversi colori. Intauolato à scacchi*. *Tauare* translate maculæ cutis rubentes. Et *taberlato*. Corius Hist. Mediol, p. 117. *La porta nominata Romana hauea i suoi soldati sotto il vesillo rosso. La Ticinese, il Bianco. La Vercellina il Balzano. La Comasca, il Taberlato, ouero Scaccato, bianco, e rosso*.

SCAFFA. Alueus aquarius. *Scaphium*. Lauatrina. Scapha pistoris, in qua panis prostat. Pap. *Scapha, barca, vel alueus in quo panis mercatur*. *Scaffato* Veneti appellant, cui mentum prominet, reliqua oris recedunt, & veluti concaua sunt. Et *far scaffa* de infantibus cum lachrymæ erumpere incipiuntur, & vultus contrahitur.

SCAGLIA. Squamma, *squammula*, *squaglia*, *scaglia*. Germ. *Schuffe*, & *schelffe*. Hisp. *Escbama*. Scal. ex. CCV. 7. *Scaiola, Itala vox est* (loquitur de Alumine Scaiole). *Scaia enim, & scalia, crustam significat, à squamma, corruptis elementis*. *Scagliare*, desquammare. *Scalcioni*, Ilni squammæ quibus vestes farciuntur. Et *scolcioni* auium pennæ primum erumpentes. Plin. Græca voce caules appellat, L. XI. Cap. XXXVIII. *Pennarum caules omnium caui*. Gal. *Le tuyau della plume*, tubuli. Et pili sub axillis, vnde *Scalcio* Veneti appellant, tetrum odorem alarum, siue hircum. Hispani *sobraces*, ab hirco: Et *sobaco*, non ab arcu brachiorum, vt Coar. Germ. *Bockelet*. Quia hirci (bucco) virus, olet, siue trucem Caprum valle sub alarum gestat, vt verbis Catulli vtar. Ceterum *scaiola* etiam dicuntur lapidum fragmēta scalpello excisa, instar squamarum.

SCAGLIARE autem pro longe iācere, est à *Iaculari*. Vel quia squamæ cum lapides cæduntur, longe resiliunt, & iactantur.

SCA-

SCAGNI. Saxa in mari prominentia. Scopuli. Erythr. ad illud, *in saxa latentia torquet, Saxa vocant Itali medijs in fluctibus aras, Dorsum immane mari summo. Hodie nauta*, inquit, *scagni appellant; Nam saxum ingens cum occurrit sedile promittit: vel quia sicut in scamno sedemus, ita nauis superuecta dorso sedet, haretque fixa, & immobilis nauigatione impedita.* Et inde *Dorsum durum* sextam Vrbis Venetæ regionem appellatam. Sane scamnum, crudum & immotum solum, minime aratro proscissum ab agricolis appellari apud Columellam. Sed Plin. terram altiorem, quæ inter duos sulcos in colendo relinquitur, *scamnum* appellat: vnde saxa, siue dorsa mari summo eminentia, *scagni* dicta credo, non à sedendo.

SCAGLIONI, gradus scalarum, *scaleo*, & *scalea* apud Dantem. Scalones, & *scalarium*, *scalaria*.

SCALA. Portus: *far scala*, appellere, exscensionem facere. Pap. *Pons, iter super fluuium: scala nauium.* Valesius ad illud Ammiani. Lib. XV. *Perpatulum sinum, quem vocant Ad gradus. Quia scilicet*, inquit, *plures erant gradus, per quos ascensio, & exscensio fiebat in naues.* Gradum eo sensu sumpsit Val. Max. L. III. 6. *P. Scipio cum in Sicilia, augendo exercitum, trajiciendoque in Africam opportunum quæreret gradum.* Posteriores Græci σκάλαν, *scalam* Latino vocabulo dixerunt. Inde etiam dicta videtur *Gradus* Insula, & Vrbs Venetiæ.

SCALCO. Hodie structor, vel Carpus, conuiuij minister: olim seruus quilibet: vt Vos. II. 17. à Germ. *Scalck.* Ex Pithæo ad Leg. Salicam. tit. II. *Godscalch.* Dei seruus, & *Mariscalch*, de quo supra diximus. At *Siniscalcus*, vel *Seneschalcus*, initio significasse custodem gregis, vel armenti notat idem paulo post. Quod *sen.* Germ. vel *sente* gregem, vel armentum sonat. Postea præclare dignitatis vocem factam. Nempe *Seneschallum* Regiæ mensæ præfectum dici cœpisse, Oeconomum, Architriclinum. Vita Caroli M. *Misit exercitum in Brittania, vna cum misso suo Autulpho Sinescalco.* Autulphum autem Regiæ mensæ præpositum dici Aimoino, notat Bignon. ad Marculf. Reginoni *Principem coquorum*: alijs *Dapiferum*. Aliaque multa de Senescalcis addit, quæ operæ pretium fuerit vidisse. Neque mirandum mensæ Regiæ præfecto curam exercitus commissam exemplis ibi Vossius docet: & quæ eius in aula dignitas fuerit, ex Hincmaro ostendit. Iidem etiam *Præfecti*, siue *Iuridici*, in minores enim prouincias mittebantur Ius dicturi, sicut & *Ballivi*; de quibus Bud. in Pandectas p. 161.

SCALETTIERE. Veneti pistorem dulciarium appellant, Græca voce. Ἐσχαρίτης, panis super craticula, sine foculo coctus. De quo Athen. L. III. *Satiatis vero, & edendo lassis iucundissimam transigendo tempori exercitationem, ac operam prabuere, nempe quem escharitem panem vocant, eximium, ita molle conditũ, tantaque suauitate, siue mollitie, & tanto dum manditur cõsensu cum passo, vt admirabili quadam vi ad appetentiam sui cogat.* Ab *Escharite* igitur, *Escharetarius*, *scaretiere*, & *scalettiere*. Dalechamp. ad Athen. ait Monpessulanis *escalette dici*, quod reliquis Gallis *Gaufre*. Insubres ab offulis, *Ofellaro*.

SCALMANA. Æstus, à magno calore. *Scalmare* Senenses, siti fatigari. *Scarmana*, & *Caldana*, pro eodem.

SCALOGNA. Cepa *Ascalonia*, bulbus esculentus. Pap. *Ascalonia genus oleris.*

SCALPICCIARE. Et *scalpitare.* V. *Calpitare*, *Calce pinsitare.* Propriè de equis. Veneti *zappare*, quod vngulæ pulsu terram fodiant. Vel à *scalpere*, *scalpitare*, fodere.

SCALTRO. *Scaltrito.* A *Callidus*, peritus, exercitatus. Lucret. L. VI. *Currenti spatium præmonstra callida Musa. Scaltrare*, admonere, callidum reddere. Dant. Purg. XXVI. *Guarda, gioni, ch' io ti scaltro.* Land. *Ti scorgo, e mostro ti la via, & fotti prattico. Onde dicsamo huomo scaltrito, quando è prattico, & exercitato.*

SCAMBIARE. Permutare. V. *Cambiare.* *Scambiettare* in saltatione, est varios saltus mutare, & saltatorium orbem versare, diuersos staticulos dare. *Cambiare* saltus. Et *scambietti.* Saltuum permutationes, non à *gamba*, & *gambietto*. *Dare vn scambietto*, est repente discedere, & locum mutare.

SCAMBO. Cui crura intorta, & deprauata. Suet. Othon. XII. *Fuisse enim traditur, & modica statura, & male pedatus scambusq;* vt emẽdauit Turnebus, cum in vulgatis esset, *caluusque* ex Græco σκαμβὸς. Qui pedes aut in exteriorem partem flectunt, iique *Vari* dicuntur, aut introrsum conuertunt, & *Valgi*, sicut *Vatia* dicti, vt Salmas. ibi. Idem & scaurus. Gloss. *Scaurus*, σκαμβὸς σκιλλὸς, στριβλόπους. Et Βλαισόπους, scaurus. Βλαισὸς enim *Valgus*. Insubres *Scanfino*. Germ. *Schlem*, & *schlim*. Senenses *Schembo*, & *schembo*, pro obliquo, distorto: & *Ghembo*. Dant. Purg. VII. *Tra erto, e piano era vn sentiere ghembo. Schimbescio.* Obliquus, distortus. *Andar à schimbescio*, obliquè, transuerse ire. Non ab exinuersus. Veneti *scalembro*, & *tagliar à scalembro*, oblique secare, & ita incidere, vt cæsura scalarum gradus imitetur.

SCAMPARE, & *scappare*, fugere. V. *Gamba*, non autem à campo.

SCANCELLARE. Delere, ita transuersum

fum calamum decuffatim inducere, vt lineæ, & lituræ cancellos referant. Glof. *χαράσσω. Induco, Cancello.* Pap. *Cancellare, concidere, forare.* Quod interdum non folum calamo, fed cultello fcripta cancellatim concidantur, & atroci ftylo fodiantur. V. *Cancellare*, & *Caffare*.

SCANDALO. Offendiculum. Salm. Hift. Aug. 199. *Sic & σκάνδαλος, cum propria fignificatione Græcis fit πάτταλος, palus, pro offendiculo vfurparunt.* Hefych. *σκῶλος, ῥάβδος, σκάνδαλος, σκόλοψ, πάτταλος.* Sed *Scandaglio*, eft bolis, nauticum perpendiculum: funis fcilicet, alligato plumbo, quo nautæ fundum maris deprehendunt, aliter *καταπειρατηρία*, vt Budæus. Quod quomodo à bolis formari poffit non video. Monofinius à Σχινδύλη, Βολίς.

SCANNARE. Iugulare, iugulum foluere. V. *Canna*.

SCANNELLO. Ligneus Abacus leniter acclinis cui fcribendo incumbimus, malim à *fcamno, fcamnulo*, quem à *fcrinio* deducere.

SCANICARE. Cum decidente tectorio parietes nudantur. *Ex tunicare*, tectorium enim velut parietis tunica, qua labente fpoliantur.

SCANSARE. Vitare, declinare. V. *Canfare.* Pap. *Cambio, campfi, ponit Charifius, & à Græco effe videtur σκάμπτω, vnde & Campfo folebant antiqui dicere, Certo, Pugno, iter incobo, vel flecto.* Etrufci etiam *fchencire*.

SCANZIE. Scafæ, & alueoli, tranfuerfis canterijs compacti, quibus lances, ac patinæ & vafa culinæ difponuntur, quod per gradus inftar fcalarum confurgant, à fcandendo *fcanfilia* dicta. Pap. in Lectica. *Scamnum, fcabellum, fuppedaneum, fcanfilia.* Et alibi. *Scanfilia gradus funt, vbi honorati in ædibus fedent*: ex Ifidoro L. xx. 11. A quorum fimilitudine, etiam foruli, & loculamenta librorum idem nomen fortita funt, non autem à *fcrinio*. Etrufci. *Scanceria*.

SCANSE, & *fcanfeie* Infubres appellant fulcra, quæ pedibus capti axillis fubiiciunt ad ambulandum, à fcandendo, quales veterum grallæ, quibus grallatores impofiti gradum grandibant. Ligna, fiue fulcra *fcanfilia*, vel *fcanforia*. Veneti *Crozzole*, quod figuram crucis referant, eius nempe crucis quæ forma, T, exprimitur. Pap. *Cambuta, fuftentamen, vel baculus flexus, Pedum, vel Crocia.* Hifp. *çanco*, quafi *fcanfo*: fiue *fcanforium*, & *çanca*, tibia exilis, & gracilis, inftar grallæ, vel ligni fcanforij. Etrufci *fchiaccia*, crus ligneum loripedis.

SCAPINI. *Scarpini.* Pedules linei, aut lanei. V. *Scarpa*, & *Scoffoni*.

SCAPITARE. *Difcapitare*. Detrimentum facere. A *Capite* prout fortem, fiue nummos fœnore locatos, fignificat, il *capitale*. *Aliquid de capite minui*, fiue de forte demere, & deperire. Veneti *defcauedare*.

SCAPEZZARE, *Scauezzaro*, frangere, *excapitare*, caput demere, ramorum capita truncare. Infubres *Gabare*, quafi *decapare*, fiue *excapulare*, truncare. *Pianta di gaba*, cui decifis ramis truncus remanet. *Capulare, decapulare*, & *fcapellare*, non à fcalpello, vt Vofs. cenfet, fed à *exfcapulo, decapulo*, frango. Glof. *Scapellare*, incidere, frangere. Leg. Long. *Scapellare alterius molinum, plonm, aratrum, vitem, clauftram, equi caudam*, eft frangere, non *fcalpello* incidere; *fcauezzare*. A *fcauezzare*, *Cauezzo* dicitur pannus è tela, fiue telæ capite recifus. *Vn cauezzo di panno*: item pro fragmento, & frufto. Alia fignificatione Infubres, *cauezzare*, dicunt, pro ornare, concinnare, vel à *capite comendo*, vel à *concinnare, conciare, cauezzare*. *Cauezzo*, ornatus, politus.

Scapezzone, & fcopazzone, colaphus, ictus capiti inflictus, ficut *Moftaccione*, in faciem impactus, *Soggozzone*, gutturi incuffus.

SCAPOLARE. Amictus monachorum, quo fcapulæ teguntur: Epomis, Armilaufa.

SCAPVZZARE. *Scapucciare*. Crebro impingere, ac pedem offendere. *Cefpitare.* Seru. ad illud. *Suffufo reuolutus equo. Cafuro, nam fuffufi equi dicuntur, qui vulgo cefpitatores dicuntur.* Equus cefpitator, qui crebro offendit, quam vocem fequiori feculo latinitatis inductam putat Vofs. de vit. ferm. Lib. 1. a 3. quod præter Seruium nullus veterum hac voce vfus fit. Et *cefpitare* fumptum pro eo, quod eft ad cefpitem impingere. Ita *Inciampare*, & *incappare*, in cippum offendere.

SCARABOCCHIARE. Confcribillare, lineas confufe, & capreolatim in fcribendo ducere, lituras facere, & atramentum chartæ illinere, quod pueri faciunt, cum formare literas difcunt. Vel à *confcribillare, fcribottare, fcarabottare, fcarabotto*, pro confufo literatum ductu. Vel à *charaxare*, quod eft fcalpello cancellatim incidere, eum fcripta delentur, fiue cancellantur, quod & *fcharifare*. Glofs. *Scarifat, καταχίζει, καταχνίζει, Καταχαράσσει.* Vnde *fcarabottare*, idem calamo facere, quod fcalpello fit. *Scorbio* item dicitur, atramentum chartæ infufum, & illitum, vnde *fcorbiecherare*, quod à curuis, flexifque, & errantibus lineis, ac lituris dictum puto. Galli *Efclabocher*, luto, vel aqua afpergere, à Germ. *fchlamm*, lutum. Vnde poteft *fcarabocciare*, chartam atramento fœdare, & *fcarabotto*, atramentum illitum, deduci.

SCARAFONI. Veneti appellant publicanorum, & portitorum miniftros, & exploratores, qui viatores excutiunt, ne merces non per-

ſoluto portorio inferatur, & vectigalibus fraus fiat. Fortaſſe à *ſcamera* voce Lõgobardica, quę exploratorem ſignificat. Grot. Lex Goth. *Scamera explorator, à ſcemer, tenebris.* Pap. *Scamaras*, ideſt *ſpiones legis. Scamara, ſcarama, ſcarafone.* V. Voſ. de vit. ſerm. 11. 17.

SCARAFAGGIO. Scarabæus. *Scarabaius, ſcaranaggio.* Gloſ. *Scarabaius κάνθαρος.*

SCARBONTIVO. Frumentum appellant, cum rubigo ſegetes adurit, quæ & vredo, quod nigredine *carbones* referat. Idque vitium in tritibus, *carbunculus* dicitur, teſte Plin. XVIII. 28.

SCARCARE, pinguiorem ſaliuam ab imis faucibus extrahere. *Excreare, excreitare, ſcarcare.* Scalig. in Var. à *Scracere.* Galli *Cracher.* Ita illud Plauti in Neruolaria apud Nonium de meretricibus. *Scrapta ſcrupeda*, docti *ſcreatias*, legunt, quia Varro ab *excreatione* ita dictas annotat. Etruſci, *Scracchio. Screatto. Margaio*, Boccat. *Sputana farfalloni.*

SCARDASSARE. Lanam pectere, & carminare, à *carduis*, ſiue ſpinis, quibus poliebatur, ſicut & Erinaceorum cute. *Scartezino.* Carminator. Hiſp. *Carmenador*, & *Cardador.* Etruſci. *Scardaſſiere.* Hiſt. Piſtor. pag. 178. *Genta minuta, tra quali erano ſcardaſſieri, battitori ad arco, vergheggiatori.* Veneti *Spelagino*, quod craſſiorem ſerici lanuginem è folliculis depectat. *Scardaſſi*, & *Cardi*, pectines ferrei. Hiſp. *Cardeduras.* Pap. tranſlate. *Cardi ſunt quaſi ferrei pectines, quibus homines laniantur.* Hinc *ſcarmigliato*, turbatis & impexis capillis, qui lanam carminatam referant.

SCARAMVCCIARE. Velitari, leue prælium committere. A *ſcharis*, ſiue *ſcheris*, voce Germanica, quæ aciem ſignificat, *ſcaber*, ſiue *ſchaar*. Hincmarus. *Bellatorum acies, quas vulgari ſermone ſcharas vocamus.* Aimon. Lib. IV. 16. *Collegit lectam à Francia bellatoribus Scaram, quam nos turmam, vel cuneum appellare poſſumus.* Plurima de hac voce congeſſit Olius ad Morenam, ſed in eo fallitur, quod putat ab *Eſchara*, ſiue ἐσχάρα factum, ideſt foculo. V. *Schiera.*

SCAROSO. Scaber, *ſcabroſus, ſcaroſo.* Tranſlatè moroſus, & irritabilis. Hiſp. *Aſcheroza.*

SCARLATO. Coccinum, veſtis coccina. A Germanico trahunt *Scharlach*, & *Scharlack.* Sed Gelenius Hiſpanicam vocem putat à *Cuſculium*, quod eſt κόκκυ δενδρύφιον. Quia Plin. L. XVI. 8. *Omnes tamen has eius dotes ilex, ſolo prouocat cocco. Granum hoc, primoque ceu ſcabies fruticis parua aquifoliæ ilicis: cuſculiũ vocãt, penſionem alteram tributi pauperibus Hiſpania donat.* Et Barbarus Gloſ. in Plin. exiſtimat hinc natum eſſe, vt veſtis coccina, *ſqualata*, ſiue *cuſculiata*, vulgo dicatur, *cuſcullata, ſcarlata.* Eum ſequitur Iun. in Nomencl. 120. *Coccina veſtis quiſquiliata.* Quod ſi verum eſt, vt arbitramur, Latina vox eſt, non Hiſpanica. A *cocco, cucullium*, & *cuſculium*, ſiue corruptè *Quiſquilium.* Niſi quis à *conchiliato, ſcarlatum*, malit. Sed hoc de purpura pelagia, *ſcarlato* de cocco. Illud certum eſt, eandem veſtem à cocco, ideſt grano, *tinta di grana dici*, & à vermiculis qui è cocco erumpunt, *Vermiglia.* Itaque mirum eſt à Io; Villano L. VII. 13. *ſcarlatum* alterius coloris poni. *Tutti i giouani veſtiti col Rè d'una partita di ſcarlato verde, e bruno.* Et Vit. Nicol. Laurentij p. 17. *La ſoa cappa era de ſcarlatto vermiglio.* Cum ſcarlatto ſit è cocco, ſiue vermiculis. Et p. 24. *Le veſtimenta prime dello Tribuno furono de vna infiammata, come foſſe ſcarlatto.*

SCARMIGLIATO. V. *Scardaſſare.*

SCARMO. Macer, ſtrigoſus. *Excarnis.*

SCARPA. Calceus. Salmaſius ad illud Vopiſci de Aureliano. *Carpiſculum enim genus calciamenti eſſe notum eſt*: exiſtimat *Carpum*, & *Carpiſculum* eſſe genus calceoli multifariam ſciſſi, & cęſi, à carpere, ſcindere, carpus, ſciſſus. Quod licet ſubtilius, quam verius dici quis putet, eſſe tamen veriſſimum, quod & alij pro indubitato ponunt. Mihi ſecus videtur. Nam præterquam quod calceum *carpum* dici, pro *carptum*, ſiue *diſcerptum* Latinitati repugnat, ſatis conſtat, calceum fuiſſe integrum & ſolidum, quique totum pedem tegeret, & cruris partem, vt ipſe Salm. alibi docuit, & hoc à ſoleis, crepidis, ſandaliis diuerſum, quæ ſolum tegebant, reliquo pede nudo, & habenis religabantur, vt potius de ſolea hoc intelligi debeat, vt ſandalia τῶν λεπτοσχιδῶν, apud Cephiſodorum. Et Athenæus Lib. VI. de iis qui Cnopo Erythrarum rege interfecto regnum eius occupauerant. *Purpureum pallium, & tunicam prætextam induti*, ὑποδεδεμένοι δὲ καὶ πολυσχιδῆ σανδάλια: perperam *calceos* interpres vertit; Videntur tamen ſandalia non ſimplices ſoleæ fuiſſe habenis religatæ, alioqui ſciſſura non fuiſſet opus. Hoc igitur illi luxus, & vitandi æſtus cauſa faciebant, quod podagrici faciunt, qui ſuperiorem calcei partem ſciſſuris laxant. Non eſt ergo veriſimile ab hoc calceorum genere, cuius nullus Latinorum meminit, quodque in nullo aut rariſſimo vſu fuit, calceos noſtros *ſcarpas* appellatos, quaſi diſcerptos. Veriſimilius à κρηπίς crepida, vt vir doctiſſimus exiſtimat, ſi crepida pro calceo accipi poſſet, quam ſoleam fuiſſe, ſatis conſtat. Vel igitur a *caliga* corruptum, *ſcaliga*, (vt calculus, ſcalchus, *ſcacco*) *ſcalpa*, *ſcarpa*. Vel ſi ſubtilius rimari velimus à Κάρφαι: ἧλοι, Carphia, claui,

clavi, clavicull, quibus ſuppingebantur militum calcei, vnde clauata calceamenta, ſiue ſimpliciter caligæ, erant enim caligæ militares omnes clauatæ (à quo Italicum *ciabatta*, & Hiſpanorum *chiapino*) ſicut ergo à clauis, ita à Carphijs clauata communis calceus *ſcarpia*, & *ſcarpa*, etiam ſine clauis. Rigalt.Gloſ.Græc. Barb. Κάρφοι, ἧλοι, *clauiculi*, *quibus ſuppingebantur militum calcei*. Leo Conſtit. v. 5. λωρόσοκα, πεδίλα, σιληπῖα, σιδηρᾶ μετὰ καρφίων αὐτῶν. Iſid. Orig. L. xix. C.vlt. *Clauati quaſi calciati, eo quod minutis clauis, ideſt acutis, ſolea caligis vinciantur*. Lege, quaſi *carfiati*, à *carfijs*, ſiue clauiculis. A *ſcarpa*, *ſcarpinè*, & *ſcarpette*, pedules. Et *ſcarpa* muri pars inferior inſtar pedis, ſiue calcei, prominens. *Contra ſcarpa*, munimentum ipſi oppoſitum: ſiue foſſæ exterius labrum.

SCARPARE. Carpere, ſcerpere, diſcerpere, lacerare. Etruſci *ſcerpare*. Salm.de mod. vſur. p.881. *Carpere*, *ſcindere*, *& lacerare propriè denotat*. Hinc compoſita, concerpere, decerpere, diſcerpere. *Sgarbellare*, *ſcarpellare*, ſcarificare, cutem lacerare, vnguibus faciem ſcalpere, *ſcalpellare*. *Occhi ſgarbellati*, lippi, ac veluti detracta cute rubentes. Etruſci *Scerpellini*, Veneti *Scarpelini*, inuerſis veluti palpebris.

SCARSELLA. Mantica, ſiue funda braccis adſuta. *Sarcinula*, *ſarcinella*, *ſcarſella*. Pap. *Sarcinula*; *ſacci in quibus portantur cibi*. Vel à ſacculus, *ſacellus*, *ſacella*, *ſcarſella*. German. *Seckel*. *toſchen*. *Taſca*. A ſacculo *ſacellus*. Gloſ. Perſij ad illud Sat. v. *Mercurialem*. *Ideo dixit*, *quia ipſum Deum lucri dicunt*. *Vnde & cum ſacello pingitur*. *Sacella*, *ſcarſella*, nam ſaccus, ſcaccus, vnde *ſcaccarius*, pro ſaccarius, hoc eſt ſacco, ſiue ærario Eccleſiæ Præfectus, ſacellarius apud Vol. de vit. ſerm. L. iii. 44.

SCARSO, non ab exparcus, ſed à decreſcens. V. *Calo*.

SCARTOCCIO. *Chartaceum* inuolucrum, Cucullus.

SCASSARE. Veneti cunas motitare, *Quaſſare*. Quanquam hoc aliquid plus ſignificat, quam mouere. Vel quia cunæ capſæ, ſiue arcæ inſtar ſunt, vnde *ſcaſſare*, cunas agitare.

SCATOLA. Pyxis, ſiue arcula ex tenuiſſimis tabellis confecta. Vel à *capſula*, vel à *ſcaſula*: vel à *Caſtula*, ex Germ. *kaſt*: quod à Latino *ciſta*. Vnde *Caſtularius*, Arcarius, ſiue arcæ publicæ præfectus apud Vol. de vit. ſerm. iii. 3.

SCEMARE. Imminuere, aliquid detrahere. Papias, à *ſemiſſis*, quæ eſt aſſis medietas. *Semiſſis tacſt meaſus*. *Vnde ſemus*, *ideſt non plenus*. Videtur tamen ab *eximere*, *eximare*, *ſcemare*. Idem *exmus*, *minuus*. Gloſ. *Semnm*. Ἡμίκενον. Semiuacuum, ſupra *ſematum* Ἡμίκενα. V. Interpr. Iuven. ad Sat. vi. *Semeſtris autem luna dicitur, cum menſis medium permenſa eſt ſpatium, aut Xemum dicit, cui vt plena ſit, parum admodum deeſt*. *Luna ſcema*. Dant. tranſlatè pro deſerere. Purg. xxx. *Mà Virgilio n'haueà laſciati ſcemi Di ſe*. Se à nobis veluti exemerat. Hinc *ſcemo di ceruello*, pro ſtolido, & mentis imminutæ. *Scimunito*. Hinc etiam *ſcematio* pro membrorum mutilatione, & decurtatione. Leg. Long. L. ii. Tit. lv. L. xvi. vbi ſi quis alienam vxorem inhoneſtè attrectauerit, quantum marito in talem liceat exponitur. Atque interim interdicitur, ne idcirco occidat, aut *ſcemationem ei corporis faciat*. Ideſt membrum aliquod mutilet, & à corpore eximat. Non à Germ. *Schemen*, hoc eſt pudere, quia ſic affectum hominem prodire pudeat in publicum, vt cenſet Voſ. de vit. ſerm. L. ii. 17.

SCEMPIO. Pœna, ſupplicium, tormentum. Dant. Inf. x. *Lo ſtatio el grande ſcempio Che fece l'Arbia colorata in roſſo*. Purg. xii. *Moſtraua la ruina e'l crudo ſcempio*. *Exemplum*. Παράδειγμα. Donatus ad illud Terentij Eunucho. *Quæ futura exempla dicunt in eum indigna*. *Graues pœna* inquit, *quæ poſſunt ceteris documento eſſe, exempla dicuntur*. Et alibi. *Noua, ac mira tormenta, quæ pro exemplis narrentur: aut quæ documenta ſint ceteris ne delinquant*. Quæ loca iam Menagius adduxit. Quibus adde Plaut. Captiu. *Quando te exemplis excruciauero peſſimis*. Et Moſtel. *Exempla edepol faciam ego in te*. Adde Liuium. *Omnia belli exempla habita in ſe, cædibus, ruinis, incendijs, direptione Vrbis*. Et Tacitum de Chriſtianis. *Vnde quanquam aduerſus ſontes, & nouiſſima exempla meritos, miſeratio oriebatur*. Gell. vi. 14. *Tertia ratio vindicandi eſt, quæ παράδειγμα à Græcis nominatur (quod exempli cauſa populo oſtendebatur) cum pœnitio propter exemplum eſt neceſſaria, vt cæteri metu pœna deterreantur*. *Idcirco veteres quoque exempla, pro maximis, grauiſſimiſque pœnis dicebant*. Hinc traducere, ideſt damnatum populo ſpectandum exhibere παραδειγματίζειν, quo verbo vſus eſt Mathæus. *Ioſeph autem vir eius iuſtus exiſtens nolens eam παραδειγματίσαι, ideſt exemplum facere*, quod D. Aug. *exemplare*, vertit.

SCHEGGIA, & *ſcheggie*. Aſſulæ, haſtulæ, & fragmenta, quæ dum ligna, aut lapides cæduntur, inde cadunt. A Græco σχίζα. Et *ſcheda*, *ſchedia*. Et *Schidia* Vitruvio L. ii. i. *Schidys*, *& luto obſtruuntur*. Et Lib. vii. 10. *Sarmenta & tæda ſchidia*. Quæ vt Philander, ſunt ligni fragmenta, quæ in marmore dicuntur aſſulæ. Et σχίδαι propriè ligna fiſſa in vſum ſacrificiorum, vt Scholiaſt. Ariſtoph. Pace. Lucifer Callaritanus apud Cerdam Cap. xxxviii. Lib.

Lib. pro Athanasio. *Et constipauit schidas super altare*, idest ligna scissa ad sacrificiũ. Dant. Par. XI. *Perche vedrai la pianta, Onde si scheggia*. Et pro ramo arboris fracto. Inf. XIII. *Così da quella scheggia vsciua insieme Parole, & sangue*. *Scheggia* item pro rupis, & scopuli crepidine, ac scissura. Inf. XXVI. *E proseguendo la solinga via Tra le schegge, e tra rocchi dello scoglio*. Land. *Scheggie* explicat scopuli scissuras in longum, *Rocchi*, transuersas. Et XXIV. *D'vn ronchion auisaua vn'altra scheggia*. Et *scheggio*, & *scheggione*. At Insubres *scheta* appellant capitis discrimen, siue capillorum à fronte diuisionem à σχίζειν diuidere.

SCHEGGIALE. *Scossale*, cinctus, semicinctium: à coxis. *Trauersa*, Venetis inferiores corporis partem transuersim tegens.

SCHERANO. *Sgherro*. V. *Schiera*.

SCHERMIRE. Tueri se, ictus defendere, & exire. A Germ. *Schirmen* defendere, tueri, & *Beschirmen*, vt Vols. L. II. 17. Et *Schirm*. Petalus, vmbella, ad solem & pluuiam defendendam. *Schirmrede*, apologia: *Schirmschildt*, clypeus, *Schirmtach*, tectum, ad versus pluuiam, *Schirmsuch*, capitis operimentum. Vnde *schermo*, Italis pro defensione: vox Danti familiaris. Et *scherma*, & *schrimia*, *schrimiare*, rudibus batuere: ars vitandi ictus, & se tuendi, quod aliqui ingeniose magis quam vere à Græco σκιαμαχία, vmbratilis pugna, deducunt. Nam σκιαμαχεῖν, est, cum vmbra pugnare, siue solum pugnam meditari. Item *scaramuccia*, velitatio, sed quia veris ibi armis pugnatur, potius à *scara*, vt aciem significat, de qua supra dictum est. Vt sit primus acierum concursus, & pugnæ commissio. *Schermugio*, velitatio. Vill. VIII. 55. *Gli assalireno da più parti, & terremgli in badalucchi, & schermugi gran parte del dì*. V. *Schiera*. Germani autem non solum *beschirmen* dicunt defendere protegere, sed etiam *Beschutzen*, à scuto, Et *Scutz*, defensio: protectio.

SCHERNIRE. Subsannare, illudere. Non à *spernere*, plus enim est *schernire*, sannis illudere; sed à Germ. Lips. Epist. XLIII. Cent. IV. ad Belgas ex vetere Glossario. *Scerni subsannatio*. *Scern*. *Illusio*. Hisp. *Escarnecer*. Insubres, *sgrognire*, alienum vultum ac gestum irridendo imitari. Vill. VII. 90. *Facendo gran grida di rimprocci, e scherne*. *Far la mocha*. Ex eodem Germanico fonte. *Scherzare*, & *scherzo*, iocari, illudere. *Schertzen*, & *schertz*. Quod mihi videtur à Latino *Scurra*, deductum, *scurilis*, *scuricus*, *scherzo*. Eorum enim proprium illudere, & iocis risum captare. Dant. Inf. XXIII. *Questi per noi sono scherniti, & con danno, & con beffa*. *Beffa* illusio *Buffoni*, scurræ, & *Buffe*. Vide. Item *scorno*, e *scornare*, quod aliqui, quasi cornua ostentare; sed est à *scherno*. Quod & Germani *Schmach*: idque Itali vsurpant, *prender smacco*.

SCHIACCIARE. *Schizzare*, compressu frangere. *Quassare*. *Vt rates quassata* Virgilio, *quassa*, Horatio. *Vasa quassata* Lucretio, *dolia* Plinio. Hisp. *Cachuaches*. quassa vasa. Friuola *Cacho*, est quassum, non autem *pedazo*, siue frustum, vt Coaruvias. Et *Cascar* Hisp. quassare. Et *Cascabel* æreum crepitaculum, sonaculum, quod quassando crepitet, & sonitum reddat. Et *Stiacciare*. Morg. *Com'vn nocciol di pesca ogn'elmo stiaccia*. A schiacciare. *Naso schiacciato*, *spiataxato*, contusæ, & quassæ nares. *Schiacciata*, placenta, panis focatius, premendo, ac veluti quassando in Orbem dilatatus. Brixiæ. *Chizzaia*. *Schizzare*, est liquorem quassando exprimere. Non à *pisciare*, aut *pytissare*. *Schizzo* liquor expressus. Morgant. IV. *La vipera crudel tosto si rizza, E fuoco, e tosco per bocca li schizza*: premendo iaculatur. Et VII. *Per gl'occhi à tutti schizzerà la broda*. *Schizzetto*, clyster. Et luti macula, *schizzo*, *schiazzo*. Item *schizzo* prima delineatio, & deformatio, liquidi coloris rudi penicillo ductus. Quanquam hoc potius à *schedium*, *schidium*, *schizzo*. Nam quicquid inelaboratum, quicquid temerè factum, nec satis confectum ἀπυχεδιασμένον dicitur. Festus. *Schedia, genus nauigij inconditum, idest trabibus tantum inter se nexis factum: vnde mala poemata schedia appellantur*. *Squitta* Insubres citam aluum, & fluentem. Quod *schizzo* fit aqua expressione erumpens. *Squittare* Patauini translatè audita effundere, & nihil arcanum pati. Nam squittare est liquidum excrementum iaculari.

SCHIAFFO. Colaphus, *sclaffus*, *schiaffo*. Insubres, *Slauione*, magnus colaphus. German. *Schlapp*. Galli *Soufflet*, cum alapa tumentibus buccis, idest sufflantibus, infertur. Hisp. *boffeto*, indidem. Vt olim scurris fiebat. Vnde *buffoni*. Vide.

SCHIAMAZZO. *Exclamatio*: strepitus. *Chiasso*.

SCHIANTARE. Euellere, exstirpare: *explantare*. *Schiantizo* Veneti corruscationem, & fulgur appellant, a splendore, *schia ndore*, *schiãtizo*, veluti *splenditium*, *splendititium*. Galli *Esclat*, ab *exclarescere*. Bergomates *Sumelech*. Cuius notatio hactenus in quæstione est.

SCHIANZA. Crusta: pellis quæ vlceri obducitur. *Eschara*, focus in Glossis. *Scarra*, *vel scara*, focus, vt ibi Vulcanius, *Medicis pro crusta, candente ferro, vel medicamento caustico inducta, quod scilicet vbi aliquid adustum est, ibi fit focus factus*. Simon Ianuensis apud Ossium

ad

ad Morenam Hiſt. laud. p.99. *Scara inquit, vel eſchara, cruſtula ab aduſtione ignis, vel cuiuſtamque alterius. Schara, ſcarsanza, ſchianza.* Quod de ſcabiei ſquamis vſurpauit Dantes. *Del capo à pie di ſchianze maculati.* Puto tamen eſſe à ſcheda, *ſchedium*, prout folium, & foliolum ſignificat. *Schedia, ſchedianza, ſchianza*, pellicula inſtar tenuiſſimi folij.

SCHIAPPARE. *Schieppare.* Ligna findere. Non à *ſcloppo*, vnde *ſchioppare*, crepere, ſed à *Cippare, excippare*, cippis, ſiue cuneis findere. *Chiappa, sbrega*, fragmen caudicis diffiſſi: *ſcheggia*, & *ſchena, ſchieppa*, à χίζειν, ſcindendo. *Chiappa* etiam crepido, ſaxa abrupta, rupis fragmenta. Dant. XXIV. Inf. *Potenam sù montar di chiappa in chiappa.* Landin. *di ſcheggia, in ſcheggia.* Inde *Chiappe* pro natibus, quod fiſſæ. Horat. *diffiſſa nate ficus.* Galli. *Feſſes.* A ſimili dimidium ovum, ſiue oui ſecti partes *Chiappe* dicuntur. Etiam *ſpaccare* pro eodem, indidem, *excippare, ſpaccare*, per metatheſim, non autem ab *expactare*, compactum ſoluere.

SCHIATTA. Stirps, propago, origo. *Caudex, caudico, ciocco.* Gal. *Souche, caudicatta, ſchiatta.* Caudex enim ſtipes, truncus, cippus, *ceppo*, pars inferior arboris, radici proxima, quæ hic pro radice ſumitur, vt & *ceppo*. Inde etiam Inſubres *ſchiatto* pro puero, ſiue infante. Nam vulgares mulierculæ cum infantem vident dicere ſolent. *Che bel ſchiatto de Saldichio.* Quam ſcitus infans, Deus ſaluet dictum; Ideſt præfiſcine dictum ſit, ad auertendum faſcinum. *Schiatto*, propago, ſoboles. Vel à *ſcito, ſcitulo* (vnde *Citello*) *ſchiato*, Bergomates *ſchiet*. V. *Citello*. Si quis tamen *ſchiatta*, à planta, *ſchianta* cum Menagio repetat, haud obſtiterim: ſed *ſchiantare*, eſt explantare. Fortaſſe rectius à *ſcaturiendo*, pro fonte, & gentis origine. Vel demum à Germanico *Geſchlecht*, quod idem ſignificat. Et ne quid prætereamus à *Scapo*, vt fuſtem ſeu caulem herbarum ſignificat. Plin. XVIII. 10. *Inuentus eſt iam & ſcapus, centum fabis onuſtus.* Columella. IX. 4. *Scapus Aſphodeli, de quo Plinius.*

SCHIATTIRE dicuntur canes, ſiue catuli cum gemitus edunt. *Catulire, catlire, ſchiattire.* Pap. cum voces animalium recenſet, verbo *Vox. Canes latrare, vulpes gannire, catulos clatire.* Quanquam *Catulire* etiam ſignificet, naturæ inſtinctu in Venerem rapi, ſiue marem quærere. A *ſchiattire* autem cum gemitum ſignificat, *ſchiettirſi* Inſubres dicunt, pro in lachrimas moueri, & *venire ſchieſſo*, cum fletus ſuboritur.

SCHIAVO. Servus, mancipium. Alij ab Hebræo *Scabi.* Bodin. de rep. II. 2. *Moſchouita, ſchiges Chlopas, ideſt ſeruos appellant, nos corruptè ſclauos.* Voſs. L. II. 17. à Germ. *Slaef*, vel *Slaue*, quod nomen cenſet apud Germanos primitus habuiſſe eos, quos è ſorti Slauorum gente captos in ſeruitutem redegiſſent, inde latius extenſam ſignificationem, ad cuiuſuis generis captiuos & ſeruos. Vox tamen Latina eſt, à *captus, captivus, ſchiauo.* Vt à *captare, chiappare*, ſic à *captiuo, ſchiauo.* Meurſ. Gloſ. cenſet σκλάβης, ſiue σκλάβος eſſe vocem exoticam. Vnde ἀσκλάβωτος liber. *Schiauina* mancipiorum, remigum, ac viliorum hominum lacerna, ſiue ſagum hirtum, ac villoſum, manicatum, & cucullatum. Item lodix amphimalla, ſiue vtrinque villoſa.

SCHICHERARE. Conſcribillare. Vide *Schiacciare.*

SCHIDONE. *Schidione.* Veru: & verutum. Non à χίζα, ſed à Germ. *Spieſz*, lancea, haſta, hoc à Latino *ſpiculum*, Acumen, culpis, venabulum. *Spitum, ſpiedo, ſpidone, ſchidone.* Lipſ. Ep. ad Belgas Cent. III. 44. *Spiets, haſta. Nos. Spieſſe, nomen primogenium à mucrone ſpiets.* Hoc eſt a ſpiculo. Gloſ. Arab. Lat. *Verutus, qui habet ſpitum.* Hoc eſt venabulum, dolon. Gloſ. Cambcron. apud Cerdam CXLI. *Aſſium, veru* (ab aſſando) *ideſt, ſpitum.* A quo Hiſp. Venabulum, *Eſpedar*, non à ſpatha. V. *Verettone.*

SCHIENA. Dorſum. *Spina*; vt Caninius; non à σῖνος, vt Monoſinius. Nam ſpina vertebrarum contextus, à collo ad os ſacrum, quod vertebræ in ſuo contextu proceſſus vtrinque oſtendant, ſpinis haud abſimiles, dorſum. Gal. *Eſchine.* Hiſp. *Eſpinazo. Schinella, ſchienella.* Vlcus in dorſo iumentorum. V. *Guarſchi.* Inde *ſchinelle* Veneti leues morbos appellant, & crebras eorum offenſiunculas. Hiſpani *Achaque, Achacoſo*, valetudinarius, querulus à *Cauſa, cauſarius.* Cauſarius locus apud medicos, qui in cauſa eſt, vel qui morbo tentatur, aut dolore, vt obſeruat Salm. Hiſt. Aug. 20. *Oculus cauſarius* apud Marcellum: & *cauſarius oculorum*, cui oculi dolent, & in cauſa ſunt. *Nam cauſas oculorum, cauſas inteſtinorum, paſſim dicunt pro doloribus, & locus de quo quis quaritur. Graecis ὑπαίτιος: qui & ſonticus.* Cetera vide. *Achacar*, adcauſare, *Achaque*, adcauſatio, excuſatio, morbus, ob quem ab aliquo munere excuſatur.

SCHIERA. Acies, turma: à Germ. *Schaer*, ſiue *ſchaar*, quod aciem, ſiue turmam ſignificare ſupra diximus. Quod Menag. à *ſpira* factum cenſet, ego à *ſchara*, ideſt *ſquadra*, acie quadrata, ſicut à *ſquadra, ſquarra.* Vel ab acie, acieres (vt *acieres* ſecuris, a quo, & *ſile* militum) *ſchiera*, & *ſchara*, vel demum a *ſerie* militum. Vnde vnde ſit: à *ſchiera*, *ſcherani* milites,

præci-

præcipue prædatores, & qui excursiones faciunt. Morena Hist. Laud. *Cœperunt Mediolanenses Scaranes de Panta, qui Serexannum deprædati fuerant*. Non à *Gerro*, *gerronis*, quod nugatorem significat. Sed à *schera*, *scherano*, & *sgherro*, quod hodie pro armigero, satellite, & sicario sumitur, quique operam necandis hominibus locat. Vil. IV. 31. *E riducenansi molti sbanditi, e scherani, e mala gente*. A *schiera*, *sciarrare*, dissipare, acies sternere, & profligare, ab *exscherare*, non à Gallico *ecarter*: ab hoc verbale *escar*, quod idem significat, *escharare*. Vil. XI. 8. *Onde l'heste fu tutta sciarrata, e venne à niente*. Et 96. *I quali credendosi hauer vinte il Campo, erano sciarrati, cacciando li sconfitti*. Et VII. 83. *Si lenò vna fortuna, che sciarrò tutta la detta armata*. Sicut autem à *schiera*, siue *schara*, *sgherani*, ita *Sciarra*, pro pugna, scilicet acierum concursus & conflictus.

SCHIETTO. Purum: non mixtum. Nequaquam ab *exlectus*, sed ab *excretus*, *schietto*. Cernere, est mundare, purgare, secernere, *cribrare*, vnde *Incerniculum*, cribrum. Plin. XVIII. 11. *Rursus qua transit, arctiore cernitur*. Lib. VIII. 44. *Ne ab incerniculis eum arcerent*. Barbar. *hoc est à frumento, quod in cribris acernisque vendendi causa preponitur. Nam cernere, & incernere, idem & quod cribrare, ob id incernicula, cribros vocamus*. Excernere, *excretum*, *schietto*. Vnde *vino schietto*, translate, merum, cui aqua non immixta. *Homo schietto*, simplex, sincerus: sine fuco, *& vestite schietto*, sine operoso ornatu. Etiam pro læui, & minime aspero. Dant. Inf. XIII. *Non rami schietti, ma nodosi, e'nuolti*. Minime puri, sed implexi, & mixti.

SCHIFARE. Effugere, declinare. Neque à *Schife*, siue *scapha*, neque à *scapare*, sed à *cauere*, *excauere*, *exchifare*, *schifare*. Glos. Isid. *Excauet, precauet. Exuste, depello, eusto. Hauer à schifo*, refugere, auersari. *Schifioso*, morosus, & delicatus, δύσκολος. Germ. *Schiuen*, quod est *cauere*. Dant. Inf. XXVI. *Che sarebbero schiui, Perch'ei fur Graci, forse del tuo detto*. Purg. XXVI. *Queste del gel, quelle del Sole schife*. Solem vitantes. Pap. *Vitat, declinat, cauet, effugit. Schifo*, quod spurcum est, & stomachum mouens, à quo omnes effugiunt, & cauent.

SCHIFO. Cymba, *scapha*, *scyphus*, ad cuius similitudinem poculum scyphus, & Cymbium. A *scypho*. Germ. *Schiff*. pro qualibet naui, non ab hoc Italicum *schifo*.

SCHINCHA. Tibia, crus. A Germ. *Schenckel*. Belgæ. *Schene*. Hisp. *Espinilla, ò canilla della pierna*. Vt sit à Latino *Spina*, veluti dorsum, *schena* tibiæ. Licet enim sit in parte anteriori ita appellata, quia opponitur suræ, quæ veluti venter cruris est. Scilicet pars torosior, ac prominens. Gal. *Le mol della jambe*. Insubres *polpa*: Hispan. *Pantorilla della pierna*, à toro *Schincha* etiam Germ. *Schienbein* appellant, à spina. Et *Schinck*, pernam fumo induratam. *Schinca*, spina, *spinica*, *schinca*. *Espinilla*, spina, spinicula, *spinilla*. Etrusci *stinca*, e *stince*. Math. Vil. VIII. 105. *Più altre terre in fortissimi luoghi, in su le stinca della montagna*: dorso montis, spina, non autem crure, aut summitate. Carcer Florentiæ *stinche*, à Castro eius nominis, quo expugnato, captiui in nouum eum carcerem primo coniecti appellationem pepererè; vt scriptores Etrusci tradunt. Id autem Castrum fortasse sic dictum, quod plurima tibiarum ossa in moliendis fundamentis reperta sint.

A *schinca*, *schinella*, & *schienella*, morbus crura equorum anteriora infestans, translatum inde ad homines, & pro leui ægritudine accipitur. Vel ab vlceribus in dorso iumentorum, *schiena*, *schinella*. V. *Guarischi*.

SCHIOPPO. *Sclopus*. Int. Vet. Persij. Ad illud, *nec Sclopo tumidas*. *Sclopo dixit* ὀνοματοποιῶς *à ludentibus pueris, qui buccas inflatas subito aperiunt, & totum simul flatum cum sonitu effundunt*. Translatum ad minora bellica tormenta, à strepitu. *Schioppare*, displodere. *Schioppa* de flore, cum aperitur, & erumpit e folliculo. Nihil enim ferme erumpit sine crepitu. Dant. Inf. XXIII. *E come l'vn pensier de l'altro scoppia*. Land. *Cioè nasce, & è translatione da molti fieri, e quali non nascono, se la boccia, in che sono rinchiusi non scoppia*. Et *scoppio* crepitus. Et *scoppiare*, *schioppare*, dirumpi, quod enim frangitur crepitum edit. *Schiope di neue*, est floccus, vellus: vel à Græco πόκος. Hisp. *Cepo*.

SCHIRANTIA. *Squinantia*. Angina. Συνάγχη. *Sinanche*, *sinanchia*, *schirantia*. Festus. *Angor est animi, vel corporis cruciatus, proprie à Græce* συνάγχη, *id est, strangulatione dictus, vnde & faucium dolor angina vocatur*. Plaut. *Vellem me in anginam verti, quo huic anicula fauces praeocuparem*.

SCHIRATO. *Sciurus*, *sciuratulus*, *schirato*, Etrusci *Scoiatolo*. Barbarus ad Plin. VIII. 38. *Quoties sub dio sunt, cauda ipsis pro tecto est, atque vmbra. Vnde nomen sciuris* ἀπὸ σκιᾶς τῆς οὐρᾶς: *ab vmbra caudæ*. Eadem habet Scalig. exerc. CX. 4. *Sciurus autem ab vmbra cauda, & à flexu* χαμψίουρος.

SCHIZZARE. *Schizze*. V. *Schiacciare*.

SCIAGVRA. Infortunium. *Sciagurato*, *sciaurato*, infelix, etiam pro improbo. *Exauguratus*, *disauguratus*, vt Monosinius. Augurium, disaugurium. Vt *ventura*, *disauentura*. *Detta*, *dis-*

detta, & *desditta*. Vide.

SCIALAQVARE. Profundere, abligurire: belluari, bonis elui, Latini dixerunt. *Helluo*, inquit Festus *dictus, qui immoderate sua bona consumit, ab eluendo: qui aspiratur, vt auiditas magis exprobretur*. *Eluere autem*, inquit Turneb. Orat. I. in Rul. *à qua Helluonem dictum putat Festus, apud veteres erat consumere, & perdere*. *Quod verbum rear ductum fuisse ab illis, quid quod nequiores essent, & sapius epularentur, sape etiam lauabant*. Plaut. Trin. *Comesum, epotum, exutum, elutum in balneis*. Et Rud. *Eo an te pænitet, in mari, quod elaui, nisi hic in terra iterum eluam?* Sc. *Eluas tu an exungare ciceum non interduim*. Et Asin. *Nam in mari repperi, hic elaui bonis*. Ab eluendo igitur, quod aqua fit, *scialaquare*, prodigere, bonis exui. Vnde & *guazzare*, *guazzare l'Abbatia*.

SCIALARE. Anhelitum emittere: *Exhalare*. Senenses, siti torqueri, quod siticulosi crebro anhelant.

SCIALBARE. Tectorium inducere: *exalbare*. *Scialbo* non à *semialbus*, sed *exsalbus*, pallidus. Dant. Purg. XIX. *Con le man monche, e di colore scialba*.

SCIAME. Examen apum. *Esciame*, *sciame*. Gal. *Essein*. Hisp. *Enxambre*, quasi *examinnum*. Vt assimulare, *assembrare*.

SCIAMITO. Genus panni serici densioris, & pretiosi. Germ. *Samet*, siue *sammit*: Græci recentiores propius originem, Ἑξάμιτος, & ἑξάμιτος. Quod quidem non est à stamine, *stamet*, sed ab *examitos*, vt *dimita*, *trimita*, Μίτος, est filum. Glos. Μίτος. *Licium filum*. Δίμιτος, *dimitum*, ex duplici filo textus, *examitus*, textura sex liciorum, *Polimitus*, *multorum*. Vt fuerit idem, vel similis, panno villuto, vel quem *Felpam* appellamus: densior scilicet pannus sericus, sex *mitis* siue licijs confectus. Pet. Blesens. ep. LXVI. *De zona aurea, & lumbari serico, & samito, & alijs xenijs, refero vobis grates*. Alia vide apud Voss. L. II. 17. Quibus adde insignem locum Hug. Falcandi in Hist. Sicula. pag. 9. *Nec vero nobiles illas palatio adhærentes silentio præterire conuenit officinas, vbi in fila varijs distincta coloribus Serum vellera tenuantur, & sibi inuicem multiplici texendi genere coaptantur. Hic enim videas amita, dimitaque, & trimita, minori peritia, sumptuque perfici: hinc examita, vberioris materia copia condensari*. Salmas. H. Aug. p. 512. *Nicetas*. Βλαττία χρυσᾶ, καὶ ἑξάμιτα: *Ex illa voce* ἑξάμιτον, *samitum fluxit infima Latinitatis, & nostrum Gallicum samis*: vbi plura etiam de Polymitis. Hinc *Piance examete* apud Chron. Cassin. L. III. 20. Ab hoc Venetis *Semitiaro* est textor Polymitarius, qui varij coloris licijs telam sericam, vel laneam, aut lineam intexit.

SCIAMPIARE. Extendere, dilatare. *Exampliare*.

SCIANCATO. V. *Anca*.

SCIAPITO. Etrusc. *Scipido*, *exsipidus*, *insipidus*: *sciocco*: fatuus. *Dissipida*. Hispani. *Desabrido*, *Desaporito*, sine sapore. Veneti *Desauio*.

SCIARPELLARE. Insubres *sgarbellare*, scabere, *scalpellare*, scarificare, pellem vnguibus lacerare. *Occhi sciarpellini*, *scarpellini*, *sgarbellati*, quod carnem referant, detracta cute rubentem. Item qui palpebras inuersas habent. Vnde *sciarpellare* Etrusci dicunt, oculos manu aperire, vt clarius videatur, veluti lippitudinem abstergere, & *sciarpellato*: non tamen verbo à lippitudine formato, sed ab eo quod dictum est: nam inuersis palpebris, oculi dilatantur. *Carpie* etiam Veneti lippitudinem appellant, siue pituitam araneosam, oculos obsidentem. Vnde & *scarpellini* deduci possent; sed rectius quod prius dictum est.

SCIARRARE. V. *Sbiera*.

SCIATICA. Morbus coxendicis, nam coxendix *Ischion* Græcè dicitur. *Ischias*, *Ischiatica*.

SCILOCCO. Ventus spirans ab ortu brumali. *Eurus*. Sed vnde nam vox orta sit haud mihi compertum. Nam ab Euro, qui fieri possit, non satis intelligo. Forte cum idem subsolanus sit, *subsolico*, *subsilocco*, *scilocco*.

SCIMVNITO. V. *Scemare*.

SCIOCCO Fatuus. Insipidus, *sciapito*, dissipidus. Insubres *fato*. Galli *Fade*, à fatuum. Quod scilicet non sapit. Mart. *Vt sapiant fatua fabrorum prandia beta, O quam sæpe petet vina piperque coquus*. Ab exsuccus deducunt, sed exsuccus est sine succo, *sciocca* sine sale. Ergo ab insulsus, *insulsicus*, *insolsicus*, *solsicus*, *sciocco*. Inde ad homines translatum, pro stolido, & excorde. Dant. Inf. XXXI. *Anima sciocca*. Land. *Anima sciocca, senza sale, cioè senza alcuna prudentia*. Ita Latini fatuum. Sen. Ep. LI. *Harpasta fatua vxoris meæ*. Terent. Eun. *Fatuus est, insulsus, tardus*. Fatuitas, insulsitas. Cic. de clar. orat. *Insulsitatem enim, & insolentiam, tanquam insaniam quandam Orationis odit*. A *sciocco*, Gal. *Sot*, insulsitus, fatuus. *Solso*, *soto*. Alij à stultus. Hisp. *Sosa*, quasi res insulsa, vt Nebrissensis.

SCIOPERATO. Otiosus, feriatus. *Exoperatus*, *disoperatus*, ab opere cessans. Vt alijs obseruatum est.

SCIORSELLI. *Sorcelli*. Insubres vocant virgulta. Surculi: *surcelli*. Pap. *Surcula*, *vimina succisa*, φρύγανα. Vestis soriculata, virgata.

SCIORINARE. Lintea ac vestimenta auræ expo-

exponere, quasi *Exaurinare*. Morgant. xx. *E fece vn suo stendardo sciorinare*, expandere, alibi translate Cant. III. *E cominciò sciorinare il battaglio*. Circumferre. Math. Villan. XI.97. *E qual si bagnaua in Arno, e qual si sciorinaua al meriggio, e chi disarmandolo in altro modo prendena rinfrescamento*.

SCIOSSO. *Socio, societas* pecorum, & armentorum. *Dare à socio*, & *soceda*, dare in societatem. Stat. Patau. XLIII. *Soceda boum, asinorum, vaccarum*. Latini partiaria pecora: idest fœtus eorum certis portionibus inter dominum, & pastorem diuidantur, inquit Imp. L. si pascenda 8. C. de pactis. Et quia ferme vaccæ dantur, in societatem, *Far à vacca* in ludo, est societatem inire, in aleam. Rusticum verbum. *Morta la vacca, finito lo socio*.

SCIPARE. Lacerare, distrahere. Non à *sipare*, & *dissipare*, sed à *scerpere*, *scerpare*, *scipare*. Dant. Inf. VII. *Ahi giustitia di Dio, tante chi stippa Nuoue trauaglie, & pene, quant' i viddi, Et perche nostra colpa si ne scipa?* Land. *Si noi scerpe, cioè noi distrahe. Et è dal vocabolo Latino, Scerpo, che significa distrahere, & lacerare, & stracciare. Et è la sentenția: perche si lacera noi nostra colpa, cioè perche si ci tormenta el nostro peccato*. Et Inf. XXIV. *E vidin' entro terribile stipa, Di serpenti, e di sì diuersa mena, Che la memoria il sangue anchor mi scipa*. Idem ibi. *Idest sparge il sangue da questo verbo* scerpo, scerpis. *Quando me ne ricordo me ne viene tanta paura, che il sangue si dilegua per le vene*: distrahitur. Et pro abortum facere, & *sciupare*.

SCIROPPO. *Sciloppo*. Potio medica, quæ purgationi præmittitur. Hisp. *Axaraue*. Coaruvias ait esse vocem Arabicam, *Xerabum*, à verbo *Xeribe*, quod significat, *bibere*.

SCOAZZE. Sordes, quisquiliæ, analecta, quæ scopis euerruntur. Pap. *Quisquiliæ: Purgamenta frumentorum, vel palea creantata, scopitia, vel immunditia herbarum. Græcis Peripsemata*.

SCOCCARE. V. *Biscolare*.

SCOCCAR LA BALLESTRA. Vide *Cocca*.

SCODEGARE, est cutem detrahere, vel corticem, *excuticare*. Nam *excodicare* apud Festum, est virgultis, & codicibus locum liberare, & purgare: sed apud auctores rei rusticæ est *circum codices, & stipites arborum ablaqueare*.

SCODERE. Exigere. V. *Riscotere*.

SCOFFONI. *Codones* V. *Coffoni*.

SCOIARE. Excoriare. Dant. Inf. XXII. *O Rubicante fà che tu gli metti, Gl'vnghioni adosso, sì che tu lo scuoi*. Vnde *scuriata*, scutica, hæc a cute, illa à *corio*, siue *cortice*. Hisp. *Açote*, à cute, siue corio. *Scorigiata*. Lorum. Hisp. *coriada*. Pap. *Scutica, scoriata, genus flagelli*.

S'COLADORI. Colliquiæ, idest vt Colum. L. II. 8. *Lira, fulcique aquarij, quos nonnulli elices vocant: ad eliciendas, & corriuandas è segetibus aquas*. Græcis ὑδρορρόαι ὀχετοί. Gloss. Elix, ἀνατροπὴ ὀχετοῦ.

SCOLTA. *Sculta*. Vigil, excubiæ. Grot. Lex. Goth. *Sculta à Latino auscultare. Hoc est in Manuscripto: male in editis, sculca*. Vocem esse Latinam etiam Theophilactus notat. Exponunt Glossæ, *Vigiliam, & canalcatam*. Græci διαφρύραν, Βίγλας. Vossius tamen Lib. II. 17. *Sculcam* retinet, & ita extare apud Leonem in Tacticis tradit. Σκούλκας, ἢ Βίγλας, *sculcas*, siue *vigilias*. Sed quod Lib. III. 48. à Gallico *Culca*, & *couche*, idest culcita deducit, assentiri non possum, est enim corruptum à *sculta*, vt Grotius, ab auscultando, vt in Glossario Græcobarb. quod ipse Vos. adducit Σκοῦλκα, *auscultationes, excubia*. Etrusci *Ascolta*. Et quia sentire est auscultare, *Sentinella*, pro eodem.

SCOMETTERE. Pignore certare, *Committere*. Bud. in Pand. p. 219. *Committere est ad contentionem, & concertationem exhibere. Vnde committi gladiatorum paria dicebantur. Similiter poeta, & oratores, ad ingeniorum ostentationem exhiberi. Indeque commissiones dictæ, scenicæ scilicet, & poeticæ*. Suet. Aug. *Componi tamen aliquid de se, nisi & serio, & à præstantissimis offendebatur, admonebatque Prætores, ne paterentur nomen suum commissionibus obsolesieri*. Ita & Turneb. L. XXI. 29. *Committere animos est, animos in commissionem, & certamen adducere, & ad contentionem comparare. Vnde commissiones gladiatorum, cum paria comparabantur*. Vide & Casaubonum ad Suet. Aug. Cap. 89. & Calig. 53. *Scomettere*, comittere, sponsione certare, & Comissio, *scomessa*. Sponsio.

SCOMIARE: *discomiare*, dimittere, *commeatum dare, excomeatare, scommiatare, scombiare*.

SCOMPIGLIARE. Confundere, perturbare. Non ab *exconpliculare*, quæ vox nihili est, sed à *combullire, combuliare*, vnde & *scombuglio, scompiglio*. Vill. XI. 61. *Per la qual nouità fù grande scompiglio alla nostra oste*. Confusio, ac perturbatio. Nam res bulliendo miscentur, & confunduntur. *Scombuglio*. Idem VI. 86. *Inde in Firenze hebbe gran rumore, e scombuglio*. VII. 13. *Sentendo nella Città il detto sombuglio, e mormorio*. Et *Sobuglio*. Idem VIII. 39. *Che quasi la Città non si commouesse à sobuglio*. Idem VIII. 69. *In Firenze n'ebbe grande scombuglio, e gelosia*. Clarius Cap. XLI. *Essendo la Città in tanto bollore*. A bulliendo igitur *Scompiglio, scombuglio, sobuglio, bollore*: non

autem à *fubulo*, pro fibilo.

SCONCIARE. V. *Conciare*.

SCONFIGGERE. *Profligare, sconfitta*, profligatio.

SCONFITTARE. *Refigere*. V. *Appicare*. *Exafigitare, refigitare*.

SCONFORTARE. V. *Confortare*.

SCONTARE. V. *Contare*.

SCORAZZARE. Veneti *Scorabiare*. *Excurrere, excursitare*.

SCORBACCIARE. Est aliorum delicta detegere, & effutire. A *Corvo*, vt Lex. Etrusc. Sed causa non additur. Verum allusum est ad corvum, qui cum Apollini amores Coronidis detexisset, loquacitatis pœnam tulit, subito *nigrantes versus in alas*.

SCORCIARE. V. *Corto*.

SCORLARE. Concutere, succussare, *scossare, scossolare, scorlare. Scosciare*. Non. *Succussare est sursum frequenter excutere*. *Secudire*, succutere.

SCORDARSI. Obliuisci, non à *corde*, sed à *recordor*, veluti *exrecordari, disrecordari*, male recordari, *frecordarsi, scordarsi*; Sicut smenticarsi, *dismeminisse*, male meminisse. Quanquam, & quod mente excidit.

SCORGERE. Videre, aduertere, non ab *excorrigere*, sed à *cernere*, *discernere*, *discretum*, *scorto*. Dant. Inf. xv. *Conuien, che nella mia lingua si scerna*. Inf. vi. *Quando ci scorse Cerbero*. Inf. i. *Dirò dell' altre cose ch' io ho scorte*. Inf. xvi. *Cosa non fù dalli tuoi occhi scorta Notabile*. *Scorta*, monstrator itineris, duxque, comesque viæ. *Far la scorta*, comitari, præire ad explorandum iter. Dant. Inf. viii. *Che gli hai scorta si buia contrada*. Inf. xxi. *Chi v' ha per la sua scala tanto scorte?* Morgant. Cant. iii. *O tu mi fai fare scort' al Lione. Parue che questo il Lione intendesse, E cominciaua inanzi à caminare*: ad iter ostendendum. Et Purg. xxiii. *Chi va dinanzi à schiera per iscorta*. Nam scernere & discernere est monstrare, indicare. Morgant. iv. *El tuo parlar assai ci mostra scorto, Che tu sia grato*. Purg. xxvi. *O Frate disse, quest' i ch' io ti scerno. Col dito, & additò col dito inanzi*. Morgant. *Tu sai scorgere vn briccone*. Ostendere te. Non solum igitur ducere, & viam monstrare, sed comitari & præsidio esse, Vill. vii. 24. *E da Fiorentini furono scorti, & accompagnati infino à Montegnarchi*. Et 4. *I detti nostri vsciti poi li scorsono*. Hist. Pistor. p. 137. *Con gran compagnia di gente à cauallo, perche scorgessono lo Legato*. Proprie explorare, & videre num insidiæ lateant, & tueri. Speculari Varro v. de L. L. *Speculator, quem mittimus ante, vt respiciat, qua volumus*. Vnde & *scorgitore*. But. *Va inanzi per guidator della gente, & scorgitor della via*: duxque, comesque. Hinc *Scorto, aueduto*, qui facile discernit. V. *Ascorto*.

SCORRERIA. Ex cursio militaris.

SCORNO. V. *Schernire*.

SCORRVCCIARSI. Irasci, *cruciari, excruciari*. Etrusci *Scorrubiare*. Vide *Cruccio*. Nequaquam *ab obscuro, obscuruccio*.

SCORTICARE. *Excuticare, corticem detrahere*. Glos. *Excorticat*, λεπίζει. *Scorticatus*: pro flagellis cœsus. Capitul Caroli M. L. v. 2. *Et si ordinatus presbyter sit, duos annos in carcere permaneat, antea flagellatus & scorticatus*, non ad viuam cutem rasus, vt censet Vos. iii. 47. à *scorto*, idest *corio*, pelle, & cute. Sed à *cortice* translatum: vt sit lacera cute à flagellorum ictu. Sed quia proprie, *scorticare*, est pellem detrahere; ibi à *scorto*, idest loro, siue flagello coriaceo, vel corigia, cœsus. Ceterum *scorzare*, & *scodegare* idem, & *scorza*, cortex, corticium, *corteccia*.

SCOSO. Insubres vocant, sedentium gremiū, à *coxis, scosso*, & *scoso*. Vnde *Cosciale, scosale, grembiale*, semicinctium. Glos. Isid. *Libatoriū, coxale*. Lege. *Lumbatorium*. Infra. *Lumbare, subligar*. Glos. Arab. Lat. *Lumbare, perizoma*.

SCOSCESO. Mons præruptus, præceps. *Concisus. Conscissus. Discoscesa*. Dant. Inf. xvi. *Così già d'vna ripa discoscesa*. Land. *precipite, & molto ripida*. *Scoscendere*, pro frangere, & conscindere idem dixit Purg. xiv. *E fugì come tuon, che si dilegua, Se subito la nuuola scoscende*. Tonitru, ex nubium confractione existit. Inf. xxiv. *Che l'vna costa surge, e l'altra scende, Noi peruenimmo in fine in su la punta, Onde l'vltima pietra si scoscende*.

SCOTARE. Adurere, igne cutem lædere, quasi, *excutare*: *scuticare*: vnde *scudiscio* pro flagello.

SCOTERE. V. *Riscottere*. *Scoto*, ibidem.

SCOTTOLA. Spatula ad linum excutiendum.

SCOZZONARE. Equum domare. Nullo modo probare possum à *Cocione* deriuari. Notum est, quid sit Cocio, ex Scaligero, & Salmasio: nempe esse propolam circumforaneum, qui ab alijs emit vili, quod carius vendat, qui & arillator, & tocullio, minutus fœnerator. Nullus veterum, *Cocionem*, pro conciliatore, siue proxeneta in emendis, ac vendēdis equis. Nam in Capitul. Caroli M. *Mangones, & Cocciones* aliud significant: & si *Cociones* hoc sensu acciperentur, pro mediatoribus in equis contrahendis, non ideo sunt equorum domitores, diuersum enim munus vtrorumq; nempe proxenetæ, & domitoris. Ergo *Cozzone*, vt supra dictum est ea voce, est à *Canezzone, Cozzone*, sicut à *Capo*, *Co*; *Canezzone* autem durius capistrum,

strum, & lupatum, quo primum in domitura iumenta infrænantur. *Capistrum*, *Capicium*, *Capezzone*, *cozzone*. Inde nomen transijt ad domitorem, qui eo fune equorum ferociam mitigat. *Scozzonare*, domare, & *scozzonato* translate, minime rudis, sed edoctus, & institutus, & in sua quisque arte peritus.

SCREPIO. Rumor à *crepitu*.

SCRETIO, & *scretia*, discordia, iurgium. A *crucio*, non ab *excretium*, & *excretia*. Nam à crucio, *scorrucciarsi*, irasci, indignari. Vide *Cruccio*.

SCRETIATO. Variegatus, varijs coloribus distinctus, à *strischia*, *striciato*, *scretiato*. *Strischia* enim segmentum, instita. Boc. nou. x. 2. *E colei, la quale si vede indosso i panni più scretiati, e più vergati, e con più fregi*: paulo post. *Queste così fregiate, così dipinte, così scretiate*. Vide. *Stricca*.

SCRICCHIOLARE. Crepitum edere, vt eum calcei, aut crepidæ, in incessu crepitum edunt. Catullus *argutam soleam* vocat, & quicquid dum frangitur, crepat. *Crepitare*, *crepitolare*, *scricchiolare*.

SCROCAVALLO. Veneti crepitaculum chartaceum pyrio puluere fartum, à *crepitu*, quem edit, cum disploditur. *Soffione*, quod flatu expirat; *Raggia*, *razo*, à radiis flammæ fulgurantis, longos tractus ducentis; *Rochette*, quod inuolucrum virgæ alligatum, *colum* referat, (ita & mortariola ignis alimentis stipata). *Saliceti*, quod virgis salignis, instar malleolorum, inuolucrum affigatur. *Saltarelli*, quod eluctante flamma subsiliant.

SCROCCO. Parasitus, nebulo, qui alienas cœnas captat. *Scurra*, *scurricus*, *scrocco*. Germ. *Schlauc*, *sclocco*. Gal. *Escroc*. Pap. *Scurra*, *qui sectari quempiam solet, cibi gratia, quasi secura, à sequendo*, quæ est sententia Verrij, licet Festo reiecta. *Scurror*, *adulor*, *iocor*. *Scroccare*, alienas dapes appetere, & ridiculis mercari, ventris causa turpiter adulari. *Scurrans*: *scrocco*. Horat. ep. I. 18. *Si bene te noui metues liberrime Lolli, Scurrantis speciem praebere*: hominis pabuli causa assentantis. Idem. *Scurra vagus, non qui certum præsepe teneret*. Alij ab *αἰσχροκερδὴς*, vt scurra sit turpi lucri cupidus. Alij demum à *Croccare*, scilicet in comedendo crepitum edere; neque attinet ista referre, nedum refellere.

SCROFOLE. Strumæ, glandulæ obduratæ, quibus collum obsidetur, *scrophula*, quod sues, & scrophas infestant. Græcis *χοιράδες*, *χοιρός*. *Scrofa* Ægineta L. VI. *Quemadmodum autem adenes, idest glandulæ cum indurnerunt, chœrades, idest scrophulæ vocitantur*.

SCROLLARE. Quassare, concutere, *succutere*, *succussare*, *scottolare*, *scrollare*.

SCROSCIO. *Scossio*. Impetus aquæ cadentis. Imber excussus, *excussio*. Dant. Inf. XVII. *Allhor fu io più timido allo scoscio*. Land. *Alla caduta dell' acqua*. Paulo supra. *I sentia già dalla man destra il gorgo, Far sotto noi vn mirabile strosciò. Sono che nascena per la caduta dell' acqua*. Veneti *sgrenazzo*, *crepitatio*, *screpatio*, *sgrenazzo*. Item *stroscia*, & *croscia*. Nequaquam à ros, *roscus*, *roscium*.

SCVDICIVOLO. à *scutula*. *Scutula* enim, vt Barbarus Glos. in Plin. & *scutella*, non modo vasis genus, sed & quicquid ad illam similitudinem formatur, vt in arboribus cum præcipitur, *scutulam eximere inoculationis eius gratia*, quæ vocatur emplastratio: aliud non est quam partem corticis scutulari specie detrahere, in cuius locũ imprimi, & aptari queat par cortex ex arbore altera. *Scutella*, *scutellicium*, *scutellicjolum*: *scudiciuolo*.

SCRVPOLO. Tertia drachmæ pars. *Scriptum*, *scriptulum*. Salmas. H. Aug. 463. *Scripta & scriptula Latini dixerunt in ponderibus, quæ Græci γράμματα. Gramma, siue scriptulum tertiam drachmæ partem constituebat, hoc est duos obolos. Dictum autem Gramma, & scriptulum, quod duabus lineis scriberetur, notaritque ad hunc modum* =. *Porro scriptula siue scrupula xxiv vnciam constituunt, Grammatta etiam dicta, quod totidem in vncia essent, quot Græcorum grammata, siue literæ*.

SCVDELERA. Insubres vocant testudinẽ, à *testa* instar *scutulæ*. Veneti *Galana* à *χελώνη*.

SCVDISCIO. Virga; ab *excutiendo* puluere, quasi *excutitium*: inde pro ferula, & flagello, vel à *scutica*, *scuticium*.

SCVDO. Nummus aureus, aut argenteus. *Scutatus*, ab Imperij insignibus ibi impressis, quæ ferme in *scutis*, siue clypeis imprimebantur, vnde & *arme* dicta, quia arma proprie de scuto. Vide *Arma*.

SCVDIERE. *Scutarius*, *scutifer*, armiger.

SCVFIA. Nocturnum capitis tegmen. Alciat. L. VI. parerg. 25. ab *Ascophalsa*: sed est à *Caffa*. V. *Cuffia*.

SCVRIATA. Scutica, lorum, *coriacea*. Hisp. *Açote*, à cute, siue corio.

SCVROLO. Insubres appellant cryptas in templis, quibus sub altari Sanctorum lypsana, & reliquiæ condebantur: scriptores sacri *Confessionem* appellant, de quibus videndus Baronius. *Scurolo* ab obscuritate, quod subterram exigua luce perfundantur.

SCVRZI, & *Scorti* in pictura. Barb. Glos. ad Plin. *Cataglypha*, *siue Catagrapha*, *hoc genus fere significat, quod à breuitate imaginum, quas ita repræsentant, cum sint obliqua, postulat ratio, picto*.

pictores, *excurta vocant*. A breuitate *curta*, & *excunta* dici putat Barbarus. Sed cum Plin. L. xxxv. 8. de Cimone Cleonæo dicat. *Hic Catagrapha inuenit, hoc est obliquas imagines: à cuneo, scurcio* dici videtur, idest obliquo.

SDEGNO. Indignatio, *dedignatio*. *Sdegnato*, pomum putrescens. Hisp. *Dañado*, à damno. Calab. veterin. Cap. xxi. *Per lo qual sie dannaa la falça del canallo*. Lædatur, damnum accipiat. Et xxxvii. *Quando quello nerno dannao*. Et Cap. xxxix. *Danando, & indignando fortemente el nerno della gamba de nanti*.

SDRVCCIOLARE. Labi. Vide *Sbrisciare*, *sbrisciolare*, *sdrucciolare*. Menagius à *delubricare*. Vel à *frisciare*. V. *Strissia*. *Sdrucciolo* de versu, cuius duæ vltimæ syllabæ breues, atque ita cadere, ac labi videtur.

SDRVSCIRE. *Dissuere*: *discusire*, *sdruscire*.

SE. pro an, vtrum. *Si*. Terent. *Idque ad eum visam, si domi est*. Propert. *Mane erat, & volui, si sola quiesceret illa, Visere*. Petron. *tenscmus, si adhuc sorbilia sunt*.

SEBELLINI. Pelles mustelæ Scythicæ: à Germ. *Zobel*. Galli *Sabel*. Martes Scythicæ. Scal. ex. ccx. 2. *Marderis species tres: excellentissima Sebellina, dilatior, & splendidior, pilisque raris, vt ita dicam, argentata. Audiui à Germanis nostratibus, qui in Russia, siue Rutenia fuerant, Mardures Sebellinas tribus dotibus commendari, pilorum nigritia, densitate, prolixitate*.

SECALA. genus frugis. Gal. *Seigle*, *segle*, Insubres *segra*. *Secale*. Plin. L. xviii. 16. *Secale qualiecunque solo prouenire, tristi nigritia, pondere praecipuum*. De eo disputat Scal. Ex. ccxii. Et esse à filigine diuersam clare ostendit. Panis secalitius, ater, cibarius, filigineus candidus, siue niueus, laudatissimus. *Sigele* in Capit. Caroli M. Insubres Panem secalitium, *pane di Reggiola* appellant, voce Germanica. *Secale* enim vocant *Rocken*, & *Rogghe*. Panem *Rogghenbrot*.

SECCAGINE. Tædium, diuidia, fenium. *Siccum*, aridum. *Aridus sermo*, *arida disputatio* narratio arida, & ieiuna Quintiliano, quæ tedium affert.

SECCHIA. *Situla*, *sitla*, *secchia*. *Sidella*. Bononienses pura voce Græca *Calcedro*, vas æreû aquarium. *Secchia* etiam pro scasio. Sella familiarica, Varroni. *Sedecula*, *secchia*. Scalig. *Sellas familiaricas τὰς ἀφεδρῶνας*. *Et sellas simpliciter*. Marcellus Empir. *per vomitum*, *& sellas*. Idem ponit *sedere*, pro Niti. Vnde verbum *adsellare*, apud Veget. Veterin. L. iii. *Deinde sale, & melle mistis, in anum infundes, vt adsellandi augeat voluntatem*. Hinc *desidere ad sellam* Scribonio, & Cello.

SEDA. Sericum. Vel à *sericetum*, *seta*, vel à Germanico *Seyde*.

SEDACCIO. Cribrum *ex setis* confectum. Plin. xviii. 11. *Cribrorum genera Galli è setis equorum inuenère, Hispani è lino excussoria, & pollinaria, Ægyptus è papyro, atque iunco*. Setacium, setamicium, *tamiso*, *& tamisare*.

SEGA. Serra, à *secando*. *Sega* etiam falx: *Secula*, Varroni à secando *sicilicula*, *segghezzo*. *Segare i prati*. *Sicilire prata*, apud Seruium, secare, detondere, tanquam *secilire*. Inde *sicilices*, *& sicilicula*, falculæ, inter crepundia. Plaut. Rud. iv. 4. *Post est sicilicula argentea*. Etiam cultri sutorij incurui *siciles*, & *sicila* dicti, quasi falculæ. Glos. *Sicila*, σμίλα, ἀρβύλιον: *Sicilum*, ξυρὸν σκυτέως, *Sicila*, σμίλα χαρτοτόμος. Ex *Reseca*, Insubres fecerunt *Ranza*, falx, quasi *resecantia*: & *ranzare*, sicilire.

SEGNO. Scopo. *Signum*. Glos. σημεῖον, ὁ σκοπός, *Signum*.

SEGVGIO. Canis venaticus. Vide *Bracco*. Non à *sequendo feram*, sed à Sebusijs, siue Segusijs populis, vel à *sagax*, odorus.

SEGVRTA. Fideiussio. Item pro *Apocha*, siue singrapha solutionis debiti. Sym. x. 43. *Cum videretur omnibus securitatibus esse vehementior Imperatoris assertio*. Debitor securus est, cui creditor testatur apocha, sibi esse satisfactum satis.

SELLA. Ephippium à *sedendo*. Pap. *Stratores*, *compositores sella Regia*. Vetus poeta apud Salmas. H. Aug. 354. *Currere selliferum per loca cogis equum*.

SEMBRARE. *Semblare*, *assimilare*: *similare*. Dant. Purg. iv. *Et vn di lor che mi semblaua lasso*. Inf. xxxiii. *Mà Fiorentin mi sembli veramente*. Et xvi. *Alle sembiarō le lor gambe quelle*. *Sembiante*, *e sembianza*, similitudo, simiglianza. Non à *simulare*. Licet in Capitularibus, *Et illi simulat, vt ad alium seniorem, melius quam ad illum acceptare possit*, idest vt Sirmondus, *illi simulat*, illi videtur, nihil aliud est, quam illi simile sit, siue videtur. Item apud Hincmarum, *Vt ei liceat, sicut ei simulauerit, disponere*, simile visum fuerit, siue placuerit. *Assembrare*, quidem est ab adsimulare, conferre simul ponere, *semblea*, *sembraglia*, pro coetu, & conuentu, & *Assemblea*, à simul esse: in vnum conuenire. *Sembiare*, videri, apparere, *sembiante*, & *sembianza*, aspectus, species.

SEMOLA. Furfures, farinæ recrementum. Non à *summula*, quod à summa, scilicet summa farina, quæ in cerniculo summa remanet. Sed à *simila*, *similago*, *similarium*. Est quidem *simila* farina. Martial. xiii. 10. Simila ex tritico. *Nec poteris similæ doses numerare, nec vsus, Pistori toties cum sit, & apta coco*. Vnde

Germ. *Mehl,meel.* Sed similago, σεμίδαλις media inter florem, & farinam pars, ex qua crassiores furfures exereti sunt, vt Iun. Nomencl. Veneti *semolei.* Germ. *Simelmel.* Inde etiam recrementum crassius *semola* dictum, & *Crusca.* Vt *Semola* sit similarium, similæ recrementum.

SENNO. Iudicium. Sapientia. A *Sensu, senso, senno.* Germ. *Sinn.* Dant. Inf. VIII. *Et io ri-uolt' al mar di tutto il senno.* Landin. Idem significat quod dixerat. *E quel fanio gentil che tutto seppe.* Et v. loquens de viris doctis, & sapientibus. *Si ch' i fui sexto trà cotanto senno.* *Dir da senno*, verè, & ex sententia. Quintil. VIII. 5. *Nam & iuraturi ex animi nostri sententia, & gratulantes, ex sententia dicimus.* Terent. Adelph. IV. I. *Quin tu otiosus es, ego illius sensum pulchre calleo*, quid ille sentiat. Glos. Νουεχὴς, *Cordatus, sensatus, intelligens.* Insubres *A suo senno, A so senno*, pro abunde, multum, ad sententiam, ex voto. Dant. Inf. XII. *Lasciali digrignar pur à lor senno*: vt ipsis placet, ex libito. Purg. XIX. *Poiche poteì di me far à mio senno.* Ex sententia Hispan. *Sien*, Tempus, vt capitis partem significat. κρόταφος. Veneti *sonno*: quia sensus in crebro. Athenæus causam cur veteres cerebella non gustarent, hanc affert, quod omnes propemodum sensus sint in cerebro. Vbi Casaub. notat, non de externo sensu eum loqui, cuius non est in cerebro sedes, sed de interno, & ea, quam κυρίαν αἴσθησιν vocat Philosophus. Pap. *Mineruam dicunt de Capite Iouis nasci, quia sensus sapientis, qui omnia inuenit, in capite est.* Plaut. Aulul. III. 2. *Si hocce caput sentit.* Si quid ego sapio. *A senno, Assennato.* Sapiens, cordatus. *Forsennato*; amens, excors.

SENSALE. Proxeneta, mediator, sequester, pararius, interpres. Vel *Xenialis*, qui hospites & peregrinos cum ciuibus conciliant, ad emendum, & vendendum. Vel vox Venetijs orta est, vbi per festos Ascensionis dies celeberrimæ nundinæ sunt, & tam ipsum festum, quam Nundinæ *Ascensa*, & *sensa* dicuntur. Quod igitur ibi huiusmodi homines versentur, à *sensa sensali* dicti, & *senseria*, merces conciliaturæ.

SENTARE. *Sentarsi.* Sessitare, *sentare.* Capophaton. De iis, qui supra commendatam bonitatem sedent. Fortasse etiam δὶς παῖδες.

SENTIERE. Via angustior. Semita, *semitarium, sentiero*, vt aliis monitum.

SENTINELLA. V. *Scolta.*

SENZA. Præpositio disiunctiua. Sine. Cittadinus pag. II. per aphæresim *Absentia, sentia.* Gal. *Sans, sens.* Puto à *sine etiam, senza*; præsertim quod idem ait in epistolis B. Colombini scriptum extare, *sentia*, & postea factum *senza.* Vetustiores *sanza*, vel à *seorsum.* Vt Lucret. III. *Seorsum corpore toto, Sic anima*, pro sine corpore. Ἄνευ. Seorsum, seorza, *sersa, senza.*

SEQVESTRARE. Apud sequestrem deponere, & Sequestro ponere. Inde translatum, intra domum relegare, siue exitu in publicum prohibere. Erempert. Chron. ad an. 912. *Itaq; oborta in alterutrum contetione sequestrati sunt.* Sidonius, pro tollere, abducere, & seponere. Ita inferiori æuo, pro separare, & *sequestratio*, pro absentia, & separatione non semel apud Ennodium.

SER. SERE. Titulus olim Presbyterorum, & Notariorum. Domine. Alij à *seniore, signore, siore*, & *sire*; Expeditius videtur ab *Hero*, addito S. *Here, sere, missiere*, & *sier.* Mi here. Germ. *Her.* Et *Sire* Francorum Regis titulus augustus. Alij à κύριος.

SERA. Vesper, serum diei. Vox bonis scriptoribus frequens Sallust. Catilin. *Et iam diei serum erat.* Liu. X. *Extrahebaturque pugna in quam maxime diei serum.* Suet. Aug. *In serum dimicatione protracta, vt in naui victor pernoctauerit.* Et Othone. *Ac in serum vsque patente cubiculo.* Lamprid. Heliog. *Ita vt sero de somno surgere (vespere) & salutari inciperet, mane autem dormire inceptaret.* Huc trahendus Ciceronis iocus apud Macrob. Saturn. II. *Sed & cum ad Pompeium venisset, dicentibus eum serò venire, respondit: minime sero veni, nam hic nihil paratum video:* ad cœnæ tempus alludens, quæ Vesperi, siue sero dici. Apul. L. I. Mil. *Vnde autem scio, an conuenuone illo, cui quo serò deuerteras, sugulato. Bona sera*, cum lumina inferuntur, quod Græci φῶς ἀγαθόν. Latini *Vincamus.* Marcellin. L. XVI. *Ad cœnam inuitatus, cum inferentes vespertina lumina pueros, exclamasse audisset ex vsu, Vincamus.* Malo tamen cum Lipsio Sat. I. Cap. vltimo, *Viuamus.* Non solum quod in conuiuijs *Viuas*, & *Viuamus*, acclamari solebat, vt ex Dione notauit Valesius, sed φῶς tam lumen, quam vitam significat, vt lux apud Latinos.

SERGENTE. Minister; Lictor; Inepta Perionij morositas: nam cum olim eorum munus fuisse statuat, sontes comprehendendi, & in carcerem conijciendi, à barbaris *seruientes* appellatos fuisse, & eorum munus *seruientela*, quod rectum est, dum cuncta à Græcis inuita Minerua trahit, à κῆρυξ, κήρυκος deducit, *sergens.* Est enim à *Seruiens, seruiente*: vt Vols. L. II. 17. qui & *Sergeantus*, & *Sartantus.* Et *sergenteria*, clientela. *Sergenti del Capitan della terra*, pro satellitibus. Item pro peditibus. Vil. XI. 109. *Fece armare i suoi Caualieri, e Sergenti.* Alibi. *Con ben quatrocento Caualiers, & diece milla Sergents à pie.* Ita vt Equitibus opponi videantur. Sed fuisse diuersos à peditibus in-

dicare videtur Godefridus Monachus inter rerum Germ. scriptores à Frehero editos. *Non fuimus in toto exercitu plures, quam quingenti milites, & totidem equites, farientes non habuimus plures, quam duo millia peditum.* Quidquid sit, nunc honestiori munere Sergenti dicuntur aciei instructores: & *Sergente Generale*, summus copiarum instructor.

SERGOZZONE. Pugnus gutturi impactus. Lexicon Etruscũ ab Architectis trahit, qui ita appellant mutulum, siue fulcrum, quod sustinendæ trabi subijcitur, vt sit veluti *maxilla fulcrum.* Sed est quasi *Soggozzone*, sub guttur pugnus inflictus.

SERRARE. Claudere: à *Sera* qua fores clauduntur, *Obserare. Reserare*, aperire, seram amouere. Anastas. Serg. II. *Tunc claudi faciens omnes ianuas B. Petri, atque serari.*

SERVIETTA. Mappa, manutergium, *Sciugamano*, à Germ. *Saluetten.* Salm. Hist. Aug. *Mantele, tela, vel linum quo manus extergentur.* Virg. *Tonsisque ferunt mantelia villis.* Seruius. *Quibus manus terguntur. Philargyrus interpretatur mappas. Nam mappa tergendis manibus.* Glos. *Mappa χειρομακτρον.*

SERVITIO DI TAVOLA. Abacus. Ministerium. Vasa argentea. Glos. *Abacus: Delphica.* Μλυστήριον, ὡς Ιωβιτάλιος. Iuuen. *Vrceoli sex ornamentum Abaci. Ministerium*, seruitium. Quia vt Vulcanius ex Abaco, siue Delphica conuiuis ministrabant, *ministerium* dictum. Lamprid. Alex. Seuero. *Cum argentum in ministerio plus ducentis libris non haberet.* Paulo ante: *Ducentarum librarum argenti pondus ministerium eius non excessit.* Idque non semel apud Anastasium.

SESSITVRA. Limbus vestis muliebris, institа, *segmentum, sectura.* Vnde puto etiam *Assisa* dictam, *liurea*, à varijs segmentorum coloribus, non quod vestimentis imponantur, & veluti assideant.

SESTA, & *Sesto*. Circinus, instrumentum fabrile, quo circulos ducunt. Διαβήτης. Quid sibi velit Ruscellius de *sexta* circuli parte, non satis capio. Puto ego *sesta*, & *sesto* dictum, quod altera eius pars, siue pes immobilis stet, siue consistat. Ouid. L. VIII. Met. *Et ex vno duo ferrea brachia nodo, Iunxit, vt aequali spatio distantibus ipsis, Altera pars staret, pars altera duceret orbem.* Philand. Vitru. III. I. *Circinique collocatum centrum. Centrum* inquit, *pro altero circini crure dictum est. Pedem in circino mobilem, & immobilem appellamus.* A pede igitur immobili, siue centro, quod *stet*, siue *consistat*, Circinus, *sesto*, dictus est.

SESTIERE. Veneti Vrbem in sex partes, siue regiones diuidunt: vnde *sextarium*, siue *sestiere* quælibet earum partium appellatur, vt Romæ initio Tribus.

SETOLA. *Scola.* Scopulæ ex setis confectæ tergendis pectinibus.

SEZZO, & *Sezzaio*. Vltimus. Vel à *sedendo*, siue *subsidendo*. Virg. *Extremus, galeaque ima subsedit Acestes.* Colum. XI. I. *Villica debet curam adhibere, vt si qua fæces, aut amurca, in fundis vasorum subsederint.* Vnde & sedimentum, quod in imo hæret, ac sedet, vt *sezzo* sit imi subsellij. Vel à Græco ἔσχατος. Nam *sezzo*, à sero esse vltimus credam. Vel à sequendo.

SFACCIATO. Impudens. Pudor enim in vultu: & fronte, vnde *sfrontato* pro eodem, effrons, decocti pudoris; Frontem perisse de rebus, sublatum pudorem. *Infrontate*, impudenter. Fulgentius. *Catillare, est per alienas domos infrontate gyrare. Frontone* pro impudente, duræ frontis, frontosus.

SFARFALLARE: Veneti *Spaueiare*, de bombycibus, qui è folliculo erumpunt, & fiunt papiliones, siue *farfalle, pancij.*

SFERZA. V. *Ferza.*

SFESA. Findo, fissum, *fissa, sfesa.* In insitione à *sfesa*, Etrusci *A schisa*, diuersa ab inoculatione.

SFIDARE, ad certamen prouocare. A *Faida*, & *feida*, inimicitia capitalis, vt Vols. L. II. 7. à Germanis, quibus inimicus *Feind*, & *fiant* (quod fortasse a Fide, aliquem de læsa fide compellare). In Capit. Caroli Magni, *de faidis coercendis*; *De faidis placandis.* Grot. Lex. Goth. *Faida*, *Faith*. *Fede*, *Festhe*. *Inimicitia testata.*

SFINIMENTO. *Suenimento*; Animi deliquium, à spirituum exitu, & veluti vitæ fine. Hisp. *Desmayo.* V. *Smagar.*

SFIOCCARE. *Defloccare*: floccos carpere. Plaut. Epid. *Duo de floccati senes.* Sicut *sfiorare* deflorare.

SFOGARE. Euaporare, deflagrare, æstum iracundiæ exhalare.

SFOGLIO. Piscis. *Solea, sfolia.* Lingulaca, *Lenguata.* Βούγλωσσος.

SFRANTVMARE. Quassare, conterere. *Frango, fractum, fractiare, frattamare.*

SFROSARE. *Defraudare*; præcipue de ijs qui portorium defraudant. *Sfrosare il datio. Fraudo, fraussum.* Plaut. Asin. II. 2. *Metuo in commune, ne quam fraudem frausus sit*, idest, fraudem commiserit: vt exponit Festus.

SGAIOLARE. Deglubere, ex siliqua fructum eximere. *Squama, scaglia, scagliola, scatola, sgaiolare*, desquamare. V. *Sgorbare.*

SGALMARE. Perones, siue calceamenta è ligno cauata, quibus montium incolæ vtuntur,

ἀπὸ τῶν χαλῶν, à lignis, & eorum materia. Quasi soleæ *calimala*, *sgalmare*. Hisp. *Abarcas*, quod instar nauiculæ sint, vt Coaruvias.

SGANASCIARE. Cachinari: ita in risum effundi, vt veluti malæ dissuantur. V. *Ganascia*.

SGARARE. Aberrare. A *varis*, cruribus distortis, *varare*: *scarare*, *sgarare*. Neque tamen sententiæ Salmasij accedo, qui in Solin. 946. trahit à *Varare*, transire, traijcere: vnde varatio fluminis apud auctores de limitibus. Hoc enim est à *Vadare*, vado transire. Inde ait *Varas* dictas apud Vitru. ponticulos ex trabibus, quibus fluminum aluei varantur, idest traijciuntur. Ponticuli enim illi *Vara* dicti, quod tabulæ, siue tigna, *Varis*, ideft furcis imposita sunt. Non ergo ab hoc verbo, vt ille ait, Gallicum *garer* factum, & fugiendo sibi cauere. Est enim Gallicum, *gare*, *gare*, à *guerdare*. *Guarda*, *guarda*. Veneti, *Vara*, *vara*. vox monentis, vt quisque sibi caueat, siue periculum aduertat. *Vara il Toro*. Neque ex hoc *enarati*, vel *exgarati*, qui à recta via decrant. Sed vt dictum à *varis*, siue cruribus distortis: qui enim recte non incedunt, aberrant.

SGARATO. *Sgaratato*. Varus, claudus, distortus, *dinaricatus*. Nonius. *Vari dicuntur obtortis plantis*. Et. *Obuarare*, *peruertere*, *deprauare*, *dictum à varis*. Pap. *Varus pro tortuoso ponitur*, *idest claudus*. Pers. s v. *Rectum discernis*, *vbi inter Curua subit*, *vel eum fallit pede regula varo*. Int. Vet. *Pede varo*, *idest inflexo*, *& altorsum*, *quam ad rectitudinem deducto*. *Aut regula pro norma abusus est*, *est enim ea Vara*. Casaub. *Pes varus appellatur incurvus*. *Regula pede varo*, *quæ obliquari patitur*, *& incuruatur*. Alibi Persius: Varum posuit pro dissimili, & diuerso. *Geminos*, *Horoscope*, *varo Producis genio*, quod enim Varum, dissimile est recto. Non tamen inde *sgararare*.

SGNEPPA. Perdix rustica: à magnitudine rostri Galli becasse, à Germ. *Snepff*. Acceia.

SGOMBRARE. V. *Ingombrare*.

SGOMENTARE. Expauescere, quasi *exmentare*, hoc est præ pauore mente excidere, attonitum esse. V. *Sbigottire*.

SGORBARE. Deglubere, *deglubare*, *deglumare*, *sgorbare*. Glubere, corticem detrahere. Cato de R. R. xxxi. *Salicem suo tempore cadito*, *glubito*, *liberum conseruato*. Translatum, ad pellem detrahere, ἐκδέρειν, vt illud Tiberij. *Boni pastoris est*, *tondere pecus*, *non deglubere*. Et in re turpi. *Glubit magnanimos Remi nepotes*. Ceterum Gluma, vt Var. de R. R. 1. 48. Est *spica folliculus*. *Spica enim*, inquit, *tria habet*, *granum*, *glumam*, *aristam*. *Proinde vt grani theca sit gluma*. *Videtur vocabulum etymon habere*, *à glubendo*, *quod eo folliculo deglubitur granum*. Festus. *Gluma hordei tunicula*, *dictum quod glubatur id granum*. *Deglubare*, *deglumare*, *exglumare*, *sgorbare*. Glos. *Deglubat*, ἐκδέρει. Quam vocem Salm. Tertul. de pallio restituit.

SGORGARE. *Exgurgitare*, *sgorgiare*, *sgorgare*.

SGRAFFIARE, vnguibus cutem carpere. *Scarifare*. V. *Graffio*, *e scarpellare*.

SGRIGNARE. Ridere. *Cachinare*. Vt sit illud Lucretianum 1. *Fiet vt risu tremulo concussa cachinnent*.

SGRETOLARE, Frangere, comminuere, Terere, *teritare*, *tritolare*, *sgretolare*. Morgant. 1v. 56. *E si sentì l'arnese sgretolare*, *Che non isgretolò mai osso cane*. Et xx. *Tal volt vn onda si forte scotea*, *Che sgretolar si sentia la carena*, *E cigola*, *e sospira per la pena*. Et xxiv. 58. *E deue giungon dinanzi*, *ò di dietro*, *Ogni arme sgretolauan come vetro*. Ita & *sgricciolare i denti*, cum ex attritu dentes crepitant. Quod Latini *frendere* dixerunt, idque à sono fictum censet Vos. in Etymol. nempe sonum edere dentibus collisis. Postea pro dentibus frangere, vt Festus. *Vnde faba fressa*, & *N. frendes*. Terere dentes, *teritare*, *fritare*, *sgrizzare*, *e sgrizzolare*.

SGRISOLI. *Grizzoli*, Horror ex frigore, imminente febre, tunc enim ex vehementi frigore, dentes atteruntur, & crepitum edunt. Nisi quis velit à *frigasculo*, esse, *sgrizzolo*. Vnde *Frigoritici*, & *frigoretici* inferiori seculo pro febricitantibus apud Vos. de Vit. serm. 1 11. 12.

SGVAGNIRE. Proprie de canibus. *Gannire*. Festus. *Gannitio*, *canum querula murmuratio*. Quod alij apud Vos. Etym. à κνίζω, hoc autem à κυων, canis: alij à γανύσθαι gaudere, ob aduentum herorum: vt Lucret. *Gannitu vocis adulant*.

SGVALIVARE. Æquare, *aqualare*, *equalinare*. *Sgualiuare* dicunt de equis, cum æquatis dentibus ætas eorum discerni non potest. Veget. Veterin. Lib. 1v. 5. de indicijs ætatis equorum. *Pullis bimis*, *& sex mensium medij dentes superiores cadunt*. *Cum autem quartum annum agere cœperint*, *decidentibus his*, *qui canini appellantur*, *alios supponunt*. *Deinde intra sextum annum molares cadunt*. *Septimo omnes explentur aequaliter* (si sgualiuano) *& ex eo cauanos* (puto æquatos) *habere incipiunt dentes*: *postea vero quot annorum sint scire ad fidem nullus potest*.

SVATTARO. V. *Guattaro*.

SGVAZZO. V. *Guado*.

SGVERZI. *Verticee*. V. *Gangheri*.

SGVINZALE. *Sguanciale*, trenæ pars ad equi maxillas pertinens. V. *Guancia*.

SGVISIRE. Furtim speculari. *visere*, *visire*, *sgui-*

ſguiſire, leniter videre. Veneti *lumare*.

SGVRARE. Æstergere, & in ſplendorem dare. Vel à pellenda *arugine*, quaſi *exruginari*, *exerugare*, *ſgurare*: vel ab *exſcoriare*, non ſcorias auferre, ſed quia ſcoriæ attritu, æra ſplendeſcunt: Gal. *Eſcurien*, Germ. *Schauren*, quod etiam ſcobe fiebat. Horat. Sat. II. 4. *Sive grauis veteri cratere limus adhæſit, Vilibus in ſcopis, in mappis, in ſcobe quantus Conſiſtit ſumptus?*

SIARE. Veneti remiges dicunt cum cymbam ſiſtunt, ac remum inhibendo retro trahunt. Cicero ad Atticum XIII. oſtendit ſe aliquando deceptum fuiſſe in verbo inhibendi. *Eſt enim*, inquit *verbum totum nauticum, quanquam id quidem ſciebam, ſed arbitrabar ſuſtineri remos, cum inhiberi eſſent remiges iuſſi. Id non eſſe eiuſmodi didici heri, cum ad villam noſtram nauis appelleretur, non enim ſuſtinent, ſed alio modo remigant.* Sicut ergo inhibere, ita & *Siare* vox nautica eſt. Nautæ enim cum in mari rudentes complicant, & in ſpyrā conuoluunt, quia ea res magni laboris eſt, ſolent ſe quodam celeumate hortari, & incitare. Clamant enim *A ſi, A ſi*: vt vnus quiſque ad ſe rudentes adducat, & trahat; Vnde *Aſiare*, & *ſiare*, pro remum non foras propellere, ſed ad pectus trahere, quo cymba inhibetur; Hoc autem faciunt in occurſu, & riuorum flexu, ne cymbæ mutuò collidantur. Solent igitur clamare monendo, *Sia*, *ſia*, ideſt remum inhibe, & ad te adducito. *Aſiare*, ſicut Dantes, *Immeare*, & *intuare* audacter confinxit. Hiſp. quoque *Ciar*, & *cejar*, cum iumenta retro impellunt, etiam cum in naui remi inhibentur, cuius vocis originem fruſtra quærit Coaruvias. Ceterum incredibile dictu eſt, tot cymbarum per anguſtos canales, velociſſime diſcurrentium millibus, qua peritia, & dexteritate remiges ita declinent, & flectant, vt ſe in curſu radentes, vix vnquam contingant, & innumerabili turba ſtipatæ, celerime ſe expediant, & intactæ elabantur, ipſo remige pendulo, & extremam puppis marginem vno pede premènte, vt non maior certe fuerit veterum agitatorum in flectenda ſepties circi meta, labor, & induſtria. Quia autem tot domorum conflexus, brachia, & anguli, atque anfractus occurſant, quæ venientis cymbæ aſpectum adimunt, antequam eo accedant, ſolent ſe inuicem clamantes commonere, Latina voce *Obe*, *obe* (Mart. *Obe*, *obe*, *ſatis eſt libelle*) mox quorſum cymba flectenda, ſubmonere. Cum ſiniſtrorſum dicunt, *Premi*, *premi*: cum dextrouorſum, *Stalli*, *ſtalli*. Prima vox ducta à Circenſibus, quibus quadrigæ, & bigæ, in ſiniſtrum currebant, atque ita metam ſiniſtrorſum flectendo prætereuntes premebant: Vt premere ſit ita ſiniſtræ parti appropinquare, vt veluti adhæreſcat, & premat; *ſtringat* Virg. dixit in V. *Læuas ſtringat ſine palmula cautes*. Stringere eſt premere. *Stalli* autem eſt, *ſtà illinc*, (diſcoſtati) cymbam in dextram partem deflecte, ac detorque. Idem. *Quo tantum mihi dexter abis?* Hoc eſt à læua parte metæ, ſcilicet interiore, recedis? Cur metam non premis, ac ſtringis? Sequitur. *Sed cæca Menætes ſaxa timens, proram pelagi detorquet ad vndas*, ideſt dextrorſum, & à meta, quę ad ſiniſtrum, recedens. Quare ait Gyas. *Quo diuerſus abis?* ideſt cur altum tenes, & à ſiniſtro in dextrum abis? Veneti dicerent. *Cur ſtàs, non premis?* At Cloanthus, *Radit iter læuum interior*, quia læuus, & interior idem. Virgil. *Namq. furens animi, dum proram ad ſaxa (metam) ſuburget Interior*. Seruius. *Interior: ſiniſterior*. Cic *Quem omnia intus canere dicebant*, ideſt *ſiniſtra manu*. Salluſt. *Igitur introrſus, prima Aſiæ Bithynia eſt*. Turneb. XIV. 4. *Interiorem* exponit, qui curſu breuiore ad metam tendebat. (Quia nempe ſiniſterior, & in ſiniſtrum flectebatur). Interiorem autem, quia propinquiore ſpatio, & breuiore ad metam pergebat, Sed *interior* dicebatur, quia erat intra ipſam metam, & nauim alteram, quæ à dextra, idem certamen inibat, Quod expreſſit poeta. *Ille inter nauemque Gyæ ſcopuloſque ſonantes (metam) Radit iter læuum interior*. Mirum autem eſt Ruſticos diuerſis vocibus idem ſignificare. Nam cum boues curru, aut aratro iunctos hortantur, & impellunt ſiniſtrorſum, dicunt *A mano*, dextrorſum, *Fora*. Nam ducta vt diximus voce à Circenſibus, cum in ſiniſtrum curreretur, *manus* pro *ſiniſtra* dici cœpit, ideſt *interior*, cui opponunt dextram, ſcilicet *exteriorem*, & ideo dicunt, *Foras*, quod idem eſt atque *exterius*, interiori, ideſt ſiniſtræ oppoſitum, ſed calamus inhibendus.

SIGILLO. Forma, ſignum, ſigillum. Dant. Purg. XXXIII. *Coſi la neue al Sol ſi diſſigilla*. Liqueſcit, formam amittit. *Sigillum*, annulus ſignatorius. Galli, *ſignet*: quo ſignum, ſiue ſigillum ceræ imprimitur: vnde *ſigillare*, obſignare. Veneti *bollare*, à bulla, & *bollo* Sigillum, à *bulla*. Vide.

SIGNORE. Cui non dictus Hilas? Omnium conſenſus eſt, a *Seniore*. Cuiac. præfat. de Feud. *Vaſallo reſpondet Dominus, qui & Senior dicitur, licet prouecta ætatis non ſit. Eadem forma, qua & Senatorem, & presbyterum dicimus, morum potius quam ætatis habita ratione*. Frodoar. Chron. *Qui ſeniorem ſuum Hugonem infenſum habens ad Regem venit*. Præceptū Conradi Regis. *Pro noſtro Seniore bonæ memoriæ Rodulpho Rege*. Goldaſt. in Gloſſario in Capit. quod miſit

sit Carolus ad Francos, & Aquitanos. *& mandat nobis noster Senior, quia si aliquis ex nostris est, cui Senioratus noster non placet*. Et in præcepto Concessionis Ludouici. *Et si beneficium aliquod quisquam eorum, ab eo cui se commendauit fuerit consecutus, sciat se de illo tale obsequium Seniori suo exhibere debere, quales nostrates homines Senioribus suis exhibere solent*. Erempert. An. 863. *Guaiferium sponte sibi Seniorem elegerunt*. Pap. *Plebs est reliquum vulgus, sine Senioribus Ciuitatis*.

SIMONI. Delphines à simis naribus, & repandis. Pap. *Delphines proprie Simones dicuntur. Simoni* etiam dicuntur adulatores, à *simulando*.

SINISCHALCO. V. *Scalco*.

SINO. Vsque. *Fine*, & *Fino*: *fino*, vsque ad finem, hactenus. Hygin. Fab. LXXXII. 19. *Tantalus media sine corporis in aqua stans. Sino à mezzo il corpo*. Medio corpore tenus. Nam tenus, finis. *Insino*, *infina*. Rustici. *Inebino*. Salust. Fragm. *Fine inguinum ingrediuntur mare*. *Fini*. pro vsque, vsque ad finem, vsque ad modum & quantitatem. Papin. L. I. D. de pign. *Pacto placuit, vt ad diem vsuris non solutis fructu hypothecarum vsuris compensaret, fini legitima vsura*.

SIONE. *Syphon*, fistula, siue tubus, quo vinum è dolio defunditur. Glos. *συφὼν μάθ' ὃν τὸν οἶνον ἀντλοῦσι*. Sed *Sione* pro turbine, vortice, ac procella, non est à syphon, quod instar *syphonis* nubes aqua plenas trahat, sed à *τυφῶν*. Plin. L. II. 48. *Nunc de repentinis flatibus, qui exhalante terra coorti, rursusq; deiecti in terram, obducta nubium cute multiformes existunt. Vagi quippe, & ruentes torrentium modo, tonitrua, & fulgura edunt, maiore vero illati pondere, incursuque si late siccam rupere nubem, procellam gignunt, quæ vocatur à Græcis Ecnephias. Sin vero depressum sinum arctius rotati effregerint, sine igne, hoc est sine fulmine verticem faciunt, qui Typhon vocatur, idest vibratus Ecnephias. Defert hic secum aliquid abreptum è nube gelida conuoluens, versansque, & ruinam suam illo pondere aggrauans, & locum ex loco mutans, rapida vertigine. Idem illisu ipso repercussus, correpta secum in Cælum refers, sorbetque in excelsum*. Hæc paulo fusius retuli, quia eadem fere annis præteritis Venetijs, non sine horrore, fieri vidi. Ipsis *Bissa boua* dicitur, quod nubes instar anguium in spyram conuoluantur, & tetras serpentum effigies referant. Quas expressit Chircherus in Mundo subterraneo. *Boua* autem, siue *boa* quod idem est, quia nubes ingentium serpentum figuram reddant. Plin. de Serpentib. maximis, & *bois*. L. VIII. 14. *Faciunt his fidem in Italia appellata boa*, (siue bouæ vt in Chiffletiano) *in tantam amplitudinem exeuntes, vt D. Claudio Principe, occisæ in Vaticano, solidus in aluo spectatus sit infans. Aluntur primò bubuli lactis succo, vnde nomen traxere*. Gel. L. XIX. appellat figuras quasdam nubium metuendas. A Typhon igitur *tiphone*, & *siphone*, *sione*. Posset etiam à *Syphon* duci translate, scilicet à similitudine: quia Plin. Cap. sequenti ait. *Ex eodem genere, & in longam veluti fistulam nubes aquam trahit*. Siue vt Chiffletianus Codex. *Et in longum veluti fistula nubes aquam trahit*.

SIROCCHIA. Soror, *Sororcula*, *sorocla*: *serocchia*. Monosin.

SISSIOLO. Insubribus auis nocturna haud absimilis noctuæ. *Asio*, *Asiolus*, *asiolo*, *sisciolo*.

SLACCIARE. Soluere. V. *Lazzare*, *Dislaqueare*, *dislacciare*, *exlaqueare*, *slacciare*. Am. Marcellin. L. XXX. *Princeps antedicti fuga perculsus, quem eloqueatum fidem rupturum existimabat*. Idest carcere elapsum, laqueis liberatum. Prud. II. in Symmach. *Elaqueanda animis constantia, ne retinaclis Mollibus, ac lentis, nexa, & captiua prematur*.

SLANDRA. *Landriera*. Meretrix. Voss. de vit. serm. L. II. 11. *Landica, natura muliebris*, vt Gloss. col. 244. *Nisi Landira referibendum: vt inde sit quod meretrix Italis dicatur Landriera*: vt eadem *putana* à puta, quod est *πόσθη*.

SLATARE. Infantem vbere depellere: *elactare*. Pap. *Elactare, à lacte tollere*.

SLEGNIDO. *Splegnizzo*. Dura caro, & palato respondens, vt Horatij verbis vtar, ac dentes fatigans. *Lignosum*. Plin. L. XIX. 5. de Raphanis. *Amaritudo plurima illis est, & pro crassitudine corticis. Cetera quoque aliquando lignosa*. Etrusci *Tigliosa* dicunt, quod veluti filamenta tiliarum habet.

SLIZIGARE. V. *Sbrisciare*.

SLOGARE. *Luxare*, membrum loco mouere. Insubres *Strambare*. Gloss. *στρέμμα*, *luxum*, *luxatio*. *στρέφω*, *Torqueo*, *verto*. Veneti *senestrare*, torquere, obliquare, sinistrum enim recto opponitur, vnde manus recta dextra. Luxatus, cui articulus loco motus est. Germ. *Verfetz*, cui membrum versum est, siue euersum, & loco motum. Gal. *Desnoue*, denodatus. Hisp. *Lisiar*, à lædendo, vt Coaruv. lædo, læsum, *lesiare*.

SMACCO. Nota, ignominia. A Germ. *Smach*: quod tamen est à *Macula*. V. *Macco*.

SMAGARE. Smarrire; *Imaginem* perdere, formam, ac speciem mutare. Quid attinet ineptijs chartas replere? Meræ enim ineptiæ sunt Casteluetri, qui a *μάχομαι* trahit, quod est pugnare, & vt ipse ait pugnando vincere. Recte enim Bembus, *e prima imagine trahi*, quamuis

vocem Prouinciæ Gallicæ putet: Eſt enim *ex imaginaro, ex imagare, ſmagare*. Non ab *exnagare*. Translatum deinde ad animum. Animo linqui, nam qui animo deficiunt, faciem & colorem, ſiue imaginem mutant. Villan. xI. 65. *Il valente Capitano perciò non iſmagato, ſi traſſe il troncon del fianco.* Mat. Vil. Iv. 50. *Mà egli con grande animo, per queſto non ſi ſmagò, mà preſe cuore d'abbatergli.* Dant. Inf. xxv. *Et auegna che gl' occhi miei confuſi Foſſero alquanto, e l'animo ſmagato;* Landin. *Benche gl'occhi fuſſero confuſi per la nouità delle coſe: & la mente ſmagata, cioè tratta dal ſuo eſſere, & quaſi ſmarrita;* *Smarita*, vt infra, eſt *diſparita*, quæ ſpeciem, & figuram perdiderit. Et Purg. III. *Quando li piedi ſuoi laſciar la fretta, Che l'honeſtade ad ogni atto diſmaga*, ideſt decorum deformat, deturpat, & honeſti imaginem adimit. Boccat. *Chi è colui, che non conoſca la voſtra oneſtà? La quale non che i ragionamenti ſollazeuoli, mà il terrore della morte non credo, che poteſſe ſmagare.* Deformare, deturpare, e ſtatu, & ſpecie ſua dimouere. Et x. Purg. *Non vò però lettor, che tu ti ſmaghi Di buon proponimento*, ideſt ſententiam mutes, qui enim *ſi ſmaga*, formam, & figuram, ſiue imaginem mutat. Et Purg. xIx. de Sirene. *I ſon dolce Serena, Che i marinar in mezzo al mar diſmago.* Deformo, dementο, permuto. Et xxvII. *Mà mia ſuora Rachel mai non ſi ſmaga Dal ſuo ammiraglio*, non ſe mouet, locum non mutat. Hiſp. Deliquium appellant *Deſmayo*. Qui enim animo linquitur, mutat colorem, ac ſpeciem, & veluti imaginem perdit. Ridicule Coaruvias, tranſlatum eſſe à floribus, qui exeunte Maio ingruente æſtu flacceſcunt, & cadunt. V. *Smarrire*.

SMALLARE. V. *Mallo*.

SMALTIRE: *& Smalto*. V. *Malta*.

SMALZO. Veneti butyrum appellant, à German. *Smaltz:* quod forte ab *emulctum*. Veneti pariter vocant *Vnto ſuttile*, liquamen tenue, vt ab adipe ſpiſſiore diſtinguatur.

SMANIA. Furor, æſtus, æſtuatio. *Mania*, *ſmaniare*, more furentium corpus iactare.

SMABRIRE. *Smarrirſi*. Paueſcere, conſternari, item amitti. Non ab *emigrare*, ſed ab *diſparere*, euaneſcere, colorem mutare, e conſpectu abire, non apparere. Appareo, apparere, diſparere, *diſmarere, diſparire, ſparire, ſmarrire*. Quod perditur, non apparet. Vita Chr. *E tutta s'affligeua per lo ſmarrimento del figliolo;* qui diſparuerat, nuſquam apparebat. *Che la diritta via era ſmarrita*, rectum iter non apparebat, non inueniebatur. *Compagnia ſmarrita*, ex oculis ſubducta. Idem enim ac *ſparire*. Euaneſcere, oculis ſubduci. Paſſau. Cart. 253. *E quando è più appariſcente, all' hora ſpariſce, e vien meno. Si ſmariſce.* Morgant. *Mà à poco, à poco riuocò la vita, Et ogni ammiration fù diſparita. Smarrita. Smarrito*, qui à via aberrat, qui rectum iter amiſit. Dant. II. *Nella diſerta piaggia è impedito Sì nel camin, che volt' è per paura, E temo che non ſia già ſi ſmarrito, Ch'i mi ſia tardi al ſoccorſo leuata.* Landin. notat *la coſa ſmarrita*, quæ amiſſa eſt, ſpe recuperandi. Translatum deinde ad animum: vt *ſmarrito* dicatur, qui animo deficit, & veluti mentem amittit. Dant. Inf. xIII. *Perch' i' tutto ſmarrito m'arreſtai.* Et xxIv. *Tutto ſmarrito da la grande angoſcia.* Math. Vil. x. 59. *Benche il ſubito caſo li ſmarriſſe, preſono ardire*: animum receperunt. *Smarrito in viſo*, Pallidus ex metu, quem color deſerit, qui qualis fuerat, non apparet. Aliter *diſparuto*. Boccat. Filoſt. *Se foſſe ſtato conoſciuto in habito cotanto diſparuto.* Hiſpan. *Marrido*, pro languido, & infirmo: & *Amarillo* pallidus, Itali *ſmorto*, color mortuorum. Non à Græco, aut Arabico. A quo ſanus color diſparuit. Et quia vt diximus *ſmarrire*, pro amittere, deperdere, vnde *ſmarrimento* Amiſſio & *ſmarritio*. *Marritio*. In chartis Monaſt. S. Galli apud Voſs. III. 24. *Sin autem ipſa res ſine vlla marritione ad ipſum Monaſterium reuertantur.* Paulo poſt. *Ipſa res, pro animabus noſtris ad ipſum monaſterium ſine vlla marritione reuertantur.* Integræ, ſine iactura, ne aliquid ex illis depereat, vel diſpereat. Et quia ex amiſſione iactura, *marritio* pro danno. Conſtit. Caroli Calui. Tit. 16. *Pacifice animo donat illi commeatum. Tantum vt ipſi, & in ſuo Regno, vel ſuis fidelibus, aliquod damnum, aut aliquam marritionem non faciat, ideſt amiſſionem.* Fruſtra ergo Voſs. de Origine dubitat, & ab *abmurmuratione* deducit, ſiue querela, ac moleſtia ex damno accepto. Fruſtra etiam Goldaſtus in alia Donatione pro calumnia, & tergiuerſatione accipi vult.

SMEIAZZA. Veneti appellant intritam, ſiue moretum ex millij Indici farina, melle, paſſo & aromatis. *Miliacea*. Veteres *formam* dixere, Feſt. *Item forma appellatur puls miliacia ex melle*.

SMERIGLIO. *Smerlo*. Auis è genere rapacium. Æſalo. *αἰσάλων*. Haliætus. Niſus. Germ. *Smirle, Smirlin*, vel *Merle*. A Latino *Merula*, vt Voſs. in Etymologico. Quia vt Iſidor. ait *Merillus non multo maior ſit merula*, imò vt Albertus M. figura coloreque adeo ſimilis ſit, vt niſi roſtrum, & vngues haberet aduncos, vix ab ea dignoſci poſſet. Pap. *Alietus. Auis ſimilis Aquila, ſed maior.* L. *minor à Græco alietos, qui vulgo Smirilium dicitur*, vel *Sparauerius*. Scalig. Exerc. cxxxIII. *Tertia itaque*

mul-

multorum culpa, qui Nisum Sparuerium existimarunt, quia Cirrim pro alauda capiebant. Saltem Smerilium dixissent. Hisp. Esmerjon, non à mergendo, vt Coaruvias. Hodie tormenti bellici genus Smeriglio, sicut Sagro, Moschetto, & Falcone, ab huius generis auibus. Et Spingarda, à Germ. Sprintz, quod Muscetum ex accipitrum fringillariorum genere significat.

SMERIGLIO. Puluis, quo gemmæ, & specula poliuntur, & marmora finduntur. σμυρίς. Smyris. Pap. Smyris lapis asper, & indomitus omnia terens. Germ. Schmergel.

SMISCIARE. Veneti dicunt è somno excitare, Desmisciarsi, expergisci. Exsomniare, exsomnisciare, smisciare. Glos. Αὐτυπνίζομαι. Exsomnio, Expergiscor. Alij Destare, & Destarsi. Deexcitare, deexcitari.

SMILTZA. Milza. Lien. Splen. Germ. Smiltze. Veneti Spienza à splenitium. Galli Rate, ratelle. Quod splen rarus sit, & mollis vt Celsus. Hisp. Baço puto quia Epati subiectus, quasi epaticius, paticio, baço. Veneti. Bati.

SMILZO. Veneti pro gracili, & emaciato. Vel à Germ. Smal, vnde smelido. In LL. Fris. Tit. III. 38. apud Vofs. Ex ipsa percussione decreuerit à sua grossitudine, quod smelido dicunt. Vel ab emulctus, emulictus, smiltus: & ijsdem Venetis smucco. Et si hoc à mutilo rectius videatur.

SMORTO. Pallidus. Emortuus, ferali pallore mortuum referens.

SMVCCIARE. Labi, à mucorum solo adhærentium lubricitate.

SMVNTO. Atidus, siccus, exsuccus. Ab vberibus emulctis, & exhaustis. Emulctum, smunto. Dant. Inf. XXIV. La lena m'era del polmon si munta. Landin. Si diseccata. Imperoche, come la poppa si disecca per mungere, così el polmone per ventilare. Purg. XXIV. Da che è si smunta Nostra sembianza via per la dieta. Land. Estenuata per la dieta, che non siamo conosciuti.

SMVSSO. Cuius anguli ad normam non respondent. Villan. L. VIII. 26. Et acciochè 'l detto Palaggio non fosse in sul terreno de gl'Vberti, coloro che l'hebbono à fare, il puosono smusso, che fù gran diffalta. Ad ammussim, ad normam, ad regulam, contrarium examussim, smusso. Veneti fatto su squara. Norma, squadra, squara: triangulus disparibus lateribus, vno angulo recto, atque ita vara, siue distorto, pede varo. Eadem palatij Patauini structura, quo nullum fortasse amplitudine, & operis maiestate nobilius hodie visitur. Smussare, e tagliar di smusso oblique secare.

SNELLO. Agilis, velox, expeditus. Est quidem à Germ. Schnell. Sed hoc à Latino Hinnulus, hinello, snello. Gal. Isnel. Cerui nempe, damarum, & caprearum pullus, capreolus: quo nihil agilius, lasciuius, ac velocius. Horat. Vitas hinnuleo me similis Chloe: fugax, & subsultim ludens. Dant. XVI.

Ale parean le lor gambe snelle.

SOASE. Cornici. Coronides, & ornamenta tabularum pictarum. Suppages. Barbar. Glofs. Plin. Compago, & impago id genus marginis, ac regula significat, quo tympanum, idest quadratum, vel alterius figura spatium in valuis, aliaue opere intestino per ambitum includitur, vt fere sunt, qua vulgo quoque suppages appellantur.

SOATTO. Corij durioris species, ex quo corrigiæ, loraq; & capistra conficiuntur. V. Soga.

SODO. V. Saldo.

SOFFIARE. V. Boffare.

SOFFICE. Mollis, Etruscis, tractabilis tactui cedens; præcipue de puluino, aut culcita pluma suffulta. Vnde dictio suffultus, non à supplex, supplice. Et soffolce molliter reponitur, aptatur, collocatur. Dant. Par. XXIII. O quant'è l'ubertà che si soffolce In quelle arche richissime. Molliter cubat. Et Inf. XXIX. Perche la vista tua pur si soffolge La giù trà l'ombre triste smozzicate? Non figitur, & adhærescit, vt Landin. Sed impletur funesto spectaculo, vt culcitæ, & puluini farciuntur, & fulti sunt. Soffoggiata. Sarcina, quæ sub brachio occulte asportatur: quod brachio fulciatur, quasi suffulciata, suffulta. Saluiato Spina. Trouato vn poco in là che correua, con vna soffoggiata sotto.

SOFFITTA. Domus pars summa, tecto proxima. Salm. de mutuo p. 2. p. 51. Superficium, vel superficies proprie significat ædificium superius alteri super positum, quod in plano est positum. Sed soffitta Venetis, est locus inter laquearia & tectum, à tabulis, & trabibus suffixis, sustinendis tegulis. Baldus ad Vitruv. Nostrates Cælum totum, soffittam, vel soffittatum, appellant. Vocem autem Latina esse originis manifestum est: dicitur enim quasi subfixa. Insubres non inepte Spazza casa appellant: quod nempe illuc friuola, scruta, & domus impedimenta congerantur, & ita inferior domus liberior, & laxior redditur: & vt ita dicam, spatiosior.

SOFFRATTA. Penuria, caritas. Villan. XI. 139. Con gran disagio di soffratta di vettuaglie, e di tutte cose. A sufferendo, siue tolerando. IX. 47. Li fallio molto la vettuaglia, e sofferse gran soffratta egli, e la sua Corte.

SOGA. Funis. Sogaro, tam restio, quam restiarius, idest qui conficit, quique funes vendit. A sucula, sogula, soga. Sucula vt Bud. in Pand. Machina est tractorij generis. Constat autem ex tereti ligno, duobus, aut pluribus vectibus trajecto.

jecto. Hac dum versatur, funis qui ductarius dicitur, circum eam obuoluitur, onera sensim adducens. Ab hac igitur machina *fucola*, funis etiam eius *fogola* dictus, & *foga*, postea pro quolibet funis genere. Et *fogora*, succula. Hist. Pistor. p. 210. *Fù à lui gettata vn fogora in collo, & con essa strascinato per la sala.* L. Long. *Si quis fogas furatus fuerit de boue iūctorio.* Etrusci etiam vocant Soga, funem ex corio, siue lorum, quod alij *Sonatto: soatto.* Dant. Inf. xxxi. *Cercati al collo, e trouerai la foga, Chel tien legato.* Land. *Soga, coreggio di soatto.* Quidam putant à corio subacto dictum. Sed coria omnia subigebantur, vnde *subactores*, & *subactarij* in Vet. Inscr. qui coria subigebant, qui & *coriarij subactarij.* Ergo à *foga, fogatum*, & *sonatto*, quia capistra ex corio, & corrigiæ pro fune sunt. Grot. *Soga* à Germ. trahit Lexic. Goth. *Soga, Gloss. bene, funis. Segen trahere.*

SOGGHIGNARE. Subridere, *fubcachinnari*.

SOGGIORNARE. Morari, diem ducere. *Diurnare.* Nonius. *Diurnare diù viuere. Neque optimum quemque inter nos finunt diurnare. Subdiurnare.* Nam *giorno* à diurnus.

SOGLIA. *Sogliaro. Soiaro.* Limen. *Solum liminare.* Solum enim omne quod aliquid sustinet, & quod subijcitur. A *folum*, vt Varro *folium.* Dant. Inf. ix. *Cominciò egli in su l' horribil foglia*, in limine. *Poscia che noi intrammo per la porta Il cui fogliaro à nessuno è serrato.* Inde, & *foglia* pro sede, siue *folio*, quod sedentem sustinet; Item trabes quæ dolijs subijciuntur, & tigna quæ tabulatis supponuntur, Galli *foliue.* Et quia solum idem est, ac planum, Insubres *foium* appellant, quod est læue, & minime asperum, & confragosum. Inde Veneti *fotare*, pro blandiri, ac demulcere, veluti palpare, & per plana corporis molliter manum deducere, *e dar la foia*, est assentandi specie alicui illudere.

SOLA. Pars pedis ima, item calcei. *Solum*, & *folea.* Cic. v. Tusc. *Mihi calciamentum, folarum callum. Auia Pieridum peragro loca, nullius ante Pressa solo.* Lucret.

SOLARO. Pars ædium superior. Latini *Solarium*, quod quidem non est à *folum*, sed à *fole*: Domus pars summa aperta, subdialis, & Soli exposita, præcipue apud Orientales. Tecta scilicet plana & subdialia, vt D. Hieronym. in sacris literis. *Et strauit ipsi in solario.* Et de Dauide II. Reg. *Accidit, vt surgeret de strato suo post meridiem, & deambularet in solario domus Regia.* Et alibi. Bud. in Pand. *Est autem solare vaporarium in aprico loco situm, ad calorem Solis excipiendum, quo veteres vtebantur.* Idem & Heliocaminus. Glois. Ἡλιακηριον *Solarium*, quia illic apricabantur. Macrob. L. II. 4. de Augusto. *Cum de purpura, quam emi iusserat, obscuritate quereretur, dicente venditore, Erige altius, et suspice, bis vsus est sal bus. Quid ergo, vt me populus Romanus dicat bene cultum, in solario ambulaturus sum?* Plaut. Mil. Glor. *Nam certe neque solarium, neque hortus apud nos est.* Ita & Victor. Var. xxi. 13. Improprie postea *Solaro*, pro contignatione. *Il solar di sopra.* Et domus *di tre solari*, idest trium contignationum.

SOLDATO. Miles. Solidum pro aureo sumi peruulgatum est. Vnde *solidatus*, pro mercede siue *solido* conductus, vt Salmaf. Hist. Aug. p. 377. Cassiod. Var. III. Ep. 51. *Menstrua eum duximus largitate solidandum. Solidum* pro mercede, & *Soldati* milites mercenarij. Germ. *Besolden.* Stipendium persoluere. *Besoldüng.* Stipendium, Solidum autem Lege Salica fuisse denariorum xl. Pithæus ad eam obseruat.

SOLFA, & *Solfizare*, pro canere, à notis Musicis, *Sol*, & *Fa.* Vide *Vt Re*, &c.

SOLFERATI. *Solfrini. Sulphurata*, quæ sicut olim cum fractis vitreis venduntur. Martial. *Qui pallentia sulphurata fractis Permutat vitreis.* Hisp. *Alcreuite, sofrite, sulphurita.* Insubres *sofregbetti.*

SOLLETICARE. Titillare, *titillicare*, *subtiliticare, solleticare.*

SOMA. V. *Salma.*

SOMBRERO. Hispani Pileum, siue Petasum appellant. Vmbraculum, *Vmbrarium, Sombrero.* Apuleio. *Pilei vmbraculum.* Non à Solis vmbra.

SOMESSO. Mensuræ genus. *Semipes.* Bud. de Asse. L. v. *Semipedem accipimus id spatium, quod digiti vtriusque manus suppressis pollicibus occupant. Nam palmus, vt inquit Vitru. à quaternis manuum digitis inuentus est; & à palmo Pes factus sexdecim digitorum. Nostri Pedem XII. pollicibus partiuntur, quas vncias antiqui vocarunt.*

SONAGLIO. Crepitaculum rotundum, à *sonitu*: ad cuius instar Testes *sonagli* vulgo dicuntur, item bullæ, quæ ex aqua formantur.

SONETTO. Genus carminis, quod ad Citharæ sonum caneretur.

SONNARE. Veneti *colligere*, in vnum contrahere. *Adunare, assonnare, sonnare.* Vide *Adunare.*

SOPRESSARE. Prælo subijcere, quod & *Pressorium*, quo vestes splendeant. V. *Mangano.* Mart. I. 46. *Sic tua suppositis pellucent prælo lacernis.*

SORARE. Euaporare, Auræ exponi ad refrigerandum. *Exaurare, sorare.* Vino *sorato*, euanidum, *suampito*, vappa. *Homo soro*, vappa, cui

mens

mens veluti euanescit. V. *Sbrinare*.

SORCOTTO. V. *Cotta*.

SORELLA. Soror, *Suora*, *Sororicula*, *Sirocchia*, *Sororicella*, *Sorella*.

SORGOZZONE. Pugnus gutturi impactus. *Guttur*, *gozzo*, subgutture, *soggozzo*, *soggozzone*.

SORMONTARE. Extolli, de Sole cum lucida tela diei supra montes extendit. Contrarium. *Tramontare*, cum cadit.

SORNACCHIO. Screatus, præpinguis saliua: à sonitu narium, quem tussis violentior, & attractio saliuæ reddit. Et *Sornacchio*. *Farfallone* à similitudine papilionis: *Sornaccare*, & *sornacchiare*, crassiore sputo raucescere, & narium repercussu exercere.

SORSO. Haustus, *sorbitio*.

SORTICE. Annulus, Hisp. *Sortija*. Hodie Neapoli appellatur annulus, qui in ludicris equitum certaminibus, ex transuerso fune suspenditur, in quem hastis incurrant, vt cuspide traiiciant. Sed vocis origo viros doctissimos hactenus elusit. Coaruvias annulum *Sortija* putat dictum, quasi *Tortija* à torquendo, quod in orbem voluatur, & torqueatur. Menagius, à *sorticis* characteribus, quibus annuli inscribebantur apud veteres. Sed qui nam isti *sorticei* characteres sint, haud scio. Ergo annulus, sors, & *sorticula*, *sortija*, *& sortice*, dictus, quia olim eo in sortiendo, siue pro sortibus vtebantur. Plin. L. XXXIII. I. vt Iliacis temporibus nullos fuisse annulos ostendat, hoc vtitur argumento. *Nusquam certe Homerus dicit: cum & codicillos epistolarum gratia missitatos indicet &c. Sortiri quoque contra prouocationem duces non annulis tradit*. Si enim annuli cogniti fuissent, iis duces ex prouocatione certatori in sortiendo, quis nam pugnaturus esset, usi fuissent. Quod indicat inductis annulis, eorum vsum in sortiendo fuisse. Vnde pro ipsis sortibus, quæ ex vrna educebantur, *sorticula* annuli dicti. Nempe annuli signatorij, quorum signo, siue sigillo, cuius ille esset dignoscebatur.

SORTIRE. Egredi, erumpere, non est à *surgere*, *surrectum*, vnde *sortita*, *fare vna sortita*, cum obsessi erumpunt. Sed est à *sortibus*, quæ ex vrna educebantur, & veluti exibant. Inde *sortire* pro egredi. *Sortire fuora*.

Assortir so boutique, Galli dicunt, pro mercium variis sortibus instruere. *Sortimento*, merx. Sortiri, sorte in ordinem redigi. Diuersarum mercium in ordinem dispositio, *sortimento*. *Diuerse sorti di mercantia*, variæ species. Vnde *Assortire la viuanda*, annonam dispertire, ac veluti sorte diuidere.

Strada consortina, in quam vicini ius habent. Sors enim pro hereditate, & pro agri parte, cum sorte diuiderentur. Inde *consortium*, & *consortino*. Festus. *Herctum citum, quod fit inter consortes*. Idem. *Dissortiones, diuisiones patrimoniorum inter consortes*.

SORTIVA. Caput fontis. Scaturigo à *surgendo*. Festus. *Surregit*, *& sorctus*, *pro surrexit*, *& surrectus*. Lucret. *Medio de fonte leporum*, *Surgit amari aliquid*. Virgil. *Surgit Ganges*. *Aqua sortiua*, quasi *sorgitiua*.

SOSTA. Cessatio, quies. *Dar sosta* subsistere. Dant. Purg. XIX. *Sosta vn poco per me tua maggior cura*. Supprime, fac cessare, paulam da sollicitudini. Et XXIX. *A passi diedi sosta*; substiti. Hist. Pistor. p. 175. *Vedendo cosi esser combattuto, e non credendo potersi difendere domandò sosta al popolo*. Vel à sustinendo. Morgant. XIV. *Non sò come il Ciel facci tanta sosta, Ch' à Belzebub giù in bocca non ti mandi*. Et XVII. *Che se non fussi che l'arme sè sosta, Egli leuaua dal capo vno spiccio*. Item *sosta*, & *fusto*, ingens calor. Æstus, per metathesim, fuste, sosta. Translate, pro intensa cupiditate, & amoris æstu. Boccac. *E in breue in tanta sosta entrò, dello spesso veder costei*: cupiditate æstuans.

SOSTRA. Insubres appellant locum, quo ligna, lapides, & id genus mercium clauduntur. *Claustra*, *Chiostra*, *sciostra*, *sostra*.

SOTTANA. *Sottano*. Vestis interior, quæ alteri supponitur, & sub induitur. Ferme tunica quæ sub pallio, aut toga gestatur, & quæ veteribus, *subucula*, *interula*, *& intusium* dicta. Nunc pro stola muliebri, quæ pallæ, siue pallio, aut alteri subiicitur: à *subtus*.

SOTTO. Subtus, *sutto*, *sotto*. Dant. Infer. XI. *E però stati di sutto; Gli frodolenti*.

SOVENTE. Sæpe. Casteluetrus à *subinde*. An à *sæpe ante*, *souante*, *souente*? Sed cum etiam de futuro dicatur, vt Dant. Inf. II. *Di tè mi loderò souente à lui*; rectius fuerit à subinde.

SOVERCHIO. *Superuacuum*, superfluum. Quodque supra est, atque eminet. Dant. Inf. XXI. *Non far sopra la pegola souerchio*. Infra. *Fanno attuffar in mezzo alla caldaia La carne con gl'vncin, perche non galli*. Innatet, supra aquam fit. *Soperchiare*, & *soperchieria*, alios premere, & iniuria afficere, non ex æquo, sed armis, & comitatu supra ceteros esse. *Oltraggio*, supra, vel vltra æquum incedere.

SOVCY. Galli cura, contractum, *sollicitudo*. *Sollicy*, *soucy*.

SOVHAIT. *Et Souhaiter*. Iisdem votum, & optare. Non à Germ. *Gebeit*, vel *Heithinga*, vt Lips. Cent. III. ep. 44. *Heitinga*, *vota*, Hodie Galli *souhaiter composite*. Sed est à *suboptare*, *souhaiter*. *Souhait*, *suboptatio*, Votum.

SOZZO. Spurcus, turpis, deformis: non à *sudore*, neque à *fuceo*, vt Coaruvias, sed a *tana* *fucei*.

fuccida, fpurca, non lauta, & male olente, Oefypo. Quanquam lana, à fudore recens tonfa, fuccida dicta fit, vt Var. de R. R. L. II. II. Hifp. *Sucço, & gueço. Guccio Imbratta*, pro fpurco, & impurato apud Boccat.

SPACCARE. V. *Schiappare*.

SPACCIARE. Expedire; *Spacciar la mercantia*, fe à mercibus expedire, *expeditare, fpacciare*. Expedire etiam mittere, expeditio militaris, inde *Spaccio*, pro fafciculo literarum, & pro ipfo *tabellario*, qui mittitur, fiue expeditur. Et *Spacciatamente*, expedite.

SPAGIRICO. Vofs. de vit. Serm. Lib. III. 50. *Spagirus Theoph. Paracelfo, pro Alchymifta. Vnde ars Spagiria, vel fpagirica. Puto autem fpagiricos dici à duobus artis officijs: qua funt compofita refoluere, & refoluta componere. Nam σπᾶν, trahere, extrahere: ἀγείρειν congregare.*

SPAGO. Filum è fparto, aut cannabe pice illitum, confuendis, & farciendis calceis, à *fparto fparteum, fparticum, fpaco, & fpago*. Etiam poftea ex lino. Iuven. Sat. III. *Si rupta calceus alter Pelle patet, vel fi confuto vulnere craffum Atque recens linum oftendit non vna cicatrix*. Fere tamen ex fparto. Σπαρτία proprie funiculi è fparto, quibus calcei confuuntur, aut colligantur. Athen. Ὑποδήματα, ἐρραμμένα σπαρτίοις σαπροῖς. *Calceamenta putridis funiculis compacta*. Poftea, *fpago* etiam pro quolibet funiculo, ex alia materia fortaffe ab *Afpo*, quafi, afpago per aphærefim: inftrumento cui fila inneciuntur. V. *Afpo*.

SPALANCARE. V. *Falanga*.

SPALLA. Humerus, *fpatula, fcapula*. Spatulæ proprie offa, quæ à tergo incumbunt. πλάται. *Spalliere*, aulæa, reclinandis humeris.

SPALMARE. Naues reficere, & ad curfum inungere, feuo, & alia materia, quod palma extenfa fit, vt aliis obferuatum, vnde vox ipfa *expalmare*. Translatum deinde, cum picantur, fiue pice illinuntur, aut alia materia rimæ obftruuntur. Alii à *palmare*, quod eft committere, coniungere, quia apud Colum. L. XI. 2. *palmare eft materias alligare*. Sed aliud eft ligare, aliud committere, fiue ftipare. Vide Menagium.

SPALMATE. Cum pueri in fcholis manus ferulæ fubiiciunt, veluti *depalmantur*, fiue *expalmantur*, ficut *fculazare*, cum nates perdunt. Onom. Glat. *Depalmare*, κολαφίζειν. Proprie depalmare, & expalmare, eft palma percutere, fiue colaphos infringere: vt Horatius ille apud Gellium, *qui pro delectamento habebat, obuij cuiufque liberi hominis os verberare feruumque pr. fto habere, qui crumenam affium plenam geftaret, vt cuicunque quem depalmauerat, affes fecundum legem XX numeraret*. Glof. Ῥαπίζω, *expalmo, alapo*. P. Blefenf. ferm. 18. *Vidi cum in horto ligatum, in atrio Pontificis expalmatum, fputis illitum*. Et ferm. XXIV. *Attendamus filium Virginis illitum fputis, palmatum colaphis*. Poftea expalmare, veluti palmas cædendo auferre. Iuven. I. *Et nos ergo manum ferula fubduximus*. Vulgo *fparamano*, ex voce magiftri iubentis parare manum, fiue flagro palmam fubiicere. Vofs. de Hift. Lat. L. II. 39. de Ratherio. Scripfit Itinerarium Romanum, & complura alia, inter quæ & ars erat Grammatica, ridicule auctori nuncupata, Spara dorfum: quia præftaret, vt puerorum dorfis parceretur: nam Sparen Germanis eft parcere. Crederem tamen contra, fuiffe, Para dorfum, vt para manum, quod dorfum, & quæ fub dorfo funt, plecteretur. Infubres *fpioffere*, à plaufu ferulæ veluti cottabo manum percutientis. Hifp. *Palmatoria*, & *Cañaheja*. Et *cana berla*, quafi *canna ferula* fpecies harundinum. Vide *Sferza*. Ceterum in Lupercalibus puellæ & mulieres manus, & terga lupercis ferienda fubijciebant, depellendæ fterilitati. Iuv. *Nec prodeft agili palmas prabuiffe Luperco*.

SPAMPANARE. *Pampinare*, expampinare, pampinos decerpere. Inde pro iactantia, & inani foliorum oftentatione. Vna *fpampanata*. Veneti *fparpanazzi*. Pampinatio.

SPANDERE. *Effundere, effandere, fpandere*.

SPANIRE. De floribus cum aperiuntur, *expandi* item, quod confequitur, pro flacefcere.

SPANNA. Palmus maior. Recte Monofinus contractum ex Græco σπιθαμή. *Spithama, fpanna*. Vnde Germ. *Spann*: & Gal. *Efpan*, & *empan*. Palmus minor digitorum quatuor, maior, ideft *fpithama*, duodecim, Plinio dodrans, ideft quantum eft fpatij inter expanfos fummum pollicem, & minimum digitum. Non à Germ. *Spanne*, vt Voffius, quod à *fpannen*, tendere, vel ab Italico *fpandere*, pro expandere. Neque a palmo, qui fimpliciter pro menfura quatuor digitorum: & Itali inter palmo, & fpanna diftinguunt.

SPARAGNARE. Parcere, rem feruare, fumptum non facere. Rectius à *parfimonia* deduxeris. Parfimoniam adhibere, *Parfimoniare, fparagnare, rifparmiare, & fparmire*. German. *Sparen*. Gal. *Efpargner*: quam ab exparco, *exparcinare*, vt Salmaf. ad Solinum. *Rifparmio, & fparagno*, à parfimonia, parcimonium. Vulgo *tenere à mano*: non effundere, aut difpergere.

SPARARE. pro tormentum, fiue fclopum difplodere, & plumbum emittere, non eft à σπαράττειν, quod lacerare fignificat, fed ab exparare, fiue difparare: parare enim eft tormentum

rum instruere, & puluere pyriò, ac pila implere, siue farcire: *exparare*, euacuare. Pap. *Exparata, vacuata*, Quod est ab exparta. Idem. *Exparta, partu vacuata*. Vel sbarare, vt vulgo dicunt, à *barris*, siue repagulis, quod concepto igne pila obstantia amolitur, & disiicit. V. *Barra*. At *sparare*, pro ventrem aperire, siue exenterare, & intestina educere, vel à σπαράττω, vt Monosin, quod sine laceratione fieri non potest. Vel à *sbarrare, & sbarattare*, aperire, & frangere, & varicatim distrahere. Villan. *Fù impeso per li piedi sparato, & sbarratato, come porco*. Et simpliciter pro aperto. Boc. Ameto. *Vna fibula congiungea le parti dello sparato mantello*.

SPARPAGLIARE. Spargere, dispergere. *Paleas dispergere, sparpaleare*: translatè pro dispersis. Villan. VII. 27. *Quando li vidde ben sparpagliati, disse al Rè*.

SPARVIERE. *Sparauiere*. Accipiter Scalig. Exerc. CCXXXIII. à σπαράττειν lacerare deductum se fuisse ait, (à lacerandis auibus) nisi Germanica vox esset. Consentit Voss. II. 17. *Sparuerius, vel spernarius, ex Germ. sparuuer, qui sic vocatus, quasi spar, var, hoc est procul, sine longe spargens pennas suas*. Quæ notatio cum cunctis volucribus rapacibus conueniat, mallem à Latino corruptum. Accipiter, *accipitrarius, asparuarius, sparuarius*: vt in Leg. Salica, & Baiuuar. titulo VII. *Si quis sparuarium furauerit*. Hisp. *Açor*. Contractum ab *Acceptor*, idem quod *Accipiter*. Eadem Lex Salica. *Si quis Acceptorem de arbore furauerit*. Lucil. *Rostra Acceptoris, & vngues*, vt Charis. L. I. Glos. *Acceptor, ἱέραξ*. Mirum est quantum se torqueat Coaruvias, Hebræosque, & Arabas inquietet. Iidem *Cetreria* appellant artem curandi accipitres & Falcones, ab. *Accipitraria*: *cetreria*. Vide Fridericum pag. 151. 180. & Albertum de Falcon. p. 372. Item Bignon. ad Legem Salicam tit. VII. Floret Veronæ Sparaueriorum Gens nobilissima, quam illustriorem reddit Franciscus Græcis, ac Latinis literis, atque omni eruditionis genere, sed præcipue humanitate, cum paucis comparandus.

SPARIRE. Euanescere, è conspectu subduci. *Apparere*, contrarium *disparere*. V. *Smarrire*. *Sparuto, smarrito*, cui forma deterior facta, & oris figura veluti disparuit, quod ex macie, aut metu contingit.

SPARNICCHIARE. Hac illac dispergere, *sparnazzare, sparpagliare*. Cresc. IX. 77. *Done sia l'orza sparnicciato*. Spartum, *sparsiatum*. *Spernucchiato* Veneti, qui incomptus, & hac illac sparsis capillis est.

SPASSEGGIARE. V. *Passeggiare*.

SPAVENTARE. Pauorem incutere. Vide *Sbigottire*. Hisp. *Espantar*, non à spasmo. *Espantajo*, terriculamentum. *Spauracchio*.

SPAZZARE. Verrere, purgare. Pauimentum, Spatiam, *spazzo*. Dant. Inf. XIII. *Lo spazzo era vn arena arida, e spessa*. *Spazzare*, scopis purgamenta verrere, sordes depellere. Item impedimenta amouere, & locum spatiosum reddere. Insub. *spazzar casa*, mutare domum, vasa transferre. *Spazzacasa*. V. *Soffitta*. *Spazzacamino*. Fumariorum scopator; *Spazzetta, scopetta*, scopulæ: *spazzadora*, scopæ & quidquid tergendo aptum est.

SPECIE. Aromata. *Species* à Iuris Consultis appellari, quas veteres Latini fruges dixerunt, vinum, oleum, frumentum, notum est. Capitolin. Anton. *Species Imperatorias superfluas vendidit*, triticum nempe, & fruges reliquas, quæ Imperatori à prouincialibus peudebantur, & ex eius prædiis colligebantur: vt Turn. XXV. 18. Quanquam aliqui rectius de vestibus interpretantur. Marcellin. L. XIV. *Indumentum Regale quærebatur*: mox, *celerari speciem perurgebat*. Vt in Cod. de vest. milit. & de vest. holoberis. Vox deinde ad aromatum omne genus translata, vt Salmas. ad Solin. pag. 1050. *Speciale*, aromatarius, Pharmacopola, Seplasiarius. Qui species exoticas vendit. Martianus Iurisc. *Species pertinent ad vectigal, cynamomum, piper album, piper longum & reliqua*. Proprie *Droghiere*; nam hodie *Speciale*, qui pharmaca, & medicamenta vendit.

SPEGAZZARE. Delere, obliterare, atramento illinere, ac fœdare. A *spungia, spungiare* qua voce Apicius sæpè vtitur: *spungiatare*. Vel ab *expungere, expungitare, spugittare, spegazzare*.

SPEGNERE. Extinguere, *stinguere, spiguere, spegnere, stinto, spento*. Dant. Purg. I. *Si che ogni succidume quindi stinga*. Lucret. L. I. *Ignes in cœtu stingui*. Lib. VI. *Nubes ignem continuo magno clamore trucidet*. II. *Stingui colorem*. Et Cic. Arato, *stinguens insignia Cæli*. Et Progn. *Stinguntur radij caca caligine tecti*. Et Purgat. XII. *Anchor nel volto suo presso che stinsi*. Pap. *Stinguit, occidit, delet*. Glos. *Destinguit Ἀποσβέννυσι. Σβέννυμι. Stingo*. Proprie de igne, sicut enim de eo dicitur viuere, ita extingui. *Spegnere*, pro mori, *amorzarsi*. Plaut. Aul. *Nam si ignis viuet, tu extinguere extemplo*. Et sicut viuæ lucernæ Horatio dicuntur, ita occidentes Petronio. Sicut Accius apud Nonium. *Torrem interfectum flammeum*, quod notauit Mur. Var. L. VII. 6.

SPELAZINO. Spelaccino. Lanæ carminator, qui è folliculis bombycum crassius sericum depectit, & carminat. A *pilando*, ac veluti pilos detrahendo.

SPELORCIO. Auarus, sordidus. Vel à vestitu detrito, & defloccato, & cui trama reliqua sit. Hisp. *Pelone*, & *peloia*. Vel à *Spicilego*, qui spicas legit *spelurico, spigoloriccio, spilorcio*. Quod rectius puto. Qui enim spicilegium exercent, sordidi sunt, & vilissimi. V. *Spigolistro*.

SPELTA. Rea. Germ. *Speltz*.

SPELVCCARE. Pilos decerpere, *piluccare, depilare*. *Spiluzzicare*, est minutum quid delibare, & veluti pilatim earpere.

SPENDERE. *Expendere, spesa, expensa*. Dispendium. *Spendio*. Dant. Inf. VII. *Che con misura nullo spendio ferci*.

SPERA. Suppositum, turunda adsoluendam alvum, quod in *spiram* conuoluatur. *Cura* Veneti, à parte, cui immititur.

SPERANZA. à *Speranda, sperandia, sperantia*.

SPERONE. Calcar. Vel à Germ. *Sporen*. Vel à *spola*. Hisp. *espolon*. *Spola*, autem spicula, ab aculeo, *spicolone, spolone*. Et *espuela*. Coaruvias, cum recte, quasi spicula posuisset, postea, ab *expellendo* deduxit. Ergo Germ. *Sporen*, ex eodem fonte. Bouillus, à *spharulis*, quæ extremitati calcaris adduntur, quod non est ita ineptum, vt reliqua fere omnia apud eundem. *Sperone del muro*, anterides. Phil. Vitr. L. VI. vlt. *Anterides, siue Erismæ sint. Nos*, inquit, *contra fortia, & arcus obnitentes dicimus: Itali sperones, ceu sint calcaria, idest obnitentes muris pilas, vocant*. Baldus. *Orthostata, nempe recte stans, Græcè. Eo nomine dicuntur, arrectaria pila, siue fulcimenta: nostrates appellant, speroni, pilastri, contraforti*. *Speronella*, herba, quæ calcaris speciem refert.

SPERONAGLIE. *Perniones, Pernionalia, speronaglia*. Veneti *Buganze*, à tumore, siue bubone.

SPERTO. Expertus. Dant. Inf. XXXI. *Questo superbo volle essere sperto, Di sua potenza contra'l sommo Gioue*. Potentiæ suæ experimentum facere.

SPESSO. Sæpe frequenter. *Spissum* pro frequenti apud Latinos non legitur: sed pro denso, & pro tardo, siue sero. Afran. apud Non. *Quod defessa expectando domi sedi: quod spisso venire visum est mane mihi*. Plaut. Pœn. de barulpicibus. *Qui si quid boni promittunt, pro spisso eueniit: Id quod mali promittunt, præsentarium*. Næuius. *At enim tu nimis spisse, atque tarde incedis*. Non ergo à *Spisso, spesso*, sed à *sape, sapissime, sepisse, speffo*.

SPEZZARE. V. *Pezzo*.

SPIANZO. V. *Spruzzare*.

SPIA. *Spione* explorator. Non à *spicare*, pro *spicere*, siue *aspicere*: sed à *speculor, speculone, speclone, spione*, & *picuca, spia, far la spia*, speculari, speculatores. Glos. *Speculator*, ὀπτήρ, κατάσκοπος. German. *Spien*, explorare, quod Voss. à *specio* deducit: sed est à speculor, *speculone, spione*.

SPIAGGIA. V. *Piaggia*.

SPIANARE. Solo æquare, *complanare, planum facere*. *Spianada*, vasta circum Vrbes planities, dirutis ædificijs, & excisis arboribus, ue hostium mœnibus appropinquantium aduentus latere possit. Veneti, *Guasti* appellant, circumiectam Vrbibus continentis planitiem, vastatis circumquaque, quæ hostium aspectum adimere possunt.

Spianola, ascia, qua ligna dolantur, & *complanantur*. Vnde *Piola*, pro eadem, nisi à *poliendo* dicta sit.

SPICCARE. Auellere. V. *Picciuolo, Picciolo*. Affigere *appiccare*, refigere *dispiccare*, *spiccare*: *staccare*. *Spiccare la testa dal busto*. *Spiccare*, erumpere, eminere, *emicare*, prosilire. Virgil. *Primus abit, longeque ante omnia corpora Nisus Emicat*. *Spicca vn salto*. Et. *Inveniunt manus emicat ardens Littus in Hesperium*. Et *Saltuque superbus emicat in curtum*. *Spiccare*, & *spuntare* de Solis radiis. Quia radii spicula, siue spiculorum instar. Hinc Lucretius *Tela diei* appellat radios Solis, *lucida tela diei*, quia vt ait Gifanius, quod radiis tanquam telis in omnes partes proiectis, Orbis terrarum illustretur. Quem secutus Ausonius. *Letalia tela diei*. Varro *iacula solis* dixit. Prudent. Cathimer. *Caligo terræ scinditur, Percussa Solis spiculo*. Germanis *Straal*, solis radii. *Strali*. *Spicciare*, de aqua aut alio liquore erumpente. Dant. Purg. IX. *Come sangue, che fuor di vena spiccia*. Inf. XIV. *La ve spiccia Fuor della selua vn picciol fiumicello*. Translate Inf. X. *In fin la sù facea spicciar suo lezzo*. Potest etiam *spicciare*, à *spina*, siue *spiculo*, idest epistomio, siphunculo, cum inde exprimitur, & salit.

SPIEDO. Veru, venabulum. V. *Schidone*.

SPIERE. Venetis sunt, vela chartacea, & linea, quæ loco specularium fenestris obtenduntur. A *specularium, speclaria, spera*, & *spiera*. *Sole in spiera*, sub clara nube lucens, cui nubes pro speculari. Hinc *sperula*, pro re lucida. Dant. Par. XXII. *Com'a lei piacque, gl' occhi dirizzai, E vidi cento sperule, che insieme, Più s'abellinan con mutui rai*. Insubres *stamegne* appellant, telam raram, ac pellucentem, quod plus staminis, quam tramæ habeat, & ideo fenestris oppanditur, voxque postea ad chartam transijt, quæ in eum vsum arcendo frigori opponitur.

SPIGLIATO. Expeditus celer, *Explicatus, splicatus, spigliato*. *Spigliatamente*, & *spigliatezza*.

SPI-

SPIGO D'AGLIO. *Spicchio*. Nucleus, *spica*. Caput allij solidum, cum nucleis: nuclei Latinis *spica*, ἀγλιθες. Nam eorum quæ bulbosa radice constant in nucleos diuidua, nuclei, *spica* vocantur, vt *spica allij, spica crocis*. Turn. Lib. VIII. 2. *Fesa* etiam *à fisso*, siue à *findendo* dicitur. Gal. *Cerneau*, à Germ. *Kern*, nucleus. *Spicchio* translate pro fusto. Morg. x. *Mà con l'accetta ogni volta vno spicchio Dal dosso lieua al possente Gigante*. Et XVI. *Che se non fosse, che l'arme se fosta, Egli leuaua del capo vno spicchio*.

SPIGOLARE. *Spicas* legere, *spicilegium*.

SPIGOLISTRO. Hipocrita, quod frequenter candelas affigit ferreis, ac denticulatis vncis circa altaria ante Sanctorum imagines, quę *spigoli* dicuntur, ab acumine, instar spiculi, vt Lexicon Etruscum declarat.

SPILLO. Acus, acicula. *Spiculum*, *spicillum*, *spillum*.

SPINA. Epistomium, fistula, siphunculus, & tubulus doliorum; Vel quod olim *spina* grandiores hunc vsum præstarent, vel à *spiculo*, quo dolia perforantur. Nam & *spillo* dicitur. Morg. XXII. *Perche pur trarci il vin con questi spilli?* Inde *spillare*, e *spinare la botte*.

SPINAZZO. Pecten ferreus, carpendo lino; Vel ab acuminibus ferreis instar *spinarum*: vel à squammis lini, quæ & *spina* dicuntur. Venetis hoc instrumentum *Chia* dicitur à squamis. *squama, squamula, scalea, scaglia, schia, & chia*, *Chiare* linum squamis purgare, desquamare, *scagliare, schiare, chiare*.

SPINETTA. V. *Clauicembalo*.

SPINGERE. *Sospingere*. Impellere, ab *Impingere*. Virg. *impingeret agmina muris*; impellendo enim quid impingitur. Lex Salica. Tit. XXXIII. *Si quis Baroni viam suam obstauerit, aut eum impinxerit*. Et Tit. XLIII. *Si quis hominem ingenuum in puteum, aut in pelagus impinxerit*. *Spenta*, & *spentone*, impulsus, incussus. V. *Penta*.

SPINGARDA. V. *Smeriglio*.

SPOLA. *Spuola*. Instrumentum textorium, quo trama stamini inseritur. Radius, Panuellium. Dant. Par. III. *Per apprender da lei qual fù la tela Onde non trasse infin al cò la spola*. Vel ab *Aspo*, cui fila inuoluuntur. *Aspula, spola*, vel à *spiculum*, est enim radius acutus, vt Ouidius, *radijs subtegmen acutis*. *Spicula, spola*, quanquam radius proprie, qui spolam continet. Vel denique à *panula, spanola, spola*. Non. *Panus, trama inuolucrum, quem diminutiue panulam vocamus*. Pap. *Pannula dicta, quod ex eis panni texantur: ipsa enim discurrunt per telam*. Germ. *Spulle*, & *spoele*. Galli & Itali *Naue*, & *nauicella*, capsulam vocant in qua *spuola*, & per quam *panula* stamini tra ijcitur. Hisp. *Lançadera*, quia veluti iaculando, immittitur, vel ab acumine, & cuspide. V. *Subbio*.

SPONDA. Proprie lecti pars dicitur, interior, quæ propius parietem, altera exterior, siue prior, & simpliciter *sponda*. Interior pluteo eminenti muniebatur, ne cubans è lecto decideret. Martial. Lib. III. 91. *Excidantque senem, sponda qui parte iacebat. Namque puer pluteo vindice tutus erat*. Vt Salmas. ad Hist. Aug. Isidorus. *Sponda exterior pars lecti, pluteus interior*. Veneti etiam *Spondam* exteriorem lecti partem appellant: interiorem *Calesella*, quod angusto tramite, siue semita à pariete distet. Insubres, *Stretta*. Inde factum, vt pontium crepidines, ac latera, hinc inde ad marginem apposita, *sponda* dicantur, & translate pro munimento, adminiculo, ac tutela.

SPONTONE. Contus, hastile ferro præfixum. *Contone, spontone*, vel à cuspide, siue *Punta*.

SPORTO. *Spaldo*: mœnianum, podium, proiectum, quod extra murum prominet, & porrectum est. *Exporrectum, sporto, sparto, spaldo*. Boc. n. XII. 8. *Vide vna casa sopra le mura del Castello, sportata alquanto in fuori*. Ouid. epist *Io disperata m'hoe posto in cuore, di gettarmi da vno sportato poggio*. Statut. Patau. Rub. LIII. *Quicunque, transcenderit muros ciuitatis, vel burgorum, aut spaldos, vel foueam ad descensum*. Inf. *Si abstulerit de lastris, seu laterculis muri ciuitatis spaldorum*. Chron. Venetum. *E più fuora de i suoi spalti i non insina*. V. *Balcone*, & *Verrone*, & *Appoggiarsi*.

SPRAZZO. V. *Spruzzare*.

SPRELLA. Insubres appellant eaudam equinam herbam, ab asperitate, Etrusci *Asprella*, qua mulieres patinas ex stanno, & ærea vasa eodem obducta tergere, & in splendorem dare solent.

SPREZZARE. Contemnere, *Depretiari*: & *depretiare* apud Tertullianum.

SPRINGARE. *Spingare*. Calces impingere, à German. *Springen*, saltare, crura iactare. Dant. Inf. XIX. *Forte spingaua con ambo le piote*. Land. *Springare, iactare crura. Vnde de equo, springar calci*. Hisp. *Acocear*, calcitrare, calcibus impetere, quasi *adcalzare*. Sed *springen*, est ab impingere, *pingere, spingare, springare*, & *sprangare*.

SPRVZZARE. Irrorare, leniter aspergere, quod poeta, *spargens rore leni*. *Spargere, spargitare, sprazzo, sportio*, & *spruzzo*. Dant. Purg. XXXIII. *E dello sprazzo, Che si distende sù per la verdura*. Translate Chr. moral. *Tù ne sentirai qualche sprazzo, ò nel Contado, ò nelle pendici della terra*. Veneti *spranzo*. Item *sprizzare*. Bocc. *Vn fiumicello sprizzando, parena da longi* arten-

ariento viuo, che d'alcuna cosa premuta, minutamente sprizzasse. Et *sprizzato, serceiato*, notis distinctus, siue maculis asperfus. Boccat. *E colei la quale si vide in dosso i panni più screciati, e più vergati*. Infra. *Queste così fregiate, così dipinte, così screziate*. *Spruzzare, aspergitare*. Germ. ab eodem. *Besprengen, Bespritzen*. Galli *Amuser*, ideft aquam ore conceptam porrectis labiis proflare, quod eft *Proflare*, & *sbroffare, subflare, subproflare*, & *sbrofadelli*, lagana proflatu tepidi iuris coalita. Vnde etiam *spruzzare*, ortum trahere potuit.

SPVLA. V. *Bula*.

SPVNTARE. V. *Punta*, & *Puntare*.

SQVACCHERA. Aquatio, *aquarozza*: pro diarza, & aluo eita, & liquiore. *Squaqquerare*, effuse ridere, *cachinari*: ficuti *ridere schangheratamente*, & *sganasciarsi*, folutis, ac diflutis malis, & veluti à cardine auulfis.

SQVAGLIARE, liquefcere, *exeoagulare*. V. *Quaglio*.

SQVADRA. *Squadrone*. Acies quadrata. Tibullus L. IV. El. I. *Seu sit opus quadratum acies consistere in agmen, Rectus vt aquatis decurrat frontibus ordo*. Scalig. Catalecta. *Nam squadrones quadras Phalanges vocant*.

SQVADRA. *Squara*. Instrumentum fabrile. Norma. Phil. Vitruv. VII. 3. *Anguli ad normam. Normam*, inquit, *fabri appellant, squadram; Regula capiti coogmentant aliam prominentem, vt referant ana angulum rectum*. Eam defcribit Vitr. L. IX. 1. Bud. ad Pand. p. 233. *Norma, vulgo Quadra vocatur, ideft Squierra*. Non tamen quod *quadra* fit aut *quadrata*, triãguli enim fpeciem refert: fed à *Varo*, quod diftortum fignificat. Perf. IV. *Vel cum fallit pede regula varo*. Vet. Int. *Pede varo, ideft inflexo, & aliorfum, quam ad rectitudinem deducto: aut regula, pro norma abufus eft, eft enim ea Vara. Vnde Vari cruribus distortis. Vara, squara, squadra*. V. *Sgaratare*. Veneti, *Squerri* naualia appellant, fiue loca in quibus naues ad normam compinguntur, ac reficiuntur. Translate, *tirato in squerro*, pro recenter compto, & operofius ornato: quafi ad normam exacto.

SQVARCIARE. Lacerare, difcindere. Vel à *squartare*, ideft in quatuor partes, ac frufta carpere, & concidere. Dant. *isquattrare*. Inf. VI. de Cerbero. *Graffia gli spirti, & ingoia, & isquatra*. Barbari, *Quaternizare*: apud Vofs. IV. 18. Vel à *varicare*, *suaricare*, ideft diuulfis cruribus lacerare, ac diftrahere, quod eft *denaricare, fuaricare, squarciare. Squarzade*, Veneti appellant carnes, multo pingui, & difcurrentibus venis, variegatas, *suarizate, squarzate*, item *suerzellade*, quafi virgarum incuffu, rubentes.

QVAQVARA. Citã aluus, & foluta. Forfã, quod aquæ inftar fluit. Item *squaquarare, scialaquare*, helluari. Vide.

SQVILLA. Tintinabulum: *Campana*. Morg. IV. *Comenciorno veder casali, e ville, E sopra à Campanil gridar le squille*. Videtur à Germ. *Skelle*. Sed hoc à *Squilla*. *Squilla* autem diminutiuum à *Cochlea, Cochleola, Cochilla, Squilla*. A Cochlea Germ. *Clocb*, Campana, ob fimilitudinem teftæ cochlearis. Itali *Chiocca*, & *Chioccbette*, Campanulæ, tintinnabula. Vofs. L. II. 9. *Chlocum*, vel *Kloc*: putat vocem effe Saxonicam. Onom. Lat. Sax. *Cloca, belle, ideft Campana. Clocarium, vel lucar, Belhur*, ideft, *Campanile*, fed eft à *Cochlea*, & eius figura. Bonifacius apud Cerdam in Aduer. Ep. IX. *Et si vobis laboriosum non sit, vt Cloccam vnam trãsmittatis*. Et ep. 89. *Et Cloccam, qualem ad manum habui, tuæ paternitati mittere curauimus*. Et S. Adamannus de Vita S. Columbæ L. III. *Personante clocca*. Et *Cloccarium* turris æris Campani. A *Clocca, clochilla, squilla: scella*, & *scilla*. Lex Salica. *Si quis skellam de caballis furaueris*. Eadem lex *Tintinnum* appellat, ideft tintinnabulum. Vide Bignonium. Edinerus Anglus in Vita S. Anfelmi Lib. I. *Pro excitandis fratribus scillam pulsantem*. Durandus, & alij *squillam*; Non ab herba, fiue pifciculo, vt Vofs. L. I. fed vt dictum à *Coclilla*. Hifp. *Esquilon, Squilli*, pro cantu, & fono Mufico. Dant. Parad. XX. *Poser silentio à gli Angelici squilli*.

SQVITTINIO. *Scrutinium*.

STACCHETTA. Infubres vocant clauiculum à Germ. *Stachel*, Aculeus. Veneti *Broccbetta, à Veru, verrucebetta, brocebetta*. Gal. *Piquon*, à fpiculo, & *Arguillon* aculeus, aculeone.

STACCIO. Cribrum, Incerniculum. *Setaccio, Sedaccio*, e fetis equorum. V. *Sedaccio, Setamicium, setaciũ, & stamigna, setaminiũ*. Vofs. IV. 25. *Setaciare in Gemma exponitur pro cribrare Bundelen. Nempe formatum à setaceus, quia cribrum pollinarium fit è fetis. Dixerim subcernere cribro, vel incernere*.

STADICO. V. *Oftaggio*.

STAFFA. *Stapes, stapeda, stapia*, Nomen ficut res, veteribus Latinis incognitum. Inftrumentum ferreum ab equi lateribus vtrinque dependens, cui innituntur, atq; infiftunt equitantium pedes. De quo plura Salmaf. H. Aug. p. 163. & ex eo Vofs. L. I. 7. qui inter cetera notat à Græcis dici *Astrabam*, vnde Hifp. *Estribo*. Gal. *Estrier*: & Anabolea, quæ Latinis fcala, etiam Codino non femel. Quia eo folerent afcendere veluti fcalis. Sicut ἀναβολεύς, *Strator*, non folum qui equum fterneret, fed in equum afcendentem fublenaret. Quibus ad-

de

de Glos. *Ab astraturo*, ἀπὸ τῆς ἀναβολῆς. Lege cum Vulcanio *A stratura*. Et *Scansor*, καταγρωτής. A *staffa*, *stafile* lorum vnde stapes, siue sub expedaneus depēdet. *Staffilare*, loro cædere. *Staffilata*. Sicut Horat. *habenam* pro flagro posuit. *In scalis latuit metuens pendentis habenæ*. *Staffiere*, qui ad pedes equitantis. *Staffetta*, cursor tabellarius, cui pedes instapede perpetuo sunt.

STAGGIO. *Staggia*, *stanga*. Fustis, Falanga, vectis, præcipue sustinendis oneribus: Non à στέγη, quod tectum significat, neque à *spanga*, & Germ. *spunne*, neque à *stando*, sed à *bastagium*. V. *Basto*. Germ. *stange*, Pertica, contus. Item vectis. Græcis σάλαι, sunt perticæ retia sustinentes. *Stanga*: repagulū transuersa trabs, opposita tribunali, arcendæ turbæ. Hist. Pist. p. 4. *Et essendo alla stanga del Giudice del Podestà*. Item pro vecte, claudendis ianuis, ac firmandis. Pro pertica transuersa, cui accipitres insident, & perticæ, quibus vestes suspenduntur, & *stacca*. Vil. xii. 89. *Lo fece porre (l'Insegna) in sù vna stacca*. Hinc *stangaria*, sepes sudibus, siue perticis surrecta. Leg. Long. L. i. 35. lege 30. *Si quis de sepe stangaria vimen legerit, componat sol. i. si autem perticas transuersarias tulerit componat sol. iii*. Veneti, *Passaia*, à palis, siue paxillis, vallisque, ac sudibus defixis. *Stagia*, & *stacca*. Lex Salica Tit. xxix. 32. *Si quis staccam, vel tremaclum, vel verriculum de flumine furauerit*. *Staccam* perticam, cui retia alligantur. Licet Pitheus genus maioris retis interpretetur.

STAGGIRE. Rem sequestro deponere, e ne loco moueatur interdicere. A *sistendo*, siue *stare faciendo*. Veget. *Questo fù da nostri antichi ordinato, che del soldo, che è dato à Cavalieri, la metà ne debba stare in istaggina appo colui, che porta la insegna*. Dial. S. Greg. *E in continente, che fù giunto à quel luogo doue era stato sepellito quel Prete, fù staggito, per virtù di Dio, e non si potè mouere*. Vnde *staggina*, e *staggimento*. A stando, siue sistendo, non à *sequestrando*. Veneti, *bollare*, & *assicurare*, quod res illæ publico signo muniantur, vnde creditori securitas. Insubres *Far la repositione*, sequestro addicere.

STAGGIONE. Tempestas anni, *temporum statio*. V. *Saggione*.

STAGNARE. Pro sanguinem sistere, & aliquid solidare, non à stagno, sed à *stamno* deducitur: vt Salmas. epist. cviii. *Stagnare pro stamno inducere, linere, quod Græci στανῶσαι dicunt. At stagnare quod munire, & solidare significat, pro ferruminare, indurare*. Gloss. *stagnat* σγμοῖ. *Inde & sanguinem sistere, stagnare, quo vsus est Sammonicus, quamuis stangare recentiores dixerint*. Galli *Estancher*. Sammonic. ad *stancandum sanguinem*: à στγγεῖν, *constringere, non transmittere, vt solent vasa futilia, ac rimosa*. Vos. L. iv. 26. Mirum est hanc vocem reperiri apud Iustinum, nam Trogi esse vix crediderim. L. xxxvi. 3. de Mithridate, quod venena metueret, antidotis se muniente. *Et ita se aduersus insidias exquisitis tutioribus remedijs stagnauisse*. Nam de Vegetio nihil mirum Veterin. Lib. i. 18. *Quo facto trinis potionibus stagnata, vt dicuntur animalia armentina, vel domita, integro anno à morbo intacta seruari. Vbi male, saginata, reponunt*. Idem enim L. iii. 8. hæc habet. *Quod si toto anno aduersus omnes agritudines desperatas boues stagnare volueris*.

Ceterum vasa ærea stamno inducta notum est, vnde *stagnade*, & *stagnatelle*, ahena, & ahenula stamno illita: Scrib. cxxx. *Hac pixis in ampliorem stagneam mittitur*. Scalig. ad Festū. *Narica*. *Stagneum vas intelligit, ni fallor incrustatum. Nam stagnare vulgo inuitreare*. Vide Rodium p. 455. id fiebat ad compescendum æruginis virus, vt ait Plin. L. xxiv. Quod Græci γανῶν, & περιπεταλῶν dixerunt; Fictilia autem pice liquida illinebant, ne humorem exudarent. Vt Casaub. ad Ath. Lib. i. 6. Vide Salmas. Solin. 577.

STARO. *Staio*. *Sextarius*.

STALLA. Et *Stallo*. *Stabulum*. *Stallo*, pro loco siue sede in Choro. Cæsarius L. i. 6. *Intrauit chorum vterque stante Priore in Stallo suo*. Plura alia attulit ad id confirmandum Vos. ii. 17. putatque non à stabulo, sed à Germ. *Stall* pro sedili. Sed cum etiam stabulum à stando dictum sit, siue manendo, vt Græcis σταθμὸς à στῆναι, cur non etiam stallum, à stabulo? Non enim stabulum tantum præsepe significat, siue ἱπποστάσιον, sed etiam cauponam, siue diuersorium, vt doctis animaduersum. Hinc *Installare*, stationem adsignare, à *stallum*, pro statione, quod factum, inquit Vos. è stabulum.

Stallo etiam pro diuersorio, siue mansione pauperum, qui plures intra vnam domum. Mediolani *Mala stalla*, Carcer pauperum decoctorum, qui soluendo non sunt, vere stabulum, *mala mansio*. Quanquam hæc vox apud Iurisconsultos pro genere tormenti, siue quæstionis sumitur: vt Turneb. L. xxiii. 21. credit, arcæ in quas conijciebantur serui, de quibus quæstio erat habenda.

Stallone equus admissarius, qui sobolis procreandæ gratia, nec ad alium vsum in stabulo retinetur. Hisp. *Garagnon*, quæ vox Coaruviā Arabum opem implorare cogit. Sed est à *guardare*, seruare, diligenter custodire. Etrusci *Guaragno*. Cres. ix. 2. *Anche è da sapere che il cauallo deue esser generato dal stallone, volgarmente*

mente oppellato guaragno, il qual ſia diligentemente guardato. Lex Salica Tit. xl. *Si quis Vnarauionem Regis furauerit.* *Stallio* qui diu in ſtabulo moram traxit. *Stallaticcio*, Veneti ouum appellant, quod non eſt recens, ſed in nido, aut ſtabulo ſtetit. Inſubres, *ſtantio*, *ſtantia*, mora.

STAMETTO. Pannus è *ſtamine* ſubtiliore ſtamineus. German. *ſtameth*. Apud Tyrium L. xiii. 27. *Exametum* non eſt *ſtametto*, ſed *examitum*, *ſciamito*. Vide.

STAMEGNA. V. *Spiera*.

STAMPA. à *Typis*. *Stampare dinari*, cudere nummos. *Stempie* Veneti appellant, fabulas & cantiones. Hiſpanis *Eſtampida*, pro re recenter impreſſa, & pervulgata, vt ferme res nouæ, & admirabiles, ab agyrtis circumforaneis venduntur, ferme inanes & fabuloſæ. *Stampita*, *ſtampia*.

STANCO. Defeſſus, defatigatus. Cumque *Stracco* idem ſignificet, putant eſſe eiuſdem originis. Nempe à *ſiniſter*, *ſiniſtracco*, *ſtracco*, & abiecto R. *Stanco*. Hoc autem argumento vtuntur. Quia manus ſiniſtra, *ſtanca* etiam dicitur. Dant. *Volgemmo, e diſcendemmo à mano ſtanca.* Cum autem ſiniſtra infirmior ſit, poſtea, pro feſſo, & defatigato accipi ſolitum. Cui ſententiæ ſubſcribere non poſſum. Primo enim non omne quod eſt debile, etiam defeſſum dici debet, hoc enim ex labore, quo infirmus carere poteſt. Præterea *mano ſtanca*, non à ſiniſtro dicta eſt: ſed ab *Anca*, *zanca*, & *ſtanca*. *Ancus* enim Latinis, & *mancus*, qui manu defectus, ſiue debilis. Feſtus. *Ancus appellatur qui aduncum habet brachium, vt exporrigi non poſſit.* Gloſs. *Ancus mancus*: Κυλλὸς λορδὸς, κονδὸς, vt Scaliger. Nonius *Mancum debilem*. Iſidor. *Mancus, manu ancus, vel manu caſſus*: Ab *ancus*, *mancus*, & *monco*, & *mancino*. Sicut ergo ſcæua & ſcæuola dicebatur, ita ancus, & mancus, qui dextra defectus, & debilis, ſiniſtra vtebatur, *mancino*, ita & ſiniſtra manus, *anca*, *manca*, *zanca*, & *ſtanca*. Non tamen inde *ſtanco* pro defatigato cum præcipuè in ſcæuis ſiniſtra validior ſit: ſed aliunde, nempe ab *Anctus*, ſcilicet, qui ex nimio labore, & defatigatione ægre ſpiritum ducit, & reciprocat. *Anctus*, *ſtanco*.

Sed STRACCO, aliunde originem petit. Nempe à *ſtratus*, *proſtratus*, ſtratis viribus, & ſtrato corpore, quod defatigati faciunt. Liu. L. vii. Dec. iii. *Ita deſertum agmen primo per agros palatur, feſſique aliquot ſomno, ac vigiliis ſternunt corpora paſſim.* Vel *fractus membra labore*. *Rotto* enim idem ſignificat. Dant. Inf. xxii. *Et ei ritorna sù crucciato, e rotto.* Landin. *Rotto, cioè ſtracco.* Gloſs. Ἀπομαμῦσα. *Laſſa, defeſſa, defracta.* Pap. *Effætus, laſſatus, fatigatus, fractus.* Quod verius puto.

STANGA. V. *Staggio*.

STANZA. *Statio*: manſio. *Stanziare*, ſtatuere. Dant. Purg. vi. *Mà 'l fatto ed' altra forma che non ſtanzi*: in mente ſtatuas. Vill. ix. 114. *Stanziaro che l'Oſte procedeſſe.* Statuerunt.

STARNA. Ruſtica Perdix. *Auis externa*, vel *extranea*. Monoſinus, & Politus. Siue quod humi ſe ſternat, cum ad volutandum, tum vt lateat. Athen. L. ix. *Perdicum alterum in Italia genus eſt, infirmo volatu, corpore minus.* Dalech. *Starnas hodie vocant Itali.* Martial. *Ruſticas*, *Galli cinereas*.

STATICO. Obſes. *Obſidatus*. *Obſidaticus*, *Staticus*.

STECCATO. Septum, ſudatum, vallum ex ſudibus, ac ſtipitibus defixis. *Stipicatum*, *ſteccatum*. Et quia huiuſmodi ſudes, & ſtipites acuti erant, *Stecco* & *ſteccone*, pro palo, ſiue ſude acuta. Ammian. L. xxv. *Caſtra ponuntur, velut murali ambitu circumclauſa præter vnum exitum, eumque patentem, vndique in modum mucronum præacutis ſudibus.* *Stipticatum*, *ſteccato*, & *ſpicciato*. Hiſt. Piſtor. p. 39. *E cominciaro à far ſpicciati ſopra le mura abbattute*: paulo poſt. *Fù la Città tutta ſteccata.* *Steccare*, & *ſtecconiare*. Vit. Nicol. Laurent. p. 51. *Poi fece ſtecconiare lo Palazzo de Campituoglio, e chiuſelo de lenname: e comandao, che le ſteccata delli renchiuoſtri de li Baroni de Roma ieſſero per terra.* Vnde Germanicum *Stechen*, pungere, figere, & non ab hoc *ſteccato*. Fruſtra etiam Barbarus Gloſs. ad Plin. à Græco arceſſit. *Quincuncialis arborum ratio* ςίχοι τῶν δένδρων; *nam & oleas in ordinem digeſtas* ςοιχάδας *vocant, vt Pollux. Hinc & militaris ſepti quoddam genus, caſtrenſi voce appellamus ſtecchada.* *Stecchi* etiam pro vepribus, & ſpinis. Dant. Inf. xiii. *Non pomi v' eran, mà ſtecchi con toſco.* Non abſurdum tamen eſt, à ςίλεχος, vt Scaliger. Gloſs. ςίλεχος. *Stirps, codex, Robor*. Et *ſtecco*, dentiſcalpium, vel indidem, vel à feſtuca. Hiſp. *Haſtilla*, haſtula, haſtilla, *haſtica*, *ſtecco*. Ceterum *Iſtia*, & *ſtia* idem ſignificat. Vil. x. 187. *Due Leoni che ſtauano in Iſtia.* Septum nempe à ſtipitibus, neque eſt vocabulum Gothicum. *Stipa*. Dant. Inf. xi. *Venimmo ſopra più crudele ſtipa.* Land. *Cioè ſiepe, che circonda i peccatori degni di più chiuſo carcere. Ouer ſtipa, cioè, ſtiua, perche ſtipare in Latino ſignifica circundare, e ſtiuare*: vt etiam à ſtipando deduci poſſit. *Stiua*, cauea in qua pulli conſtipantur. Vnde *ſtipa* ſerpentum. Int. xxiv.

Et vidi' entro terribile ſtipa
Di ſerpenti.

STELO. Thyrſus. Herbæ, aut floris caulis rectus, & oblongus ad *ſtyli*, hoc eſt columnæ ſimilitudinem, quæ florem ſuſtinet ςύλη, *ſtylus*.

Co;

Colum. Lib. v. 9. *Omnis autem nux vnam tantum radicem mittit, & simplici stylo prorepit.* Ex hoc Germanicum *stiel*. Petiolus, pediculus.

STELLE. Ligna concisa, *Assula, astula, astelle, stelle.* Nam vt Turneb. L. xxvi. 15. *Assula apud Vitruvium. vij. 6. Cementa marmorea, assula dicuntur, idest fragmenta siue frustula, qua scalpendo marmore excedunt, Graci σχίζας appellant, videtur legendum astula ex Paulino L. x. Quamque aqua non poterat, vicit brevis astula flammam. Sed Festus in Fomites, Assulas habet. Fomites sunt assula ex arboribus dum caeduntur excussa.* Verum vt Voss. iii. 1. *Astula* pro *assula.* Hisp. *Hastillas de madera*: pro astulis, quod corruptum ex *assulis*, vnde *Assulatim* minutatim, quasi comminuendo in assulas. Quo Næuium, & Plautum vsos Nonius ostendit. Galli *Aiselle, estelin*, assulæ, scandulæ, Germani. *Schindeln.*

STENDARDO. *Stendale.* Vexillum Regiũ, ab *extendendo*, non à stando vt Vossius, vexillum statarium. Sicut *Bandum, Pansum, expansum, bandiera.*

STENTARE. Perferre, ægre ferre, tolerare. Non à *tenuis, tenuitare*: sed à sustinere, sustentare, labores, famem perferre. Hisp. *sustentar. Stenti*, labores, difficultates, ægritudines. Virgil. *Quam vellent æthere in alto, Nunc & pauperiem, & duros perferre labores? Vorrebbero stentare in questa vita.* Cic. epist. fam. vi. 13. *Pari fortuna abiectus, aliorum opibus casus meos sustentabam.* Pap. *sustentat, tolerat, patitur. Extremam famem, & inopiam sustentare* apud Cæsarem: *stentare di fame, e pouertà.* Cicer. ad Attic. 3. *Me vix misereque sustento.* Eodem sensu, & tolerare, pro vitam quoquo modo agere, & per inopiam traducere, & prorogare. Cæsar iii. *Ex perfugis agnoscebamus, equos eorum tolerari, reliqua vero iumenta interyisse.* Alibi. *Folys ex arboribus strictis, & teneris arborum radicibus equitatum tolerari.* *Stentare* etiam, aliquid ægre, & cum labore perficere, cunctari, & tentando laborare. M. Villan. ix. 61. *E parendo loro, che quanto più si stentaua, venire in maggiore indegnatione de Fiorentini. Stentato*, qui ægre adolescit, aut tardè vires recipit. *A stento.* Lente, cunctanter, ægre. M. Villan. i. 66. *Il Conte vedendo che la Chiesa non li mandaua danari, se non à stento, e à pochi insieme. Viuere à stento*, ægre vitam tolerare, & *morire à stento.* Item *bistentare.*

STERPI. Spinæ, *stirpes.* Gel. v. 14. de Androdo, & Leone. *Ibi ego stirpem ingentem vestigio pedis eius barentem reuulsi, conceptamq; saniem vulnere intimo expressi.*

STINCA. V. *Schinca.*

STIPA. V. *Stiuare.*

STIROLA. Linea, ordo, versus. *Striga, Stricola, stirola.* Turn. Lib. xxiii. 1. illud Plinij xviii. 19. *In arando versum peragi, nec striare in actu sæpius*, ex Pelisserio corrigit, *nec strigare in actu.* Nam *striga*, Higino auctore, in libello de castr. metat. ordo est, & series equorum in castris tendentium. Poterunt singulares in striga Prætorianorum tendere, vel vt Sosipater castrense vocabulum est, interuallum turmarum significans, in quo equi stringuntur. Vt autem in striga quiescunt equi, & vt in strigam dum collocantur strigare dicuntur &c. Festus. *Striga appellabantur ordines rerum inter se continuatè collocatarum, à stringendo dicta. Star in stricea, e star in stirola*, ordinem, & numerum tenere. Scalig. ad Var. *à stria. Puto*, inquit, *Striones prius dictos, à stria quam proscindendo sulcos faciunt. Sic & ipse Varro in striam iubet sulcos imprimi.* Sic & Columella. ii. 19. *Fænistruem, striam appellat. Meliusque patiemur superiorem partem Sole siccari, tum demum conuertemus, & vtrumq; siccatum coartabimus in striam, atque ita manipulos vinciemus.* Vnde *stirola.* V. *Stricea.* Et Voss. Etymol. *Strigare.*

STIVALLI. Ocreæ. Germ. *Stieffel*, quod est à Latino, *ocrea æstiuales*, hoc est leuiores, *borzacchini*, postea & pro hibernis, & crassioribus. Glos. MS. in Biblioth. Ambrosiana *Ocrea æstiuales.* Auctor Glos. inscribitur Alexander Nequam. *A tibialis*, nimis genericum est, cum significet, quicquid tibiam tegit.

STIVARE. Congerere, implere, infercire, densare, à *stipare.* Nam vt Salm. ad Tert. de pallio 145. *Stipa dicebatur, qua vasis in naui componendis interponebatur, vt firmius hærerent.* Seruius. *Stipant, densant, translatio est à nauibus in quibus stuppa interponitur vasis, quã stipam dicunt. Quod scilicet stuppa plerumque ad hanc rem vtebantur, sed & alys rebus, vt fæno & palea. Origo tamen harum vocum diuersa. Nam stuppa, ὁ στύππος, Stipa ἡ στοιβή.* Hinc Dantes. *Stipa di serpenti, e di trauagli* dixit, densam rerum seriem, & constipatam. V. *Steccato*, & *Istia. Stipa* etiam pro sepe, à stipitibus defixis. *Stipato, steccato.*

STIZZA. Scabies canum. *Pizza* est prurigo, *spizza*, & *stizza.* V. *Pizza.* Calab. veteein, cap. 27. *Vna rogna, o spiza.* Et cap. 34. *Perche per la spiza delle scotature, el cauallo fregaraue volentera, o morderaue el logo scotao.* Coaruvias à Græco σίζω, pungo.

STIZZARE. *Stizzarsi*, irasci, ira accendi. *Instigari. Stizzato instinctus.* Tacit. Vita Agric. *Milites instinctos ruentesque.* Apul. L. ix. *Insigni tutela nimietate instinctus, atque inflammatus.*

matus. Glos. Ἐρεθισμὸς, *Instigatio*, *Instinctio*. Οἶστρος, ὁ παροξυσμός. *Instinctus*. Alii tamen malunt *à titione*.

STOCCIERE. Acipitrum curator. Hisp. *Acetrero*. *Accipitrarius*. *Stociere* autem ab Asturibus, accipitrum specie, *Astori*, *Asturicarius*, *stuccarius*, *stocciere*. Quod & Menagio placuisse lætor.

STOCCO. Gladius punctim feriens. Germ. *Stoch* est truncus arboris recisus, in summo acutus, quod est *à stipes*, *stipicum*, *stoccum*, translatum deinde ad gladios, & quidquid acutum est, ac pungens. V. *Steccato*. *Stocco* pro stirpe, & gentis origine, & pariter à *stipite*, *stipitico*, *stocco*. V. *Brando*.

STOLA. Veneti appellant panni segmentum oblongum, dodrantali latitudine, quod sinistro humero iniiciunt. Olim pro capitis integumento erat, inferiori parte in humeros, & dorsum decore fluente, quæ vulgo *Capucia* dicebantur, nempè cuculli: postquam pilei rotundi in vsum venerunt, eadem res ornamenti causa seruata est. Nempe veterum Orarium, modo laneum, modo lineum, quale etiam in sacerdotali habitu remansit, & stola appellatur Græcè ἀπὸ τοῦ στέλλειν, immittere, humero iniicere. Nam *stola* apud Latinos tantum sumitur pro tunica matronali. Pap. *Orarium est stola operculum capitis, sacerdotis*. Et *Orarium*, *stola operculum capitis*. Et. *Stola Græcè dicitur, quod supermittatur*. Et. *Stola genus candidi vestimenti super caput, & scapulas*. Qui plura cupit adeat Analecta nostra de re Vestiaria.

STOPPIA. *Stobia*, stipula, *stipla*, *stopla*, *stoppia*. Seruius. *Culmus est ipse calamus: stipula vero folia, quæ ambiunt culmum*.

STOPPARE. Obturare, à *stuppa*. Germ. *Stopfen*. Pap. *Stuppa est cannabis, linine stipula dicta, quia ex ea rima nantum stipentur*. Vel à Græco στύφειν, stuppa obstruere: vt Perion. *Stoppino* elychnium. Veneti *Pavero*, quod ex papyro fieret.

STORDITO. *Storno*. Attonitus, quem circum tonuit. Neque à *stolidus*, vt Bouillus, neque à *torpeo*, sed ab *exsurdatus* à tonitru stupidus, & sensibus hebetatis. Isid. L. x. *Attonitus veluti furore quodam instinctus, atque stupefactus: à tonitrui strepitu, & vicino fulgure, aut à tactu proximus*. Galli *Estonnè*, attonitus. Glos. *Attonitus*: Ἐμβροντηθείς. Ἐκπεπληγμένος. Lege cum Vulcanio. Ἐμβραγείς, ἄνως: qui ab attonito Hispanicum *Tonto* factum putat, quod significat hominem stupidum, vel obstupefactum. Iidem *Atun din*, quod Coar. satis inepte à *turdis* deriuat, qui calore Solis obstupescentes concidant. Hoc stupidus credat.

STORMO. Turba, multitudo, certamen. A turma, vt Landinus ad illud Inf. xxii. *I vidi già Cavalier mover Campo, E cominciar stormo, e far lor mostra*. Vel nomen fictum à strepitu, & tumultu præliantium. Quod quidem de multitudine auium gregatim volantium, præcipue de sturmis verisimile est. Stat. Patau. Rub. xlv. 95. *Hoc tamen Statutum non habeat locum in stormeno, miscella, aut in prælio*. *Stormeno*, tumultuaria pugna. Math. Vil. 11. 10. *E di stormo in istormo si mossono i Contadini senz' ordine, e commandamento d'alcuno*. *Miscella*, cum certantes miscentur, idest turba, rixa, & seditio aliter *Mischia*, prælium statarium. Histor. Pist. p. 3. *E frà le altre volte vno dì si cominciò vno duro stormo nella Contrada di porta Guidi*. Inde Galli *Estour* conflictum appellant, & *Estour de vent*, ventorum conflictum. Imò & Germ. *Sturm* certamen, & aggressionem militarem, siue oppugnationem: item ventorum pugnam, & tempestatem. Et *sturmen*, impetu aggredi, & classicum canere. Sicut Itali *sonare à stormo*, est populum ære campano tumultuose in turmas conuocare. Villan. xi. 113. *E quasi per forza feciono sonar à stormo la Campana del popolo*. Vita Nicol. Laurent. p. 115. *Quanno li Baroni sentiero la novella, vna col lo stuormo delle Campane*. Et vere Nolarum strepitus, etiam re populi placida homines exsurdat, præcipue Patauij, vbi lætitiæ causa æs Campanum horrendo boatu detonans, homines tristissimos reddit, somnumque adimeret. *Vrso, vitulisque marinis*. Inde *stormire*, pro strepitum edere. Dant. Inf. xiii. *Ch'ode le bestie, e le frasche stormire*. *Stormeggiare*, & *stormeggiata*.

STORPIO. *Storpiare*, *stroppiare*. Malim à torqueo, *distorqueo*, *storpio*, quàm à στρέφω, licet idem significet. *Distortus*, *storpio*, *stroppiato*. Translatè pro impedimento. Vil. iii. 1. *Danano quanto storpio potenano alla redificatione di Firenze*.

STOVIGLI. Fictilia, vascula, & friuola: vndenam nondum comperi.

STRABOCCARE. Pronum, & in os cadere. V. *Traboccare*.

STRACCIARE. Discerpere, lacerare; *Straccio* laceramentum. Cur non potius à *distrahere*, *distraitare*, *stracciare*, & distractum, distractio, *straccio* quam à ῥάκος, ῥακώδης, quod est remotius? Sicut, & si à *scruto* per metathesim ducere velimus. *Strazzarolo* est scrutarius, scruta, friuola, & veteramenta vendens. *Stratio* item accipitur, pro distractione. Dant. Inf. xiii. *Che giunte siete, A vederlo stratio dishonesto, Ch'hà le me frondi si da me disgiunte*: distraxit. Et *far stratio*, profundere, rem perdere, & distrahere. Hisp. *Andrajo*, vel ab

ab *Adstrictum*, vel *distractum*.

STRACCO. V. *Stanco*.

STRADA. Via, lapidibus *strata*. Strata viarum Lucretius, & Virgilius.

STRADIOTTO. Eques leuis armaturæ. Initio pro milite, στρατιώτης. Sed postquam miles pro equite sumi cœpit, ita equites dicti, qui ex Epiro, & circumsitis regionibus à Venetis ad equum rescribuntur, quorum laudatissima semper virtus clarissimis toto Orbe victorijs.

STRAFIZZECA. *Strafusaria*, herba necandis pediculis. σταφὶς ἀγρία. Herba pedicularia Scribonio. *Stafisagria*: Monosinius.

STRALE. Sagitta. Si à Germanico *Straal*, quod radium Solis significat, à similitudine dictum erit, radij enim acuti, vnde Prudent. Spicula appellat Cathe. Hymn. II. *Caligo terra scinditur Percussa Solis spiculo*. V. *Spiccare*. Alii à *strahendo*, quod iacere significat: sed hoc omni iaculorum generi conuenit. Commodius foret à tragula, verum diuersum teli genus à sagitta videtur; Sed Vegetius de re Milit. III. 4. pro sagittis accepit. *Tragularij qui ad manuballistas, vel arcuballistas dirigebant sagittas*.

STRAMAZZO. V. *Materazzo*.

STRAMAZZARE. Prosternere, impetu deijcere, à *sternendo*, *prostratum*; *sternatio*, *prosternatio*. *Stramazzone*, Ictus superne illatus. Simplicius quam à *strama* ensis specie, & à *mazza*. Morgant. IV. *E cadde tramortito, stramazzato, Subito'n terra pel morso, pel fiato*.

STRAMBE. Funes spartei. Dant. Infer. XIX. *Che spezzate hauerian ritorte, e strambe*. Landin. *Funi fatte di stramba, la quale i Latini dicono Spartum*. A στρέφειν, Menag. vertere, torquere, vnde, & *ritorte*. Sed vetus Dantis Interpres ait funes tortos esse, strambe intextas in modum sertarum. Itaque origo inuestiganda est. Lex Salica, *retortas* appellat, quæ nos *storte*. Tit. XXXVI. *Si quis tres virgas, cum quibus sepes superligata est, vel retortas, quibus sepes continetur*.

STRAMBO. Varus, Vatia, distortis cruribus. Victorius ad VII. Politic. Arist. ab ἀστραβὴς. Credo à *Strabo*, sicut enim Strabones dicti distortis, ac deprauatis oculis, ita, & cruribus. Pap. *Strambo, qui oculum vnum distortum habet*. Vel *strambo* corruptum, à *scambo*. Vide. Veneti *Strambo* appellant, ineptum, & stolidum, translate, quod minime recto iudicio vtantur, & oculorum vitium, ex cerebri defectu prouenire putetur.

STRANO. *Extraneus*. Festus. *Extrarius est, qui extra focum, sacramentum, iusque sit: extraneus, ex altera terra, quasi exterraneus. Externus est aliena terra*. Suet. Aug. LXIV. *Extraneorum autem cœtu* (filiam & neptes) *adeo prohibuit &c.*

STRAPAZZARE. Contemnere, iniuria afficere. Non à *Traspatiare*, aut *transpassare* sed à *depretiare*, *expretiare*, *transpretiare*.

STRASCINARE. Raptare, *Trahere*, *tractare*, *trahitare*, *trainare*, *trascinare*, *strascinare*, & *tranare*. Trahere, per humum ducere. Plaut. Cist. *Amiculum hoc sustolle, saltem &c. Sine trahi, quum egomet trahor*. Virgil. Georg. IV. *Latamque trahens inglorius aluum*. Tractari à feris. Lucret. III. Ouid. V. met. *Tractata comis Antistita Phœbi*. *Strascinata*. *Trainari*, raptari. Stat. Patau. Lib. II. 107. *Malefactor trainetur ad caudam Asini vsque ad furcas, & alibi, trainetur ad caudam equi*. *Tirare à coda di cauallo*. *Tranare*. Vil. L. VII. 40. *Comant vostre pere fu trané* (Gallicè). *Incontanente tornò nella Chiesa, e prese Arrigo cosi morto per li capelli, & tranollo in fin fora della Chiesa villanamente*. Et IX. 139. *Facendo il corpo suo tranare per la terra vituperosamente*. Idem X. 7. *E fu tranato con le sue armi indosso, e poi impiccato*.

A Trahere, etiam *Traino*, longus equorum, & impedimentorum ductus, siue tractus: *Gran traino*, magnum agmen. *Traino dell'artiglieria*, tormentorum bellicorum ductus, quæ inde artigliaria, quasi *Attiralia*, vt supra dictum est.

Item à trahendo *Strascino*, & *strascico*, syrma, fluens vestis extremitas, quæ nisi tollatur trahitur, & humum verrit. Parum decoro vocabulo, matronæ & principes caudam trahere dicuntur. Vnde illud cacophaton in Situla rapta Tassonij. *E Gauimede con la coda in mano*, de eo Iouis syrma sustinente.

A trahito, *striscio*, vestigium tracti corporis, *strisciare* de anguibus, qui corpus trahunt. Dant. Purg. VIII. *Era vna biscia, Tra herbe, e fior venia la mala striscia*, non à *stringendo*. Et quia manum trahendo medicamine facies linitur, *striscio* pro fuco, & medicamine vsurpatur.

STRAVACCARE. Insubres pro effundere. *Transuasare*, *extrauasare*. Extra vas fundere; etiam pro corpus humi sternere, *sternere*, *stratum*, *prostare*. Vel à priori notatione, quod enim affunditur, humi sternitur.

STREGA. Saga, venefica. *Strix*, & *striga* barbarè. Striges aues nocturnæ, quæ pueris credebantur exitium afferre. Sammonicus. *Præterea si forte premit Strix atra puellos, Virosa immulgens exertis vbera labris*. Festus. *Strigas, vt ait Verrius, Græci σύρνια*, (Scalig. στρίγγες) *appellant, quod maleficis mulieribus nomen inditum est, quas volaticas etiam vocant*. Plaut. Pseud. *Strigibus viuis, conuiuis intestinaque exedant*. Tibul. *Et è tectis strix violenta canat*. Ouid. VI. Fast. *Est illis strigibus nomen, sed nominis*

minis huius Causa, quod horrenda stridere nocte solent. Glos. Striga, λαιστρυγών, καὶ γυνὴ φαρμακίς. Galli Sorceles. Sortiaria, sortilega. Lex Salica Tit. LXVII. *Si quis mulierem ingenuam Striam clamauerit*. Et. *Si stria hominem comederit*. Hincmar. de diuortio Hlotarij, & Tetbergæ. *Quidam vestibus carminatis induebantur, vel cooperiebantur: alij autem cibo à Sortiarijs dementati, alij vero tantum carminibus à strigis fascinati, & quasi enerues effecti.*

STRETTO. Parcus, auarus. *Strictus, restrictus*, vt opponitur largo, & liberali.

STRICCA. Vid. *Stirola*. *Stricca* etiam pro panni, aut telæ segmento, siue fasciola. Erythræus à *stricturis chalybum*, siue scintillis è ferro candente micantibus, dictum putat. *Hinc Stricas, quas Veneti appellant dici existimo quasi strictas*. Puto tamen sicut laciniam à lacerando, ita *striccam* à distrahendo, (*stracciare*) dictam, vel quod stricta & angusta sit. Idem. Virgatis lucent sagulis, idest *segmentatis, quibus vestibus, pueri, mulieres, & milites potissimum vtuntur, vulgo, striccati, & diuisati.*

STRIGARE, pro morari. V. *Trigarsi*. *Strigarsi*. Extricare se, & è tricis expedire. Veneti *Destrigare*, pro Venerem exercere, siue à defricare, siue à tricis remouendis saltum obsidentibus.

STRINGA. Ligula, à *stringendis* vestibus. *Dar delle stringhe*, pro verberare, à German. *Strieeben*. Insubres *zollare, soldare*, vel à *collaqueare*, vestes stringendo vnire. *Stringato*, succinctus.

STRITOLARE. *Sgrizzolare i denti, atteritare, atteritolare*.

STRONZARE. Veneti nummos *tondere*, & circumcidere. *Tondeo, tonditare, stronzare*.

STRONZO. Honor sit auribus. Stercus compactum, & rotundum. Gloss. *Struntus*, ἀπόλεθος, vt Scalig. in Catalecta.

STROPARE. Veneti de Virgine cuius caput obnubitur, ac velatur: à *strophio*, siue *flammeo*. Festus. *Stroppus, quod Græci στρόφιον, quod sacerdotes pro insigni habent in capite*.

STROPPE. Vimina: à torquendo. *Struppi*. Isid. XIX. 4. *Struppi, vincula, loro, vel lino facta, quibus remi ad scalmos alligantur*. De quibus Liuius. *Tuncque remos suis religare struppis*. Idque ex Vitruuio. x. 8. *Etiam remi circa scalmos, strophis religati*. Polluci I. 9. vocatur τροπωτήρ. Glos. *Strepus, & strupus*.

STROPICCIARE. Tergere, defricare, à *strophio*, siue *strophiolo*, idest laceri panni inuolucro, *Strofiguolo, struffolo*. *Strebbiare*, strigilare, *striglia, strebbia*. *Frugacciare*, à *fricando*. *Stropiccio de piedi*. Lenis pedum strepitus, *strepitium*. A *strophio, strofinare*, tergere, detricare. Et *Strofinaccio*. Peniculus.

STROSCIA. & *Croscia*. V. *Scroscio*.

STROZZA. Guttur, iugulum, animæ canalis. Quis non videt esse à τραχεῖα, trachea, aspera arteria, *strochia, strozza*: vnde & *traglia*? Germ. *Troffel*, & *strot*. Hisp. *Tragadero*. Macrob. L. VII. 15. Latine extulit. *Et cibum quidem per stomachum trahi, potum vero per arteriam, qua trachia dicitur. Trachia, trochia, strochia, strozza*. Inde *strozzare*, gulam frangere, præfocare, fistulam spiritalem claudendo. Dant. Inf. VII. *Quest' hinno si gorgoglian nella strozza, Che dir non posson con parola integra*. Landin. *Esprime la voce di chi voi parlare, & hà ripiena la canna della gola: imperoche non parla ma gorgoglia*. Et alibi. *Con la lingua tagliata nella strozza*. Inde *strozzule*, siue à gurgulione gorgozule. Vil. XII. 7. *Li fece cauar la lingua insino allo strozzule*.

STRVCCARE. Premere, stringere, *stringere, strictare*. Veneti, succum exprimere. Germ. *Stricken, Austrucken, auspressen*: stringendo liquorem exprimere. Vel à *Torquere*. Vnde *Torcular*.

STROCCIERE. V. *Stocciero*.

STRVCCIARE. Vexare, *excruciare*, præcipue expectatione, & diutina mora torquere. *Struccio, cruccio*, tædium, tormentum.

STRVGGERE. *Destruere, struggersi*, tabescere, ductum à niue, quæ liquescendo destruitur. *Strutto*, pro liquamine. Cresc. L. IV. *Si dee di lardo strutto fregare. Neue strutta*, niuis tabes.

STVCICCARE. Stimulare, irritare. Instigare, *insticitare, stucicare*. Vel à Germ. *Stoch*, acutum, pungere, *stocceare*, aculeo stimulare; *Stuccica denti*: dentiscalpium.

STVCCIO. Theca, *thecidium, stucinus*, vt Coaruuias. Galli *estuy*. Theca reponendis calamis, & scalpellis, ceterisque, quæ ad studium pertinent. Germ. *ein Gesteck*.

STVCCO. V. *Stuffare*.

STVDIARE. Studiose aliquid curare, vt frumenta, linum, fœnum. Glos. *Studeo*: φιλοπονῶ τοῦτο τὸ πρᾶγμα. Rustici *stuggiare*.

STVFA. Hypocaustum. Lips. ad Epist. xc. Senecæ, à tubis qui parietibus impressi calorem cubiculis æqualiter circumfundebant. Salmas. H. Aug. 459. à τύφω, quod est accensio. Vos. à Germ. *Stuben*: sed dubitat vtrum vox Germanica sit, an Latina, ab *Æstuo*, an vero Græca, à τύφω, accensio. Baldus ad Vitruuium. *Nostrates hypocausta Stufas appellant, Græco vocabulo ἀπὸ τῆς στοᾶς, idest concamerato loco*. Latinam ceteris ex instituto præterrem. Inde *stoffego*, æstus, siue vapor hypocausti, *soffegazzo*, quod veluti præfocat.

STVFFARE. Satiare. Stipare, *constipare*, ci-

bos ad nauseam infercire, translate, tædio afficere. Vel à *suffocare*, *fluccare*, *fluffare*. Dant. Inf. XVIII. *Ond' io non hebbi mai la lingua flucca*. Morgant. *Non è cotesta gola mai ristucca*. Satia, non tamen à *satur*, *saturicus*; neque à *stuba*. *Stuffato*, Insubres appellant carnem patinariam, nempe testo, vel intra duas patinas elixam, Veneti *soffegato*: suffocatam, quia exhalare non potest. Casaub. ad Athen. L. 11. 24. *Πνίγειν, interpretor, parare certo modo veteribus vsitato, atque etiam hodie cum in proprio succo coquuntur carnes, intra ollam, aut patinam conclusa, sic, vt nullus exhalationibus pateat meatus. Πνίγειν hoc Græci, suffocare. Nostri etiam coqui, paratura hoc genus suffocationem vocant.* Vt *stuffare*, fit suffocare. Iidem Veneti *stuare* dicunt ignem extinguere, *stuare il lume*, nempe quod, vel elychnium oleo mergitur, vel emunctorio suffocatur, & hoc ipso extinguitur, quod ignis clausus exhalare non potest.

Ceterum *Stucco*, compositum ex diuersis materijs tenacibus, ad res committendas, & solidandas, aut rimas obturandas; à *stipando*. *Stuccare*. Cresc. 1. 9. *Le quali giunture, si deono poi dentro stuccare, con calcina viua intrisa con olio*. Et IX. 66. *Il loro sterco è buono à letamiнare i campi, e alberi, e à stuccare i granai*. Stipare, solidare. *Stucco*, plastices, egypso, argilla, rubrica, & creta. Philand. Vitr. L. 1. *Sigilla etiam, imagunculaque in parietum ædiculis collocantur, aut fastigiorum acroterijs. Id fiet non nisi Plastices beneficio, cuius fuit fingere ex argilla similitudines, e gypso reddere hominum imaginem, rubrica, item, & creta vt Plin. XXXV. 12. Nostra ætatis artifices, quod huiusmodi in antiquorum ruinis reperiunt, stuccum appellant, illosque imitati, marmoreas nonnulli assulas, pilis ferreis contusas, cribris excernunt, subtilissimaque scobe, admixta purissima calce, in lacu macerata, vtuntur, effinguntque quod libet*. Ex his ergo materijs constipatis, à *stipando*, *stucco*, & quod eo rimæ stipentur. *Stoccare* etiã Veneti dicunt, vela, lintea, vittas, collaria, cum amylo, gummi & glutino stipant, vt durescant, vt olim vestes addita creta, à fullonibus durabantur.

STVOLO. Classis à στόλος, profectio, expeditio terrestris, sed præcipuè naualis, Hesych. πλῶς. Glos. *Classis*. στόλος. Inferioris æui scriptores *stolum*, & *stolium* appellant. Etiam pro exercitu terrestri. Dant. Infer. XVIII. *Quali Alessandro in quelle parti calde D'India vidde sopra lo suo stuolo Fiamme cader*. Inde pro multitudine. Inf. XXVIII. *Mà io rimasi à riguardar lo stuolo*. Victor. Var. VI. 14. *Terentius appellauit ancillarum gregem, quod Græci στόλον vocant, Vocamus nos quoque mulierum, & auium, quæ caternatim volant, vt aliarum quoque rerum*, stuolo, *cum gregem, multitudinemque infinitam significare volumus*. Veneti *Stuorlo*. Chron. Veneta. *E fatto ciò li detti Stuorli retorna à casa con grande allegrezza*.

STVRIONE. Silurus. Voss. à Germ. *Steur*, negatque fuisse veterum Acipenserem, sed esse hyecam, vel silurum, affertque Germanicæ vocis originem. Lib. 11. 17. de vit. Serm. Scalig. Hist. Anim. pag. 47. à *siluro* corruptis aliquot elementis detorquet. Coaruvias, quod circa Asturiam capitur.

SV. Sursum, *suso* Hispani, & Veneti. *sù*. Sicut *deorsum*, *gioso*, *giuso*, *giù*. Et pro super. Dant. 1. *In sù quel punto*. Glos. *Susu*. ἄνω. *Susum*. Ἐπάνω. Et. Ἄνω, *Suso*, *supra*, *super*. Ἄνω κάτω, *Susum*, *deorsum*. Var. de L. Lat. IV. *Cliuus proximus à Flora, susus versus*. Cato de R. Rust. 157. *Ita subducito susum animam, quam plurimum poteris*.

SVANIRE. *Euanescere*. *Vino suampito*, euanidum, Vappa. Plin. L. XIV. *Vitium multo iterum sponte feruere, qua calamitate deperit sapor, vappaque accipit nomen: probrosum etiam hominis, cum degeneraverit animus*. *Suampio*, *vapidum*. Vappidam lagænam Persius vocat, & vinum mutatum Horatius. Inde *vappa*, pro nebulone, & homine nullius pretij.

SVBBIO. Liciatorium. Telæ iugum. *Insubulum*. Gloss. *Insubulum*. Ἀντίον, & Ἀντίον, ὧ ὑφαίνουσιν αἱ γυναῖκες, *Insubulum*. Ἀντίον, inquit Stephanus, *Lignum teres quo circumacto textores licium intendunt*, ὁ ἱστουργικὸς κανών, vt Pollux. In sacris literis, *Liciatorium texentiũ*. Atqui Cuiacius Obseru. XXII. 38. accepit pro paruis tubulis ex arundine contectis, quibus subtemen inuoluunt (Veneti *spuole*). *Instrumento, inquit, textorio legato, ex Lucretio dicam contineri liccia, quæ appellat Insibila, vel Insubula: quæ Philoxeni Glossa docent, vocari Arria. Textores Galli proculdubio voce Latina propius* Ensouples, *contineri paruos fusos, quos ijdem* Tuyaux, *idest tubulos confectos ex arundine, quibus subtemen inuoluunt, eosque medios radijs inserunt simul, & radios acutos, quos* Nauicellas *vulgo, & fenantes scapos, quos vocant* le Chasses. Sed Ἀντίον propriè est liciatorium, *Insubulum*, à similitudine etiam *spole*, nisi quod his subtemen, illi stamen inuoluitur.

SVBVGLIO. V. *Scompigliare*.

SVCCIDO. Spurcus, fœdus, *succidus*, à lana succida. Var. de R. R. L. II. *Tonsura tempus inter æquinoctium vernum, & solstitium, cum sudare cœperint, à quo sudore recens lana tonsa succida est appellata*. V. *Sozzo*.

SVCCHIARE. *Sugere*, *sugitare*. *Succie*, castaneæ elixæ, quod sugendo è cortice exprimantur,

mantur, Veneti *lesse*, Insubres *faruse*, quod cortices qui despuuntur, rudus, siue fimum satiant. *Succi* etiam Venetis dicuntur lasciuæ morsiunculæ, & notæ liuentes osculis impressæ, à sugendo *Succhiello*, Terebra, terebellum, quod materiam perforando, veluti exsugat. Dant. Inf. xxvii. *La doue soglion, fan de denti succhio.* Landin. *Perche el Mastino nuoce co denti, dice che loro fanno succhio, cioè succhiello, & trinello de denti, perche traffigono i subditi.*

SVELTO. Expeditus, agilis, *euolutus*.

SVENIRE. Animo linqui, & deficere. V. *Sfinire*.

SVENTARE. *Euentilare*.

SVETTARE. *Vettam*, idest, verticem demere, deuerticare.

SVEZZARE. Ablactare, vberibus depellere, *spoppare*, à lactando *desuefacere*, consuetudinem demere.

SVFOLARE. *Zuffolare, sibilare*; Nonius. *Siflare, quod nos vilitatem verbi vitantes, sibilare dicimus: & est maledica vocis significatio, vel contumeliosa popularium, cum sifilationibus quis exploditur, à Græco ducere originem inuenimus.* Hom. Il. xiv. Ἀλλ' ὁ μὲν ὡς ἀπόλοιτο, θεὸς ἐσφλώσειε. Hisp. *Chiflar*. Germ. *Seyfellen*. Veneti *subiar*, & *subiotto*. Quod à *sufflare*. Dant. *Cigolar*. *Li pesi Fan così cigolar le lor bilance.* *Cigolamento*, stridor sibilans, cardinum, rotarum.

SVLTANO. Iunius ad illud Codini pag. 60. Ῥῆγας, Σουλτάνους. *Prior vox*, inquit, *Latina, posterior Hebræa, & Ægyptia est, Dominatores, significans.*

SVMMATA. Genus farciminis à *sumine, suminata, sumata*. Arnob. L. ii. *Vt spirulas, & botulos facerent, isicia, catillamenta, Lucanica, suminatam cum his carnem.*

SVPPA. Non ab *offa*, neque à *sapa*, quod est mustum ad tertiam partem decoctum, aliter Epsima, sed vel à Germ. *Supp*, Ius, vel quod rectius puto à Latino *Insipare*. Festus. *Insipare, & Insipere, farinam iacere pullis. Obsipare, vt cum rustici dicunt, obsipa pullis escam.* Varro de L. L. 4. *Puls ita appellatur, quod ita fouet, cum aqua feruenti insipitur.* Suppa cum panis iure, aut vino imbuitur & maceratur, *s'ensuppa, insipatur*. Subtilius esset, *suppa* iure, aut vino panis subactus, *subacta*. Celsus Lib. vi. 6. *Non alienum est super imponere candidi panis interiorem partem ex vino subactam.* Galli *Soupper*, pro cœnare quod antiquitus cœnæ sobriæ essent, & leue, quid, pulticula, vel panis iure, aut vino maceratus sumeretur. Ridicule Bouillus, à *sopore*, quod somnum præcederet, vel à *sorbendo*. Perionius à *vesperna*, à qua vox *suppa*, ne protelo quidem boum trahi posset.

T.



TABACCARE. Diuagari. *Bacchari*. Lucretius v. *Atque animal prope certo tempore fudit Omne, quod in magnis bacchatur montibus passim.* Giffanius ibi. *Discursare, errare, translatum à Bacchidibus.* Arnob. L. iv. de Ioue. *An vxore contentus haud vna, concubinis, pellicibus, atque amiculis delectatus, impatientiam suam spargebat passim, vt habeculis adolescentes solent.* Alij corrigunt, vt *vagari adolescentes solent*. Recte Heraldus, vt *bacchari adolescentes solent*. Esse enim bacchari, cum lasciuia quadam, & petulantia vagari. Lamprid. in Commodo. *In Palatio per conuiuia, & balneas bacchabatur.* In Vero. *Atque in tantum vitiorum Caianorum, & Neronianorum, ac Vitellianorum fuisse æmulum, vt vagaretur nocte per tabernas, ac lupanaria.* Casaubonus testatur in Codice Regio scriptum, *bacchaRetur*. Idem in eadem Vita. *Villam præterea exstruxit in via Claudia, in qua per multos dies & ipse ingenti luxuria debacchatus est, cum liberis suis &c.*

TABACCO. Pætus. Fœdum otiosorum negotium, quod aliqui non inscite nasorum libidinem appellarunt. Satis hoc vocabulum alii explicarunt, docentes à Theueto Pætum appellatum esse, *Tabaccum* autem ab Insula quadam, in qua frequentissime prouenit. A Gallis autem, quod Io: Nicotius, eius semen primus ad Reginam Galliæ detulisset, *Nicotianam*, & *herbam Reginæ dictam*.

TABARRO. Pallium. Palliolum. Codinus de vestimentis Domini, siue Despotæ. Τὸ ταμπάριον αὐτοῦ κόκκινον. *Tamparion ipsius Coccinum*. Iunius vertit chlamydem, & addit esse Italicum *Tabaro*, à Germanico *Tabbart*. Potius crediderim corruptum ex τὸ *ampallium*. Nam à Græcis recentioribus, plurimis vocibus AM, addi, notum est. Vel simplicius, à *caperone* (propter cucullum) *Caparro*, & *Tabarro*, *Cabarino*, *Tabarrino*. A *Manto* flectere nimis durum est.

TABI. Pannus sericus, vnde nam adhuc quæro.

TAC. Vox ficta ab ictu, & sonitu percussionis. Latini *Tax*. Plaut. Persa. Act. 2, 3. *Tax, Tax*

tergo meo erit. Ex flagellorum cottabismo. Vnde *Tintinnaculi* apud eundem Lorarij. Veneti *Toffe*, à sonitu. Et *Tonfe* pro verberibus.

TACCA. *Taccia*. Duo significat, Cæsuram, & notam, siue maculam. Illud à *Talea*, vnde *Tagliare*, incidere, vt Politus, & Vossius notarunt, vt sit crena tesseræ. V. *Tagliare*. Ex quo tamen neque *Taccone*, neque *Taccagno* deriuatur, de quibus infra.

Tacca autem, *& Taccia* pro nota, & macula, non à *tago*, sed à *taxo*, quod est reprehendo, accuso, notam inuro. Vnde & pro macula. Gal. *Tache*. Et *Taglia* pro exactione, ac tributo, pariter à *taxo, taxatio*, tributi definitio, nam *taxare* est æstimare, quantum quisque debeat conferre. P. Blesensis Ep. CXI. *Quid de Tallijs, & exactionibus, quid de obuentionibus placitorum, & ceteris improbis extorsionibus loquar?* Et *Tallagium*. Exempla vide apud Vossium Lib. II. 18. qui tamen non recte, *Tallia*, à Gallico *Taille* deducit, hoc à Latino *talea*; *Nam sicut*, inquit *surculus (talea) reciditur à planta, sic tributum à bonis ciuium*. Est enim, vt diximus, à *Taxa*, contractum ex *Taxatione*. Taglia etiam pro pretio redemptionis. Græci λύτρα, & ἄποινα. Pretij taxatio, quo quis à captiuitate redimitur, Galli *Rançon*, à redemptione. Hinc *taglia* pro stipendio militari. Villan. VI. 84. *Le masnade de Tedeschi, che erano alla taglia de Ghibellini di Toscana*. al soldo.

Quinimmo ex *Taxa* puto factum *Tasca*, non prout Marsupium significat, sed pensum, quod ancillis lucubrantibus indicitur, itemque pueris, & puellis in schola à magistris statuitur, quod perficere debeant. Veneti *far la sua Tasca*. Quod illis taxatum, siue æstimatum est, quousque laborare debeant. Opus diurnum. Græci σταθμὰ. Glos. σταθμὰ τὰ διδόμενα ταῖς γυναιξὶ. *Pensum. Pensa*. Tantum enim lanæ pendebatur, quantum opere diurno confici poterat. Nam σταθμίζω, est libro, pendo, appendo. Inde vt Glos. σταθμοῦχος γυνὴ, ἡ τὸν σταθμὸν παρέχουσα ταῖς ἄλλαις. *Lanipendens*. Quæ pensum alijs dabat. *Libraria*. Iuuen. Sat. VI. *Si nocte maritus Auersus iacuit perijt libraria*. Vet. scholiastes. *Lanipendia*.

TACCAGNO. Tenax auarus. A *tago*, pro tango. Lucilio. *Tagax, fur. Tagano, Tegano, Taccagno, Taccone*.

TACCARE & *Taccone*. V. *Attaccare*.

TACCOLA. Cornix. Graccula, *Graula*, *Ciarla*, *Ciaccola*, *Taccola*. Vel à sono vocis, *Tac. Tac.* Inde *Ciaccolare*, *Ciarlare*, *taccolare*, *taccognare*. conqueri, mussitare.

TAFFANO. Oestrum, Asylus. *Tabanus*. Seruius ad illud Virgilij. *Plurimus Alburnum volitans, cui nomen Asylo Romanum est, Oestrum Graci vertere vocantes. Oestrum*, inquit *Græcum est, Latine Asylus, vulgo Tabanus, vocatur*. Glos. *Tabanus*. Μύωψ. Οἶστρος. Et Μύωψ *Tabanus*. *Asilio*. Scaliger tamen Lib. I. Hist. Animal. Plinium reprehendit, quod L. XI. dixerit. *Aculeus in ore, vt Asylo, siue Tabanum dici placet*. Quod non idem sit. Asylum enim Oestrum Virgilio, rufum, Tabano minorem: tabanum nigrum: Asylum venenatiorem, Tabanum muscæ propriorem facie: vnde Μύωψ. Sed ista minutæ diligentiæ sunt. Veneti *Tauare*, pustulæ à morsu *Tabani*, quem Hispani vocant *Tauarro*.

TAFFETA'. à Germanico *Taffet*.

TAGLIARE. Scindere. Esse à *talea*, qui est surculus præcisus ab vtraque parte, vt in terram inseratur, iam pridem viri doctissimi consensu prodiderunt. Barbarus in Plinium, Budæus ad Pandectas, Philander ad Vitruuium. Salmasius passim, Vossius, & alij. *Talea* autem à θάλλος, quod significat ramum, & proprie quidem oleæ termitem, sed & quemuis surculum, vt Salmas. Hist. Aug. p. 73. Eaque vox extat apud auctores rei rusticæ. Nonius. *Taleas scissiones lignorum, vel prasegmina*. Varro dicit de Re Rust. L. I. *Nam etiam nunc rustica voce Intertaliare, dicitur, diuidere, vel excidere ramum ex vtraque parte aquabiliter pracisum, quas alij clabulas, alij taleas, appellant*. Quæ verba sunt Catonis de R.R. *L. Videndum vt sit de tenero ramo, ex vtraque parte, aquabiliter pracisum, quas alij clauolas, alij taleas appellant*. Glos. *Talia*, κορμὸς, σχίζα, καὶ σκυτάλη. Et, *Talia*, σχίδαξ. Hinc *Intertagliare* pro balbutire, lingua hæsitare, & veluti verba intersecare.

Hinc *Taglio*, pro corporis forma, & statura, siue cæsura. Et homines compactos, & quadratos, καὶ ἐν μακρῷ παχεῖ; Græci σχίζας vocarunt. Vt Dicæarchus apud Clementem, Herculem σχίζαν fuisse scribit, idest quadrati, & compacti corporis. Σχίζα enim est corpus, vel corporis truncus: sic Cicero truncum corporis, pro ipso corpore dixit. Et ideo *catsam* vocamus τὴν σώματος σχίζαν. Hæc Salmasius ad Tertulliani Pallium. Ex quo etiam *Tarchiato*, membris compactis, & crassioribus. Boccat. Nou. LXXII. 4. *Era pure vna piaceuole, e fresca Foresozza, brunazza, e ben tarchiata. (di buon taglio)* Laur. Medices. *Ella è grossecchia, tarchiata, e giulia, Frescocchia, e grassa, che si fenderebbe*. Non à quadratus. Et *Taglia* pro forma vestimentorum. Dant. Inf. XXIII. *Egli haueano cappe con cappucci bassi, Dinanzi agl'occhi fatte della taglia, Che per le Monaci in Cologna fassi*.

Venire à taglio, ad rem facere, ductum à sarcitoribus, cum pannum incidunt. *E vendere à ri-*

à *ritoglio*, hoc eſt minutim, & ex inciſione. *Taglia borſe*. Manticularius. Galli *Coupe bourſe*: Hiſp. *Corta bolſas*. *Tagliere*, Orbis, ſiue patina, in qua cibi conciduntur.

Ceterum à *Talea*, vt ſurculum ſignificat, non eſſe *Taglia*, ideſt exactionem, ſiue tributum, in qua hæreſi ſunt Barbarus, Martinius, Voſſius, & alii, ſed à Taxa, ſupra demonſtrauimus.

TALE. V. *Cotale*.

TALENTO. Animi inclinatio, & propenſio, ſiue cupiditas. Caſteluetrus à θέλω, *volo*, deducit ex Budæo, cuius verba ſunt in Comm. L. Græcæ. Ἐθελοντὴν à *nobis*, *entalentè* dicitur, ideſt, προθύμως, & *thalentum*, voluntatem vehementem vocamus, quaſi τὸ ἐθελούσιον, ἢ τὸ ἐθελητικόν.

TAMBVRO. Tympanum. Scaliger ad Catalecta, & Voſſius putant vocem Arabicam eſſe, & inde ad Hiſpanos fluxiſſe. Certe Al, articulus Arabum, ſed Tambor, videtur à *Tympanum*, *Timpal*, vnde *Atabales*, & *Timbali*. *Timparium*, *Tamburo*.

TAMISO. V. *Sedaccio*.

TANA. Antrum, ſpelunca. Subterranea, *ſuttrana*, *ſuttana*, *tana*. Niſi quis à Græco θαλάμη malit, quod cubile, & plerumque piſcium latibula ſignificat. *Talama*, *tana*. Latinum aptius videtur. *Subtana*, ideſt loca. Vt *Montana*, *Campana*. *A taxo*, durum eſt.

TANE. Color ex fuſco, & rubro mixtus. Salmaſius H. Aug. pag. 410. *Sic Caſtaneus*, *Caſtaninus*. *Cyprianus de cæna*, *veſtem Suſanna tribuit caſtaninam*, *hoc eſt caſtanei coloris*. Haius, & Bayſij opinionem ſecuti in, de re Veſtiaria, Fuſcum colorem diximus, ex fuluo, rubroque mixtum, quem *Caſtanetum* appellant. Germani *Tannet*: Veneti *Roanum*, quod ex nigro in rubedinem vergat. Pap. *Canetum* (quaſi caſtanetum) *inter nigrum*, *viridemque colorem*. Si cui tamen magis arridet Scaligeri coniectura in exercit. ad Cardanum, quia nucis putamen *TAN*, vocant Septentrionales, inde *Tane* dictum putat, per me eam ſequatur licet. Quanquam is color viridis eſt, non caſtaneus.

TANFO. Odor teter è re mucida. V. *Toffa*.

TANGARO. Ruſticus. Nam cum *Angaria* ſit coacta ſeruitus, ſiue miniſterium, quod quis coactus obit, id in agreſtes competit. V. *Angaria*.

TANTARA. *Taratantara* eſſe tubæ ſonitum ex illo notum eſt. *At tuba terribili ſonitu Taratantara dixit*. Hinc *Tantara*, pro lætitia, & exultatione. *Fare Tantara*, geſtire, & in gaudium effundi.

TANTI. Tot. *Tanti del meſe*. Alquanti. Bignon. ad Marculfum p. 365.

TANTOSTO. Siluius p. 144. *Tam cito*. Sed eſt à *Tantocius*. V. *Toſto*.

TAPEZZARIE. Aulæa. Peripetaſmata. A *Tapetibus*. Philotapetes. V. *Arazzi*.

TAPINO. Miſer, pauperculus. A Græco ταπεινὸς. Vnde *Attapinare*, & *andare tapinando*. Mendicare, miſeram vitam traducere.

TAPPA. *Tippula*. *Stipulum*. *Tappa de ſoldati*. Teſſera militaris, cum in hiberna concedunt, per quam annona, vel pecunia à colonis exigitur. *Talea* ſcilicet, ſiue ſurculus ab arbore reciſus. Quanquam Salmaſius de vſuris, *ſtipulum* ſignificare *Firmum* obſeruet, à Græco ςυφελὸν, & ςυφλὸν. Vnde ſtipulatio. Sed *ſtipula* pro talea, à ſtipite quaſi *paruus ſtipes*. Nos hodie etiam *Tappe* dicimus, aſtulas, ſiue aſſulas, & cæſorum lignorum fragmenta, *Toppo* etiam, ſtipes, truncus arboris reciſæ non euulſus. *Talpo*, *talpone*, *e tappa*. Stipes, *ſtippo*, *Toppo*.

TARA. Scobs. Quod ſcobina deraditur de metallis, quod deteritur. Metallorum *detrimentum*, ſiue ramentum. *Inde dar la tara*, reficere quod vſu deperiit. *Tarare i conti*, rationes putare, æquare, & ad iuſtum pretium reducere, quod excedere videtur in eo quod artifex, aut venditor poſtulat. Ita illis qui res immodice iactant, & venditant, dicitur *darſi la tara*, hoc eſt aliquid de ſumma ſuperuacua detrahendum eſſe.

TARANTOLA. Aranei, ſiue phalangli venenati genus ab Vrbe *Tarento*, quod nunc *Taranto*, vt aliis obſeruatum.

TARGA. Parma, clypeus. Voſſius à Gallico *Targue*. Sed hoc à *Tergus*, vt recte Menagius. Non à *Tergum*: licet Virgilius pro *tergore* vſurpauerit, vt paulo poſt dicemus. Hiſpani. *Adarga*. Gloſſæ. *Terginum*. Ὠμοβύρσινον. Ex crudo corio, ideſt tergore. Nam dorſum corij pars duriſſima. Et Ὠμοβύρσινος ἀσπὶς, Ὠμογέρρον. Quaſi crudum ſcutum, ex crudo corio. Ammian. Marcellinus L. XXIV. *Obtecti ſcutis*, *vimine firmiſſimo textis*, *& crudorum tergorum denſitate veſtitis*. Seruius ad illud Virgilij Æneidos IX. *Haſta volans noctis diuerberat vmbras*, *Et venit aduerſi in tergum Sulmonis*, *ibique Frangitur*, *ac fixo tranſit præcordia ligno*. Tergum, inquit, *pro tergus dixit*. *Vt intelligamus haſtam in ſcutum veniſſe*, *& illic eſſe colliſam*: *vt* frangitur *ſit*, *pro colliditur*: *fiſſo ſcuti ligno*, *etiam præcordia penetraſſe*. *Aliter non procedit*. *Nam ſi haſtam re vera fractam accipiamus*, *ratione caret*, *quod dicit*, *Fiſſo tranſit præcordia ligno*. *Alij reuera in tergum volunt eſſe percuſſum*, *quod falſum eſt*. *Nam quomodo ante fiſſum lignum eſſet*, *& ſic præcordia penetrata?*

TARLISO. *Tralicio*. Tela, aut pannus craſ-

ſior

lior, triplici licio contextus. Trilicium sicut Bisso, bilicium, præcipuè ad culcitas & tomenta. Galli. Trillis. Non à tra, & licium. Pap. Trilicem, triplicem à tribus licijs. (de lorica apud Virgilium). Trilix vestis à tribus licijs dicta: quia est, & simplex, & biplex. Martial. XIV. 143. Vellera cum sumant Patauina multa trilices, Et pingues tunicas serra secare potest. Interanius de populis Circassijs Cap. I. Sotto detto manto portano Trelicci, così chiamati de seta, ò tela affaldati, e rugati dalla cintura ingiù. Ita & Trimitum, à tribus licijs. Μίτος. licium. Inde huiusmodi vestes grauiores. Arnob. Lib. III. Vt virgo Tritonia curiose ijs stamen neat, & qualitate pro temporis, aut trilices tunicas, aut de serico, & fine onere imponat.

TARLO. Tarmus. Tarmulus. Tarlo. Teredo. Philander ad illud Vitruv. L. v. Nam meridiana regiones propter astus, cariem, tineam, teredines, reliquaque bestiarum nocentium genera procreant. Separauit, inquit, tineam, à teredine, vt Plin. L. VI. 41. Lib. II. Vitr. tarmitem vocauit. Scalig. Hist. Anim. L. V. 7. Σῆτες. Tineas vocant Latini, Galli barnas, Itali Tarmas. Est & Thrips, lignarius vermiculus, hoc est, qui ligna rodit, sicut Ips, cornua, & vites, Cis frumenta, Midas fabam, Ix vitrum, Cis vestes, auctore Phocione Grammatico in Lexico. Caredo. Caries. Eiusdem generis sunt. Cossus, idem ac teredo, & Trox, qui legumina erodit.

TARPARE. ab exstirpare. Pennas euellere. Strappare, extorquere.

TARSIA. Opus vermiculato emblemmate contextum, & versicoloribus tesserulis in modum picturæ effigiatum. Potius ab interferendo, quam à tessellatum, dictum videtur.

TARTARA. Tarta. V. Torta.

TARTARVGA. Testudo. Nunquam reperi Brucam alio sensu, quam pro Campe, idest verme olerum hortensium frutices erodente. Nullo pacto pro testudine, vt sit tarda eruca. Sed Tartaruga, Hisp. Tortuga, Galli Tortue, quod varis, & distortis cruribus sit. Græce χελώνη, vnde Veneti Galana. Imò, & Germ. Schyltrost. factum puto, quasi chelone torta, vel scutellaris torta: & Hisp. Galapago, chelone pagurus, qui est de genere cancrorum. Insubres bissa scutellaria, ab integumento, siue testa, instar scutellæ. Idque operimentum chelonium dicitur, Germ. Schilt, scutellare.

TARTVFI. Tuberes. Quasi terræ tuberes, Terræ Callum, vt Coaruvias, & Menag. ex Botanicis. Hisp. Turma de tierra. Et Criadillas. Galli Trufle, Tuber, Trufe, & trufle, quasi Tuberuli, trubuli, Trufli. Et Tartufoli.

TASCA. Mantica, Pera. Crumena. A Germ. Tasche, vt Vossius. Quid si à Theca?

TASSELLO. Tessella. Lapidis, aut ligni fragmentum, siue taleola, quæ cum aliis committitur, & aptatur: vnde & panni frustum. Pro incudine cum ponitur adhuc in certæ originis. Quomodo autem Tassus, & Tassum à Pecia formari possit, aliis disspiciendum relinquo.

TASSO. Animal. Meles. à Germ. Dachs. Alij Latinam vocem esse credunt.

TASTARE. Tangere, tactum, tastare. Germ. Betasten. A tastone, & tentone. Illud à tangendo, hoc à suspensa manu, vel pedibus prætentando, quod cœci faciunt, aut in tenebris fieri solet. Lucret. L. IV. Nos igitur si quadratum tentamus, & id nos Commouet in tenebris. Cic. 2. de legibus. Pede aquam tentare. Græci ψηλαφεῖν. Artemid. c. 28. προψηλαφητὰς χεῖρας. Prætentare iter. Plinius de cochleis L. XI. 38. Cochleis oculorum vicem cornicula bina prætentatu implent. Tastare, pro gustare, delibare, gustando saporem explorare: attingere. Pap. Attigit, degustauit. Veneti Cercare, hoc est saporem quærere, assaggiare. Tasto taxillus, qui caseo immittitur, cum delibatur. Item filamenta carpta, quæ vulneribus induntur, à taxilli similitudine. Et Tasto del Chirurgo, specillum à tangendo, siue prætentando vulnere. Scribonius CCXXVII. Auriscalpio auerso sensim tentare. Celsus L. VII. 8. tentare specillo.

TATA. V. Mamma.

TAVERNA. Medii æui scriptores propriè de vinarijs, & Oenopoliis dixerunt vt Salm. ad Hist. Aug. p. 45. Nonius Tabernas non vinarias solum, vt nunc dicimus, sed omnes, qua sunt popularis vsus, auctoritas Romana patefecit. Eugraphius in Terent. Ganeo tabernis operam dans, & conuiuijs turpioribus. Veteres Ganea, & lustra, & popinas dixerunt. Hinc illud Adriani de Floro. Ambulare per tabernas. Et Ebria famosa saltat lasciua taberna: de Copa. Dant. In tauerna co' ghiottoni. Tauernerse. Itid. Glos. Gulosus, Tabernio, Popinator.

TAVOLACCINI. Lictores, satellites. Quod scuta ex tabellis conficerentur, vnde tauolaccio, ab eorum gestamine dictos potius putarem, quam quod conuiuijs ministrarent. Boccat. Nou. XV. 31. Costoro assettati, posti giù lor tauolacci, e loro arme. Et alibi. E poste giù lor lance, e lor tauolacci.

TAVOLIERE. Alueolus. Tabula luforia; Tabularium. Vide Scacchi. Sed & ipsos calculos, quibus in tabula luditur Tabulas appellatos docuit Salm. Hist. Aug. p. 462. Tauole, vt ipsum ludum casum Tabula, & certamen. Tabulas vulgo Pedinas, à peditibus, siue calculis qui in Ludo latrunculorum pedites referebāt, vt alij equites &c. V. Sbaraglino.

TAZZA. Patera. A πλατὺς trahunt. Videtur per

per aphæresim à *testacea*, *tacea*, *tazza*. Patera fictilis, & viliorum poculum.

TEGA. Siliqua leguminum. *Tegumen*, vel *theca*. Isidor. L. XVII. 3. *Folliculus est theca frumenti, in qua granum seruatur interius*. Theophrasto λόβος. *Lona* panici millii. θήκη. Aristoteli. *Valvulus* à valuis. Pisa, & fabæ *in tega*, cum sua tunica, folliculo, theca.

TEGGHIA. Testa, *Testula, testla, tegghia*, vt vetula, *vetla*, *vecchia*, fitula *fitla*, *fecchia*. *Testo* vas fictile, etiam æreum à similitudine, *Testaceum*. Testu etiam indeclinabile, vt Sosipater. Cato de re r. 2. *Coquito sub testu*. Plin. XVIII. 11. *Testum panem lautioribus coquere solitos*. Vrsin. ad Triclinium Ciacconij, *Testu* rectè corrigit. Vnde libum testuaceum, Clibanitius panis, in testa coctus. Et *Testo* pro operimento ipsius vasis. in Moreto. *Testisque tegens superaggerat ignes*. Tegame autem non à tegula, sed à τήγανον. Sartago, vox Græcis poetis familiaris apud Athenæum Lib. VI. A *tegame*, Veneti *Antiano* dicunt, quasi *Antigamen*.

TEGNA. Tigna. Fœdum vlcus caput deturpans. Alopecia. Barbarus Glos. Plin. *Vlcera capitis manantia sunt, quæ Græci ἄχωρας vocant, imperitum vulgus, tineas*. Tinea, quod tineæ instar caput erodat, Scalig. Hist. Anim. L. V. 7. *Tinea vulgo dicta alopecia, quoniam depascatur pilum*.

TELARO. Instrumentum textorium. Latinis *Tela*. Tibul. Lib. I. El. VI. *Firmaque conducta adnectit licia telis*. Vitru. X. 1. *Quemadmodum telarum organicis administrationibus*. Vlpian. de auro arg. leg. *Quod in tela est nondum detextum, contextum appellatur*. Iterum Tibul. L. II. 1. *Atque aliqua adsiduæ textrix operata Mineruam, Cantat & adploso tela sonat latere*. Lucretius VI. *Nexilis ante fuit vestis, quam textile tegmen, Textile post ferrum est, quia ferro tela paratur*. Prudent. Hamartig. *Indumenta nouis texuntur plumea telis*. Pap. *Tela à longitudine staminum dicitur, cuius deriuatiuum Telaria. Telaro* etiam dicitur, fenestrarum munimentum arcendis cœli iniurijs, quod ferme tela obducerentur, inde translatum ad vitreas.

TEMPERARE. Miscere. Galli *trempter*, tingere, emollescere, madescere. Omnia nota sunt. *Temperare* pro calamum aptare, & acuere. Salmasius Hist. Aug. p. 449. *Temperare calamum est acuere, quod Græci Γλύφειν dicunt. Hinc Γλυφὶς καλάμων, & Γλύφανον in epigrammate Græco scalpellum, quo calami temperantur. Temperino*. Cic. Epist. ad Q. Fratrem. *Res agetur tempestato calamo, & dentata charta*. Glossæ. *Temperat Γλύφει καλαμον*. Quibus adde Cornutum ad Satyram III. Persij. *Dum aut de calamo intemperato queritur, aut de pingui, vel aquoso atramento supra dixerat, Aut non bonam calami dispositionem accusat*.

TEMPIA. *Tempora*. Partes capitis à lateribus sincipitis. Κρόταφος. *Tempus*: in vnitatis numero Lucret. & Virgilius sunt vsi. Hinc Veneti *Temporale* Suem appellant, cuius tempora sapidissima, & præcipua ganea.

TENAGLIA. Forceps, vel forpex. *Tenacula*. Philander ad illud Vitruvii L. X. 2. *Ad Rechamum imum ferrei forfices. Forpices legerim libentius, quam forfices. Istis enim incidimus: illis ad focum vtimur, aut calidum ferrum in fornacibus & tenemus, & versamus: tenaculas à tenendo vocantes*. Rectius tamen est *Foreeps*, à formo, ideft calido, capiendo. Turneb. Lib. VII. 23. ex Catone. *Forcipes, & rutabulum ad focum ignemque pertinent; Nos vulgo tenaces, vel tenaculas, & palam vocare solemus*. *Molla*, & *mollette* vulgus appellat, quod duæ ferreæ regulæ molliter stringantur, lignis, & carbonibus in igne vertendis, & volsellam pariter *moiette*. Pap. *Forpices, tenaces, à pilo, tonsorum enim sunt*.

TENCA. Piscis. Scaliger. exerc. CCI. *Ausonius sui temporis secutus plebem* Tincham *pro merula fluviatili posuit*. Et ex. CCCXXV. *Tinca quoque lutea potius, quam viridis*. At viridem maluit Ausonius. Aliis creditur esse φυκίς.

TENDA. Tabernaculum. *Tentorium*. Nam à Tendo *tentum*. Lucret. *Tympana tenta tonant palmis*. Alia vide apud Nonium. Suidas Παρατυλαιῶνος, σκηνῆς, ἤτοι τένδας. Alibi τένδα σκηνὴ ἐκ λίνου. Ita Salmas. illud Flori de Perse Rege captiuo; *in Templum receptus*, corrigit, in *Tentum*, siue *Tentorium*. Quod scilicet funibus tenderentur, & distenderentur. Cæsar; *Signo profectionis dato, tabernaculis detentis*. Fuisse autem ex pellibus, vnde sub pellibus hyemare, & tendere, tentoria figere voce militari, omnibus obuia sunt. Vide Lipsium de Militia L. V. Dial. V.

TENORE. In musicis, vox inter acutam & grauem.

TENTONE. V. *Tastare*.

TENZONE. Certamen. *Contentio*. Villani. *Tenza*. Dant. Inf. VI. *Doppo longa tenzone Verrau' al sangue*.

TERRA. Pagus. Vicus. Frodoardus. 180. *Et Codiciacum illi cum alia terra concedit*. Vt scilicet Pagus pro regione accipiatur, in qua plures vici, & habitationes rurales.

TERRAGGIO. *Teraglio*. Pro aggere. *Terraticum*, a terræ congestæ cumulo. Olim ex actio publica terræ nomine, in qua quis agit. Vt Vos. Lib. III. 3. Frodoardus. *De filiis vbi partem habens, & terris, nullus, nisi per ipsorum*

rum voluntatem, terraticum accipiat. Male Cerda pro territorio. Terraticum, vt Pontaticum, quod pro transitu pontis datur, &c.

TERAZZO. Subdiale pauimentum. Philand. ad Vitru. L. VII. I. Subdialia pauimenta quas mei Terraceas, dicunt, Graci inuenerunt, vt scribit Plin. Lib. XXXVI. 25. Verba eius sunt. Subdialia Graci inuenere talibus domos contegentes, facile tractu tepente. Hoc est vt Dalech. explicat. In Græcia calidiore tractu, domos tectis non operiunt, sed ædificiorum summa parte reclusas, & detectas ambulationes relinquunt, auræ captandæ gratia, quæ vaporosum cælum refrigeret, præcipue feruidis æstatis noctibus. Quomodo autem fierent docet Vitruv. ibidem, & Plinius. Scilicet ruderi nouo, (à lapide tum primum contuso, aut testis, addita vna parte calcis ad duas) tertiam partem testæ addi: deinde rudus, in quo duæ quintæ calcis misceantur, pedali crassitudine fistucari. Tunc nucleo crasso sex digitos induci. Idest corio, crusta, tectorio, lorica. Cetera vide. Quod autem Plinius ait, festucis pauita. Et infra solo fistucato, quia pauire veteres dixerunt, calcare, & quidem fistucis. Fistuca enim machina, qua vtrinque ansata pauitores vtebantur. Vnde fistucare, exæquare, densare, firmare solum. Ex quo Itali Battuto appellant. Boccat. Nou. LXXVII. 28. Salgono alcuna volta i pastori sopra vn battuto che vi è. Et infra. Si trasse con grauosa pena verso il mezzo del battuto. Nam battere est pauire, fistucare. Ergo Terrazza, quod ex ruderibus, & testis contusis sub tecto est. Plinius, pauimenta subtegulanea appellat, qualia ferre Venetiis in omnibus cubiculis. Terrazza, menianum subdiale, & apricum, quod & solarium. Inepte qui quod instar turris fieret, quasi torrazzo. Etiam Terrato.

TERRITORIO. Ager Vrbi circumiectus. Seruius ad v. Æneidos. Vrbem designat aratro. Vnde, inquit, & Territorium dictum est, quasi Tritorium, tritum bubus, & aratro. Sed est à Terra, pro regione. Glos. Περίχωρος. Territorium. Sed quia est proprie terra quæ aratur, & colitur, non est inepta Seruij notatio: vt fit Territorium, quoquò ciuitatis fines, & iura tenduntur.

TERZOLO. Genus Asturis. Fridericus de aucupio. p. 238. Albertus M. p. 411.

TESTA. Caput. Ausonius Epigr. LXXI. Abiecta in triuijs inhumati glabra iacebat Testa hominis, nudum iam cute caluitium. Prudent. Peristeph. Comam, catemque verticis reuulserat A fronte tortor, nuda testa, vt tegmine Cerniculum adusque dehonestaret Caput. Caluaria, Cranium. Per similitudinem, vel à testis, siue putaminibus ostreorum, quæ intus lubrica, ad læuorem perpolita, æquato nitore splendescunt, vel à Testa, vase fictili, siue ex argilla, ob læuorem, primum pro caluaria depili, & detracta cute, deinde pro capite. Vnde, vt ibi Vinetus obseruat, Galli Tes, vocant Testas, vasorum scilicet fractorum fragmenta. Itali Crepe, & Caluariam Crapa, vel à cranio, vel à similitudine fragminum testaceorum. Crepare enim dicitur vas, cum in frusta dissilit, ex crepitu. Schioppare, à sonitu, sclioppo. A Testa, Teschio, caluaria ferme bestiarum.

TESTE. Modò, paulò ante. Vel à statim, vel ab isto, idest tempore, momento. Vt ipsa, ipsa hora.

TETTA. Mamma, papilla, vber. Τιτθὴ, Titthe, Altrix. Τίτθη. Et Τιτθίζω, Sugo, Subrumo. Hesych. Τιτθὴ, τιτθός, μασός, ἢ ῥοφός. Et τίτθιον, mamilla. Aristoph. Lysistrata. Ὡς δὴ καλὸν τὸ χρῆμα τιτθίον ἔχεις. Quam bellè istâ papillulâ. Et Thesmoph. Τιτθὸς ὀυκ ἔχει. V. Int. Τιτθὸς δὲ μαστὸς, ἢ τῶν μαστῶν τ' ἄκρα. Athenæus Lib. IX. Θηθᾶσι δὲ ἐστὶ τοῦ θηλάζειν τὸ γάλα. Sugere lac, Tettare. Additque notationem. διὰ τὸ ἐντίθεσθαι τῷ θηλῇ: quod papilla ori inditur. Ceterum Papilla etiam dicitur Capecchia, & Capezzolo, Capitulum mammarum, Veneti Cauedello, Insubres berino, quasi vberinum. Glos. Λαμπάδιον. Ruma, papilla. Item Cizza, à fugendo: poppa, à papilla: poccia, à potando. Iuuen. Et potanda ferens infantibus vbera magnis.

TEZA. Tectum villaticum, condendo fœno, & frugibus, ab Attegia, quod vocabulum non esse Punicum docet Salm. ad Solinum. Attegiam enim ab attegendo dictam sicut καλύβας ἀπὸ τοῦ καλύπτειν. Vel simpliciter Teza à Tegendo, & tugurio, rustica domo. Stat. Patau. 22. Et fecerit aliquod laborerium in domibus, vel teictibus supra mansum: à Teges. Alibi. Quicunque incenderit domum, aut teictum, vel palearium.

TIBIA. Tibiare. V. Trebbia.

TIGNOLE. Insubres vocant Vespertiliones, quod nidificent in tignis, & ea erodant.

TINA. Vas vinarium: Tinum, tina. Nonius. Capas, & tinas. Varro. Antiquissimi in Conuiuijs vtres vini primo, postea tinas ponebant. Sed minora, quam in quibus nunc vuæ ebulliunt, vt mensæ superimponi possent. Ita & cupæ in conuiuiis. Cupa potare magistra. Horatius. Tinello, in quo familia cibum capit. Vel à tina, grandiore œnophoro, siue cupa, quæ omnibus sufficiat, vel quasi Triclinioluim.

TINTA. Atramentum. Vox Hispanica. Tintero atramentarium, à tingendo. Lucifer Calagurit, apud Cerdam XXVI. 16. Vna tinctæ subscriptionis.

TINTINO. Tintinare. Catul. Sonitu tamera tin-

Tintinant auri. Festus. *Tintinire, & Tintinabunt Naenius dixit pro sonitu tintinabuli.* Afranius. *Ostiarij impedimenta tintinire audio.*

TIRARE. *Trarre.* Trahere, attrahere, *Tirare; Trare.* Sed *Tirare* pro lactare, siue iaculari: antecedens pro eo quod consequitur. Prius enim in arcu, aut ballista, neruus trahitur, siue adducitur, quam telum emittatur. Inde *tirare* pro iacere. Dant. Purg. xxv. *Scocca l'arco del dir, che'nsin al ferro hai tratto.* Cuius neruum vsque ad vncum ferreum attraxisti, adduxisti. *Trare di schioppo, di balestra. Trare vn sasso.* In *vn tratto.* Vno ictu, temporis momento. *Dirò d'Orlando in vn medesmo tratto.* Ariostus. Et quia funes cum trahuntur, siue tenduntur, durescunt. Hinc *Tirare*, pro arrigi, & tentigine rumpi. *Tentum, αἰδοῖον* in Vet. Onomast.

Tirare, & *trarè* etiam pro educere, haurire, extrahere. *Trare acqua, vino.* Cic. II. de nat. *Ex puteis iugibus aquam calidam trahi.* Horat. epod. XIV. *Pocula arente fauce traxerim.* Nam haurio ab ἀρύω: hoc ab ἐρύω, traho. Etrusci *cacciare il vino*, alij *cauare. Tirare à sorte.* Sortem extrahere. *Tratta di grano.* Eductio, extractio frumenti, & frugum. Item vini. Et *Tratta*, pro comitatu, quem quis trahit post se. Dant. Inf. III. *E dietro le venia si lunga tratta Di gente.*

Tratta di pesce est iactus, ab extrahendo: sicut à *Tragulis*, quæ sunt verricula, siue retia piscatorum. Plin. L. XVI. 8.

Tirare la morte. Vltimum spiritum trahere. Trahere animam. Græci ἄγειν θάνατον.

Tiradore. Equus elcyarius, qui naues trahit, ac subducit, veluti remulco. Glos. *Mula.* Ὀλκάς. Nam ſerme mulæ adhibebantur. Horat. *Missa pastum retinacula mula.* Ita Venetis *Alzana.* Funis elcyarius in hunc vsum.

Tira molla. Ludus puerilis. V. *Molle.*

Tira, rixa, contentio. Math. Vil. II. 103. *Trà i Cardinali, ebbe dimisioni, e tire di colore i e per le dette tire.* Quod vnusquisque tem in partem suam trahit.

TIZZONE. *Stizzo. Titio.* Torris. Nonius. *Titionem, fustem ardentem.* Varro de Vita p. Rom. II. *Contra nouo marito, cur item e foco, in titione ex felici arbore, & in aquali aqua?* Petron. *Sopites titiones* dixit. *Attizzare*, & *Rizzare*, ligna ad ignem componere. Translate *accendere, irritare, concitare, instigare.*

TOCCARE. Tangere, *tactum, tocco, toccare.* Veteres enim *Tago* dixerunt. Festus. *Tagax furunculus à tagendo, quod aliæ res tagat, hoc est tangat. Pietra del tocco.* Lapis Lydius, cuius tactu aurum exploratur.

TOCCHETO. Iusculum. Embamma. *Tacetum*, Persio, & Arnobio. v. Cornutum ad Persium. Idque magis placet postquam in Additionibus Menagii eandem coniecturam esse Caroli Dati V. C. intellexi. Cum tamen Arnobius Lib. II. dicat. *Suminatam cum his carnem, & glaciali conditione tuceta*, Intinctus non fuisse videtur.

TOCCO. *Tozzo, Pezzo.* Frustum. Truncus. *Trozo.* Hisp. *Troço. Tocco.* Quod detruncatum est. Germ. *Stock. Toc.* Celsus Trunculos appellat Aerocolia anserum, siue extremitates membrorum truncatas: alii minutalia. *Tocco*, *à tocco.* Frustillatim. Membratim.

TODESCO. Germanus. *Teuto, Teutischus.* Sicut à *Franco* Franciscus. *Francisc*, & ab Hispano, *Hispanulus, Spagnolo.* Angli, *Anglisci, Inglesi.* Apud Vopiscum *Dacisci*, Daci. Hunni *Hunnisci.* Mauri, *Maurischi, Moreschi.* Quod mirari subit, Frodardus p. 236. *Post literarum recitationem, & earum propter Reges iuxta Theotiscam linguam interpretationem.* Grotius Lex. Goth. *Theudis. Thiodis. Theudisch, popularis.*

TOFFA. Olfactus, *Tolfa, toffa. Tuffo*, odor. *Cane da toffa.* Odorus, fagax. *Tanfo*, sirus, siue rei mucidæ virus, ab eodem. *Taffanario*, confecti cibi fores, mephitim exhalantes.

TOGLIERE. Sumere, *tollere. tolle* vox porrigentis aliquid. *tò*, & *te.* Vnde cum canes vocantur *tòtò*, & *tetè*, ipsi dicuntur. *Tolto*, tolitum, pro latum, *tolto.* Dant. Par. V. *Toleto. Mal tolto*, male partum. *Togliere*, auferre, demere. Horat. *Cum flueret lutulentus, erat quod tollere velles.* Et L. I. Sat. X. *Plura quidem tollenda relinquendis.* Auferre, remouere, non sumere, vt Porphyrio. Solem de mundo tollere apud Ciceronem. *tor de mezzo*, aliquid insontem pati, vt fit in turba, & rixa. Sed veteres pro interficere. Cic. pro Roscio Amer. *Perfacile hunc hominem incautum, & rusticum, & Romæ incognitum, de medio tolli posse.* Hispani. *Toma*, accipe, vel à *Tolle*, vel à *sume, tome, toma.*

TOMACELLE. *Tomacine.* Tomacula. Ex iecore suillo minutim conciso.

TOMARE. Cadere, non à *Titubare*, sed à *Tumba*, veluti in tumbam cadere, ferme enim est in caput volui. Quod video Guieto approbari apud Menag. in Appendice. Vnde Inlubres *far la toma, fare il tomo.* Morgant. XXV. *E l'altro fà con l'aghirongin'l tomo.* Dant. Inf. XVI. *Mà sin al centro pria conuien ch'i tomi. Tombolo*, quod alii *Capitombolo.* Hoc est in caput volui, Cernuare, & Cernulare. Seruius. *Cernuus dicitur equus, qui cadit in faciem, quasi in eam partem, qua cernimus. Vnde & pueri quos in ludis videmus, ea parte, qua cernunt, stantes, cernui vocantur.* Isidor. Glos. *Cernulus in caput ruens.* Græci κυβιστᾶν, quod veteres *vrnare*, hoc

hoc est corpus ita flectere; & reciprocare, siue ita se iactare, vt sursum denuo exeitetur. Veneti *fare vna campilata*, à Græco κατηλατεῖν, Copilatin, quod est remis festinare. Nam remiges, qui remum antrorsum impellunt cum festinant, nisi corporis cernui, veluti in caput ruunt. *Tomba* autem inferius æuum pro sepulchro vsurpauit à τύμβος.

TOPIA. Opus topiarium, Turneb. L. XVIII. 23. *Serues topiarios* apud Iurisconsultos interpretatur, qui opus topiarium faciunt. *Hoc autem à topiis, idest funiculis nomen obtinuisse, quibus frutices, & arbuscula tonsiles, in animalium, aut rerum historias assimilata, ac ligata, & multis hinc inde distinentur locis, torquentur, flectunturque, ad effingenda qua luduntur rerum, & animantium argumenta*. Nunc proprie de vite arcuatim structa *Topia* dicitur.

TOPO. Mus. *Talpa*, vt recte coniicit Coaruvias. Species pro genere. *Talpa, Taupo, Topo.* Ideo Hispanis dicitur *Topo*. Italis *Topinera*.

TOPPA. Sera, *ferratura*: claustrum. *Tubus*, in quem clauis immittitur. Hist. Pistoriensis. pag. 151. *Andò à vna delle porte, e schianoe le tope, e mise dentro da trecento fanti.* Dant. Purg. IX. *Quandunque l'vna d'este chiaui falla Che non si volga dritta per la toppa.* Cui Græca magis arrident, erit ὀπὴ ostium, foramen, cui inferitur clauis.

Toppa pro pannis segmento, quod sarciendis vestibus adsuitur. V. *Rattoppare*.

Toppa autem in ludo tesserarum, sicut ipse ludus ita eius notatio mihi ignota est.

TOPPO. Stipes. V. *Tappa*.

TORCELLO. Inuolucrum, quod baiuli capiti imponunt, ad onera leuius ferenda. Latinis Cirticillus, vel à *torquendo*, vel veluti *turricula*. Venetis *Basta*, à βαστάζειν, portare.

TORCHIE. Faces, funalia, quod trifida cereorum serie compacta, à *torquendo*, quod olim è funibus (vnde funalia. Isidor. L. XX. 10. *Funalia sune, qua intra ceram sunt: dicta à funibus, quos ante vsum papyri, cera circundatos habuere maiores, vnde & funera. Funalis autem Graci scolaces dicunt, quod sint scolicia*. Lege, σχολιά, hoc est *intorti*, vt in Glossario habetur, quod eidem Isidoro adscribitur, *scolaces*, aliqui legunt σκολωπας, quod sudem significat. Mihi non liquet. Barbari *Intortitia*.

TORNARE. *Ritornare*. Redire, ire, ac redire, atque ita reuertere, veluti in orbem verti, à *Torno*, instrumento, quo vasa detornantur, idest cælantur, siue scalpuntur, quæ opera tornata, & Tornatilia, siue *Toreumata* dicuntur, Ars ipsa *Toreutice*. Rapida autem vertigine cum scalpuntur in orbem volui notum est. Silius p. 155. *Circum circa, nos entour, intorno, & ad intorno à l'entour. Similiter in gyro En vyron. Ligna enim polienda torno circumaguntur, vnde tornar, tourner, idest vertere. Ita circiter tertiam horam, entour tres heures, intorno à tre hore.* Idem etiam Carolo Dato placuisse video. Vnde *Tornare* in eundem locum reuerti, ire, ac redire. Et quia qui redit, iterum eandem viam facit, *Tornare*, pro idem repetere, *tornare à fare*. Sic illa apud Paulum Diaconum Lib. XVII. intelligenda. *Vno quippe animante* (iumento) *onus subuertente, quidam domino animantis* (agaloni) *acclamas, onus erigere: patria voce dicens*, Torna, torna *Frater*. *Et dominus quidem mula vocem minime sentiebat, sed populi hoc audito, hostes imminere existimantes, in fugam conuersi sunt: Torna, torna, maximis vocibus exclamantes*. Vocis ambiguitas milites decepit. *Torna, torna* frater, vox hortantis, vt denuo mulæ onus imponeret. *Torna à caricare*: at milites pro *Tornar in dietro*, siue reuerti acceperunt, & in fugam conuersi sunt. Quod autem Lipsius, & Rutgersius inde colligunt tum primum latinæ linguæ vsum deperditum, quod *Torna*, & *tornare*, vox latina non sit, haud persuadent; nam, vt in vsu pro reuerti non fuerit, origo Latina est, *à Torno*. Stat. Patau. *Fodere in campis vnam turnam fossati. Intorno*, in ambitu. *Torna à dare*, iterum da, redde. *Tornare à conto*, in vsum redire.

TORNEAMENTO. Pugnæ simulachrum. Hasti ludium. Ludicra pugna. Quo, non singuli, sed plures mixtim decertant. Vel à Germ. *Turnier*, vel à *tornando*, idest circumeundo, & in Orbem decurrendo. Dant. Inf. XXII. *Corridor vidi per la terra vostra, O' Aretini, e vidi gir Gualdane, Ferir torneamenti, e mouer giostra*. Laudin. *Torniamento è quando le squadre vanno contra l'vna, all'altra, e rappresentano vna spetie di battaglia*.

TORSO. Caulis. *Thyrsus*. Glos. *Tursus*. Καυλός. Casaubonus tamen ad illud Suetonij de Augusto, *vel lactucul e thyrsum*, non de scapo, & caule intelligendum ait, sed *thyrsum* in lactuca esse idem quod cyma in brassica. Plerique tamen confundunt.

TORTA. Placenta: Moretum. Scribilita. Medij æui vox in Sacris literis frequens. *Torta panis*; à *torquendo*, vnde & *stortioni*, quod veluti in funes torqueantur, & sinuosis voluminibus in spiram compingantur. *Spira* Catoni. Mercurialis Var. Lib. II. Capite V. ab Erotiano eius mentionem factam tradit, & ἄρτον ἰξεφύτιαν appellatum ab Atticis, quem panem *tursus*, *tortam* vocatum esse. Isidorus L. XX. 2. *Crustula diminutiuum est à crusta, panis oleo conspersus in medio concauus, & tortus; Hac & Torta panis*. Sed hoc potius est quod nos *sterte* appellamus,

lamus, crustulum instar bracteæ tenuissimum in orbem conuolutum, vnde Insubres *Cannoni* appellant. Galli *Oublie*. Hinc fit vt aliqui pro *scribilita*, *stribilitam* legant, ἀπὸ τοῦ στρεβλοῦν, torquere, quod in circuitu torqueatur, retis in modum, vt Ramirez ad Martial. L. III. 17. Alii tamen *scribilitam*, quod literæ illi, & figuræ imprimerentur.

Sed diuersa *Torta* genera. Præcipuum & vulgare, e lacte, caseo, herbis, atque ouis, quod veteres *Moretum* dixerunt. Germani *Flad*, vnde Brixianorum *Fiadone*, à caseo Bergomatum *Casoncelli*. Nec dissimilis *Intrita*, & *Intritum*, pro cibo in mortario subacto, siue trito. Item panis testuaceus, siue artopticius. A *torta*, *tortelli*, globuli ex farina, oleo, & passis uvis in sartagine frixi, *frittole*, & *fritelle*. Nec diuersum farti genus *Tartara*, *tarta*, quod aliqui à *tracta* factum putant. Scaliger enim in epistolis posthumis, ita appellat pastillos in longum productos, sicut offas in rotundum glomeratos. Glos. *Tracta*, λάγανα. Vnde *tarta*, factum credit Turneb. XXIII. Vossius tamen in Etymologica, *torta*, *e torta* esse censet.

TORTO. *Distortum*; sed cum curuo rectum opponitur sumitur pro æquo & bono. *Diritto*. Gal. *Droict*. Ouid. Met. I. *Quæ vindice nullo Sponte sua sine lege fidem, rectumque colebat*. Ita distortum, *siue curuum pro iniquo*. Persius Sat. IV. *Hoc puto non iustum est, illud male, rectius illud: Rectum discernis vbi inter Curua subit*. Et Sat. III. *Haud tibi inexpertum est curuos deprendere mores*. *A torto*, inique, immerito. *Fà torto*, iniuria afficere.

TOSI. Tosi. Pueri, puellæ. Non à *tonsus*, sed ab *Intonsus*. V. *Riccio*.

TOSONE. Vellus ouium à *tondendo*. Hispani *Vellocino*, à vellere, vellus, & velamen, siue à vellendo, quod prius lanæ vellerentur, non tonderentur, vt ait Varro IV. de L. L.

TOSTO. Cito, statim, velociter. Recte quidem Guietus apud Menagium coniecit esse ab *ocyus*, sed non recte deduxit, *ocyus*, *ocito*, *tocito*, *tosto*. Est enim à *tantocius*, *tantosto*, *tosto*. Vnde *Impresa tosta*, pro celeriter incœpta. Dant. Inf. II. *Et voglia tosta* alibi, prompta, velox. Menagius in Gallicis *tantocius* posuerat. Sed in Italicis *isto*, *isto*, idest tempore prætulit. *Più tosto*, *più presto*, potius, plus ocyus. Posset etiam ab *Actutum* deduci, vel à *Statim* per metathesim, sed quod prius posuimus verisimilius est. Quod vero Casteluetrus, & Erythræus à *torreo*, *tostum*, pro calido, & celeri, ne audiendi quidem sunt.

TOVAGLIA. Mantile. Mappa. *Toralia* fuisse lectorum tricliniarium lintea, & stragula, à thoris dicta pervulgatum est. Varro apud Nonium. *Quod fronde lecticam sternebant (vt corrigit Vossius) ex ea herba torta toram appellatum, hoc quod iniicitur, etiam nunc toral dicitur*. Hinc à proximo translatum, vt inferiori æuo etiam *mappæ toralia* appellarentur. Nam fuisse initio à mappa diuersum declarat illud Horatij. *Ne turpe toral, ne sordida mappa, Corruget nares*. Non est prætereundum ab auctore Catholici Lexici *togillam* pro mantili poni. *Togilla etiam mantile dicitur*. Putauit, vt Togam, sic *togillam*, *tonaglia*, & *togaglia* à tegendo dictam.

TRABVCCARE. *Trabucco*. Machina bellica iaciendis lapidibus, vt Catapulta, *Mangano*. Vox inferiori æuo vsitata, cuius exempla congessit Vos. L. II. 18. & Osius ad Morenam pag. 82. Dicta à trabibus quibus erat compacta. *Trabuccare* est lapides, & id genus telorum iacere, & contorquere, interdum animantia, & cadauera. Hist. Pistorij. *Lo fece squartare à quattro caualli, e li quarti fece trabuccare in Brescia*. Villan. L. VII. *Ad assedio rizzandoui più difici, e traboccandoui dentro*. Quoniam autem, quæ huiusmodi machinis torquebantur ex alto cadebant, *traboccare*, pro in præceps ruere. Non in *buccam* cadere, neque in *boscum* impingere. Hinc *Trabocchetto*, *e trabocchello* pro decipula, & occulta machina ad homines, & feras excipiendas: quod capti præcipites ruãt. Hist. Aiolf. *Passaua sicuro sopra il trabocchello, e quelli ch'hauea lo 'ngegno in punto lo fece suolgere, E cadde Bosolino nel fondo del trabocchello*. A *trabucco*, *Briccola*, idem, aut non multum diuersum machinæ genus.

Traboccare de nummis optimæ notæ, ac ponderis, *traboccanti* cum propendet bilanx, & pondere suo ad imum feruntur.

Item de vasis cum effluunt, & redundant, ac quæ continentur veluti extra os fundunt, & erumpunt. Dant. Inf. VI. *La tua Città ch'è piena D'inuidia sì, che già trabocca il sacco*. Insubres *stranarcare*, effundere, quasi extrauasare.

TRACCIA. Vestigium. *Tractus*. Et *Trames* quæ est semita transuersa, & locus saltuosus virgultisq; obsitus. *La traccia della fiera*. Dant. Inf. XII. *E tra 'l piè della ripa, & essa in traccia Correano Centauri*. Landin. *Traccia significa vestigio & orma. Onde tracciare è seguitare le pedate*. Et Parad. IX. *Onde la traccia nostra è fuor di strada*, idest vestigium. *Rintracciare*, vestigare, odorari, de feris: vestigia, & cubile ferarum indagare.

TRACOTANZA. *Trascuragine*. *Tracotato*, *trascurato*. Non à *coto*, siue *cogitatione*, vt Casteluetrus, sed à cura ductum videtur. Vt *trascurato* fit Incuriolus, negligens, cui res suæ parum curæ sint. Sed quando pro *Arrogante*

sumi-

sumitur, indidem, nempe contemptor, qui alios non curat, & nihili facit. *Tafeotato*, non curante. Siluius tamen pag. 156. *Oultrecuidè*, idest ambi iosus quasi qui se vltra quam est, cogitat. *Outrecuidance*, ambitio, & arrogantia. Qui plura cupit adeat Menagium Orig. Ital. hoc vocabulo, & *Coto*. Neque ita inepta Landini coniectura est, qui ad illud *la tracotata schiatta*, ait, *Quotus apud Latinos significat Quantum in ordine: vt* Tracotato *dicatur, qui ordinem transgreditur intra quem se continere debet*. Vnde & pro arrogante.

TRAFFELLARE. V. *Affollare*.

TRAFFICO. Negotiatio. Mercatura. Nihil opus est ex Arabia vocem arcessere. Est enim à *traijcere*, *pecuniam*, vel merces. *Traiectare*, *trafficare*. *Traiectus*, *traffico*. Hinc *traiectitia pecunia* frequens apud Iurisconsultos, ea quæ permutatur, & transuehitur vltra montes, & maria. Potest etiam esse vel à *tractando*, vel à *contrahendo*, & *contractu*. Scalig. ad Festum, illud Glossarij. *Agmare*, σραγεύεσθαι: corrigit ϕαχῖνεῦσαι, & ϕαχῖνεν, quod est *tractare*, siue *negotiari*. Idque à Latino *tractare* detortum putat Vulcanius: & sæpe numero in Constitutionibus Imperatorum Græcis hoc verbum occurrere. Vt Hispani *trattantes*, pro negotiantes: & Hispani, *La Casa de la Contrattacion*, vbi negotia Indica tractantur, atque agitantur. Iidem Hispani *trocar*, pro permutare, à *traijciendo*, nam pecunia, & mercimonium traijcitur, vt permutetur. A *trafficare*, *treccare*, cauponari, *treccone* propola, qui obsonia emit, vt carius vendat, eduliorum institor, & *trecca*, coccionatrix. Villan. XI. 91. *La gabella delle treccche, ò trecconi, Fiorini* 450.

TRAINARE. V. *Strascinare*.

TRAINO. Incessus equi crura glomerantis: qualis Astrrconum. *Andare di traino*. Quod ita crura attrahat, & flectat, vt mollis incessus reddatur. Neque enim assentior. Salmasio Hist. Aug. 246. qui ab equis *tricenarijs* deducit: sic dictis, quod *tricinio*, spissoque gradu ambularent, siue gressibus intricatis, & minutissime cribratis incederent. Quomodo enim qui crura intricat, gressum celeriter expedire potest?

TRALCI. Palmites: pampini. Mirum viros doctos non animaduertisse, *tralci*, esse à *traduces*, & maluisse à ramo deducere satis durè, cum præterea non omnes rami sint *tralci*. Sunt enim brachia vitium, quibus illæ ex arboribus in arbores traducuntur, & sibi mutuo connectuntur; vt Varro, & Columella. Plin. XVII. 23. *Traducem bimum præcidere solebant. Onoratis enim vetustate melius donare tempus, vt transilem faciant, si largiatur crassitudo: alias alias vtile teros futuri draconis pascere*. Neque eos iuuat, quod in Legibus Longob. legatur *Tranium* de vite incidere, quod Vossius ex Germanico *Ranche* deducit. Est enim corruptum ex *traduce*.

TRALICCIO. V. *Tarliso*.

TRAMA. Subtemen. Trama. *Orsoio*, stamen, *ordimento*, ab ordiendo: trama, siue subtemen, quod stamini inseritur. Translate *tramare*, pro insidias texere, occulta machinatione. Quod trama inter stamen lateat. Inde *tramello*, dolus, techna.

TRAMAGLIO. Rete piscatorium, & venatorium. Non male, qui à *Tramare* deduxerunt, non quidem prout decipere significat, quod est translatum, sed à *trama*, siue subtemine, retia enim sola trama, sine stamine nectuntur. Rectius qui à *maculis*, hoc est ipsis retium plagis. Neque tamen à *Transmaculum*, siue magnum rete: verum à *trimaculum*, siue triplici macula, quarum altera, alteri innexa, vt facilius pisces irretiantur. *Trimaculum*, *tremaculum*, *tremaglio*. Vt Tremaggio, & *tremaggino*, rete capiendis coturnicibus hoc modo compactum. In lege Salica. *Si quis staccam, aut tremaclum, vel vertuolum* (berteuelo) *de flumine furauerit*. Est igitur à triplici textu macularum.

TRAMBVSTARE. *Trambuzzolare*. Miscere, confundere. Transuoluere, *transuolutare*, *trambustare*, *trambuzzolare*. *Trambusta*. Turba miscella. Confusio.

TRAMONTARE. De Solis occasu, quod *transmontes cadat*. *Tramontana*. Stellæ quæ non merguntur: non *tramontano*: & ventus ex Septentrione spirans.

TRANGVGHIARE. *Transgluttire*. *Transghiottire*. *Tracanare*, à iugulo, siue caunis gutturis: vt & Menagius in Appendice.

TRAPANARE. Terebrare. *Trapano*, terebra à τρύπανον, vt Monosinius.

TRAPELARE. Exsudare, de vase, aut dolio, ex quo liquor guttatim effluit. Non à *pelo*, hoc est rima: sed à *transtillare*. Dant. Purg. XXX. *Si come neue &c. Poi liquefatta in se stessa trapela*. Landin. *si distilla*. Cum liquor guttatim fluit. Veneti *gommare*, à *gemmare*, quod guttæ instar gemmarum irrorent.

TRAPPOLA. Muscipula: decipula. *Trappam* hac notione extare in Lege Salica docti monuerunt, *si quis turturem de trappa furauerit*. Vossius tamen in alia editione eam vocem extare negat, nec Lindebrogius agnoscit. Sed vnde appellata indictum reliquerunt. Est autem Trappola, à *tribulo*, siue *tribulis*, idest muricibus, qui, vt Budæus in Pand. p. 213. *Machinula sunt ferrea, dolosa, trigona, aut tetragona, forma, qua in quancunque partem incubuerint, vnum*

vnum aut plures aculeos protendant. Græcè τρίβολοι. Plut. Apophт. κατασπείρας τριβόλους συνδυῆς. *Spargere tribulos ferreos, ne hostes aggeribus insistentes pugnam illinc ciere possent.* Herodianus L. IV. *Simulata fuga, tribulos, aliaq; ferramenta proijciebant. Latine Murices.* Curtius L. IV. *Bion quidam transfuga nunciat Regi, murices ferreos in terram defodisse Darium, qua hostem equitem emissurum esse credebat.* Valerius L. III. de Scipione Æmiliano. *Suadentibus quibusdam vt circa mœnia Vrbis, quam obsideret ferreos murices spargeret, ne subita eruptione hostes impetum in præsidia facerent.* Villan. x. 59. *Seminarono triboli di ferro, che hauean portati, per le vie.* Tribulorum etiam meminit Veget. L. III. subiicit Budæus, vernacula lingua appellari *calciatrappe.* Nos *Calca trappola.* Ab his igitur occultis, ac dolosis machinulis, incippandis hominibus, aut equis, idest *tribulis* muscipulæ, ac decipulæ sunt appellatæ. Inde Galli *Attrapper*, decipere, ac fallere.

TRAPVNTARE. Acu figere, à figendo fi. uc quod idem, *pungendo, Trapunto*, & *Contrapunto.* Salm. H. Aug. pag. 510. C. *Proprium phrygionis, & eius qui acu pingit defigere. Graci κεντεῖν, & κασίζειν. Defigere puluinar, defigere vestem phrygio dicitur, dum eam, vel illud acu pingit. Sic nos à punctis Contrapunctores hodie vulgo vocamus.* Philander ad Vitruvij Lib. VI. 7. *Nos existimamus Plumariorum nomine intelligi, qui tomento, quodcunque genus vestis, aut stragulì consarcitum, inculcatumve acu pingunt, eos nostris à punctis punctores vocant.*

TRARRE. V. *Tirare.*

TRANSLIGNARE. V. *Lignaggio.*

TRASTVLLARE. Oblectare, ludos facere, mimum agere. *Interludere, interlusitare.* Inter, & intra, & contractè *tra*, vt Bembus docuit. *Trastullo. Interludium, traludium, trastullo.* Ductum à veterum exodijs, quibus ludicra actibus interferebantur. Intermedia, interludia. *Trastullo* ipse scurra, *interladio, Giocolare.* Math. Parisius apud Vols. L. III. 16. *Cum super hoc negotio sæpius Regem sollicitarent, & alloquerentur: ipse multoties iocùlando, & talia verba asserendo interludia fuisse vanitatis: procerum suorum constantiam delusit.* Otium oblectant, qui ab oblectare, *oblectulare, trastullare*, trahi posse sibi persuadent. Inde pro Venerem exercere, quod & ludere veteres dixerunt, & *trastullo* pro ludibrio. Boccat. Nou. XVII. 51. *Lungamente trastullo della Fortuna era stato.*

TRATTENERE. Oblectare, *detinere.* Retinere enim est delectare. Cic. v. ep. XII. famil. *Cuius studium in legendo non erectum, Themistoclis fuga redituque retinetur? Etenim ordo ipse Annalium mediocriter nos retinet quasi enumeratione fastorum.* Sequitur mox. *Expletur animus iucundissima lectionis voluptate. Tenere, retinere*, oblectare, *Intertenere, trattenere. Trattenimento.* Oblectamentum.

TRAVAGLIO. Cura, ægritudo, molestia, à *Tribulatio*, voce inferioris æui, & à sacris scriptoribus inuecta. Pap. *Tribulari, affligi, conteri.* Boccat. *Che ella nol risapesse, & appresso con parole, e con crucci lui, e se non tribulasse.* Hocque vel à *tribulo*, machina qua fruges in area teruntur, vt paulo post dicemus, vt tribulare propriè sit hominem calamitatibus terere, haud secus ac spicæ tribulo teruntur, vt Vos. in Etymolog. Vel à *tribulis*, nempe sentibus spinis, veluti inter spinas versari. Dantes *Trauaglie*, tribulationes.

Et quoniam in laborando affligimur, & molestia afficimur, *trauagliare* pro laborare, & *trauaglio* pro ipso opere. Non autem à *transualere.*

TRAVASARE. Vinum defundere, quasi *transuasare.* Veteres defundere dixerunt, cum è dolio in vrnas transfundebant.

TRAVERSIA. Infortunium, calamitas, quę *ex transuerso*, & inopinato incurrit.

TREA. Species ludi calculorum in alueo, siue tabula lusoria, à *ternis*, siue *trinis calculis*, eadem linea dispositis. Describit Ouidius de arte L. III. *Parua tabella capit ternos vtrimque lapillos, e quibus hic labor est continuare suos.* Nam vt ait Scalig. in Eclogam Lucani, *qui lapillos in linea continuat, is vincit.* Veneti *Trea.* Vel similis, vel non admodum diuersus apud Insubres *Tauola Molino* dicitur; cum calculus ab angulo in medium recurrens, & rediens, tres semper continuat. Sed vnde nam *molino* scire cupio.

TREBBIARE. *Tregghiare.* Veneti *Tibiare.* Fruges in area excutere, triturare. *Tribulare.* Nam *tribulum*, & *tribula*, vehiculi genus, *quo*, vt ait Seruius, *matura fruges in area teruntur*, siue trituranтur. August. de ciuit. Lib. I. 8. *Sub eadem tribula stipula comminuuntur, & frumenta purgantur.* Varro IV. de L. L. *Hinc in messe tritura, quod tum frumentum teritur, & tribulum, quo teritur.* Plin. L. XVIII. 30. *Messis alibi tribulis in area, alibi equorum gressibus exteritur.* Quare vt ait Vossius in Etymolog. non est opus vocem *Tribulum* cum Becmano arcessere à Græco θλίβω, licet significatione cōueniat. Varro de R. R. L. I. *E spicis in aream excuti grana, quod fit apud alios iumētis iunctis, ac tribulo. Id fit è tabula lapidibus, aut ferro exasperata, quæ imposito auriga, aut pondere grandi trahitur iumentis iunctis, vt discutiat ex spicea grana: aut ex assibus dentatis cum orbiculis.*

lis. Columella L. XI. 21. *At si competit, vt in area teratur frumentum, nihil dubium est, quin equis melius, quam bubus ea res conficiatur, & si pauca iuga sunt, adijcere tribulam, & traham possis, qua res vtraque culmos facillime comminuit.* Hisp. *Trillar:* & *hollar*, à fullonibus.

Hinc *Trebbia*, & *far trebbia*, pro genio indulgere, & exultare: quod ob gaudium collectarum frugum, tum maxime agrestes in lætitiam effunduntur. Item hominum multitudo, & discursatio, quod ad messem plurimi confluant. Alij *Trebbia à triuijs*, siue compitis deduxerunt, vbi versari homines, & diem lætè agitare consueuerunt.

Eiusdem originis est *tresca* pro saltatione. *Triturare, triscare, trescare.* Germani *Traschung, ausztrattung.* Triturare. Et *Korn dreschen*, quod trituratio pedum insultu fiat, & quod messis causa agrestes soluti laboribus choreas ducerent, & conuiuia agitarent. Et sicut *Trebbia*, ita *tresca*, pro cœtu, & sodalitio, ac multitudine. Morgant. VII. *E corse là di pagan' vna tresca.* Petrarcha Cap. IX. *Poi viddi Cleopatra, e ciascuna ar sa D'indegno foco, e vidi in quella tresca Zenobia.* Vnde etiam *trescare*, pro cum aliquo frequenter versari. Item pro *ludere*, & exultare. Et quia in saltando manus & brachia mouentur. Dant. Inf. XIV. *Senza riposo mai era la tresca Delle misere mani, hor quindi, hor quinci Iscotendo da se l'arsura fresca.* Longe igitur θρησκεία, & *Restis*.

TRECCA. V. *Trafficare*.

TRECCIE. *Trezze.* Crines in sertam compacti. Τρίχες, *Triches.* Capilli. Dant. Inf. XX. *E hà le treccie sciolte*, sertas capillorum solutas, ac fluentes. Latini crines simpliciter dixerunt, capillos in plures σειρὰς, siue funiculos, & sertas compactos. Festus. *Senis crinibus nubentes ornantur, quod is ornatus vetustissimus fuit: quidam, quod eo Vestales Virgines ornentur.* Scaliger. *Seni crines dicuntur in capite Matronæ Romanæ, sex serta crinium vitta, & crinibus ipsis implexa, quas vulgus treccias appellans.* Plaut. Mostel. Act. I. 3. *Soli gerendum censeo morem, & capiundos crines*, idest vt Lipsius, nubere, & matronam fieri. Idem milite act. III. I. cum instrui ancillam ornatu matronarum vult. *Vtque eam ornatam adducas matronarum modo, Capite compto, crines, vittasque habeat, assimuletque se Tuam esse vxorem.* Vulgus Insubrum *Coazze*, à caudis equorum, quæ pariter in sertas connectuntur.

TREGGEA. *Tresia.* Bellaria minutis granis saccaro condita à Græcè Τραγήματα, vt Mosinius, à quorum similitudine plumbeæ pilulæ minutissimæ percellendis sclopo auiculis *tresia* dicitur. Hisp. *Tragea.*

TREGGIA. Currus sine rotis à trahendo, *Traha*, dictus.

TREMENTINA. Resina *Terebintina.*

TREMACODA. Auicula, ab assidua caudæ vibratione *motacilla* dicta. Glols. *motacilla*, σεισοπυγίς. Galli *Guigne queue, battemare, lauandiere*, quod frequenter aqua se proluat. Venetis *Vecllo di neue*, sicut Hispanis *aguzaniene*, quod rostro niuem perforet.

TRIPELARE de equis subsulcim gradientibus. *Trepidare*, & *tripedare.* V. Salmas. Hist. Aug. 244. Hinc & *Trimpelare*, crebro pedum motu asseres, & mensas concutere, & agitare.

TRESCARE. V. *Trebbiare.*

TRESSO. Veneti appellant *transuersum.* Andare *à tresso*, transuersum ferri.

TRIEGVA. *Tregua.* Induciæ, armorum suspensio. Assentior Vossio qui Lib. II. 18. ait factum à Germanico *Treuue*, idest fides. Et Grotio Lex Goth. *Druch*, & *Trud*, *trouuve*, *fidee.* Posset etiam esse *à trigarsi*, hoc est ab armis cessare de quo mox.

TRIGARE. *Trigarsi*, est subsistere, interquiescere, *Strigare.* Scaliger in Catalecta ad illud de Ventidio. *Strigare mula. Strigare dicuntur equi, quoties interquiescunt, dictum à striga, quod erat spatium turmarum, in quo equi stringebantur.* (destringebantur, si strigliauano) *A quo nomen habet, vt docet Charisius. Hinc factum, vt quoties interquiescunt equi, ac iumenta, dicantur strigare, sicut in vulgari sermone Thusco, ac Germanico stallare, cum ad vrinam emittendam quiescunt.* Cum scilicet recenter in stabulum veniunt. Ergo *strigare*, à *striga*, quod est castrense vocabulum. Nam etiam Rustici *strigam* vocant in arando sulcum, qui vno ductu peragitur. Ita Turnebus L. XXIV. I. illud Plinij explicat L. XVIII. C. XIX. *In arando versum peragi, nec strigare in actu spirus: in agendo sulco interquiescere.* Idque confirmat loco Senecæ Epist. XXXI *Rursus ad honesta nitentes, quanto magis incubuerint, minusque sibi vincti, & strigare permiserint*, Glos. *Trigarium* Τόπος, ὅπου ἵπποι γυμνάζονται. Vulcanius legit *Striga.* Charisius L. I. *Striga castrense est vocabulum, internallum turmarum significans, in quo equi stringuntur.* Phœdrus etiam Fab. XLV. de mula, & musca, ait illa huic increpanti. *Nam vbi strigandum, & vbi currendum est scio.* Totam Scaligeri dissertationem transtulit Vossius in Etymologicum. Porro illud in Passione S. Hermetij. *Exi hinc de ista custodia Domine Alexander, ne forte dum hic tricas, veniat ignis de Cælo, & consumat me.* Tricas, pro strigas. Potest igitur, vt supra dicebam *Tregua* dicta esse a *striga*, cum scilicet à bello milites inter quiescunt.

TRI-

TRIGLIA. Mullus piscis. *Barbine.* Τρίγλη. *Trigla, triglia.* Glos. *mullus* Τρίγλα. Pap. *Mullus genus piscis, qui & Strigla dicitur.* Scalig. Hist. Anim. 11. p. 225. *Mulli barbulas habent: quapropter ab Istris barbi dicuntur; Ligures Trigias vocant Græca veteri appellatione.* Τρίγλη, *quod nomen aiunt inde ortum, quia ter gignat singulis annis.*

TRINCARE. Immoderate bibere. A Germ. *trincken*, cum voce, more inde deducto. *Zutrincken*, propinare.

TRINCIARE. Cibos in frusta concidere. *Truncare, detruncare. Trinciante*, scindendi obsonij Magister, Structor, Carpus, Scissor. Iuvenal. v. *Structorem interea, ne qua indignatio desit, Saltantem spectes, & chironomonta volanti Cultello, donec peragat dictata magistri Omnia, nec minimo sane discrimine refert, quo gestu lepores, & quo gallina secetur. Nono de trinca*, pannus recenter cœsus, truncatus.

TRINCIERA. *Trincea*. Vallum. Agger, a *truncis* arborum, iniecto cespite aggeratus.

TRIPPE. Intestina. Venter *Epa*, vt suo loco diximus. Glos. *Interna* Ἥπατα. *Intra epa, intripa, trippa.* Si Græca quærimus, ὑπήτρον, per metathesim. *Ypetrion, treppa*, & *trippone*. Abdomen sub vmbilico, vbi intestina.

TRISTO. Improbus scelestus. Tristis quidem significat mœstum, quod mœsti fermè improbi sint, vt quidam existimant. Sed puto esse à Gallico *Traist*, idque à *traditor*, siue *proditor*, quo nihil scelestius.

TROCCOLO. Trottolo. Turbo. *Trochus, trochulus.* Atqui Vossius 1. de vit. serm. xxvi. Throcum à turbine diuersum esse docet. Trochum enim esse circulum magnum, qui radio in transuersum latus impellitur, & ideo Martiali L. xiv. Rota vocatur, & canthi vsum posse præstare ait, scilicet, Ferreum circulum, qui rotarum præmunit curuaturam. In quo trocho plures circuli inserebantur, tum vt sono oblectaret aures, tum quod ait Martial. *Cedat vt argutis obuia turba trochis.* At *turbo* longe aliud, nempe, qui plagis loro factis agitur in orbem. Tibul. *Namque agor vt per plana citus sola verbere turbo.* Eum describit Virg. in vii. *Ceu quondam torto volitans sub verbere turbo, Quem pueri magno in gyro vacua atria circum Intenti ludo exercent; ille actus habena Curuatus fertur spatijs; stupet inscia turba, Impubisque manus mirata volubile buxum. Dant animos plaga. Buxum turbinem appellat, quia fermè è buxo.* Persius. *Buxum torquere flagello.* Vulgo tamen nunc confunditur. Nam *turbo*, qui flagello impellitur, nunc *Troccolo* dicitur, & *trottolo*.

TROGLIO. Blæsus, balbus, à Græco τραυλός, vt Lexicon Etruscum, ex Monosinio.

TROIA. Scrofa. Erythræus ea ratione dictam putat, qua olim Troianum porcum nominabant, qui quasi inclusis animalibus prægnans (vt equus Troianus granidus armatis) in mensam inferri solitus. Vel ab illa sue, quam albo colore, & triginta natorum fœtu insignem, Vrbis locum, & laborum requiem Æneæ significasse tradunt. Quidquid sit Isidori Glos. *Bestemia, Troia.* Vulcan. *Besta, maia, Troia.* Fortasse *Bestia, maia, Maialis* enim porcus. Glos. vet. *Maialis* Δέλφαξ. Et Δέλφαξ, *Maialis, porcellus.* Forte à Seropha, *Scroia, troia.*

TRONCO. Corpus cui caput præfectum. Virgil. de Priamo. *Iacet ingens littore truncus, Auulsumque humeris caput, & sine nomine corpus. Busto.* Fustis decisus. *Fusto.* Item alueus porcorum, qui ex trunco excauato. Morgant. Cant. 111. *E lascia i porci poi pescar nel truogo.* Rustici *truogolo. Trunculus.* Non à *curriculum*, in quod difficulter admodum sues rostrum immitterent.

TRONFIO. *Tronfo.* Tumidus, inflatus. Non à gutture, sed à *turgens*, vel *tronfio*, intro inflatus.

TROPPO. Nimis, nimium. Non à *turba*, vt Siluius, neque ab *Opus*, sed ab *vltro plus, troppo*, per aphæresim. Pap. *Pra, nimium: validum, multum, vltra rectum.*

TROSO. Semita. *Callis transuersus, trosus, troso.* Pap. *Tramites transuersa sunt in agris semitalia.* Vel *tramicinum, troso.*

TROTTARE. Succutere. Salm. H. Aug. p. 245. Κάλπαν, vel ζῦγόδον *hodie dicimus* le Trot. *Hæc intripedare equum dicitur Symmacho, quod vulgo dicimus* mettre son cheual au trot. *Tolutare, tlotare, trottare. Nam tolutim succedere equus etiam dicebatur, qui trepidabat. Tolo, pro tollo. Dicti autem tolutim ire einsmodi equi, quod crura altius sollerent in currendo.* Sed longe à ratione recedit: & tolutarium cum succussatore confundit, hoc est mollem equi incessum, cum incommodo, & cruciante. Equus enim tolutaris, siue tolutarius, quod nemo ignorat, est gradarius, siue aiturco, *cus*, vt ait Plinius, *mollis, alterno crurum explicatu glomeratio est.* Vnde Hispanis *ambladar*, ab ambulando. Hinc tollutim incedere, incessus tollutim carpere, glomerare gressus, pro eodem. At *succussator*, siue succussarius, non qui glomerat suspensa molliter crura, sed qui crura eodem tempore tollens, dorso vectorem succutit, vnde *torsor* Nonio, *crucians* Plauto, & Ausonio dicitur. Hispanis, *cauallo, che s'aiude, è dà del lombo*, lumbos concutiens dorsum quatit, ac vibrat. Boccat. Nou. lxxvii. 49. *El trottar forte, rompe, e stanca altrui.* Ostendendum

dendum igitur erat Salmasio equos trepidarios etiam tolutarios dictos, quod nunquam legere memini. Nam quod adiicit dictos tolutarios, quod crura altius tollerent in currendo, hoc etiam in effuso cursu, siue *galoppo* euenire videmus.

Quid ergo? *Trottare*, est *quadrupedare, tropedare, trottare*. Quod Græci τρ[illegible]εν, pedes eodem momento subducere, & attollere, vnde dorsi concussio.

Aliter tolutarius, qui alterno glomeratu crura explicat, & βαδίζει. Ita Plautus Captiuis Act. IV. 2. *quadrupedantem* cum *cruciante* coniunxit, nam quadrupedando equus cruciat. *Qui aduehuntur quadrupedanti, crucianti cantherio*. Sed insignior locus est Asinaria Act. III. 3. cum Libanus herum inscendisset, ludicri causa inequitaturus, & ille tanquam succussator incederet, ait seruus. *Hem quid istuc est? vt tu incedis? Demam hercle iam tibi de ordeo, tolutim ni badizas*. Arg. *Amabo Libane iam satis est*. Lib. *Nunquam hercle hodie exorabis, Nam iam calcari quadrupedem agitabo aduersum cliuum. Tum postea ad pistores dabo, vt ibi cruciere currens. Quadrupedem*, idest quadrupedantem, succutientem, minatur se in pœnam contra cliui ascensum acturum, & daturum in pistrinum, tamquam caballum, & cruciantem cantherium. Boccat. Nou. LXXIII. *E noi hauremo perduto il trotto per l'ambiadura*. Vbi *Ambiadura* est incessus gradarius, siue ambulatorius.

TROVARE. Reperire. Alii quærant: ego interim conquerar, me, vnde nam sit *Trouare* pro reperire, nondum reperire potuisse. Nisi sit à reperire, reperitare, *reperitorare, retrouare, trouare*.

TRVCCO. Ludus vulgaris dictus à *trudibus*, quibus pilæ impelluntur, siue truduntur. Trudis, *trudicus, Truccus*.

TRVFFA. *Truffare*. Si *truffen* apud Germanos, est iocari, & deliciari, vt tradit Voss. Lib. II. 18. haud dubie est à τρυφὴ, & τρυφᾷν. Sed apud Italos est dolus, fallacia, fucela, vt etiam exempla ab eodem allata confirmant. Ergo est à *stropha, truffa*. Martial. *Regis superbi sportula recesserunt, Nihil stropharum est, iam salarium dandum est*. Seneca epist. XXVI. *Remotis strophis, ac fucis*. A στρέφειν vertere. inuertere. Glos. *Aginat*, στρέφει Vulcanius ibi. στρέφειν hic significat δολορράφεῖν, hoc est consuere fraudes. Martial. *Cæsar in Albanum iussit me mane venire, Cæsar Circeios, iam stropha talis abit*, hoc est fallacia ludificatrix. Gloss. Isidor. *Stropharius, strophosus, impostor, fraudator*. A stropha, *truffa, truffare*. Gal. *Tromper*. Etiam pro nugis, & ineptiis. *Truffe, buffe*.

TRVLLANE. Pedere. Fortasse fictum à sonitu venti erumpentis: nam quomodo à *pedo* Trulla concinnari possit, adhuc dubito.

TRVPPA. Potius à *turma*, quam à turba, vt Siluius, & Vossius. Proprie grex, & multitudo iumentorum *troppum* inferius æuum dixit; inde pro globo hominum, siue agmine. *Drapello, turmula*.

TRVSARE, *Vrtare. Truderé, truditare, trudo, trusum*. Insubres cum veruecem ad arietandum incitant, aiunt *Trus bè*, idest trusa. *Bè* est verues, *bebrix*.

TRVTTA. Piscis nobilissimus, qui & Salar. Scalig. Auson. Cap. III. *Purpureisque Salar distinctus tergora guttis*. Salarem, & Sarionem referendum esse ad genera Truttarum, censet Sidon. epist. II. de Salaribus. *Qui repulsi in gurgitem pigriorem, carnes rubras albis abdominibus extendunt. Vt sine vlla controuersia describat Truttas, quas propter rubras carnes nos salmonatas vocamus*. Cui assentitur Sirmondus ad Sidonium. Videndus Scaliger pater Hist. Anim. L. II. p. 225. Glos. *Tructa*, Τρώκτης. Isidor. L. XII. 6. *Pisces à colore varij, quos vulgo Tructas vocat*.

TVFFARE. V. *Attuffare*. Et *Stuffare, Suffegare*.

TVFFO. V. *Toffare*.

TVLIPA. Flos è Turcia allatus, ac gentis nomen retinens. Vos. L. II. 18.

TVORLO. Pro oui luteo, siue vitello. *Torus, Torulus, Torlo*. Vitr. L. II. 9. *Eiecto torulo ex eadem arbore*. Philand. *Partes medullæ proximiores, quas architecti auferendas præcipiunt, vt quod spississimum, mollissimumque materiæ sit tantum relinquatur*. Baldus. *Nos vulgo pro oui luteo, torlum pro torulo appellamus. Videtur autem in plantis metaphoricum esse vocabulum, vt quemadmodum in ouis densior pars, ita etiam in plantis dicatur*.

TVRBANTE. Pileus Turcicus. Idem Vos. ibidem *Tolipantum* eiusdem esse originis arbitratur, ac *Tulipa*: tegmen lineum subtilissimi operis, quo Turcæ candidis inuoluere spiris caput solent. Iunius Codini Φακιολίδα tiaram, κυρβασίαν ex Niceta interpretatur, tegmen capitis ex conuoluto & quasi in fasces complicato linteo. Salmasius etiam de modo vsur. 104. κυρβασίαν esse docet id omne quod acuminatum more pyramidis, vel tiaræ Persicæ, quod ipsi *Dulbant*, hoc est vinculum capitis, vulgo *Turban*.

TVRCASSO. Pharetra. *Thecarium*. Rigaltius Lex. G. Barb. *Thecarium*, Θηκάριον Corytou. Vetus Interpr. ad illud Papinij IX. Theb. *Cælestibus implet Corytum telis*, ita ait *Corytum theca arcus solius, sicut pharetra sagittarum, &*

sagma scuti. Glos. vet. *Corathum*, βελοθήκη, θυλάριον, & ἡμιθυλάριον, theca, & semitheca arcus. Inde etiam ad pharetram translatum. *Thecarium*, Turcasso. V. *Carcasso*.

TVRCHESA. Gemma. Philand. Vitru. Lib. VII. 11. *Caeruleum Graeci κύανον, etiam si in recentiorum commentarijs Lazurion inuenitur. Caerulei etiam nomine intelligi potest gemma quam Hermolaus Turcicam ait appellari ab officinis. Nempe à colore caeruleo.* Scal. ex. CCCXXV. 10. *Nunc vulgo Persus à Persis, & in Italia Turchinus à Turcis, vnde Turchesia.* Et Cap. XV. *Caerulei coloris modi, siue gradus, Persus, Turchinus, Azurrus. Maura vox hac & Arabica*, *Lazul, à gleba, siue lapide, quem κύανον Graeci, nos caeruleum priuato vocabulo.*

TVRCIMANO. Interpres. Codinus p. 77. *Magnus Interpres, primus est interpretum, quos vulgo nominant Δραγουμάνους.* Iunius ibi. *Corruptum nomen ex τεργουμάνος. Nam Thargum populis Orientalibus est interpretamentum, & Metargem, siue Turgeman, Interpres. Hinc τεργέμανος, vel corrupte δραγόμανος, itemque δραγομανίζειν, apud Nicetam agens interpretem. Turcimano, dragomano.* Item pro stuprorum interprete, & sequestro.

TVTTAVIA. Omnino. *Tota via, Via più*, tota via plus. Gal. *Toutfois*, totis vicibus.

V.



V poeticè Vbi. Vbi *ube*, *oue*, *ù*. *Vi*, ibi. *vi è*, ibi est.

VAGHEGGIARE. Assidue rem amatam cõtemplari, quod ait eleganter Lucretius. I. de Marte Venerem procante. *In gremium qui saepe tuum se, Reficit aeterno deuinctus vulnere amoris, Atque ita suspiciens tereti ceruice reposta, Pascit amore auidos, inhians in te Dea visus.* Videre, *visitare*, frequenter videre, ex quo *guatare*, de quo supra dictum est, *guatteggiare*, *vagheggiare*: intente, & defixo obtutu amores suos contemplari. But. *Vagheggiare, con desiderio d'hauer la cosa amata riguardare.* Vtrumque coniunxit Boccat. Nou. XXVII. *Io n'hò ne miei di mille veduti vagheggiatori, amatori, visitatori di donne. Vago*, amator, procus. *Endimione vago della Luna.* Et quia amatores cultum, & elegantiam affectant, inde *vago* pro pulchro & decoro, item formoso; Galli *beau*, bellus, *veau*, vagus.

Sed *Vago*, & *inuaghito* pro cupido, est ab *auidus*, vt recte Menagius conijcit. Auidus, *auidicus*, *vagus*. Fronto Grammaticus. *Auarum semper in reprehensione est: auidum autem ab auendo, quod est etiã honeste cupiendo.* Dant. Par. III. *Ed io all'ombra, che parea più vaga Di ragionare.* Inf. VIII. *Ed io Maestro molto sarei vago, Di vederlo attuffar in quest'a broda.* Purg. X. *Gl' occhi miei che a mirar eran contenti, Per veder nouitadi, onde son vaghi.* Landinus tamen, *vaghi*, *vagabondi*, *& volubili* interpretatur: nempe à vagando. Vnde etiam potest esse, *vago* pro amatore, qui rei amatae cupiens est, & *vagheggiare*, auide oculos pascere. Procator, cupidus.

VAGLIO. Vannus, ventilandis frugibus.

VAI. Varij: pelles variae exoticorum Murium, vestibus fulciendis. Galli *Vair*. Scal. exerc. CX. *Sciurum & varium sub ijs nominibus latere suspicabar. Varijs albicat venter: dorsum cinereum est. Itaque varum ventris pellem vocat Venetus: dorsum, dossum. Mus est Ponticus, & Sarmaticus. Hermellinus, Suecicus, quem idem Philosophus, murem album appellat.* Morgant. XV. *La Martora si stà col Zibellino, Erani il vaio, e stauasi soletto.* Veneti igitur ventris pelles *varias*, quod leuiores sint, appetente hieme induunt, *Dossi* autem, quod grauiores, saeuiente frigore. Dant. initio. *Vna lonza leggera, e presta molto, Che di pel macolato era coperta.* Paulo post. *Di quella fera la gaietta pelle*, varia, variegata. Villan. de vexillis collegiorum. Lib. VII. 13. *I Pellicciai il campo azzurro à vai. E uno mantello foderato di vaio, col taffetto.* Vita Nicol. Laurentij p. 225. *Con cappe de scarlatto, ferrata de panze de vari. Arte de Vaiai. Varotari.* Boninsegnius L. I. *E aggiunsono alle dette tre maggiori arti, l'arte de Medici, & Speziali, & l'arte di Porta S. Maria, e quella de Vaiai.*

VAIVOLO. Exanthemata. Morbus pueros infestans. A *varis*, siue *Variolis*, vt Bouillus p. 86. *Variola.* Budaeus in Pand. p. 343. *Vari apud Celsum Lib. VI. macula sunt oris. Et Lib. V. de pustulis loquens, quae exanthemata dicuntur Graecè. Ea inquit, modo rubent, modo colorem cutis non excedunt, nonnunquam plures similes varis oriuntur.* V. Salmas. de annis Climac. 726. qui eum morbum antiquis cognitum docet.

VALETTO. Seruulus, verna, puer à pedibus, Salmas. Hist. Aug. pag. 228, innuere videtur esse à *veredus*, non prout equum significat, sed cursorem. Ibi enim de veredarijs disputans, ait esse, quos cursores appellamus, à Graeca voce Βεῤῥης, aut Βίρης, quae fugitiuum, aut fugacem significat, Βίρηδος, veredus: houseque

cursores haberi, quos vulgo vocamus *valets de pied*, seruos à pedibus. Vt à Βέρεδος, fit & veredus, & *valetto*. Siluius à Βάλλω, mitto, quod huc illuc mittantur. Quod si verum esset potius à Latino ambulare videtur, vt dominus cum aliquò dimittit, dicat Ambula, Gallicè *balles*, inde *Valletto*. Bouillus à *verna*, *varlet*, quasi *vernulet*, *vernet*. Menagius affert opinionem cuiusdam viri docti; qui à *Baro*, siue *Varo* prout seruum militis significat, vt sit Baro, *baroletus*, *Varletus*. Et Guieti, quasi *baiuletus*. Item Pithei, qui à Vassallo, *Vassalletus*, *Varletus*. Demum in Orig. Italicis, sequitur Bouillum, & à *Verna* repetit. *Verna*, *vernaculetus*, *varlettus*. Ego libenter sequor Pitheum, vt sit à *Vassallus*; nam præterquam quod Vassallus pro seruo accipitur, vt apud Dantem, hoc nomen etiam in Aula honestioris conditionis, immò de equitibus, & Principibus vsurpatum, Menag. ex Pitheo, & aliis ostendit. An sicut serui calones, à *Cala* ligno, Valletto à vallo, nam vallus, lignum?

VALICARE. *Varcare*. *Vadare*, *vaditare*, *vadicare*, *valicare*, vadum traijcere. Inde etiam simpliciter, pro transire, transcendere. Varro, de varis, & *vallo*. Quod ea *varicare nemo possit*. Glos. *Varicat*, ὑπερβαίνει. Et *valco* Danti pro gressu. Purg. XXIV. *Tal si partì da noi con maggior valchi*. Et VII. *Sola questa riga Non varcaresti doppo'l Sol partito*. Pap. *Varicat*, *ambulat*, *transit*. V. *Barca*.

VALIGGIA. Bulga, pera, marsupium. *Pascolus*. Nonius. *Pasceolus*, *ex aluta sacculus*. Plaut. Rud. *Preterea centum denaria Philippea in pasceolo seorsum*. Lucil. L. XIII. *Adde Syracusis sola, pasceolum, alutam*. V. *Bulga*.

VALVASSORI. Grotius Lexico Gothico. *Valuasores*. *Vualdfester*. *Nemoris custos*. *Eas significatione reperies semper in tabulis, quas Romanas vocant*. Sed Othomanus de verbis feud. verbo Feudum: Tres feudorum gradus facit, summum, medium, infimum. *Summus ordo est principum; ac procerum, qui lingua illorum Capitanei regni, Duces, Marchiones, & Comites appellati sunt: & à Rege tum honoribus afficiebantur, tum etiam Italia oppidis, ac vicis, locupletum etiam victorum arcibus, ac villis donabantur. Medius ordo eorum fuit Feudorum, qua principijs illius ordinis proceres, Regis concessu ea lege inferioris dignitatis hominibus dabant, vt Vasalli ipsos secundum Regem, eius beneficij auctores, ac patronos agnoscerent, & pro Capite, & fortunis ipsorum, si vsus ferret, pugnarent. Quo in numero illi, qui eorum lingua, Barones, ac Maiores, Valuassores, siue Vasalli appellantur, fuerunt: qui patronos quidem illos agnoscebant, sed tamen vt dixi secundum Regem*. Vt Valuassores fuerint, veluti subfeudatarij. Et primo loco Capitanei, secundo Valuassores, veluti eorum Vicarij. Germanis *Bernesser*. Vicarius Corius in Hist. Mediol. putat dictos à valuis, quod interioris cubiculi Imperatorij valuas, siue fores custodirent, & ostiarij essent. Quidquid sit duæ antiquissimæ familiæ Mediolani sunt, Capitaneorum, siue Cataneorum, & Valuassorum, quæ ab ordine, & dignitate nomen acceperunt, sicut, Comites, Vicecomites, & Vicedomini.

VANEZA. Rustici appellant spatium inter duos sulcos, quod semine vacuum. Varro Lat. 21. Plin. L. XVIII. 22. *Vmbri, & Marsi ad vicenos pedes intermittunt arationis gratia in his, quæ vocant porculeta*. Siue vanum, & inane relinquitur. Latini porcas dixere; terram inter sulcos duos elatam. Germ. *Farchen*. Hisp. *Porca*, & *Porrheta*. Veneti areolas florum *Vanezæ* appellant, quod huiusmodi veluti seminis crebris discriminantur. Insubres *Prose*, vel quod in rectum dispositæ, vel quasi *porculæ*.

VANEGGIARE. Delirare. *Vana loqui*. Vanus, stultus. Seruius. *Vanus apud idoneos auctores, stultus, inuenitur*. Iuvenal. *Sic libitum vano, qui nos distinxit Ocboni*.

VANGA. Instrumentum rusticum ad fodiendum, batillo siue pala maius, & latius, eius originatio obscura est. Menagius, vel à *pango*, vel à *bipalio* deriuat.

VANIA. Calumnia, falsa accusatio, strophæ. Aiunt vocem Turcicam esse. Lexicon Græcobarbarum. *Vania* Ἀβανία. *Leuar una vania* Veneti; falsum crimen intentare.

VANNI. Pinnæ auium. Landinus ad illud Inf. XXVII. *L'aquila di Polenta là si troua, Si che Ceruia ricopre co' suoi vanni*, ait esse alarum pennas, quæ primis subiectæ sunt, & cultelli appellantur. Fortasse quod interuolandum expansæ figuram vanni, quo fruges ventilantur, referant, quia Germani Tinnunculum *Vuannenmacher* appellant, quod vanni in modum alas expandat, vt Iunius in Nomenclatore. Si quis à pennis dictum malit non repugnabo, sed non omnes pennæ sunt vanni. Fridericus ea voce vtitur pag. 102. 105. 107.

VANTARE. Iactare, ostentare. *Venditare*, vt Voss. rectè censet, non à *vento* vt prius putabat. Nonius. *Venditationem veteres pro ostentatione posuerunt*. Cicero Tusc. II. *Quin etiam mihi quidem laudabiliora videntur omnia, quæ sine venditatione, & sine populo teste fiunt*. Et in Lælio. *Quanquam à multis ipsa virtus contemnitur, & venditatio quadam, atque ostentatio esse dicitur*. Quintil. L. IV. *Venditare operam suam*. Plin. L. XXIX. I. *Ostentatio artis, & portentosa scientiæ venditatio*. Dant. Inf. II. *In la fama*

fiumara, out'l mar non hà vento. Cuius fluminis se victorem mare iactare, & venditare non potest.

VAONI. Rustici hic appellant aquæ ductus; siue emissaria irrigādis agris Pap. *Valuus aquæ ductus per quem decurrit*. Quasi *valnones*, quod claustris, veluti valuis aqua coerceatur. *Incastre*, à claustro.

VARCARE. V. *Valicare*.

VAREZA. De uva dicitur, quæ colorem ducere incipit, *à varietate*, & mixt ura colorum.

VARGHI. Insubres appellant inguina, siue summam fœmorum partem, *à varicibus*. Nec aliud sunt, quam intumescentes plus æquo venæ, in temporibus, in ventre, in testibus, & inguine, potissimum in cruribus. V. *Guariscbi*.

VASCELLO. *Vasculum*. Dant. Parad. XXI. *Venne Cephas, e venne il gran vasello Dello Spirito Santo*: proprie vasa argentea Abaci. Glos. Vet. apud Salmas. ad Ius Atticum. pag. 458. *Argentum*. ἀργυρος. *Vascella*, σκεῦη. Deinde per abusionem ad dolia, & ad naues onerarias etiā ingentes translatum: vt sit magnum vasculum. Crescent. L. I. 10. *Prendasi vno vasello grande di terra*. Onerariæ autem, quod rotundæ sint vt dolia, ad discrimen longarum nauium, siue triremium. Possent etiam *Vascelli* à *phaselo* deduci, nisi ferme pro nauicula acciperetur.

VASSALLO. Cliens, fiduciarius, item servus, minister; *Vassus, vassallus*, à *Vas, vadis*, vt Bouillus. Vt vassi sint beneficiarij, hoc est clientes, siue certa fide obstricti, scilicet qui accepto beneficio se obligassent benefacienti. Vt Voss. L. III. 54. Grot. Lex. Gothico. *Vassi. Vassen, firmi: minus quam Drudi in beneficijs: etiam fideiussores sic dicti, quod alienam obligationem confirment*. At Turneb. L. XXI. 15. Cum Vasarij nomine intelligatur omnis illa suppellex, omneque instrumentum, quo magistratus in prouinciam proficiscens instruebatur, hodie nobilium clientes Vasallos, tanquam in vasario eorum sint, & vasa eorum censeantur appellatos. Id reprobat Cuiacius in præfatione ad libros Feudales. Alij aliunde deducunt apud Menagium in Orig. Gallicis. Salmas. H. Aug. 225. *Ministeriales vocabant, quos vulgo Vassos, & Vassallos, & fideles vocabant. Vassi Ducum, & Comitum ydem erant, qui ministeriales. Hinc Vassi, & ministeriales, Aldy, & ministeriales sæpe iuncti im ponuntur in Legibus Longob. hique erant proprie castrenses, & ministeriales ministri, qui & fideles, & homines, & ministeriales, qui dominos ad bellum euntes sequi tenebantur, ysque præsto semper adesse. In Capitulis Ansegisi Cap. 24. Vassi quoque, & vasalli nostri nobis famulantes*. Hinc Dantes pro seruis, & quidem mediastinis, atque aquariolis posuit. Inf. XXI. *Non altrimenti i cuochi ai lor vassalli Fan attuffar in mezzo la caldaia, La carne con gl' uncin, perche non galli*. Morgant. II. *Hanno cercato insino alla cucina Ne cuoco, ne vassallo usan trouare*. Et III. *Se non tù lascerai qui il tuo cauallo Che ristorò dell' orzo il mio vasallo*. Vt ad Vassos redeamus. Vita Caroli M. p. 38. *Tradidit se ipsum domno Regi Carolo manibus in manibus, in Vassaticum*. Vide Bignonum ad form. Marculfi, pag. 567. & Othomannum de verbis Iuris voce *Feudum*.

VBINO. Equus gradarius, Asturco, ab Anglico *Hobbe*.

VCELLO. Auicula, *auicella, auicello, ucello*. V. *Augello*. *Vcellare*, pro decipere, ab aucupii insidijs. Item vasculum puerile, infantium *Pipinna*. Translatum etiam ad iumenta. Calaber Cap. XI. *Mà se la enflatione auegna per lo caso delli coinni in lo osco, sia castrao el canallo*.

VECCHIO. Vetus, *vetulus, vetlus, vecchio, vetla, vecchia*, vt à *fitula, fitla, secchia, testula, testla, tecchia*. Inde etiam *veglio*. Venetis *Arte vecchia*, Cerdonum societas. Veterinarij, Veteramentarij.

VEGLIACCO. Vilis, *viliacus*. Vel *Villaticus. Villano*.

VEGGHIA. *Vezzolo*. Dolium, doliolum. Dant. Inf. XXVIII. *Già vegghia per mezzul perder, ò lulla*. Landin. à Latino *Veges*. Sed hanc vocem apud Latinos non extare recte monet Menagius. *Vehes*, est currus, siue plaustrum, à vehendo. Inde dolium, quod plaustro vehitur, *vegghia*: sicut *vn carro di vino* pro dolio, siue *botte*: & *Caratello*, doliolum, quod carro vehitur, & *barile*, à *barra*, siue *barella*. Ita, & *vegghiolo*, & *vettina* indidem, non autem à *fictili*, vt Cittadinus pag. 9. Sicut ergo *vehes* non solum plaustrum dicitur, sed tanta fœni, stercoris, alteriusue materiæ quantitas, quanta in plaustro, vectura vna vehi potest, ita & *vehes, veges, vegghia* dolium ipsum quod plaustro vehitur. Plin. XXXVI. 15. *Amplitudinem cauis eam fecisse proditur, vt vehem fœni large onustam traduceret*. Colum. L. II. *Iugerum autem desiderat, quod spissius stercoratur, vehes quatuor, & viginti*. Et L. XI. 2. *Satis erit in singula iugera vehes stercoris comportare, numero decem & octo*.

VEGRO. Ager incultus. Vel à *Veruactum*, ager verno tempore semel proscissus, deinde quiescens vsq; ad sequentem autumnum, quo aratur. Vel *à vepribus*. Quærant doctiores. Stat. Pat. Rubr. XXVI. *Beccarij possint tenere, & pascere in uegris, intelligendo quod ille terræ sint uegræ, quæ non sint laboratæ, & quæ non fuerint cultæ per tres annos proxime elapsos cum aratro*.

VELLO. *Vellus*: *Velluto*, sericum villosum, vel villo-

uillutum. Philand. ad Vit. L. VIII. *Coracinam picem non inepte uocat Palladius: & si quid intellego, serici uillosi, quod uillutum uulgo dicitur, Coracinus est color.*

VELTRO. Canis venaticus. Salm. Hist. Aug. p. 352. *Segusij ueteribus erant à Segusijs populis, ut Arianus in Cynegetico. Sic Vertragi canes, Vertrai, ac Vertri, aut ueltri. Nam Veltros infima ætas appellauit, qui superiori Vertagi: atque ita in uita Caroli M. appellantur.* Martial. XIV. 200. *Non sibi sed domino uenatur Vertragus acer, Inlæsum leporem, qui tibi dente feret.* Vide Stephanum Schediasm. L. IV. Cap. I. & Pithæum ad Legem Salic. t. VI. qui vocem Gallicam censet ex incerto auctore Vitæ Caroli Magni. *Assumpsit duos caniculos in manum suam, quos Gallica lingua* Veltres *uocant, qui agilitate sua uulpes, & cæteras minores bestias facillime capiunt.* Eumque à Gratio appellari *Veltrahum.*

VENA. Varie accipitur. *Vena di poesia*, vt vena ingenij. Iuven. *Sed uatem egregium, cui non sit publica uena.* Et Ouid. trist. III. *Cuius* (ingenij) *Fons infecundus, paruaque uena fuit.* Quintil. *Vena ingenij tenuis.* Ductum à fontibus, siue venis aquarum, apud Iurisconsultos, *& uena putei.* Venæ æris, auri, & argenti. *Vena di matto.* Mixtura dementiæ. Vulgus *Rema di matto*, quod puto factum, à ῥέω, *fluo.* Symmachus. I. 14. *Nec mirum si eloquij nostri uena tenuata est.* L. II. 34. *Vena morum*, L. IX. 68. *Venam familiæ.* Sicut Cassiod. L. I. 41. *Venam nobilium.* Tullius in Catilinam, *Vena reip.* Spartian. Pescennio. *Vena paterna disciplina.* Vide Iuret. ad Sym. L. IX. ep. LXVIII.

VENTORALE. Pala, *Vannus, uentilabrum.*

VENTOSA. Cucurbitula. Vols. L. III. C. XIV. *Gunam* in Gloss. Isidori ventuosam dici obseruat, iureque dissentit à Cerda qui in Aduersarijs legendum putat *uentricosa.* Nam *Guna* apud Pap. idem est ac *cucurbita, siue uentosa.* Et Isidor. Lib. IV. orig. II. vbi de instrumentis Medicis. *Smilia, ancistrum, spatomele, guna, quæ à Latinis à similitudine, cucurbita, à suspirio uentosa uocatur.* Recte emendat; *Spathomele, guna.* Quod scilicet Græcis cucurbita, solum educens spiritum, siue ventum, (vnde, & ventosa) vocatur σικύα κούφη, vt ex Cœlio Aurel. L. IV. 7. & 8. videre est. Iunioribus autem, præterito σικύας vocabulo, solum κούφη retentum, & in *Guna* commutatum. Addit ex *guna*, vel *gufa* esse Germanicum *Kupf.* pro quo alij *cop.* vnde *coppen*, sanguinem cucurbitulis educere. Sed *cop.* sicut & Gothicum *Kupf*, puto factum à *cupa*, siue *cupella*, quæ interdum cucurbitulæ figura est, præcipue cum ex cornu fiebat: vnde Venetis *Cornetti* appellantur. Celsus L. II. II. *Cucurbitularum duo sunt genera, aneum, & corneum.* Postquam ea descripsit, subiicit. *Vtraque non ex his tantum materia generibus, sed etiam ex quolibet alio recte fit. At si cetera defecerunt, caliculus quoque, aut pultarius oris compressioris, ei rei commode aptatur.* Vbi *pultarius*, est calix ad pultem potandam. Apud Plin. *calidam in pultario poposcit.* Ceterum etiam ex ære factas docet nobile illud ænigma apud Aristotelem III. Rhet. *Hominem uidi igne æs in homine conglutinantem, idest quis cucurbitulam, ardenti linamento ieiunam ei conicere applicaret.*

VENTVRA. Bonus euentus: *bona* vel *prospera euentura.* Tibul. II. I. *Euentura precor, uide ut felicibus extis Significat placidos nuncia fibra deos?* *Venturiere*, miles voluntarius. *Per auuentura*, forte fortuna. Contrarium, *disauuentura.*

VERA. Veneti annulum sine gemma appellant, eumque ferme nuptialem. *Virgula* aurea, *uergola, uerola, uera.*

VERA DEL POZZO, ijdem puteal, siue septum puteale appellant, περιστόμιον φρέατος. V. *Verrone.*

VERETTA. V. *Verettone.*

VERGELLATA Carnem Veneti appellant, quæ rubet, veluti virgis percussa esset, quasi *uirgatam*; Nam virgatus virgis cæsus apud Val. Flaccum L. II. vt notauit Erithræus ad illud *Virgatis lucent sagulis.*

VERRINA. Laridum. *A ruina*, vel à *Verre.*

VERMIGLIO. V. *Cocco.*

VERNACCIA. Vinum dulce: vel quod hyberno tempore bibatur: vel vt alij vuę *Vernates.*

VERNICE. Phil. Vitru. L. VII. I2. Iuniperi gummi esse tradit, quo pictores utuntur ad illuminandos colores, eosque præcipue Arabes refellit, qui putant Sandaracham esse. Vos. L. II. 20. ex Salmasio ad Solinum pag. II06. Græcam vocem tradit, Βερνίκης, Βερνίκη, siue Βερονίκη, qua Græcobarbari pro succino usi sunt.

VERETTONE. Iaculum. *Verutum.* Hisp. *Virote.* Gloss. Βερῦτα εἶδος ἀκοντίου. Rigalt. Lex. Græcobarb. Βερύτταις, ῥιπτάρια. Leo. Σφενδόβολα. Vita Nicol. Laur. *Tante furono le valestrate, e li verruti.* Et p. 164. *De subito iesciò d'vna Casetta pe la fenestrella dei uerruti, li quali furono ualestrati, per accidere lo Legato.* V. *Bolzone.*

VERONE. Mœnianum. Podium. Pergula. Glossæ Peribulum, φόροφορ. Peribulum autem, siue περίβολον, mœnianum, proiectum, & deambulatorium fuisse docuit Salm. H. Aug. p. 155. Idque apud Pomponium L. ult. de verb. signific.

fignifie. *Idem Labeo ait Prophurum id est ittrum, quod in ædibus fieri solet, aditum est.* Ex *Proforo, Proforone, verone.* Non à *palus.* Villan. XII. II. *E gittato da quel Verone nel giardino.* Supra *Gueffo*, appellauerat. *E' al Gueffo, cioè sporto sopra il giardino.* Quod vnde sit ignoro.

Ab eius similitudine puteal, siue putei peristomium, & septum Veneti *Vera* appellant, *La Vera del pozzo*. Et *berlina*, siue *merlina*, quasi *Verulina*. Vide.

VERSO. Pro voce, & sono animantium. *Il verso del Rosignolo.* Plin. L. x. 29. de luscinijs. *Meditantur alia iuniores, versusque quos imitentur accipiunt.*

VERTECCHIA. *Verticillum, verticula,* qua fusum in orbem rotatur. Glos. *Verticillum,* Σποδύλιον περὶ ἄξονα. *Verticellus.* σφόνδυλος. Hisp. *Tortero*, à torquendo. Hoc in extremo fuso affigitur: at in summo ferrum incuruum ne filum in torquendo effluat, *Ciccarola* dicitur ab vnco. V. *Cocca.*

VERVNO. *Fere vnus.*

VERZIERE. *Viridarium.* Mediolani forum olitorium, & cupedinarium ita appellatur, quod ibi olim Viridarium Palatij Archiepiscopalis esset.

VERZA. *Brassica.* Quod maxime vireat. *Verzicare,* virescere, viridicare.

VERZINO. Lignum ex India aduectum ad vestes rubro colore inficiendas. Erythræus, quod purpura, Gallica lingua vetere, virga diceretur (*virgatis lucent sagulis*) inde *Verzino* appellatum putat. Menagius à *Bresil, bersil, berzin, verzin:* quod rectius puto.

VESSA. Ventris flatus occultus, & mutus. Scaliger ad illud Catulli. *Subtile, & leue peditum Libonis. Duo, inquit, recte exprimunt Græci, πορδὴν, si cum sonitu: βδεσμὸν, si nares potius, quam aures ferias. Glos. Βδέσμα, seu βδισμὸς* Visium. *Cicero Pæto. Quid enim. Nam honestum verbum diuisio? At inest obscænum, cui respondet intercapedo. In eo verbo Diuisio est obscænum. Nam Visio est* βδεῖν, *sicut in verbo Intercapedo,* τὸ pedo, *non sine flagitio est.* Ab illo *Vessa*, ab hoc peditus, siue *petto.* Aristoph. Pace. *Totum hoc triduum* μὴ βδεῖν, μηδὲ χέζειν. Casaubonus ad illud Suet. Claudio. *Dicitur etiam meditatus edictum, quo veniam daret flatum, crepitumque ventris in conuiuio emittendi,* adijcit verba veteris Interpretis ad illud Horatij in Arte. *Quamuis est monitus. Quamuis est,* inquit *ille, pro quamuis sit, propter Cacemphaton,* vt Maro, *Quamuis sit rustica Musa.* Nempe ex *Visis*, vt ex *Diuisio* apud Ciceronem. Apud Italos in *Cacemphaton*, turpius aliud latet.

VETTA. Summitas, fastigium. Rectius videtur *à Vertex*, quam *à Vita*, prout vimen significat. Morgant. XIII. *Sopra vn gran cerro terminò aspettallo, Et anche s'arreco su bene in vetta.* Inde rami in summitate teneriores, siue ramusculi, *Vette* dicti. Vita S. Io. Bapt. *Batteuasi tutto dal capo al piede con cotali vette d'albori.* Et pro virgis quibus grana frugum excutiuntur. *Vettone* germen crassius pullulans. Cresc. V. 21. *E si deono i rampelli dalle radici estirpare, trattone i vettoni, i quali si serbano per piante.* Item *Vettucesa, Vetticella, Vettiuola.* Virgæ teneriores, quales in arborum vertice. *Veletta*, specula in edito loco, quasi *Vedetta.*

VETTVRA. *Caualli di Vettura.* Veterina animalia, iumenta sarcinaria, sagmaria. Glos. *Veterina bestia.* Ὑποζύγιον. Nempe à *vehendo*, & vectura, quasi *veherina.* Festus. *Veterinam bestiam Cato iumentam appellauit, à vehendo. Opilius Veterinam dici putat, quasi veuterinam, vel uterinam, quod ad ventrem onus religatum.* Plin. XI. 37. *Ac iumentorum dentibus iudicatur.* Inde *Vetturino*, qui iumenta ad cursum locanda præbet. Et medicina veterinaria. Colum. VI. 3. *Quare veterinariæ medicina prudens esse debet pecoris magister.* Glos. *Veterinarius.* Ἱππίατρος. Simplicius à vehendo, & vectura.

VETTOVAGLIA. Commeatus, Annona, Copiæ. Alimonia publica, & priuata. *Victualia.*

VEZZA. Insubres canem, vel catulum appellant, initio à blanditijs. V. *Vezzo.* postea in malam partem, pro vili, & vulgari, *Vezzone.* Vel à *vetula, vieta.*

VEZZO. Cum significat blanditias, est ab *Illicium, Vezzo.* Illix. Plaut. Pœnulo. *Qui illi tanta rei ante fuimus illices.* Et Asinaria. act. 1. 3. *Esca est meretrix, lectus illix est amatores aues.* Ab aucupum auibus, quæ alias illiciunt. Plin. x. 33. *Contra aucupes illicem exeunte in prælium duce totius gregis.* Varro de R.R. *Apiastro perfricando quod illicium hoc illis.* Festus. *Adlicit est, perducit aliquem in rem. A verbo lacit idest, decipit. Hinc descendit Inlicere, & oblectare, idest frustrantem inducere.* Plaut. Bacch. *Magis intellectum tuum, quàm lectum metue,* illecebras, illicium, inlectionem. Etrusci. *Lezia, lezioso.* Lorenzo Medic. *Le faccente, e le leziose, A vederle par ch'i muoia. Lezia,* Illicium. *Lusinghe. Vezzoso,* Illix, *Illeciosa.*

Quando autem significat consuetudinem, est ab *assuesco, auezzarsi, auezzo, uezzo,* non à vitio. *Inuezzati,* Insubres *Inuittati,* Veneti *mal vsati,* pueri indulgenter, & delicate habiti. Male assuefacti, morosi. Morgant. XIX *Misera me quant' hò mutato il uezzo, Esser donenò scalzata ogni sera.* Mutaui consuetudinem, assueta eram, &c. *Suezzare* ablactare, *spoppare.*

Tertio

Tertio cùm mulierum ornamenta, & mundum significat, præcipue lineam margaritarum, *un nezzo di perle*, est à *filitium*, *filza*, *nezzo*.

VGGIA. V. *Adbuggia.*

VGNOLO. Veneti appellant, quod est simplex, & priuum. *Vnulus: unula*, Sicut duplex, duplus, *dupla*, *debbla*.

VGVAGNO. Etrusci *pro hoc anno*. Hispan. *Ogaño*. Rustici *Guagno*.

VIA. *Via più*, omnino, *tota uia plus*. Non autem à *Vi*. *Via*, *uia*, statim, continuo, celeriter.

VIGNA. Veneti vitem appellant, vt & Latini. Virgil. II. Georgic. *Hinc omnis læto pubescit vinea fœtu*. Et infra. *At iam olim feras posuit cum vinea frondes*. Glos. *Vinea*, ἀμπελος.

VILLANO. Rusticus, agrestis, colonus, paganus. Cumque agricultura olim nobilissima, & agricolæ, siue Tribus rusticæ Vrbanis dignatione præferrentur, nunc ea vox in contumeliam vertit, & pro ignominia habetur. Adeout rustici se non *Villanos*, sed *paesanos* dici malint. Quod idem est, nam *paesano*, à *Pago*. Pap. *Paganus: Villanus à pago dictus*. Inde *Villano*, pro duro, & inhumano. *Villania*. Contumelia, iniuria. *Villaneggiare*, iniuria afficere.

VINAZZE. *Vinacea*. *Acinacia*. Veneti *Graspe*. Glos. στέμφυλον. *Vinacium*. Colum. Lib. VI. *Et eluta, & siccata vinacia, quæ de lora eximuntur.*

VINCASTRO. Vimen, *vimininastrum*, *Vincastrum*. Illud autem à viendo, idest ligando.

VIRISELLO. Gyrgillus, *gyrgiliculus*, *gyrgilicellus*. *Virisello*. Pro leui, & inconstante sumitur.

VISCIOLE. Genus cerasorum, à German. *Vuiffe*, *Beschfellen*, *Amerenuen*. (*marenc*). Galli. *Guisnes*.

VISCONTE. & Visdomino. V. *Conte*.

VISIERA. Bucculagaleæ, *qua visus patet*.

VITE. *Vida del torchio*. Cochlea. Plul. ad Vitr. L. VI. 9. ad illud. *Si non cochleis torquetur. Cochlea*, inquit *sunt*, *per quas clausculatim striatas, foratum prælum, & ipsum spiratim attollitur, & demittitur in torculari, vectiarijs succulam versantibus, seu potius ergatam. Ita & clauiculi ferrei, siue verticuli in spiram striati vide appellantur, connectendis & compaginandis tabulis, ut inde aucti, & remittis vertendo possint. Sic dicit: quod vitium capreolos, siue cincinnos imitentur.*

VITRIOLO. Sutorium atramentum, quod in modum vitri pellucidum sit.

VIVAGNO. V. *Rigagno*.

VIZZO. Molle, flexibile. Dant. Purg. XXV. *Ciò che par duro ti parebbe vizzo*. Com. Inf. XXX. *Ella scoprendo li suoi canuti capelli, e vizze poppe*. Non à *Viscum*, sed à *vietum*. Donatus ad illud Terentij Eunucho. *Hic est vietus, uetus, ueternosus senex*. *Lucretius*, inquit, *aranea dixit uietam uestem, idest putri mollitie praditam. Vietus mollis, flaccidusque, & flexibilis corpore, unde vimina, uites, uectores dicuntur & uiere religare, quia uietis uirgis religare possumus*. Gellius. *Poma præmatura uieta sunt, & putria*. Morgant. *Morgante, che non uol ch'ella s'insali, E che poi fosse sopesse di vietto*. Ex quo puto *mezzo* de pomis permaturis, & putredini proximis, non esse à *mitis* vt Cels. Cittadinus. Cur enim pastor apud poetam, *sunt nobis mitia poma*, offerret poma prope putria? sed esse à *uieto*, *uizzo*, Insubres *Nizzo*, Etrusci *Mezzo*. *Vizzo* pro putrescente. Crescent. V. I. *Poi che n'hauerai quelle foglie leuate che fieno dannificate, e uizze*.

VOCOLO. Etruscis, Cœcus. Tesor. Brun. VII. 12. *Quelli che non sà ne ben, ne male, hà il suo cuor uocolo, e non uedente: che se un uocolo nol guidare un altro, certo egli cade nella fossa inanzi, e l'altro dopò lui*. Lexicon Etruscum suspicatur esse ab οὐ Græco, pro *Non*, & *oculus*, quasi *non oculus*, sed est *Abocul*us, quod Galli. *Aueugle*.

VODARE. Vacuare. *Vacuatum*, *vacuefactum*, *vodatum*, *vodo*.

VOGARE. Veneti remigare, & nauem impellere. Durum, & longe petitum *à pala*. Est enim à *fuga*, *fugare*, *vogare*, nauem celeriter impellere. Nonius. *Fuga item dicitur nauigatio*. Accius Telepho. *Remisque nexi properiter nauem in fugam Tradunt*. Virg. Æn. V. *Ipsa iam matres, ipsa, quibus aspera quondam Visa maris facies, & non tolerabile Numen, ire uolunt, omnemque fuga perferre laborem*. Et Lib. II. *Tendunt vela Noti, fugimus spumantibus undis*, idest currimus. Seruius ad illud Æneid. IX. de Iride. *Ingentemque fuga secuit sub nubibus arcum*. *Fuga* inquit, *pro ueloci reditu: neque enim fugit*. Sed clarius ad illud Georg. II. de diebus Lunæ. *Nona fuga melior contraria furtis*. *Non ut quibusdam*, inquit *emperitis uidetur Virgilius, aut fugam seruis suadet, aut eis indicat dies, quibus se à rapinis abstineant. Nam & fugam ac profectione, & cursu legimus: ut de uentis. Simul arua fuga, simul æquora verrunt, unde uelocem equum fugacem dicimus*. Fuga igitur pro nauium in mare deductione, & nauigatione. *Fuga*, *foga*, *voga*. Itaque Veneti cum remiges accellerare volunt, aiunt *Voga*. V. *Foga*.

VOLATICA. *Oladega*. Quod lei pat. *Vettego*.

VOLTA. Concameratio, Fornix. Camera, Testudo. *Voluta*. Hisp. *Boueda*, quasi *Voeuda*, à vo-

voluendo. Et *Alcona*, à *Cuba*.

Volta pro vice, à *voluendo*, hoc est vertendo, cum aliquid in Orbem it, ac redit, & suam cuique vicem aliquid agere contingit. *La mia volta. Vna volta*, semel, aliquando. *La terza volta*, tertio pedatu. Glos. *Tertio pedato*, τρίτη περιόδῳ: Ex τρίτη. *Andar in volta*, vagari, hac, atque illac verti. *Dar volta il ceruello*. Vertitur sententia.

VOLTO. Laruam, siue personam Veneti appellant. *La maschera*. Vultus adscititius. Glos. *Vultus*. εἶδος ὄψεως. Πρόσωπον. *Persona, os, Vultus*. Et προσωπεῖον. *Oscilla. Persona*, quod olim histriones os, ac vultum effingebant eorum, quos in scena traducere volebant.

VOTI. pro suffragijs, & calculis in electione. *A tutti i voti*, omnibus suffragiis. *Con pienezza de voti*. Non solum quia vouere est optare: sed quia electionem votis, ac precibus prosequimur. Græci εὐχὰς appellant. Curopalata p. 5. Οἱ ἱερεῖς... εἰς τὸ βλέπειν τὰς εὐχάς. Sacrorum præsul, inspiciendis votis. Iunius. *Id est suffragijs, quæ ad electionem Ecclesiastici Officij ferebantur*. Subijcit, morem fuisse, vt sacris cantionibus ad eam rem accomodatis, cum Ecclesia bene precarentur, & nouæ functioni benedicerent.

VRLARE. *Vlulare*. Hisp. *Alarido*, Vlulatus, de lupis & canibus. Etrusci *Vggiolare*. *Guaire* autem, & *aguguare*, est à *Gannire*.

VRTARE. Vel à trudere, *trusitare*, *urtare*; vnde Insubres *Trus* dicunt cum arietem incitant, vt caput incutiat, & cornu petat: vel ab *arietare*, *urtare*. Simplicius ab *Vrgere*, vrget enim qui antecedentem impellit, & *spinge*, impingit. Inde *urtare*, pro offendere, pedem impingere, & ad aliquid allidere.

VSBERGO. V. *Husbergo*.

VSOLIERE. Ligula. *Ansularium*: *Asoliere*, *Vsoliere*.

VSMARE. Insubres, odorari. Pura Græca vox. Ὀσμάομαι, *Osmaome*, Odoror, olfacio. Ὀσμὴ, *odor*, ab Ὄζω, oleo. Veneti *Nasare*; Etrusci *Fiutare*, quod flatu odor trahitur.

VSSARE. Cauem instigare. V. *Issare*. Hisp. *Açopear*, à sonitu incitantis *Vz*, *Vz*.

VTELLO. Vtiello, vasculum, siue vrceolus, quo oleum, aut acetum continetur. Vel ab *vrceolo*, vel à *butticulo*. *buticello*, *utello*. Doctissimus Redius ab *utriculo*, siue *utrello*.

VVOLA. *Vgula*, Iugulum. *Vva*, morbus, epiglottis. Excrescens caro intra fauces, à pituita deducta. Celsus VII. 12. *Vva si cum inflammatione descendit, præcidi sine periculo non potest*. Mart. L. x. 56. *Non secat, & tollit stillantem Fannius uvam*.

Z.



ACCHERA. *Pozza, e Pozzanghera*. Insubres, *Pozzachera*, Veneti *Pacchiarina*, & *piscina*. Aqua lutosa, & colluvies ex pluvia. *Fouea, pozza, pozzachera*, aqua residens, ac limus. Dant. *Così girammo dalla lorda pozza*. Firenzola Apul. Asino. *Mi venne così in vn tratto veduto una gran pozzanghera d'acqua, che era rimasa per una gran pioua*. Frideric. de aucupio pag. 23. *Pluueriam* appellat. Inde lutum quo vestimenta fœdantur. *Zacchera*. *Zaccheroso*, luto aspersus Bocc. L. v. 6. *E per li schizzi che i ronzini fanno co' piedi, tutti zaccherosi*. Insubres *sborlito di fango*, quod vestes, quà ima parte trahuntur, orula quadam ac limbo luti prætexantur. Hinc translatè *zacchera* pro re friuola, & nullius pretij. A *zacchera* autem hoc est colluvie, & volutabro, puto porcum, *Ciacco* Etruscis dici, *Ciaccheroso*, quæ illius deliciæ sunt. Lexicon Etruscum addit vocari etiam *pillachera*, fimum scilicet aridum, ouium & caprarum caudis glomeratim adhærescentem. Veneti à similitudine bacculárum, *bagole*, & *barambagole*; Quæ cum purgantur, quod vna cum pilis auelluntur, *spillacherare* dicunt, & *pillacchera*. Qua cum nihil sit sordidius, hominem auarum, & extremarum sordium *Pillachera*, appellare solemus.

ZAFFO. pro dolij obturamento, vel à Germanico *Zapf*, quod à cippo, vel à syphone. V. *Zippolo*. At *Zaffi* pro satellitibus & lictoribus, vt Veneti appellant, à capiendo dicti, *Capere, captare, chiappare, zaffare, zaffo*. Dant. Inf. XXI. *Si che se puoi nascosamente acciaffi*.

ZAFFERANO. Crocus, vox Arabica, vt Coaruvias notat. Germ. *Safran*.

ZAGAGLIA. Telum Punicum, vt Nebrissensis, vox Arabica apud Coaruviam, quæ breuem hastam significat. Vulcanius in Glossas pag. 9. *Per Amenta*, inquit *apud Virgilium*. *Intendunt acres artus, amentaque torquent, intelligenda sunt Amentata iacula, quorum hodie magnus est usus apud Cantabros, Hispani Dardos vocant; Mauri Azagayas*, deinde ea describit, & quomodo excusso amento vibrentur, docet.

ZAGO. Venetis dicitur aræ minister, & Æditiuus, à Græco Ζάκορος, *Zacoros*, quod Dei ministrum, Antistitem etiam, & æditiuum, & Episcopum

scopum significat. Glos. *Antistes* Ζάκορος, *προφήτης*. Et *Antistites* Ἱερῆς Ζάκοροι. Pollux cap. XVI. *Deorum porro ministri, Sacerdotes*, Νεωκόροι, ζάκοροι, *προφῆται*. Etymol. ζάκορος, est νεωκόρος, qui sacris ministrat, templumque exornat, & tuetur.

ZAINA. Insubres poculum appellant, *à cyathus, ciana, zaina*. Etrusci *Cionno, Cionnino*. Veneti pro *gabata*, siue scutella laxiore.

ZAINO. Pera pastoralis. Fortasse quod ex pelle damæ, siue dorcadis conficeretur, quæ Italis *Daino, Zaino*, frequenti transitu literæ D, in Z. Pera inquam, siue marsupium pastorum, non vestis. Vnde neque ab ἰζάμ, satyrica veste, neque *à sago* deduci potest.

ZAMBELLOTTO. V. *Ciambelloto.*

ZAMPA. V. *Zatta.*

ZAMPILLO. Saliens, idest aqua ex fonte fistulatim emicans, & erumpens. *Siphunculus, siphon, siphonulus, samphonulus, samphulus, zampillo*. Menag. à *siphus, siphillus*. Morg. VII. *Hauea nel dosso migliaia di zampilli, Che gettan sangue giù per le punture*. Et XIX *Vede Beltram, che si cerca la bocca, El sangue che di fuor giù zampillaua.*

Spillare, aliud est. Nempe à spina, *spiniculum, spiculum, spillo*: quod olim spina vtres forabantur, erantque illis pro epistomio, vnde *spina*. Vide. Morgant. VII. *Ch' il petto par, chi le gambe li spilli*, hoc est ita sanguinem vulneribus educat, quasi ex dolio epistomium aperiret. *Li spinasse dalle gambe.*

ZAMPOGNA. V. *Sampogna.*

ZANBVELLI. Genus farciminis ex *axungia* minutim concisa. Galli *Cambei. Axungiali, Sangielli, Zambuelli*. Botuli, *axungiales*. Et *Cambene*, axungia abrasa.

ZANCHE. Fulcra, grallæ, *scanse*, ligna scansilia, scanse, *zanche. Zanca* pro tibia. V. *Zatta.*

ZANNI. Mimi, Judiones. Assentior Salmasio Hist. Aug. 285. qui ex Eustathio, ait Τζάνες *Tzanos* ab Idiotis, & vulgaribus appellatos, qui veteribus σάννοι, & σάννοι. Nam Cratino, σάννος est μῶρος, vel μωρολόγος: atque inde *Zanos* Italis dici. Vel à Latino *Sannio*, & *sanna*, de quibus Cornutus ad Persium p. 13.

ZAPPA. V. *Sappa.*

ZAPPATA. V. *Cianatta.*

ZARA. Ludus. *Alea*. Ludere ad aleam, *dalea, darea*, & mutatione D, in Z, quod frequenter fit, *Zara*: sicut *zero*, est *ab hilum*. *Azarare*, & *azardare*, *aleam subire, rem in casum dare*. Dant. Purg. VI. *Quando si parte il gioco della zara*. Interpretes ad ludum tesserarum reuocant. Aiunt enim. *Quando i giucatori si partono dal tauoliere, quegli che hà perduto riman solo, e dice fra se stesso. Quaderno, e asso venne in zara, innanzi che quattro, e due, e asso*. Sed de ludo omni accipi potest, in quo casus, & fortuna locum habet. At ibi Interpretes poeta ipso obscuriores sunt, saltem illis, qui eum ludum ignorant. Galli ab Hispanis trahunt, Isti à Gallis ductum putant, *Azarder*. Coaruvias æstuat, & totam manum Caldeorum, Persarum, Arabum connocat; aitque à Persis appellari *zar*, ab Arabibus *zarum*, Hispanos addere articulum Arabicum A. Corius Hist. Mediol. p. 219. editionis Patauinæ. *Zarro* appellat; *E che nissuno potesse giuocare à Zarro, sotto la pena di soldi dieci per terzalo.*

ZARA. Vas vinarium. V. *Giarra, Giarro.*

ZARABOTANA. V. *Ciarbottana.*

ZARANTO. Veneti appellant auiculam, pluma virescente, Græcis χλωρὶς. Chloris, virens, inde *chlorant, zaranto.*

ZATTA. Venetis dicitur cancrorum, & gamarorum branchia, sicut piscium chelæ ab *Acetabulum, cetabula, zatta. Acetabula* Plinio dicuntur, flagella brachia, chelæ, forcipes denticulati, & cirri. *Acetabulum* autem prima origine dictum esse vas cui acetum infunderetur, viri docti adnotarunt, quod Græcis oxibaphō. Deinde translatum, tum ad significandum mensuræ genus, quartam scilicet heminæ partem, tum sinum, siue cavum, in quo caput fœmoris voluitur, denique ad forcipata polyporum, cancrorum, similiumque animantium brachia. Plin. L. IX. 29. de Polypis. *Ceterum per brachia velut acetabulis dispersis, eo haustu quodamodo, cui adhærescunt, tenent supinus, ut auelli non queant*. Et cap. XXX. de eodem in naufragos, & urinantes impetum faciente. *Luctatur enim complexu, & sorbet acetabulis, & suctu detrahit*. Et infra de polypo cetaria populante. *Barbas* (brachia, flagella, cirros) *quas vix utroque brachio complecti esset, clauarum modo torosas acetabulis, sine caliculis urnalibus* (vrnæ capacibus) *peluium modo*. Vbi acetabula per caliculos explicat, quod acetabulum esset calix acetarius. Quintil. VIII. de Catachresi. *Et acetabula quidquid habet, & pyxides, cuiuscumque materiæ sint.*

Cancrorum brachia *Zanche* dicuntur indidem, *zate, zanche*, vel ab *ancus*, quod incuruæ & distortæ. V. *mancare*. Qua voce abusus est Dantes ad hominum crura transferens. Inf. XXIV. *Volse la testa, oue egli haueua le zanche*, nisi quod de Inferno monstro loquitur. Sed XIX. pro crure humano. *Di quei che si piangeua con la Zanca.*

Sed *Zampa* proprie bestiarum aliunde est, nempe à *capto*, capto, *chiappo*, & *zampa*, præcipue Vrsorum. *Rampa*, a rependo, siue *reptando*. *Branche* autem à brachiis, siue bran-

chiis. Vide.

ZATTARE. Rates, naues caudicariæ. Naues *ratiara*, *Zattare*. Proprie ex trabibus, siue codicibus connexæ. Ratiarius. *Zattarara*.

ZATTO. Bufo. V. *Ciatto*.

ZAVARIARE. Delirare, *Diuariare*. Varia loqui. Hisp. *desuartar*. Sicuti *Vaneggiare*, *deuanear*.

ZAVORRA. *Saburra*. Quicquid nauem onerat, vt stabilior sit incursu.

ZAZZERA. Cæsaries.

ZEBE. Capre. Nisi sit à Germ. *Geisz*, & *ziege*. Vnde nam ignoro. Nam Hebræos valere iubeo.

ZECCA Moneta. Officina monetaria, vbi nummi cuduntur. Longe à cubili huius vocis docti taberrarunt. Non enim à theca, vt Caninius, sed à ζίγος, *Zygos*; libra, examen, statera, bilanx, Trutina. *Ziga*, *zeca*, *zecca*. Quod non modo ibi nummi cuderentur, sed ad pondus exigerentur publice, & librarentur. Glos. *Libratores* Ζυγοστάται. *Libripens*. Ζυγοστάτης. *Ponderator* Σταθμιστής, καὶ Ζυγοστάτης. Ita apud Iurisconsultos *zigostates*, & *zigostasius*, libripens, siue magister probandi nummos. *Zygostata*, inquit Alciatus in Leg. 11. Dig. si certum petatur, *ponderum examini præfecti*.

Zecca autem, ricinus, vermis alatus, canes, & vulpes, ac cetera animantia infestans, præcipuè canum auribus inhærens, sic dicitur, quia sanguinem sugendo, intumescit, quasi *fugeca*, *zicca*, *zecca*.

ZECCOLE. Assulæ. Ligni fragmenta concisa, *à caedendo*.

ZENDALE. V. *Cendale*.

ZENZALE. V. *Cenzale*.

ZERO, nulla, ab *hilum*, sicut ab *alea zara*: *Nihilum*, litera O notatur, quæ per se nihil valet, ceteris numeris adiecta, eos in immensum auget. Alii ab Arabico trahunt.

ZEZZOLO. *Caparello*, *Capezzolo*. Veneti *cauedello*. Papilla. Mamillæ capitulum. Non à τίτθη, τιθὴ, sed à sugendo, quasi *suggiolo*. Math. Vil. III. 11. *Hauea vn foro, per lo qual messo il zezzolo della poppa, traeua il latte, e poppaua*. Item *zizza* à sugendo. Moral. S. Gregor. *Mà le lamie nudarono la mamma, ouero la zizza, e nutricarono i loro catelli*. Inde *zizzolare* pro intemperanter bibere: à perpetuo suctu. Veneti *Ciucciare*. Sicut *Bere à zinzini* Etrusci est *pitissare*, quo pacto infantes lac sugunt, nempe guttatim. Romani vbera vocant *Ginne*, quasi *sugine*.

ZIBELINI. V. *Sebellini*.

ZIBIBO. Vuæ exoticæ species. Passum Syriacum Scalig. exerc. CLXXXI. 16. *At in agro Meninæ oppidi, quod est in Syria, nobilissima magnitudinis tum acini, tum racemi, quos ipsi lingua patria priuatim vocant* Alzibib. Et de causis L. Lat. c. XXXVII. *Arabes etiam Alzir, & Alzibib, oleum, & uva*.

ZIFFERA. V. *Chifra*.

ZIMARRA. V. *Camarra*.

ZIMBELLO. Illix, auis apud aucupem motu, & cantu alias alliciens. Forte ab *illicio*, *illicibulum*, sicut à decipio, *decipulam*. Coniectura doctissimi P. Berteri qui à *fimbella*, siue statera deducit, acuta est, modo vera. Vide Menagium Italicarum Originum pag. 1070. 1075.

ZINGANO. V. *Cingaro*.

ZIO. Patruus à Græco θεῖος *Zio*, & θεῖα. Laconicè σεῖος, & θεῖα. Monosinius. Hispani. *Tia* amita, vel matertera.

ZIPPOLO. Epistomium quo dolia obturantur. *Siphon*, *siphulus*, *zippolo*. Nam *Siphunculi*, vt Philander. L. VIII. vlt. *Cum libet obturantur, & laxantur, epistomijs, quorum manubria dum torquentur patefaciunt nares, atque ita manat aqua. Contraria versatione easdem obturant*. Vnde epistomium siphulus dictus, cuius pars & obturamentum est. Vel à Germanico *zapf*, vt à *Cippus*.

ZITELLO. V. *Citello*.

ZITO. Vox indicentis silentium. V. *Cito*.

ZICCIA. V. *Ciccia*, & *Zezzolo*.

ZISILLA. Hirundo. V. *Cesilla*.

ZOCCO. *Zeppo*. V. *Ciocco*.

ZOIA. V. *Gioia*. Veneti pro corona, quæ aliquando ex gemmis.

ZOLLA. Gleba. Vel à *globus*, *globa*, *giona*, & *zolla*. Isidor. L. XXVI. 1. *Gleba, quod globus sit. Pulueris enim collectione compingitur, & in vno glomere adunatur. Terra autem ligata, gleba est, soluta, palus*. Vel à *Cespes*, nam & *zoppa* dicitur. Glos. *Cespes*. Βῶλος γῆς. *Cespes*, *zoppa*, *zolla*. *Lota etiam* dicitur *à luto*.

ZOPPO. Claudus, *Clottus*, *zotto*. V. *Cioppo*.

ZOTICO. Rusticus, inurbanus. Insubres *zò*. & *Zoratone*. *Exoticus*, barbarus. Vnde Græcia exotica Plauto Menech. Glos. Ἐξωτικὸς. *Exter*, *extraneus*, *externus*. Ita & Menagius censet.

ZVCCA. V. *Cocuzza*.

ZVFFA. Conte[illegible]io. V. *Ciuffo*. Non à fusa.

ZVFFOLARE. *Sufflare*, *suffolare*, nam sufflando sibilus em[illegible]ttitur. Veneti *subiare*, *subflare*.

ZVPPA. V. *Suppa*.

FINIS.

Noi Reformatori dello Studio di Padoua.

HAuendo veduto per fede del Padre Inquisitore nel Libro intitolato, *Origines Linguæ Italicæ, Octauij Ferrarij*, non v'esser cosa alcuna contro la Santa Fede Cattolica, e parimenti per attestato del Segretario nostro niente contro Prencipi, e buoni costumi, concedemo licenza à gl'Heredi di Paolo Frambotti di poterlo stampare, osseruando gl'ordini &c.

Dat. li 10. Settembre 1674.

{
{ Angelo Correr Cau. Proc. Ref.
{ Battista Nani Cau. Proc. Ref.

Gio. Battista Nicolosi Segr.

